P+

9. b. 16.

80

Cent: 15 —:—:

1749

*Aristippus Philosophus Socraticus, naufragio cum ejectus ad Rhodiensium litus animadvertisset Geometrica schemata descripta, exclamavisse ad comites ita dicitur,* Bene speremus, Hominum enim vestigia video.
*Vitruv. Architect. lib. 6. Præf.*

delin. M Burghers sculpt Univ. Oxon.

# *APOLLONII PERGÆI*

# CONICORUM

## LIBRI OCTO,

ET

# *SERENI ANTISSENSIS*

## DE SECTIONE

# CYLINDRI & CONI

## LIBRI DUO.

*OXONIÆ,*

E THEATRO SHELDONIANO, An. Dom. MDCCX.

# Imprimatur.

*GUIL. LANCASTER,*

Vice-Can. Oxon.

Feb. 9. 1709.

# ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ ΠΕΡΓΑΙΟΥ

# ΚΩΝΙΚΩΝ

ΒΙΒΛΙΑ Δ'. ΤΑ ΠΡΟΤΕΡΑ

ΜΕΤΑ

ΠΑΠΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ

ΛΗΜΜΑΤΩΝ

ΚΑΙ

ΕΥΤΟΚΙΟΥ ΑΣΚΑΛΩΝΙΤΟΥ

ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΩΝ

# APOLLONII PERGÆI

# CONICORUM

LIBRI IV. PRIORES

CUM

PAPPI ALEXANDRINI

LEMMATIS

ET

*EUTOCII ASCALONITÆ*

COMMENTARIIS.

Ex Codd. MSS. Græcis edidit Edmundus Halleius apud *Oxonienses* Geometriæ Professor *Savilianus*.

a

Viro Præstantissimo,

JURISQUE CONSULTISSIMO,

D. JOANNI HOLT

EQUITI AURATO,

Capitali in *BANCO REGIO*

TOTIUS ANGLIÆ

JUSTITIARIO,

FIDO LEGUM CUSTODI,

RECTIQUE & ÆQUI per Iniquissima Tempora

*VINDICI* & *ASSERTORI*

CONSTANTISSIMO,

APOLLONII CONICORUM

LIBROS QUATUOR,

Nunc primum GRÆCE & LATINE

EDITOS

In Perenne Grati Animi Testimonium

D. D. C.

*EDM. HALLEIUS.*

# PRÆFATIO

AD REVERENDUM VIRUM

# D. GUIL. LANCASTER

S. T. P.

ACADEMIÆ *OXONIENSIS*

## Quarto VICE-CANCELLARIUM,

Reliquosque PRELI SHELDONIANI

*CURATORES.*

EUCLIDE, *qui Mathematicorum agmen ducit, non ita pridem à viro celeberrimo D.* Dav. Gregorio, *collega meo desideratissimo, in reipublicæ literariæ usum edito; idque eâ curâ eâque elegantiâ, ut eruditorum omnium plausum meruerit: Eidem mihique suaserunt amici artium optimarum amantissimi, ut unum aut alterum è veteribus Geometris ei comites adjungeremus. Hoc ut facere vellemus, Tu, Vir egregie,* D^ne^ Vice-Cancellarie, *assentiente Curatorum cœtu, auctoritate tuâ nosmet permovisti: Tu inquam, cui nihil antiquius est quam ut summo splendore gaudeat Academia nostra, bonæque literæ suam habeant & tueantur dignitatem. Cogitantibus igitur nobis quemnam Veterum potissimum eligeremus, in quo expoliendo opera nostra enitesceret,* Archimedes, *dum ætatem ejus & præstantiam respicimus, opem primus efflagitare visus est. Sed cum ille Elementa Conica ubique fere, ut prius cognita, assumpserit, quæ tamen non nisi ab* Apollonio *demonstrata habemus; atque* Archimedes Græce *pariter ac* Latine *aliquoties prodierit, dum* Pergæus *non nisi magna sui parte truncatus, idque versione minus fideli parumque eleganti, circumferretur: his causis adducti ad* Apollonium *emendandum & edendum nosmet summa cum alacritate accinximus; ea quidem lege ut* Gregorius *quatuor priores Conicorum libros cum* Eutocii *Commentariis* Græce Latineque *prelo pararet, atque ipse tres posteriores ex* Arabico *in* Latinum *sermonem verterem, Octavumque (quem temporis injuria desideramus) restituere conarer. Illi opus hoc aggredienti ad manus erat* Apollonii *Codex MS.* Græcus *è Bibliotheca* Savilii *Mathematica,*



præstantissimi

*præstantissimi istius Viri calamo hinc illinc non leviter emendatus; & paulo post accessit alter benigne nobiscum à Reverendo D*no *Bay*nard *S.T.P. communicatus: sed eadem fere utrisque communia erant vitia, utpote ex eodem Codice, ut videtur, descriptis. Ad* Eutocium *quidem publicandum non aliud repertum est exemplar* Græcum, *præter* Baroccianum *in Bibliotheca* Bodlejana *adservatum. His igitur auxiliis instructus, dum* Græcis *accurandis,* Latinæque *Versioni* Commandini *corrigendæ (quæ non exigui negotii res erat) strenue atque omni cura & cogitatione incumbit, ictu mortis improviso, magno sane meliorum literarum damno, nobis ereptus est, opere jam sub prelo fervente, sed ad paginam duntaxat* XLIV*tam provecto. Quo factum est ut absolvendi quod supererat labor in me devolveretur, novumque onus suscipere necesse habuerim.*

*Rei autem difficultate & magnitudine nihil deterritus, in* Gregorii *pariter ac mea quam nactus eram sparta ornanda processi, usus Apographo* Bodlejano *Codicis* Arabici, *ex Versione satis antiqua à* Thebit ben Corah *facta, sed (annis abhinc circiter* CCCCL.*) à* Nasir-Eddîn *recensita, (viris inter Mathematicos Orientis celeberrimis.) In consilium tamen nonnunquam adhibui etiam MS. Codicem* Arabicum *alium* Bodlejanum, *qui continet Epitomen ejusdem Versionis ab* Abdolmelec Schirazita Persa *ante quingentos annos confectam: qui quidem codex à* Christiano Ravio *ex Oriente advectus est, & ab eodem, magis quam facile existimari potest, barbare traductus. Quandoque etiam mihi adjumento fuit altera Conicorum* Apollonii *Epitome ab* Abalphath Isphahanensi *adornata, quam haud ita commode traduxit* Abraham Echellensis: *commentariis tamen uberrimis illustravit eximius ille Mathematicus & Philosophus* Alphonsus Borellus. *Interpretatione autem mea, qua potui fide, ad umbilicum perducta, ad nos demum perlatum est exemplar illud* Golianum *antiquissimum, quod ab hæredibus* Golii *redemerat Vir maximus idemque optimus* Narcissus Marsh *Archiepiscopus* Armachanus; *quod, pro summo suo erga scientias Mathematicas amore, nobis ad operis emolumentum deesse noluit: codicem quantivis pretii per mare hyemale mediosque hostes ex* Hibernia *transmittens. Ex hoc optimæ notæ codice (qui septem* Apollonii *libros complexus est) non solum Versionem meam recensui, & à mendis nonnullis liberavi; sed & lacunas aliquot, quæ passim fere, etiam in* Græcis, *occurrebant, supplevi; sensumque auctoris, quoad ejus fieri potuit, primæva perspicuitate donavi. His peractis, ad librum Octavum restituendum aggressus sum; quem etiam ante ætatem* Thebit *deperditum fuisse comperimus: deprehendentes autem indicio* Pappi, *quod argumentum ejus argumento Septimi conjunctissimum fuerat, quodque problemata* διωρισμένα *Octavi è theorematis* διοριστικοῖς *Septimi limites suos habuerant, tam problemata ipsa quam eorundem ordinem assecutus mihi videor. Analyses vero nostras, ut & Compositiones ipsorum problematum, quas loco Apollonianarum*

*rum substituimus, si non cum illis ubique fere consentiant, ab iisdem tamen non multum esse diversas persuasum habeo. Sed hac de re aliorum esto judicium. Porro singulis* Apollonii *libris* Pappi Lemmata *præfixa dedimus, è duobus Codd. MSS.* Savilianis *desumpta, quæ quidem vice Commentarii esse possunt in loca difficiliora: quem in finem eadem ipsa aliquoties ab* Eutocio *usurpantur. Ob argumenti autem affinitatem,* Sereni *libros duos de Sectione Cylindri & Coni publico donare haud gravatus sum, jam primum* Græce *impressos: quos è Codicibus tribus Bibliothecæ Regiæ* Parisiensis *sui in usum describi curaverat vir doctissimus* Henricus Aldrichius S.T.P. *Ædis* Christi Decanus; *mihique, ut simul cum* Apollonio *lucem aspicerent, perhumaniter impertiit. In his omnibus evulgandis industriam haud levem & diligentiam adhibui; mecum (quod fateri non piget) summopere adnitente D.* Joanne Hudsono *Bibliothecæ* Bodlejanæ *Præfecto, manumque auxiliarem (prout in* Euclide *fecerat) non invito porrigente: cui, cum nostro tum communi omnium eruditorum nomine, gratias quas possumus maximas referimus. Hactenus de operibus nostro opere & studio qualicunque emendatis: de Autoribus ipsis pauca supersunt dicenda.*

Apollonius Pergæ *natus est (quæ celebris olim* Pamphyliæ *urbs) tempore* Ptolemæi Euergetæ *regis Ægypti (cujus regnum iniit anno* CCXLVII. *ante* Christum) *ut nobis autor est* Heraclius *sive* Heraclides (*nam utroque modo scribitur apud* Eutocium) *qui vitam* Archimedis *descripsit. Apud* Euclidis *discipulos* Alexandriæ *diu operam dedit studiis Mathematicis: & sub* Philopatore (*qui imperii sui anno* XVII, *ante* Christum CCV. *diem obiit supremum*) *maxima erat in celebritate, teste* Ptolemæo Hephæstione *apud* Photium *Cod.* CXC. *adeo ut hinc liceat conjicere, quod annis circiter* XL. *minor fuerit* Archimede, *quodque non longo intervallo præcesserit* Geminum Rhodium, *certe* Hipparcho *majorem. Testatur autem* Geminus *hunc nostrum* Apollonium, *propter eximium hoc Conicorum opus, inter sui ævi Mathematicos* Magni Geometræ *nomen adeptum esse. Quanti illum æstimarunt Veteres non solum ex* Vitruvio *constat*, Cap. I. Lib. I. *ubi etiam* Archimedi, *saltem ordine, præfertur; sed ex eo quod, ut inter* Græcos *magni nominis commentatores habuerit quamplurimos,* Pappum, Hypatiam, Serenum & Eutocium, *ita & inter Orientales etiam nonnullos ingenii doctrinæque laude præcellentes; quales apud* Arabes *fuere* Thebit ben Corah & Beni Moses; *apud* Persas *vero* Abalphath & Abdolmelec, *à quibus in Epitomen redactus est; ac denique magnum illud Matheseos* Persicæ *lumen* Nasir-eddin, *qui Conica hæc omnia recensuit, notisque illustravit, circa annum* Christi MCCL. *Unde mirum fortasse videbitur tanti nominis autorem, & fere per bis mille annos inter principes Geometras habitum, in hoc erudito seculo nondum* Græce *comparuisse. Præter Conica autem multa alia scripsit* Apollonius *noster, autore* Pappo *in Præfatione ad librum* VII. Collect. Math.

*quam*

*quam non ita pridem nos primi* Græce *edidimus: duos ſcilicet* περὶ λόγου ἀποτομῆς *&* περὶ χωρίου ἀποτομῆς *libros, quos, noſtro opere non infeliciter (uti ſperamus) reſtitutos, in lucem emiſimus; dein* περὶ διωρισμένης τομῆς *libros duos, ac totidem* περὶ ἐπαφῶν· *duos quoque* νεύσεων, *ac pariter duos* τόπων ἐπιπέδων. *Lemmata his omnibus demonſtrandis aſſumpta conſervavit* Pappi *liber* VII. *unde etiam diſcimus hæc omnia fuiſſe* τόπου ἀναλυομένου, *ſive ad Analyſin Veterum uſurpata. Quin & aliud* Apollonii *opus laudatur ab* Eutocio, *in Commentario in* Archimedis *Dimenſionem Circuli,* ὠκυτόβοον *dictum; quo tractatum fuit, uti videtur, de expediendo calculo Arithmetico, ante inventas cyphras* Indicas *valde intricato: ejuſque ſpecimen habetur in fragmento lib. II.* Pappi, *ut exiſtimat ſubtiliſſimus* Wallifius, *qui anno* MDCLXXXVIII. *fragmentum iſtud edidit. Verum pro* ὠκυτόβοον *rectius (mea ſententia) ſcriberetur* ὠκυτόκιον: *utpote cujus ope numerorum magnorum multiplices* &c. *cito & facillime producerentur.*

*De* Eutocio (*nam* Pappum *præterimus, ſpei pleni unum aut alterum quandoque exoriturum, qui illum ejuſque opera illuſtrabit*) *nobis hoc tantum conſtat; quod* Aſcalone Palæſtinæ *urbe oriundus ſub* Juſtiniano *floruerit, circa annum* Chriſti DXL. *Nam quæ commentatus eſt in* Apollonium *inſcripſit* Anthemio Tralliano; *quæ vero in* Archimedem *præceptori ſuo* Iſidoro Mileſio *Mechanico: illi vero, Architecti clariſſimi,* Juſtiniano *imperante celeberrimum Sanctæ* Sophiæ *templum exſtruxerunt, ſtatim ab Anno* Chriſti DXXXII. *teſte* Procopio.

*Quod vero ad* Serenum *attinet, de eo nihil comperimus, niſi quod* Antiſſa *Inſulæ* Lesbi *urbe ortus fuerit; &, præter Librum unum de Sectione Cylindri & alterum de Sectione Coni, Commentaria ſcripſerit in* Apollonium; *quodque ante* Marinum (Procli *diſcipulum*) *vixerit, uti conſtat ex* Marini *Præfatione in* Euclidis *Data.*

*Abſoluta hac laboris mei & operum jam Vobis oblatorum hiſtoriola, reliquum eſt ut Vobis, Preli Curatoribus, gratias agam immortales, pro eo quo Matheſin, &, ſi id adjici patiemini, me quoque proſecuti eſtis ſtudio; Deum O. M. obteſtans atque precans, ut cuſtodiat, ſervet, & protegat hunc rei literariæ ſtatum, hanc florentiſſimam Academiam.*

---

Erratis levioribus quæſumus ignoſcat Lector, graviora ſic corrigat.

Pag. 8. verſ. 1. Eutocii lege γωμένης. & in verſione v. 2. *Pamphyliæ.* p. 10. v. 37. l. ἀγωγὴν συχνωδη. ὤν. p. 10. v. 38. l. *diſpoſita in textu exhibere.* p. 18. v. 52. l. ὅτι καὶ. p. 21. v. 35. l. ἄσυμπτ. καὶ τῆς. p. 22. v. 22. l. διὰ διὰ τῆς Ζ. p. 33. v. 17. l. ἴσος ἄρα ὁ Η τῷ Δ. p. 43. v. 11. l. διαμέτρῳ. v. 41. l. πάντως ἀσυμπτ. ἐπὶ τ ἐλλείψεως, ὅτι ἡ μέση. v. 45. l. περατῶται. p. 52. v. 16. l. ὀρθίαν. p. 56. v. penult. l. ἐλάσσων ἡ ΓΔ αὐτῆς. p. 92. v. 48. l. λόγον ἔχειν τῆς ἐν. p. 93. v. antepenult. l. *diametrum, coni ſectionem.* p. 94. v. 4. l. *applicatæ poſſint.* p. 99. v. 34. l. ὅτι ἥτις παράλληλος. p. 107. v. 3. l. ἡ ΔΕ. p. 144. in Schem. l. duc rectam ΓΞ. v. 42. l. αὐτῆς ΚΗ. p. 154. v. 22. l. ὑπὸ ΓΑΒ. p. 174. v. penult. l. τὸ ὑπὸ ΓΑ. p. 176. v. 19. l. ὑπὸ ΜΛΞ. p. 182. v. 23. l. αὐτῆς τῇ ΑΕ. p. 204. in Schem. 3. duc rectam ΒΔ.

ΠΑΠ-

# ΠΑΠΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ
## ΛΗΜΜΑΤΑ
## ΕΙΣ ΚΩΝΙΚΩΝ ΤΟ ΠΡΩΤΟΝ
## ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ ΠΕΡΓΑΙΟΥ.

# PAPPI ALEXANDRINI
## LEMMATA
## IN PRIMUM LIBRUM CONICORUM
## APOLLONII PERGÆI.

### ΛΗΜΜΑ α΄.

Εστω κῶνος οὗ βάσις μὲν ὁ ΑΒ κύκλος, κορυφὴ δὲ τὸ Γ σημεῖον. εἰ μὲν οὖν ἰσοσκελής ἐστιν ὁ κῶνος, φανερὸν ὅτι πᾶσαι αἱ ἀπὸ τοῦ Γ πρὸς τὸν ΑΒ κύκλον προσπίπτουσαι εὐθεῖαι, ἴσαι ἀλλήλαις εἰσίν· εἰ δὲ σκαληνὸς, δέον ἔστω εὑρεῖν τίς μεγίστη, καὶ τίς ἐλαχίστη.




Ηχθω γὰρ ἀπὸ τοῦ Γ σημείου ἐπὶ τὸ τοῦ ΑΒ κύκλου ἐπίπεδον κάθετος, καὶ πιπτέτω πρότερον ἐντὸς τοῦ ΑΒ κύκλου, καὶ ἔστω ἡ ΓΔ, καὶ εἰλήφθω τὸ κέντρον τοῦ κύκλου τὸ Ε, καὶ ἐπιζευχθεῖσα ἡ ΔΕ ἐκβεβλήσθω ἐφ᾽ ἑκάτερα τὰ μέρη ἐπὶ τὰ Α, Β σημεῖα· καὶ ἐπιζεύχθωσαν αἱ ΑΓ, ΓΒ. λέγω ὅτι μεγίστη μέν ἐστιν ἡ ΓΒ, ἐλαχίστη δὲ ἡ ΑΓ πασῶν τῶν ἀπὸ τοῦ Γ πρὸς τὸν ΑΒ προσπιπτουσῶν. προσβεβλήσθω γάρ τις καὶ ἑτέρα ἡ ΓΖ, καὶ ἐπιζεύχθω ἡ ΔΖ· μείζων ἄρα ἐστὶν ἡ ΒΔ τῆς ΔΖ, κοινὴ δὲ ἡ ΓΔ, καὶ εἰσὶν αἱ πρὸς τὸ Δ γωνίαι ὀρθαί· μείζων ἄρα ἐστὶν ἡ ΒΓ τῆς ΓΖ· κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ἡ ΓΖ τῆς ΓΑ μείζων ἐστίν. ὥστε μεγίστη μέν ἐστιν ἡ ΓΒ, ἐλαχίστη δὲ ἡ ΓΑ.

Αλλὰ δὴ πάλιν ἡ ἀπὸ τοῦ Γ κάθετος ἀγομένη πιπτέτω ἐπὶ τῆς περιφερείας τοῦ κύκλου ΑΒ, καὶ ἔστω ΓΑ, καὶ πάλιν ἐπὶ τὸ κέντρον τοῦ κύκλου τὸ Δ ἐπιζεύχθω ἡ ΑΔ, καὶ ἐκβεβλήσθω ἐπὶ τὸ Β, καὶ ἐπιζεύχθω ἡ ΒΓ. λέγω ὅτι μεγίστη μέν ἐστιν ἡ ΒΓ, ἐλαχίστη δὲ ἡ ΑΓ. ὅτι μὲν οὖν μείζων ἡ ΓΒ τῆς ΓΑ φανερόν. διήχθω δή τις καὶ ἑτέρα ἡ ΓΕ, καὶ ἐπιζεύχθω ἡ ΑΕ. ἐπεὶ διάμετρός ἐστιν ἡ ΑΒ, μείζων ἐστὶ τῆς ΑΕ, καὶ αὐταῖς πρὸς ὀρθὰς ἡ ΑΓ, μείζων ἄρα ἐστὶν ἡ ΓΒ τῆς ΓΕ· ὁμοίως καὶ πασῶν. καὶ κατὰ τὰ αὐτὰ μείζων δειχθήσεται ἡ ΒΓ τῆς ΓΑ· ὥστε μεγίστη μὲν ἡ ΒΓ, ἐλαχίστη δὲ ἡ ΓΑ τῶν ἀπὸ τοῦ Γ σημείου πρὸς τὸν ΑΒ κύκλον προσπιπτουσῶν εὐθειῶν.




Τῶν αὐτῶν ὑποκειμένων, πιπτέτω ἡ κάθετος ἐκτὸς τοῦ κύκλου, καὶ ἔστω ἡ ΓΔ, καὶ ἐπὶ τὸ κέντρον τοῦ κύκλου τὸ Ε ἐπι-

### LEMMA I.

Sit conus cujus basis circulus A B, & vertex punctum Γ. si quidem isosceles est conus, manifesto constat rectas omnes, quæ ab ipso Γ ad circuli A B circumferentiam ducuntur, inter se æquales esse: si vero scalenus est; oporteat invenire quæ maxima sit, & quæ minima.

Ducatur [per 11. 11.] à puncto Γ ad planum circuli A B recta perpendicularis, quæ primum cadat intra circulum, sitque Γ Δ, & sumatur centrum circuli, quod sit E; & juncta Δ E producatur in utramque partem ad puncta A, B; deinde A Γ, Γ B jungantur. dico ipsam B Γ maximam esse, & A Γ minimam linearum omnium quæ à puncto Γ ad circulum A B pertingunt. ducatur enim alia quævis Γ Z, & Z Δ jungatur. major igitur est [per 7.3.] B Δ quam Δ Z, communis autem Γ Δ, & anguli qui ad Δ recti; ergo major est B Γ quàm Γ Z: eodem modo & Γ Z major ostendetur quàm Γ A. ex quibus apparet Γ B omnium maximam, A Γ vero minimam esse.

Rursus perpendicularis à puncto Γ ducta cadat in ipsius A B circuli circumferentiam, quæ sit Γ A, & ad circuli centrum Δ juncta A Δ producatur in B, & B Γ jungatur. dico B Γ maximam esse, & A Γ minimam. rectam igitur Γ B majorem esse quam Γ A perspicuum est. ducatur autem alia quævis recta Γ E; & jungatur A E. itaque quoniam A B diameter est, necessario major erit quam A E, & A Γ normalis est ipsis A B, A E; ergo Γ B quam Γ E major erit: & similiter major quàm ceteræ omnes. eodem modo & B Γ major ostendetur quam Γ A: quare B Γ maxima est, A Γ vero minima rectarum omnium, quæ ab ipso Γ ad circulum A B pertingunt.

Iisdem positis, cadat perpendicularis Γ Δ extra circulum, & ad circuli centrum E ducta Δ E producatur



tur

tur, junganturque Α Γ, Β Γ. dico Β Γ maximam, & Α Γ minimam esse omnium quæ à puncto Γ ad Α Β circulum perducuntur. constat namque Β Γ majorem esse ipsa Γ Α: sed & major erit omnibus quæ ab ipso Γ in circumferentiam circuli Α Β cadunt. ducatur enim alia quævis recta Γ Ζ, & Δ Ζ jungatur. cum igitur Β Δ per centrum transeat, major est [per 8. 3.] quam Δ Ζ. est autem Δ Γ perpendicularis ad rectas Δ Β, Δ Ζ, quoniam & ad ipsum planum; ergo major erit Β Γ quam Γ Ζ: & similiter major quam aliæ omnes. perspicuum est igitur ipsam Γ Β maximam esse. at vero Α Γ minimam *hoc modo ostendemus*. quoniam enim minor est [per 8. 3.] Α Δ quam Δ Ζ, atque est ad ipsas perpendicularis Δ Γ; minor erit Α Γ quam Γ Ζ: & ita minor quam aliæ. recta igitur Α Γ minima est, & Β Γ maxima omnium, quæ à puncto Γ ad Α Β circuli circumferentiam perducuntur.




ζευχθεῖσα ἡ ΔΒ ἐκβεβλήσθω, καὶ ἐπιζεύχθωσαν αἱ ΑΓ, ΒΓ. λέγω ὅτι ἡ μεγίστη μέν ἐστιν ἡ ΒΓ, ἐλαχίστη δὲ ἡ ΑΓ πασῶν τῶν ἀπὸ τοῦ Γ πρὸς τὸν ΑΒΓ κύκλον προσπιπτουσῶν εὐθειῶν. ὅτι μὲν οὖν μείζων ἐστὶν ἡ ΒΓ τῆς ΓΑ φανερόν· λέγω δὲ ὅτι καὶ πασῶν τῶν ἀπὸ τοῦ Γ πρὸς τὴν τοῦ ΑΒ κύκλου περιφέρειαν προσπιπτουσῶν. προσπιπτέτω γάρ τις καὶ ἑτέρα ἡ ΓΖ, καὶ ἐπιζεύχθω ἡ ΔΖ. ἐπεὶ οὖν διὰ τοῦ κέντρου ἐστὶν ἡ ΒΔ, μείζων ἐστὶν ἡ ΔΒ τῆς ΔΖ. καὶ ἔστιν αὐταῖς ὀρθὴ ἡ ΔΓ, ἐπεὶ καὶ τῷ ἐπιπέδῳ· μείζων ἄρα ἐστὶν ἡ ΒΓ τῆς ΓΖ· ὁμοίως καὶ πασῶν. μεγίστη μὲν ἄρα ἐστὶν ἡ ΓΒ. ὅτι δὲ καὶ ἡ ΑΓ ἐλαχίστη. ἐπεὶ γὰρ ἐλάσσων ἐστὶν ἡ ΑΔ τῆς ΔΖ, ἔστι καὶ αὐταῖς ὀρθὴ ἡ ΔΓ, ἐλάσσων ἄρα ἐστὶν ἡ ΑΓ τῆς ΓΖ· ὁμοίως καὶ πασῶν. ἐλαχίστη ἄρα ἐστὶν ἡ ΑΓ, μεγίστη δὲ ἡ ΒΓ πασῶν τῶν ἀπὸ τοῦ Γ πρὸς τὴν τοῦ ΑΒ κύκλου περιφέρειαν προσπιπτουσῶν εὐθειῶν.

### *In Definitiones Conicorum.*

SI ab aliquo puncto ad circumferentiam circuli &c.] Convenienter *Apollonius* addidit, *in utramque partem producatur*; cum uniuscujusque coni generationem tradat. si enim isosceles sit conus frustra produceretur, quia recta linea quæ convertitur circumferentiam circuli perpetuo contingit; quippe cum ab ea punctum manens semper æquali distet intervallo. sed quoniam potest & scalenus esse conus, in quo, ut jam demonstratum est, & maximum, & minimum latus invenitur, necessario illud apposuit; ut quæ minima est linea usqueadeo augeri intelligatur quoad fiat maximæ æqualis, & propterea circuli circumferentiam semper contingat.

### Εἰς τοὺς κωνικοὺς ὅρους.

ΕΑΝ ἀπό τινος σημείου πρὸς κύκλου περιφέρειαν] Εἰκότως ὁ Ἀπολλώνιος προστίθησιν, „ἐφ' ἑκάτερα προσεκβληθῇ", ἐπειδήπερ τοῦ τυχόντος κώνου γένεσιν δηλοῖ. εἰ μὲν γὰρ ἰσοσκελὴς ὁ κῶνος, περισσὸν ἦν προσεκβάλλειν, διὰ τὸ φερομένην εὐθεῖαν αἰεί ποτε ψαύειν τῆς τοῦ κύκλου περιφερείας, ἐπειδήπερ πάντοτε τὸ σημεῖον ἴσον ἀφέξειν ἔμελλεν τῆς τοῦ κύκλου περιφερείας. ἐπεὶ δὲ δύναται καὶ σκαληνὸς εἶναι ὁ κῶνος, ἔστι δὲ, ὡς προγέγραπται, ἐν κώνῳ σκαληνῷ μεγίστη τις καὶ ἐλαχίστη πλευρά, ἀναγκαίως προσέθηκε τὸ „προσεκβληθῇ"· ἵνα αἰεὶ προσεκβληθεῖσα ἡ ἐλαχίστη αὔξηται ἕως ἴση γένηται τῇ μεγίστῃ, καὶ ψαύσῃ κατ' ἐκεῖνο τῆς τοῦ κύκλου περιφερείας.

### LEMMA II.

Sit linea Α Β Γ, & positione data Α Γ; omnes autem, quæ ab ipsa linea ad Α Γ perpendiculares ducuntur, ita se habeant, ut quadratum uniuscujusque ipsarum æquale sit rectangulo sub basis segmentis, quæ ab ipsa secantur, contento: dico Α Β Γ circuli circumferentiam esse, diametrum autem ipsius rectam Α Γ.

DUCANTUR enim à punctis Δ, Β, Ε perpendiculares Δ Ζ, Β Η, Ε Θ. ergo quadratum ex Δ Ζ æquale est rectangulo sub Α Ζ Γ, & quadratum ex Β Η rectangulo sub Α Η Γ, ipsum vero ex Ε Θ quadratum rectangulo sub Α Θ Γ æquale. seceturΑ Γ bifariam in Κ, & Κ Δ, Κ Β, Κ Ε jungantur. itaque quoniam Α Ζ Γ rectangulum unà cum quadrato ex Ζ Κ est æquale [per 5. 2.] quadrato ex Α Κ, & ipsi Α Ζ Γ æquale est [ex hyp.] quadratum ex Δ Ζ: erit quadratum ex Δ Ζ unà cum quadrato ab ipsa Ζ Κ, hoc est [per 47. 1.] quadratum ex Δ Κ, æquale quadrato ex Α Κ. quare Α Κ ipsi Κ Δ est æqualis. similiter ostendemus & unamquamque rectarum Β Κ, Ε Κ, ipsi Α Κ vel Κ Γ æqualem esse: ergo Α Β Γ circumferentia est circuli cujus centrum Κ, hoc est circa diametrum Α Γ descripti.




### ΛΗΜΜΑ β'.

Ἔστω γραμμὴ ἡ ΑΒΓ, καὶ θέσει ἡ ΑΓ, πᾶσαι δὲ αἱ ἀπὸ τῆς γραμμῆς ἐπὶ τὴν ΑΓ κάθετοι ἀγόμεναι οὕτως ἀγέσθωσαν, ὥστε τὸ ἀπὸ ἑκάστης αὐτῶν τετράγωνον ἴσον εἶναι τῷ περιεχομένῳ ὑπὸ τῶν τῆς βάσεως τμημάτων ἀφ' ἑκάστης αὐτῶν τμηθέντων· λέγω ὅτι κύκλου περιφέρειά ἐστιν ἡ ΑΒΓ, διάμετρος δὲ αὐτῆς ἐστιν ἡ ΑΓ.

ΗΧΘΩΣΑΝ γὰρ ἀπὸ σημείων τῶν Δ, Β, Ε κάθετοι αἱ ΔΖ, ΒΗ, ΕΘ. τὸ μὲν ἄρα ἀπὸ ΔΖ ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ ΑΖΓ, τὸ δὲ ἀπὸ ΒΗ τῷ ὑπὸ ΑΗΓ, τὸ δὲ ἀπὸ ΕΘ τῷ ὑπὸ ΑΘΓ. τετμήσθω δὲ δίχα ἡ ΑΓ κατὰ τὸ Κ, καὶ ἐπιζεύχθωσαν αἱ ΚΔ, ΚΒ, ΚΕ. ἐπεὶ οὖν τὸ ὑπὸ ΑΖΓ μετὰ τοῦ ἀπὸ ΖΚ ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ ΑΚ, ἀλλὰ τῷ ὑπὸ ΑΖΓ ἴσον ἐστὶ τὸ ἀπὸ ΔΖ· τὸ ἄρα ἀπὸ ΔΖ μετὰ τοῦ ἀπὸ ΖΚ, τουτέστι τὸ ἀπὸ ΔΚ, ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ ΑΚ. ἴση ἄρα ἐστὶν ἡ ΑΚ τῇ ΚΔ. ὁμοίως δὴ δείξομεν ὅτι καὶ ἑκατέρα τῶν ΒΚ, ΕΚ ἴση ἐστὶ τῇ ΑΚ ἢ τῇ ΚΓ· κύκλου ἄρα περιφέρειά ἐστιν ἡ ΑΒΓ περὶ κέντρον τὸ Κ, τουτέστι περὶ διάμετρον τὴν ΑΓ.

ΛΗΜΜΑ

## ΛΗΜΜΑ γ'.

Τρεῖς παράλληλοι αἱ ΑΒ, ΓΔ, ΕΖ, καὶ διήχθωσαν εἰς αὐτὰς δύο εὐθεῖαι αἱ ΑΗΖΓ, ΒΗΕΔ· ὅτι γίνεται ὡς τὸ ὑπὸ ΑΒ, ΕΖ πρὸς τὸ ἀπὸ ΓΔ οὕτως τὸ ὑπὸ ΑΗΖ πρὸς τὸ ἀπὸ ΗΓ τετράγωνον.

ΕΠΕΙ γάρ ἐστιν ὡς ἡ ΑΒ πρὸς τὴν ΖΕ, τουτέστιν ὡς τὸ ὑπὸ ΑΒ, ΖΕ πρὸς τὸ ἀπὸ ΖΕ οὕτως ἡ ΑΗ πρὸς τὴν ΗΖ, τουτέστι τὸ ὑπὸ ΑΗΖ πρὸς τὸ ἀπὸ ΗΖ· ὡς ἄρα τὸ ὑπὸ ΑΒ, ΖΕ πρὸς τὸ ἀπὸ ΖΕ οὕτως τὸ ὑπὸ ΑΗΖ πρὸς τὸ ἀπὸ ΗΖ. ἀλλὰ καὶ ὡς τὸ ἀπὸ ΖΕ πρὸς τὸ ἀπὸ ΓΔ οὕτως ἐστὶ τὸ ἀπὸ ΖΗ πρὸς τὸ ἀπὸ ΗΓ. δι' ἴσου ἄρα ἐστὶν ὡς τὸ ὑπὸ ΑΒ, ΖΕ πρὸς τὸ ἀπὸ ΓΔ τετράγωνον οὕτω τὸ ὑπὸ ΑΗΖ πρὸς τὸ ἀπὸ ΗΓ τετράγωνον.




## LEMMA III.

Sint tres rectæ parallelæ AB, ΓΔ, EZ, & in ipsas ducantur duæ rectæ AHZΓ, BHEΔ: dico ut rectangulum quod fit sub AB & EZ ad quadratum ex ΓΔ ita esse rectangulum sub AHZ ad quadratum ex HΓ.




QUONIAM enim ut recta AB ad ZE, hoc est [per 1. 6.] ut rectangulum sub AB & ZE ad quadratum ex ZE, ita [per 4. 6.] AH ad ipsam HZ, hoc est [per 1. 6.] rectangulum sub AHZ ad quadratum ex HZ: erit [per 11. 5.] ut rectangulum sub AB & ZE ad quadratum ex ZE ita rectangulum sub AHZ ad quadratum ex HZ. sed [per 4. & 22. 6.] ut quadratum ex ZE ad quadratum ex ΓΔ sic quadratum ex ZH ad quadratum ex HΓ. ex æquali igitur [per 22. 5.] ut rectangulum sub AB & ZE ad quadratum ex ΓΔ sic rectangulum sub AHZ ad quadratum ex HΓ.

## ΛΗΜΜΑ δ'.

Ἔστω ὡς ἡ ΑΒ πρὸς τὴν ΒΓ οὕτως ἡ ΑΔ πρὸς τὴν ΔΓ, καὶ τετμήσθω ἡ ΑΓ δίχα κατὰ τὸ Ε σημεῖον· ὅτι γίνονται τὸ μὲν ὑπὸ ΒΕΔ ἴσον τῷ ἀπὸ ΕΓ, τὸ δὲ ὑπὸ ΑΔΓ τῷ ὑπὸ ΒΔΕ, τὸ δὲ ὑπὸ ΑΒΓ τῷ ὑπὸ ΕΒΔ.

ΕΠΕΙ γάρ ἐστιν ὡς ἡ ΑΒ πρὸς τὴν ΒΓ οὕτως ἡ ΑΔ πρὸς τὴν ΔΓ· συνθέντι, καὶ τὰ ἡμίση τῶν ἡγουμένων, καὶ ἀναστρέψαντι, ἔστιν ὡς ἡ ΒΕ πρὸς τὴν ΕΓ οὕτως ἡ ΓΕ πρὸς τὴν ΕΔ· τὸ ἄρα ὑπὸ ΒΕΔ ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ ΓΕ τετραγώνῳ. κοινὸν ἀφῃρήσθω τὸ ἀπὸ ΕΔ τετράγωνον· λοιπὸν ἄρα τὸ ὑπὸ ΑΔΓ ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ ΒΔΕ. ἐπεὶ δὲ τὸ ὑπὸ ΒΕΔ ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ ΕΓ, ἀμφότερα ἀφῃρήσθω ἀπὸ τοῦ ἀπὸ τῆς ΒΕ τετραγώνου· λοιπὸν ἄρα τὸ ὑπὸ ΑΒΓ ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ ΕΒΔ. γίνεται ἄρα τὰ τρία.




## LEMMA IV.

Sit ut AB ad BΓ ita AΔ ad ΔΓ, & secetur AΓ bifariam in puncto E: dico rectangulum sub BEΔ quadrato ex EΓ æquale esse; itemque rectangulum sub AΔΓ æquale rectangulo sub BΔE; & rectangulum sub ABΓ rectangulo sub EBΔ.

QUONIAM enim ut AB ad BΓ ita est AΔ ad ΔΓ; erit [per 15, 18, & 19. 5.] componendo, sumptisque antecedentium dimidiis, & per conversionem rationis, ut BE ad EΓ ita ΓE ad EΔ: rectangulum igitur sub BEΔ [per 17. 6.] æquale est quadrato ex ΓE. commune auferatur quadratum ex EΔ: ergo quod relinquitur [per 3. & 5. 2.] rectangulum sub AΔΓ rectangulo sub BΔE est æquale. rursus quoniam rectangulum sub BEΔ æquale est quadrato ex EΓ, utraque auferantur à quadrato ex BE: reliquum igitur rectangulum sub ABΓ [per 6. 2.] reliquo sub EBΔ [per 2. 2.] æquale erit. quæ tria erant demonstranda.

## ΛΗΜΜΑ ε'.

Τὸ Α πρὸς τὸ Β τὸν συνημμένον λόγον ἐχέτω ἔκ τε τοῦ ὃν ἔχει τὸ Γ πρὸς τὸ Δ, καὶ ἐξ οὗ ὃν ἔχει τὸ Ε πρὸς τὸ Ζ· ὅτι καὶ τὸ Γ πρὸς τὸ Δ τὸν συνημμένον λόγον ἔχει ἔκ τε τοῦ ὃν ἔχει τὸ Α πρὸς τὸ Β, καὶ τὸ Ζ πρὸς τὸ Ε.

ΤΩ γὰρ τοῦ Ε πρὸς τὸ Ζ λόγῳ ὁ αὐτὸς πεποιήσθω ὁ τοῦ Δ πρὸς τὸ Η. ἐπεὶ οὖν ὁ τοῦ Α πρὸς τὸ Β λόγος συνῆπται ἔκ τε τοῦ τοῦ Γ πρὸς τὸ Δ, καὶ τοῦ τοῦ Ε πρὸς τὸ Ζ, τουτέστι τοῦ Δ πρὸς τὸ Η· ἀλλὰ ὁ συνημμένος ἔκ τε τοῦ ὃν ἔχει τὸ Γ πρὸς τὸ Δ, καὶ ἐξ οὗ ὃν ἔχει τὸ Δ πρὸς τὸ Η, ὁ τοῦ Γ πρὸς τὸ Η ἐστιν· ὡς ἄρα τὸ Α πρὸς τὸ Β οὕτως τὸ Γ πρὸς τὸ Η. ἐπεὶ δὲ τὸ Γ πρὸς τὸ Δ τὸν συνημμένον λόγον ἔχει ἔκ τε τοῦ ὃν ἔχει τὸ Γ πρὸς τὸ Η, καὶ ἐξ οὗ ὃν ἔχει τὸ Η πρὸς τὸ Δ, ἀλλ' ὁ μὲν τοῦ Γ πρὸς τὸ Η ὁ αὐτὸς ἐδείχθη τῷ τοῦ Α πρὸς τὸ Β, ὁ δὲ τοῦ Η πρὸς τὸ Δ




## LEMMA V.

Habeat A ad B rationem compositam ex ratione Γ ad Δ, & ex ratione E ad Z: dico Γ ad Δ rationem compositam habere ex ratione A ad B, & ratione Z ad E.

FIAT enim ratio Δ ad H eadem quæ est E ad Z. & quoniam ratio A ad B composita est ex ratione Γ ad Δ, & ratione E ad Z, hoc est Δ ad H; ratio autem composita ex ratione Γ ad Δ, & ratione Δ ad H est [per 5. def. 6.] eadem cum ratione Γ ad H: erit ut A ad B ita Γ ad H. rursus quoniam Γ ad Δ rationem habet compositam ex ratione Γ ad H, & ratione H ad Δ; & ratio Γ ad H demonstrata est eadem quæ A ad B; & invertendo ratio H ad Δ eadem

eadem est quæ Z ad E: habebit igitur Γ ad Δ rationem compositam ex ratione A ad B, & ratione Z ad E.

ἐκ τῆς ἀνάπαλιν ὁ αὐτός ἐστι τῷ τῆς Z πρὸς τὸ E· καὶ τὸ Γ ἄρα πρὸς τὸ Δ τὸν συνημμένον λόγον ἔχει ἔκ τε τοῦ ὃν ἔχει τὸ A πρὸς τὸ B, καὶ ἐξ οὗ ὃν ἔχει τὸ Z πρὸς τὸ E.

## LEMMA VI.

Sint duo parallelogramma AΓ, ΔZ æquiangula, quorum angulus B sit æqualis angulo E: dico ut rectangulum sub ABΓ ad rectangulum sub ΔEZ ita esse parallelogrammum AΓ ad ΔZ parallelogrammum.

Si enim anguli B, E recti sint, illud perspicue constat: sin minus, demittantur perpendiculares AH, ΔΘ. & quoniam angulus B æqualis est angulo E, & angulus ad H rectus æqualis recto ad Θ: erit triangulum ABH triangulo ΔEΘ æquiangulum. quare [per 4.6.] ut BA ad AH ita EΔ ad ΔΘ. sed [per 1.6.] ut BA ad AH ita rectangulum sub ABΓ ad rectangulum quod sub AH, BΓ continetur: & ut EΔ ad ΔΘ ita rectangulum sub ΔEZ ad rectangulum contentum sub ΔΘ, EZ. quare permutando, ut rectangulum sub ABΓ ad rectangulum sub ΔEZ ita rectangulum sub AH, BΓ, hoc est [per 36.1.] parallelogrammum AΓ, ad rectangulum sub ΔΘ, EZ, hoc est ad parallelogrammum ΔZ.




## ΛΗΜΜΑ ϛʹ.

Ἔστω δύο παραλληλόγραμμα τὰ AΓ, ΔZ ἰσογώνια, ἴσην ἔχοντα τὴν B γωνίαν τῇ E γωνίᾳ· ὅτι γίνεται ὡς τὸ ὑπὸ ABΓ πρὸς τὸ ὑπὸ ΔEZ οὕτω τὸ AΓ παραλληλλόγραμμον πρὸς τὸ ΔZ παραλληλόγραμμον.

Εἰ μὲν οὖν ὀρθαί εἰσιν αἱ B, E γωνίαι, φανερόν· εἰ δὲ μή, ἤχθωσαν κάθετοι αἱ AH, ΔΘ. ἐπεὶ οὖν ἴση ἐστὶν ἡ μὲν B γωνία τῇ E, ἡ δὲ H ὀρθὴ τῇ Θ· ἰσογώνιον ἄρα ἐστὶ τὸ ABH τρίγωνον τῷ ΔEΘ τριγώνῳ. ἔστιν ἄρα ὡς ἡ AB πρὸς τὴν AH οὕτως ἡ EΔ πρὸς τὴν ΔΘ. ἀλλ᾽ ὡς μὲν ἡ BA πρὸς τὴν AH οὕτως ἐστὶ τὸ ὑπὸ ABΓ πρὸς τὸ ὑπὸ AH, BΓ· ὡς δὲ ἡ EΔ πρὸς τὴν ΔΘ οὕτως ἐστὶ τὸ ὑπὸ ΔEZ πρὸς τὸ ὑπὸ ΔΘ, EZ. ἔστιν ἄρα ἐναλλάξ, ὡς τὸ ὑπὸ ABΓ πρὸς τὸ ὑπὸ ΔEZ οὕτω τὸ ὑπὸ AH, BΓ, τοῦτ᾽ ἔστι τὸ AΓ παραλληλόγραμμον, πρὸς τὸ ὑπὸ ΔΘ, EZ, τοῦτ᾽ ἔστι πρὸς τὸ ΔZ παραλληλόγραμμον.

## LEMMA VII.

Sit triangulum ABΓ, sitque BΓ parallela ΔE, & quadrato ex ΓA æquale sit rectangulum sub ZAE: dico quod, si jungantur ΔΓ, BZ, recta BZ ipsi ΔΓ parallela est.

Hoc vero manifeste patet. quoniam enim [ex hyp. & per 17.6.] ut ZA ad AΓ ita est ΓA ad AE; & [per 2.6.] ut ΓA ad AE (ob parallelas) ita BA ad AΔ: erit ut ZA ad AΓ ita BA ad AΔ. ergo BZ, ΔΓ sunt parallelæ.




## ΛΗΜΜΑ ζʹ.

Ἔστω τρίγωνον τὸ ABΓ, ἔστω δὲ παράλληλος ἡ BΓ τῇ ΔE, καὶ τῷ ἀπὸ τῆς ΓA ἴσον κείσθω τὸ ὑπὸ ZAE· ὅτι, ἐὰν ἐπιζευχθῶσιν αἱ ΔΓ, BZ, γίνεται παράλληλος ἡ BZ τῇ ΔΓ.

Τοῦτο δὲ ἐστι φανερόν. ἐπεὶ γάρ ἐστιν ὡς ἡ ZA πρὸς τὴν AΓ οὕτως ἡ ΓA πρὸς τὴν AB, οὕτως ἐστίν, ἐν παραλλήλῳ, ἡ BA πρὸς AΔ· καὶ ὡς ἄρα ἡ ZA πρὸς AΓ οὕτως ἡ BA πρὸς AΔ. παράλληλοι ἄρα εἰσὶν αἱ BZ, ΔΓ.

## LEMMA VIII.

Sit triangulum ABΓ, trapezium vero ΔEZH, ita ut ABΓ angulus angulo ΔEZ sit æqualis, & ΔH parallela EZ: dico ut rectangulum sub ABΓ ad rectangulum quod continetur sub utraque ipsarum ΔH, EZ, & ΔE, sic esse triangulum ABΓ ad trapezium ΔEZH.

Ducantur enim perpendiculares AΘ, ΔK. & quoniam angulus ABΓ æqualis est angulo ΔEZ, & qui est ad Θ rectus æqualis recto ad K; erit [per 4.6.] ut BA ad AΘ ita EΔ ad ΔK. sed [per 1.6.] ut BA ad AΘ ita rectangulum sub ABΓ ad id quod continetur sub AΘ, BΓ; & ut EΔ ad ΔK ita rectangulum quod continetur sub utraque ΔH, EZ, & ΔE, ad contentum sub utraque ΔH, EZ, & ΔK. est autem triangulum ABΓ dimidium rectan-




## ΛΗΜΜΑ ηʹ.

Ἔστω τρίγωνον μὲν τὸ ABΓ, τραπέζιον δὲ τὸ ΔEZH, ὥστε ἴσην εἶναι τὴν ὑπὸ ABΓ γωνίαν τῇ ὑπὸ ΔEZ γωνίᾳ, ἡ δὲ ΔH τῇ EZ παράλληλος· ὅτι γίνεται ὡς τὸ ὑπὸ ABΓ πρὸς τὸ ὑπὸ συναμφοτέρου τῆς ΔH, EZ, καὶ τῆς ΔE, οὕτω τὸ ABΓ πρὸς τὸ ΔEZH.

Ἤχθωσαν κάθετοι αἱ AΘ, ΔK. ἐπεὶ δὲ ἴση ἐστὶν ἡ μὲν ὑπὸ ABΓ γωνία τῇ ὑπὸ ΔEZ γωνίᾳ, ἡ δὲ ὀρθὴ Θ τῇ K ὀρθῇ ἴση· ἔστιν ἄρα ὡς ἡ BA πρὸς AΘ οὕτως ἡ EΔ πρὸς ΔK. ἀλλ᾽ ὡς μὲν ἡ BA πρὸς AΘ οὕτως ἐστὶ τὸ ὑπὸ ABΓ πρὸς τὸ ὑπὸ AΘ, BΓ· ὡς δὲ ἡ EΔ πρὸς τὴν ΔK οὕτως ἐστὶ τὸ ὑπὸ συναμφοτέρου τῆς ΔH, EZ, καὶ τῆς ΔE, πρὸς τὸ ὑπὸ συναμφοτέρου τῆς ΔH, EZ, καὶ τῆς ΔK. καί ἐστι τοῦ μὲν ὑπὸ AΘ, BΓ ἥμισυ τὸ ABΓ

Α Β Γ τρίγωνον· τὸ δὲ ὑπὸ συναμφοτέρου τῆς Δ Η, Ε Ζ, καὶ τῆς Δ Κ ἥμισυ τὸ Δ Ε Ζ Η τραπέζιον. ἔστιν ἄρα ὡς τὸ ὑπὸ Α Β Γ πρὸς τὸ ὑπὸ συναμφοτέρου τῆς Δ Η, Ε Ζ, καὶ τῆς Δ Ε, οὕτω τὸ Α Β Γ τρίγωνον πρὸς τὸ Δ Ε Ζ Η τραπέζιον.

Καὶ ἐὰν ᾖ δὲ τρίγωνον τὸ Α Β Γ, καὶ παραλληλόγραμμον τὸ Δ Ζ· γίνεται ὡς τὸ Α Β Γ τρίγωνον πρὸς τὸ Δ Ε Ζ Η παραλληλόγραμμον οὕτω τὸ ὑπὸ Α Β, Β Γ πρὸς τὸ δὶς ὑπὸ

guli contenti sub Α Θ, Β Γ: & trapezium Δ Ε Ζ Η dimidium ejus quod sub utraque Δ Η, Ε Ζ, & Δ Κ continetur. ergo ut rectangulum sub Α Β Γ ad rectangulum contentum sub utraque Δ Η, Ε Ζ, & Δ Ε, ita est triangulum Α Β Γ ad Δ Ε Ζ trapezium.

Quod si Α Β Γ triangulum sit, & Δ Ζ parallelogrammum: eadem ratione fiet, ut Α Β Γ triangulum ad Δ Ε Ζ Η parallelogrammum ita rectangulum sub Α Β, Β Γ ad duplum rectanguli sub Δ Ε Ζ. ex quibus con-







Δ Ε Ζ, κατὰ τὰ αὐτά. καὶ φανερὸν ἐκ τούτου, ὅτι τὸ μὲν ὑπὸ Α Β, Β Γ, ἐὰν ᾖ τὸ παραλληλόγραμμον τὸ Δ Ζ καὶ ἴσον τῷ Α Β Γ τριγώνῳ, ἴσον γίνεται τῷ δὶς ὑπὸ Δ Ε Ζ· ἐπὶ δὲ τοῦ τραπεζίου, ἴσον γίνεται τῷ ὑπὸ συναμφοτέρου τῆς Δ Η, Ε Ζ, καὶ τῆς Δ Ε.

stat rectangulum sub Α Β, Β Γ (siquidem Δ Ζ parallelogrammum sit ipsique Α Β Γ triangulo æquale) æquale esse duplo rectanguli sub Δ Ε Ζ: si vero trapezium, æquale ei, quod sub utraq; Δ Η, Ε Ζ, & ipsa Δ Ε continetur.

## ΛΗΜΜΑ θʹ.

*Ἔστω τρίγωνον τὸ Α Β Γ, καὶ ἐκβληθείσης τῆς Γ Α διήχθω τις τυχοῦσα ἡ Δ Θ Ε, καὶ αὐτῇ μὲν παράλληλος ἤχθω ἡ Α Η, τῇ δὲ Β Γ ἡ Α Ζ· ὅτι γίνεται ὡς τὸ ἀπὸ Α Η τετράγωνον πρὸς τὸ ὑπὸ Β Η Γ οὕτω τὸ ὑπὸ Δ Ζ Θ πρὸς τὸ ἀπὸ Ζ Α τετράγωνον.*

## LEMMA IX.

Sit triangulum Α Β Γ, &, producta Γ Α ad Δ, ducatur quælibet recta Δ Θ Ε, cui quidem parallela ducatur Α Η; ipsi vero Β Γ parallela Α Ζ: dico ut quadratum ex Α Η ad rectangulum sub Β Η Γ ita esse rectangulum sub Δ Ζ Θ ad quadratum ex Ζ Α.

ΚΕΙΣΘΩ τῷ μὲν ὑπὸ Β Η Γ ἴσον τὸ ὑπὸ Α Η Κ, τῷ δὲ ὑπὸ Δ Ζ Θ ἴσον τὸ ὑπὸ Α Ζ Λ, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ Β Κ, Θ Λ. ἐπεὶ οὖν ἴση ἐστὶν ἡ Γ γωνία τῇ ὑπὸ Β Κ Η, ἡ δὲ ὑπὸ Δ Α Λ ἐν κύκλῳ, ἴση ἐστὶ τῇ ὑπὸ Ζ Θ Λ· καὶ ἡ ὑπὸ Η Κ Β ἄρα ἴση ἐστὶ τῇ ὑπὸ Ζ Θ Λ γωνίᾳ. ἀλλὰ καὶ ἡ πρὸς τὸ Η γωνία ἴση ἐστὶ τῇ πρὸς τὸ Ζ· ἔστιν ἄρα ὡς ἡ Β Η πρὸς τὴν Η Κ οὕτως ἡ Λ Ζ πρὸς τὴν Ζ Θ. ἐπεὶ δέ ἐστιν ὡς ἡ Α Η πρὸς τὴν Η Β οὕτως ἡ Θ Ε πρὸς τὴν Ε Β, ὡς δὲ ἡ Θ Ε πρὸς Ε Β οὕτως ἐστὶν ἐν παραλλήλῳ ἡ Ζ Θ πρὸς Ζ Α· ἔστιν ἄρα ὡς ἡ Α Η πρὸς τὴν Η Β οὕτως ἡ Θ Ζ πρὸς Ζ Α· ἐπεὶ οὖν ἐστιν ὡς μὲν ἡ Α Η πρὸς Η Β οὕτως ἡ Θ Ζ πρὸς Ζ Α, ὡς δὲ ἡ Β Η πρὸς Η Κ οὕτως ἄλλη τις ἡ Λ Ζ πρὸς τὴν ἡγουμένην τὴν Ζ Θ· δι' ἴσου ἄρα ἐν τεταραγμένῃ ἀναλογίᾳ, ὡς ἡ Α Η πρὸς τὴν Η Κ οὕτως ἡ Λ Ζ πρὸς τὴν Ζ Α. ἀλλ' ὡς μὲν ἡ Α Η πρὸς Η Κ οὕτως ἐστὶ τὸ ἀπὸ Α Η πρὸς τὸ ὑπὸ Α Η Κ, τοῦτ' ἔστι πρὸς τὸ ὑπὸ Β Η Γ, ὡς δὲ ἡ Λ Ζ πρὸς Ζ Α οὕτως ἐστὶ τὸ ὑπὸ Λ Ζ Α, τοῦτ' ἔστι τὸ ὑπὸ Δ Ζ Θ, πρὸς τὸ ἀπὸ Ζ Α· ἔστιν ἄρα ὡς τὸ ἀπὸ Α Η πρὸς τὸ ὑπὸ Β Η Γ οὕτως τὸ ὑπὸ Δ Ζ Θ πρὸς τὸ ἀπὸ Ζ Α.




PONATUR rectangulo sub Β Η Γ æquale rectangulum sub Α Η Κ, & rectangulo sub Δ Ζ Θ æquale rectangulum sub Α Ζ Λ, & jungantur Β Κ, Θ Λ. quoniam igitur [per 21. 3.] angulus ad Γ æqualis est angulo Β Κ Η *; & angulus Δ Α Λ in circulo æqualis angulo Ζ Θ Λ: erit & angulus Η Κ Β angulo Ζ Θ Λ æqualis. sed [per 29. 1.] & angulus ad Η est æqualis angulo ad Ζ: ergo [per 4. 6.] ut Β Η ad Η Κ ita Λ Ζ ad Ζ Θ. quoniam autem ut Α Η ad Η Β ita Θ Ε ad Ε Β; & ob parallelas ut Θ Ε ad Ε Β ita Θ Ζ ad Ζ Α: ut igitur Α Η ad Η Β ita Θ Ζ ad Ζ Α. quoniam igitur est quidem ut Α Η ad Η Β ita Θ Ζ ad Ζ Α, ut vero Β Η ad Η Κ ita alia quædam Λ Ζ ad antecedentem Ζ Θ: quare ex æquali in perturbata proportione [per 23. 5.] ut Α Η ad Η Κ ita Λ Ζ ad Ζ Α. ut vero Α Η ad Η Κ ita [per 1. 6.] quadratum ex Α Η ad rectangulum sub Α Η Κ, hoc est [per constr.] ad rectangulum sub Β Η Γ; & ut Λ Ζ ad Ζ Α ita rectangulum sub Λ Ζ Α, hoc est sub Δ Ζ Θ, ad quadratum ex Ζ Α: ergo ut quadratum ex Α Η ad rectangulum sub Β Η Γ ita rectangulum sub Δ Ζ Θ ad quadratum ex Ζ Α.

* Nam [per 35. 3.] circulus circa triangulum Β Α Γ descriptus transit per Κ. Similiter circulus circa Δ Α Θ descriptus transit per Λ.

Sed per compositionem rationum sic. Quoniam enim [per 4.6.] ratio ΑΗ ad ΗΒ est eadem quæ ΘΕ ad ΕΒ; hoc est ΘΖ ad ΖΑ: ratio autem ΑΗ ad ΗΓ eadem quæ ΔΕ ad ΕΓ; hoc est ΔΖ ad ΖΑ: erit ratio composita ex ratione ΑΗ ad ΗΒ, & ex




ratione ΑΗ ad ΗΓ, quæ quidem [per 23. 6.] est ratio quadrati ex ΑΗ ad rectangulum sub ΒΗΓ, eadem cum illa quæ componitur ex ratione ΘΖ ad ΖΑ, & ratione ΔΖ ad ΖΑ. hæc autem est ratio rectanguli sub ΔΖΘ ad quadratum ex ΖΑ.

Διὰ δὲ τῆς συνημμένου. Ἐπεὶ ὁ μὲν τῆς ΑΗ πρὸς ΗΒ λόγος ἐστὶν ὁ τῆς ΘΕ πρὸς ΕΒ, τοῦτ' ἔστιν ὁ τῆς ΘΖ πρὸς ΖΑ· ὁ δὲ τῆς ΑΗ πρὸς τὴν ΗΓ λόγος ὁ αὐτός ἐστι τῷ τῆς ΔΕ πρὸς ΕΓ, τοῦτ' ἔστι τῷ τῆς ΔΖ πρὸς ΖΑ· ὁ ἄρα συνημμένος ἔκ τε τοῦ ὃν ἔχει ἡ ΑΗ πρὸς ΗΒ, καὶ τοῦ ὃν ἔχει ἡ ΑΗ πρὸς ΗΓ, ὅς ἐστιν ὁ τοῦ ἀπὸ ΑΗ πρὸς τὸ ὑπὸ ΒΗΓ, ὁ αὐτός ἐστι τῷ συνημμένῳ ἔκ τε τοῦ τῆς ΘΖ πρὸς ΖΑ, καὶ τοῦ τῆς ΔΖ πρὸς ΖΑ, ὅς ἐστιν ὁ τοῦ ὑπὸ ΔΖΘ πρὸς τὸ ἀπὸ ΖΑ τετράγωνον.

ΑΠΟΛ-

# ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ ΠΕΡΓΑΙΟΥ

# ΚΩΝΙΚΩΝ

## ΤΟ ΠΡΩΤΟΝ,

### ΜΕΤΑ ΤΩΝ ΕΥΤΟΚΙΟΥ ΑΣΚΑΛΩΝΙΤΟΥ ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΩΝ.

# APOLLONII PERGÆI

# CONICORUM

## LIBER PRIMUS,

### CUM COMMENTARIIS EUTOCII ASCALONITÆ.

Ἀπολλώνιος Εὐδήμῳ χαίρειν.

Εἰ τῷ τε σώματι εὖ ἐπανάγεις, καὶ τὰ ἄλλα κατὰ γνώμην ἐστί σοι, καλῶς ἂν ἔχοι· μετρίως δὲ ἔχομεν καὶ αὐτοί. καθ' ὃν δὲ καιρὸν ἤμην μετά σου ἐν Περγάμῳ, ἐθεώρουν σε σπεύδοντα μετασχεῖν τῶν πεπραγμένων ἡμῖν κωνικῶν. πέπομφα οὖν σοι τὸ πρῶτον βιβλίον διορθωσάμενος· τὰ δὲ λοιπὰ, ὅταν εὐαρεστήσωμεν, ἐξαποστελοῦμεν. οὐκ ἀμνημονεῖν γὰρ οἴομαί σε παρ' ἐμοῦ ἀκηκοότα, διότι τὴν περὶ ταῦτα ἔφοδον ἐποιησάμην, ἀξιωθεὶς ὑπὸ Ναυκράτους τοῦ γεωμέτρου, καθ' ὃν δὲ καιρὸν ἐσχόλαζε παρ' ἡμῖν παραγενηθεὶς εἰς Ἀλεξάνδρειαν· καὶ διότι πραγματεύσαντες αὐτὰ ἐν ὀκτὼ βιβλίοις, ἐξ αὐτῆς μεταδεδώκαμεν αὐτὰ, εἰς τὸ σπουδαιότερον, διὰ τὸ πρὸς ἔκπλῳ αὐτὸν εἶναι, οὐ διακαθάραντες, ἀλλὰ πάντα τὰ ὑποπίπτοντα ἡμῖν θέντες, ὡς ἔσχατον ἐπελευσόμενοι. ὅθεν καιρὸν νῦν λαβόντες, αἰεὶ τὸ τυγχάνον διορθώσεως ἐκδίδομεν. καὶ ἐπεὶ

*Apollonius Eudemo* S. P.

Si & corpore vales, & aliæ res tuæ ex animi tui ſententia ſe habent, bene eſt; nos quidem ſatis belle habemus. Quo tempore tecum Pergami fui, animadverti te cupidum intelligendi Conica, quæ à nobis conſcripta ſunt. Itaque miſi ad te primum librum emendatum; reliquos deinceps miſſurus, cum animo ero tranquilliori. non enim arbitror te oblitum, quod à me accepiſti, quid ſcilicet cauſæ fuerit, cur ego hæc ſcribere aggreſſus ſim, rogatus à Naucrate Geometra, quo tempore Alexandriam veniens apud nos fuit: & cur nos cum de illis, octo libris, egiſſemus, ſtatim illos cum eo communicavimus, non eâ quâ par erat diligentiâ (quòd quamprimum erat navigaturus) eos emendantes, ſed quæcunque ſeſe nobis obtulerunt conſcribentes; utpote qui ea denuo eſſemus percurſuri. quamobrem nunc tempus nacti, ut quæque emendamus, ita edimus. Et quoniam

niam accidit nonnullos alios ex iis, qui nobiscum fuerant, habuisse primum & secundum librum antequam emendaretur; noli mirari si in quædam incidas, quæ aliter se habeant. Ex octo autem libris quatuor primi hujus disciplinæ continent elementa; quorum primus complectitur generationes trium coni sectionum, & earum quæ oppositæ dicuntur, itemque principalia ipsarum accidentia, à nobis & uberius & universalius, quam ab aliis, qui de ea re scripserunt, elaborata. ¶ Secundus liber tractat ea, quæ attinent ad diametros, & ad axes sectionum, & ad rectas asymptotos; tum de aliis differit, quæ & generalem & necessariam utilitatem ad determinationes afferunt: quas autem vocem diametros, & quos axes, ex hoc libro cognosces. Tertius liber continet multa & admirabilia theoremata, quæ utilia erunt & ad solidorum locorum compositiones, & ad determinationes, quorum complura & pulchra & nova sunt. Hæc nos perpendentes animadvertimus non positam esse ab *Euclide* rationem componendi loci ad tres & quatuor lineas; verum ipsius tantummodo particulam quandam, atque hanc non satis feliciter: neque enim fieri poterat, ut ea compositio recte perficeretur absque iis quæ à nobis inventa sunt. Quartus liber tradit quot modis conorum sectiones inter sese, & circuli circumferentiæ occurrere possint, & multa alia ad pleniorem doctrinam, quorum nihil ab iis, qui ante nos fuerunt, memoriæ proditum est; item coni sectio, & circuli circumferentia, & oppositæ sectiones ad quot puncta oppositis sectionibus occurrant. Reliqui autem quatuor libri ad abundantiorem scientiam pertinent. Etenim quintus de minimis & maximis magna ex parte agit; Sextus de æqualibus, & similibus coni sectionibus: Septimus continet theoremata quæ determinandi vim habent; Octavus problemata conica determinata. At vero omnibus his editis, licet unicuique, qui in ea legendo inciderit, ex animi sui sententia judicare. Vale.

συμβέβηκε καὶ ἄλλους τινὰς τῶν συμμεμιχθότων ἡμῖν μετειληφέναι τὸ πρῶτον καὶ τὸ δεύτερον βιβλίον πρὶν ἢ διορθωθῆναι, μὴ θαυμάσῃς, ἐὰν περιπίπτῃς αὐτοῖς ἑτέρως ἔχουσιν. ἀπὸ δὲ τῶν ὀκτὼ βιβλίων τὰ πρῶτα τέσσαρα πέπτωκε πρὸς εἰσαγωγὴν στοιχειώδη. περιέχει δὲ τὸ μὲν πρῶτον τὰς γενέσεις τῶν τριῶν τομῶν καὶ τῶν ἀντικειμένων, καὶ τὰ ἐν αὐταῖς ἀρχικὰ συμπτώματα ἐπιπλέον καὶ καθόλου μᾶλλον ἐξειργασμένα παρὰ τὰ ὑπὸ τῶν ἄλλων γεγραμμένα. τὸ δὲ δεύτερον τὰ περὶ τὰς διαμέτρους καὶ τοὺς ἄξονας τῶν τομῶν συμβαίνοντα, καὶ τὰς ἀσυμπτώτους, καὶ ἄλλα γενικὴν καὶ ἀναγκαίαν χρείαν παρεχόμενα πρὸς τοὺς διορισμούς· τίνας δὲ διαμέτρους, ἢ τίνας ἄξονας καλῶ, εἰδήσεις ἐκ τούτου τοῦ βιβλίου. τὸ δὲ τρίτον πολλὰ καὶ παράδοξα θεωρήματα χρήσιμα πρός τε τὰς συνθέσεις τῶν στερεῶν τόπων καὶ τοὺς διορισμούς, ὧν τὰ πλεῖστα καλὰ καὶ ξένα. ἃ καὶ κατανοήσαντες συνείδομεν μὴ συντιθέμενον ὑπὸ Εὐκλείδου τὸν ἐπὶ τρεῖς καὶ τέσσαρας γραμμὰς τόπον, ἀλλὰ μόριον τὸ τυχὸν αὐτοῦ, καὶ τοῦτο οὐκ εὐτυχῶς· οὐ γὰρ δυνατὸν ἄνευ τῶν προσευρημένων ἡμῖν τελειωθῆναι τὴν σύνθεσιν. τὸ δὲ τέταρτον ποσαχῶς αἱ τῶν κώνων τομαὶ ἀλλήλαις τε καὶ τῇ τοῦ κύκλου περιφερείᾳ συμβάλλουσι, καὶ ἄλλα ἐκ περισσοῦ, ὧν οὐδέτερον ὑπὸ τῶν πρὸ ἡμῶν γέγραπται· κώνου τομὴ ἢ κύκλου περιφέρεια, καὶ ἔτι ἀντικείμεναι ἀντικειμέναις κατὰ πόσα σημεῖα συμβάλλουσι. τὰ δὲ λοιπά ἐστι περιουσιαστικώτερα· ἔστι γὰρ τὸ μὲν περὶ ἐλαχίστων καὶ μεγίστων ἐπιπλέον· τὸ δὲ περὶ ἴσων καὶ ὁμοίων τομῶν κώνου· τὸ δὲ περὶ διοριστικῶν θεωρημάτων· τὸ δὲ προβλημάτων κωνικῶν διωρισμένων. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πάντων ἐκδοθέντων ἔξεστι τοῖς περιτυγχάνουσι κρίνειν αὐτά, ὡς ἂν αὐτῶν ἕκαστος αἱρῆται. εὐτύχει.

## EUTOCII COMMENTARII.

APOLLONIUS geometra, *Anthemi* sodalis chariſſime, natus est *Pergæ*, quæ *Pamphiliæ* civitas est, tempore *Ptolemæi Euergetæ*, ut tradit *Heraclius* in *Archimedis* vita, qui etiam scribit *Archimedem* quidem primum conica theoremata fuisse aggressum; *Apollonium* vero, cum ea invenisset ab

*

ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ ὁ γεωμέτρης, ὦ φίλε ἑταῖρε Ἀνθέμιε, γέγονε μὲν ἐκ Πέργης τῆς ἐν Παμφυλίᾳ, ἐν χρόνοις τοῦ Εὐεργέτου Πτολεμαίου, ὡς ἱστορεῖ Ἡράκλειος εἰς τὸν βίον Ἀρχιμήδους γράφων, ὃς καί φησι τὰ κωνικὰ θεωρήματα ἐπινοῆσαι μὲν πρῶτον τὸν Ἀρχιμήδην, τὸν δὲ Ἀπολλώνιον αὐτὰ εὑρόντα γέντα ὑπὸ Ἀρχιμήδους μὴ ἐκδοθέντα, ἰδιοποιήσασθαι, οὐκ ἀληθεύων κατά γε τὴν ἐμήν. ὅ τε γὰρ Ἀρχιμήδης ἐν πολλοῖς φαίνεται ὡς παλαιοτέρας στοιχειώσεως τῶν κωνικῶν μεμνημένος, καὶ ὁ Ἀπολλώνιος οὐχ ὡς ἰδίας ἐπινοίας γράφει· οὐ γὰρ ἂν ἔφη, ἐπιπλέον καὶ καθόλου μᾶλλον ἐξειργάσθαι ταῦτα παρὰ τὰ ὑπὸ τῶν ἄλλων γεγραμμένα. ἀλλ' ὅπερ φησὶν ὁ Γεμῖνος ἀληθές ἐστιν, ὅτι οἱ παλαιοὶ, κῶνον ὁριζόμενοι τὴν τοῦ ὀρθογωνίου τριγώνου περιφορὰν μενούσης μιᾶς τῶν περὶ τὴν ὀρθὴν γωνίαν πλευρᾶς, εἰκότως καὶ τοὺς κώνους πάντας ὀρθοὺς ὑπελάμβανον γίνεσθαι, καὶ μίαν τομὴν ἐν ἑκάστῳ, ἐν μὲν τῷ ὀρθογωνίῳ τὴν νῦν καλουμένην Παραβολὴν, ἐν δὲ τῷ ἀμβλυγωνίῳ τὴν Ὑπερβολὴν, ἐν δὲ τῷ ὀξυγωνίῳ τὴν Ἔλλειψιν· καὶ ἔστι παρ' αὐτοῖς εὑρεῖν οὕτως ὀνομαζομένας τὰς τομάς. ὥσπερ οὖν τῶν ἀρχαίων ἐπὶ ἑνὸς ἑκάστου εἴδους τριγώνου θεωρησάντων τὰς δύο ὀρθὰς, πρότερον ἐν τῷ ἰσοπλεύρῳ, καὶ πάλιν ἐν τῷ ἰσοσκελεῖ, καὶ ὕστερον ἐν τῷ σκαληνῷ· οἱ μεταγενέστεροι καθολικὸν θεώρημα ἀπέδειξαν τοιοῦτον· « παντὸς τριγώνου αἱ ἐντὸς τρεῖς γωνίαι δυσὶν ὀρ« θαῖς ἴσαι εἰσίν »· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν τοῦ κώνου τομῶν, τὴν μὲν γὰρ λεγομένην ὀρθογωνίου κώνου τομὴν ἐν ὀρθογωνίῳ μόνον κώνῳ ἐθεώρουν, τεμνομένῳ ἐπιπέδῳ ὀρθῷ πρὸς μίαν πλευρὰν τοῦ κώνου. τὴν δὲ τοῦ ἀμβλυγωνίου κώνου τομὴν ἐν ἀμβλυγωνίῳ γινομένην κώνῳ ἀπεδείκνυσαν· τὴν δὲ τοῦ ὀξυγωνίου ἐν ὀξυγωνίῳ, ὁμοίως ἐπὶ πάντων τῶν κώνων ἄγοντες τὰ ἐπίπεδα ὀρθὰ πρὸς μίαν πλευρὰν τοῦ κώνου· δηλοῖ δὲ καὶ αὐτὰ τὰ ἀρχαῖα ὀνόματα τῶν γραμμῶν. ὕστερον δὲ Ἀπολλώνιος ὁ Περγαῖος καθόλου τι ἐθεώρησεν, ὅτι ἐν παντὶ κώνῳ, καὶ ὀρθῷ καὶ σκαληνῷ, πᾶσαι αἱ τομαί εἰσι, κατὰ διαφορὰν τοῦ ἐπιπέδου πρὸς τὸν κῶνον προσβολήν. ὃν καὶ θαυμάσαντες οἱ κατ' αὐτὸν γενόμενοι, διὰ τὸ θαυμάσιον τῶν ὑπ' αὐτοῦ δεδειγμένων κωνικῶν θεωρημάτων, μέγαν Γεωμέτρην ἐκάλουν. ταῦτα μὲν οὖν ὁ Γεμῖνος ἐν τῷ ἕκτῳ φησὶ τῆς τῶν μαθημάτων θεωρίας.

Ὃ δὲ λέγει σαφὲς ποιήσομεν ἐπὶ τῶν ὑποκειμένων καταγραφῶν. ἔστω τὸ διὰ τοῦ ἄξονος κώνου τρίγωνον τὸ Α Β Γ, καὶ ἤχθω τῇ Α Β ἀπὸ τυχόντος σημείου τοῦ Ε πρὸς ὀρθὰς ἡ Δ Ε Ζ, καὶ τὸ διὰ τῆς Δ Ζ ἐπίπεδον ἐκβληθὲν ὀρθὸν πρὸς τὴν Α Β τεμνέτω τὸν κῶνον· ὀρθὴ ἄρα ἐστὶν ἑκατέρα τῶν ὑπὸ Α Ε Δ, Α Ε Ζ γωνιῶν, καὶ ὀρθογωνίου μένοντος τοῦ κώνου, καὶ ὀρθῆς δηλονότι τῆς ὑπὸ Β Α Γ γωνίας, ὡς ἐπὶ τῆς πρώτης καταγραφῆς, δύο ὀρθαὶ ἔσονται αἱ ὑπὸ Β Α Γ,




Α Ε Ζ γωνίαι. ὥστε παράλληλός ἐστιν ἡ Δ Ε Ζ τῇ Α Γ, καὶ γίνεται ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ κώνου τομὴ ἡ καλουμένη Παραβολὴ, οὕτω κληθεῖσα ἀπὸ τοῦ παράλληλον εἶναι τὴν Δ Ε Ζ, ἥτις ἐστὶ κοινὴ τομὴ τοῦ τέμνοντος ἐπιπέδου καὶ τοῦ διὰ τοῦ ἄξονος τριγώνου, τῇ Α Γ πλευρᾷ τοῦ τριγώνου. ἐὰν δὲ ἀμβλυγώνιος ᾖ ὁ κῶνος, ὡς ἐπὶ τῆς δευτέρας καταγραφῆς, ἀμβλείας δηλονότι οὔσης τῆς ὑπὸ Β Α Γ, ὀρθῆς δὲ τῆς ὑπὸ Α Ε Ζ· δύο ὀρθῶν μείζους ἔσονται αἱ ὑπὸ Β Α Γ, Α Ε Ζ γωνίαι· ὥστε οὐ συμπεσεῖται ἡ Δ Ε Ζ τῇ Α Γ πλευρᾷ ἐπὶ τὰ πρὸς τοῖς Ζ, Γ μέρη, ἀλλὰ ἐπὶ τὰ πρὸς τοῖς Α, Ε, προσεκβαλλομένης δηλονότι τῆς Γ Α ἐπὶ τὸ Δ. ποιήσει οὖν τὸ τέμνον ἐπίπεδον ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ κώνου τομὴν ἐπικαλουμένην Ὑπερβολὴν, οὕτω κληθεῖσαν ἀπὸ τοῦ ὑπερβάλλειν τὰς εἰρημένας, τουτέστι τὰς ὑπὸ Β Α Γ, Α Ε Ζ δύο ὀρθὰς, ἢ διὰ τὸ ὑπερβάλλειν τὴν Δ Ε Ζ τὴν κορυφὴν τοῦ κώνου, καὶ συμπίπτειν

*Archimede* nondum edita; ficut propria fua edidiffe, neque id vere, ut mea fert opinio. Nam & *Archimedes* multis in locis velut antiquioris conicorum inftitutionis mentionem facere videtur; & *Apollonius* ea fcribit, non ut à feipfo inventa: non enim dixiffet, uberius & univerfalius hæc à fe, quam ab aliis tractata fuiffe. Sed quod fcribit *Geminus* verum eft, quod antiqui conum definientes, rectanguli trianguli circumvolutionem, manente uno eorum quæ circa rectum angulum funt latere; & conos omnes rectos, & unam in fingulis fectionem fieri arbitrati funt; in rectangulo quidem cono vocatam *Parabolam*; in obtufangulo *Hyperbolam*; in acutangulo autem *Ellipfim*: atque ita nominatas apud ipfos fectiones paffim invenias. Quemadmodum igitur antiquis illis in unaquaque triangulorum fpecie contemplantibus duos rectos, primum in æquilatero, deinde in æquicruri, poftea in fcaleno; ætate pofteriores univerfale theorema demonftrarunt ejufmodi; *Omnis trianguli interiores tres anguli duobus rectis funt æquales*: ita & in coni fectionibus, rectanguli quidem coni fectionem dictam in rectangulo tantum cono contemplati funt; fecto fcilicet plano ad unum coni latus recto. obtufanguli autem coni fectionem in cono obtufangulo factam demonftrarunt; & acutanguli fectionem in cono acutangulo: fimiliter in omnibus conis ducentes plana ad unum coni latus recta; quod & antiqua linearum nomina indicant. Verum poftea *Apollonius Pergæus* univerfe infpexit in omni cono, tam recto, quam fcaleno, omnes fectiones ineffe juxta plani ad conum diverfam inclinationem. Quem illius temporis homines, admirati propter mirificam conicorum theorematum demonftrationem, *Magnum Geometram* appellarunt. Hæc quidem *Geminus* fcripta reliquit in fexto Mathematicarum præceptionum libro.

Quod autem dicit manifeftum faciemus in fubjectis figuris. Sit enim per axem coni triangulum ΑΒΓ, & à quovis puncto Ε ducatur ipfi ΑΒ ad angulos rectos ΔΕΖ, & per ΔΖ ductum planum rectum ad ipfam ΑΒ conum fecet: rectus igitur eft uterque angulus ΑΕΔ, ΑΕΖ; rectanguloque exiftente cono & angulo ΒΑΓ recto, ut in prima figura apparet, erunt anguli ΒΑΓ, ΑΕΖ duo recti anguli: quare [per 28. 1.] parallela erit ΔΕΖ ipfi ΑΓ; & fiet in fuperficie coni fectio *Parabola*, fic dicta, quod recta ΔΕΖ, quæ communis fectio eft plani fecantis & trianguli per axem, parallela fit ipfi ΑΓ lateri trianguli. Sed fi obtufangulus fit conus, ut in fecunda figura, obtufo videlicet exiftente angulo ΒΑΓ, & angulo ΑΕΖ recto: anguli ΒΑΓ, ΑΕΖ duobus rectis majores erunt, & non conveniet ΔΕΖ cum ipfo ΑΓ latere ad partes Ζ, Γ, fed ad partes Α, Ε, producta nimirum ΓΑ in Δ. faciet igitur fecans planum in fuperficie coni fectionem, *Hyperbolam* dictam, vel ab eo quod anguli ΒΑΓ, ΑΕΖ excedant duos rectos, vel quod ΔΕΖ excedat verticem coni, & cum ipfa ΑΓ extra conveniat. Quod si acutangulus sit conus, hoc est acuto existente angulo Β Α Γ, erunt anguli Β Α Γ, Α Ε Ζ minores duobus rectis; & lineæ Ε Ζ, Α Γ productæ convenient tandem in aliqua parte: augere namque conum & in longius producere possumus. erit igitur in superficie sectio, quæ appellarur *Ellipsis*, sic dicta vel quod dicti anguli à duobus rectis deficiant, vel quod ellipsis diminutus quidam circulus sit. Ad hunc quidem modum antiqui, ponentes secans planum per Δ Ε Ζ ad rectos angulos ipsi Α Β lateri trianguli per axem coni, consideraruns etiam differentes conos, & propriam in unoquoque sectionem. At *Apollonius*, ponens conum & rectum & scalenum, diverso ipsius plani occursu diversas efficit sectiones. Sit enim, ut in iisdem figuris, secans planum Κ Ε Λ; communis autem sectio ipsius plani & basis coni, recta Κ Λ; communis rursus sectio ejusdem & trianguli Α Β Γ sit ipsa Ε Ζ, quæ & diameter appellatur sectionis: itaque in omnibus sectionibus ponit rectam Κ Λ ad rectos angulos esse ipsi Β Γ basi trianguli Α Β Γ. Verum si Ε Ζ parallela sit Α Γ, parabolam fieri Κ Ε Λ sectionem in coni superficie: si vero Ε Ζ conveniat cum latere Α Γ extra verticem coni ut in Δ, fieri ipsam Κ Ε Λ sectionem hyperbolam. quod si conveniat intra, fieri sectionem ellipsim, quam & *Scutiformem* vocant. Generaliter igitur parabolæ diameter parallela est uni lateri trianguli; hyperbolæ autem diameter cum latere trianguli convenit quidem ad partes verticis coni; ellipsis vero diameter convenit cum latere trianguli ad partes basis. Scire præterea illud oportet, parabolam & hyperbolam ex eorum numero esse quæ in infinitum augentur; at ellipsim non item: omnis enim in seipsam redit, sicuti circulus.

Cum autem plures editiones sint, ut etiam ipse [*Apollonius*] in epistola scribit; optimum fore judicavi, ex diversis quæ occurrerunt, clarius dicta & meliori argumentandi ordine disposita in textu exhibere; seorsum vero in commentariis, ut par est, diversos demonstrationis modos explicare. itaque in epistola dicit primos quatuor libros hujusce disciplinæ elementa continere. quorum primus quidem complectitur generationes trium coni sectionum, & earum quæ oppositæ dicuntur, itemque principalia ipsarum accidentia: hæc autem sunt quæcunque ipsis in prima generatione contingunt; habent enim & alia quædam consequentia. Secundus autem liber tractat ea quæ attinent ad diametros, & ad axes sectionum, & ad rectas asymptotos: tum & alia quæ & generalem & necessariam utilitatem afferunt ad determinationes. Determinatio autem duplex est, ut manifeste patet; altera quidem post expositionem eorum quæ ad quæsitum pertinent: altera vero propositionem universalem esse prohibens, quæ declarat quando, & qua ratione, & quot modis id quod propositum est fieri possit; ut in vigesimo secundo theoremate primi libri elementorum *Euclidis*: *Ex tribus rectis, quæ æquales sint tribus datis, triangulum constituere: oportet autem duas ejusmodi rectas reliqua esse majores, quomodocunque sumantur*, quippe cum demonstratum sit, omnis trianguli duo latera, quomodocunque sumpta, reliquo majora esse. Tertius vero conicorum liber continet multa & admirabilia theoremata, ad solidorum locorum compositionem utilia. *Planos Locos* antiqui geometræ appellare consueverunt, quando non ab uno duntaxat puncto sed à pluribus [*rectæ scilicet aut peripheriæ circuli*] problema efficitur: ut siquis proponat, Data recta terminata, invenire punctum à quo perpendicularis ducta ad datam rectam sit inter ipsius rectæ partes media proportionalis. *Locum* ejusmodi vocant geometræ; quoniam non unum duntaxat est punctum quod problema efficit, sed locus totus quem occupat circumferentia circuli circa datam rectam tanquam diametrum descripti. si enim super data re-

τῇ Γ Α ἐκτός. ἐὰν δὲ ὀξυγώνιος ᾖ ὁ κῶνος, ὀξείας δηλονότι οὔσης τῆς ὑπὸ Β Α Γ, αἱ Β Α Γ, Α Ε Ζ ἔσονται δύο ὀρθῶν ἐλάσσονές τε, καὶ αἱ Ε Ζ, Α Γ ἐκβαλλόμεναι συμπεσοῦνται ὁπουδήποτε· προσαυξῆσαι γὰρ δυνάμεθα τὸν κῶνον. ἔσται οὖν ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ τομὴ, ἥτις καλεῖται Ἔλλειψις, οὕτω κληθεῖσα ἢ διὰ τὸ ἐλλείπειν δύο ὀρθαῖς τὰς προειρημένας γωνίας, ἢ διὰ τὸ τὴν ἔλλειψιν κύκλον εἶναι ἐλλιπῆ. οὕτω μὲν οὖν οἱ παλαιοὶ, ὑποθέμενοι τὸ τέμνον ἐπίπεδον τὸ διὰ τῆς Δ Ε Ζ πρὸς ὀρθὰς τῇ Α Β πλευρᾷ τοῦ διὰ τοῦ ἄξονος τοῦ κώνου τριγώνου, καὶ ἔτι διαφόρους τοὺς κώνους ἐθεώρησαν, καὶ ἐπὶ ἑκάστου ἰδίαν τομήν. ὁ δὲ Ἀπολλώνιος, ὑποθέμενος κῶνον καὶ ὀρθὸν καὶ σκαληνὸν, τῇ διαφόρῳ τοῦ ἐπιπέδου κλίσει διαφόρους ἐποίησε τὰς τομάς. ἔστω γὰρ πάλιν, ὡς ἐπὶ τῶν αὐτῶν καταγραφῶν, τὸ τέμνον ἐπίπεδον τὸ Κ Ε Λ, κοινὴ δὲ αὐτοῦ τομὴ καὶ τῆς βάσεως τοῦ κώνου ἡ Κ Λ, κοινὴ δὲ πάλιν αὐτοῦ τοῦ Κ Ε Λ ἐπιπέδου καὶ τοῦ Α Β Γ τριγώνου ἡ Ε Ζ, ἥτις καὶ διάμετρος καλεῖται τῆς τομῆς· ἐπὶ πάντων οὖν τῶν τομῶν ὑποτίθεται τὴν Κ Λ πρὸς ὀρθὰς τῇ Β Γ βάσει τοῦ Α Β Γ τριγώνου. λοιπὸν δὲ, εἰ μὲν ἡ Ε Ζ παράλληλος εἴη τῇ Α Γ, παραβολὴν γίνεσθαι τὴν Κ Ε Λ ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ κώνου τομήν· εἰ δὲ συμπίπτει τῇ Α Γ πλευρᾷ ἡ Ε Ζ, ἐκτὸς τῆς κορυφῆς τοῦ κώνου, ὡς κατὰ τὸ Δ, γίνεσθαι τὴν Κ Ε Λ τομὴν ὑπερβολήν· εἰ δὲ ἐντὸς συμπίπτει τῇ Α Γ ἡ Ε Ζ, γίνεσθαι τὴν τομὴν ἔλλειψιν, ἣν καὶ θυρεὸν καλοῦσι. καθόλου οὖν τῆς μὲν παραβολῆς ἡ διάμετρος παράλληλός ἐστι τῇ μιᾷ πλευρᾷ τοῦ τριγώνου· τῆς δὲ ὑπερβολῆς ἡ διάμετρος συμπίπτει τῇ πλευρᾷ τοῦ τριγώνου, ἐπὶ τὰ πρὸς τῇ κορυφῇ τοῦ κώνου μέρη· τῆς δὲ ἐλλείψεως ἡ διάμετρος συμπίπτει τῇ πλευρᾷ τοῦ τριγώνου, ἐπὶ τὰ πρὸς τῇ βάσει μέρη. κἀκεῖνο δὲ χρὴ εἰδέναι, ὅτι ἡ μὲν παραβολὴ καὶ ἡ ὑπερβολὴ τῶν εἰς ἄπειρόν εἰσιν αὐξανομένων, ἡ δὲ ἔλλειψις οὐκέτι· πᾶσα γὰρ εἰς αὐτὴν συννεύει ὁμοίως τῷ κύκλῳ.

Πλειόνων δὲ οὐσῶν ἐκδόσεων, ὡς καὶ αὐτός φησιν ἐν τῇ ἐπιστολῇ, ἄμεινον ἡγησάμην συναγαγεῖν αὐτὰς, ἐκ τῶν ἐμπιπτόντων τὰ σαφέστερα παρατιθέμενος ἐν τῷ ῥητῷ, διὰ τὴν τῶν εἰσαγομένων εὐμάρειαν· ἔξωθεν δὲ ἐν τοῖς συντεταγμένοις σχολίοις ἐπισημαίνεσθαι τοὺς διαφόρους, ὡς εἰκὸς, τρόπους τῶν ἀποδείξεων. φησὶ τοίνυν ἐν τῇ ἐπιστολῇ τὰ πρῶτα τέσσαρα βιβλία περιέχειν ἀγωγὴν στοιχειώδη, ὧν τὸ μὲν πρῶτον περιέχει τὰς γενέσεις τῶν τριῶν τοῦ κώνου τομῶν, καὶ τῶν καλουμένων ἀντικειμένων, καὶ τὰ ἐν αὐταῖς ἀρχικὰ συμπτώματα· ταῦτα δέ ἐστιν ὅσα συμβαίνει τι παρὰ τὴν πρώτην αὐτῶν γένεσιν· ἔχουσι γὰρ καὶ ἕτερά τινα παρακολουθήματα. τὸ δὲ δεύτερον τὰ παρὰ τὰς διαμέτρους, καὶ τοὺς ἄξονας τῶν τομῶν, καὶ τὰς ἀσυμπτώτους· καὶ ἄλλα γενικὴν καὶ ἀναγκαίαν χρείαν παρεχόμενα πρὸς τοὺς διορισμούς. ὁ διορισμὸς ὅτι διπλοῦς ἐστι, παντί που δῆλον· ὁ μὲν μετὰ τὴν ἔκθεσιν ἐφιστάνων τί ἐστι τὸ ζητούμενον· ὁ δὲ τὴν πρότασιν οὐ συγχωρῶν καθολικὴν εἶναι, λέγων δὲ πότε καὶ πῶς καὶ ποσαχῶς δυνατὸν συστῆναι τὸ προτεθέμενον, οἷός ἐστιν ὁ ἐν τῷ εἰκοστῷ δευτέρῳ θεωρήματι τοῦ πρώτου βιβλίου τῆς Εὐκλείδου στοιχειώσεως "ἐκ τριῶν εὐθειῶν, αἵ εἰσιν ἴσαι τρισὶ ταῖς δοθείσαις, τρίγωνον συστήσασθαι· δεῖ δὲ τὰς δύο τῆς λοιπῆς μείζονας εἶναι, πάντη μεταλαμβανομένας", ἐπεὶ δέδεικται ὅτι παντὸς τριγώνου αἱ δύο πλευραὶ τῆς λοιπῆς μείζονές εἰσι πάντη μεταλαμβανόμεναι. τὸ δὲ τρίτον τῶν κωνικῶν περιέχει, φησὶ, πολλὰ καὶ παράδοξα θεωρήματα χρήσιμα πρὸς τὰς συνθέσεις τῶν στερεῶν τόπων. Ἐπιπέδους τόπους ἔθος τοῖς παλαιοῖς γεωμέτραις λέγειν, ὅτι τῶν προβλημάτων οὐκ ἀφ' ἑνὸς σημείου μόνον, ἀλλ' ἀπὸ πλειόνων γίνεται τὸ ποίημα· οἷον εἰ ἐπιτάξει, τῆς εὐθείας δοθείσης πεπερασμένης εὑρεῖν τι σημεῖον ἀφ' οὗ ἀχθεῖσα κάθετος ἐπὶ τὴν δοθεῖσαν μέσον ἀνάλογον γίνεται τῶν τμημάτων. Τόπον καλοῦσι τὸ τοιοῦτον, οὐ μόνον γὰρ ἓν σημεῖόν ἐστι τὸ ποιοῦν τὸ πρόβλημα, ἀλλὰ τόπος ὅλος ὃν ἔχει ἡ περιφέρεια τοῦ περὶ διάμετρον τῆς δοθείσης εὐθείας κύκλου. ἐὰν γὰρ ἀπὸ τῆς δοθείσης εὐθείας

θείας ἡμικύκλιον γραφῇ, ὅπερ ἂν ἐπὶ τῆς περιφερείας λάβῃς σημεῖον, καὶ ἀπ' αὐτοῦ κάθετον ἀγάγῃς ἐπὶ τὴν διάμετρον, ποιήσει τὸ προβληθέν. ὁμοίως δὲ δοθείσης εὐθείας, ἐάν τις ἐπιτάξῃ εὑρεῖν ἐκτὸς αὐτῆς σημεῖον, ἀφ' οὗ ἐπιζευγνύμεναι ἐπὶ τὰ πέρατα τῆς εὐθείας ἴσαι ἔσονται ἀλλήλαις· καὶ ἐπὶ τούτου οὐ μόνον ἓν σημεῖον τὸ ποιεῖν τὸ πρόβλημα, ἀλλὰ τόπος ὃν ἐπέχει ἡ ἀπὸ τῆς διχοτομίας πρὸς ὀρθὰς ἀγομένη. ἐὰν γὰρ τὴν δοθεῖσαν εὐθεῖαν δίχα τεμὼν, καὶ ἀπὸ τῆς διχοτομίας πρὸς ὀρθὰς ἀγάγῃς, οἷον ἐπ' αὐτῆς λάβῃς σημεῖον ποιήσει τὸ ἐπιταχθέν. ὅμοιον καὶ γράφει αὐτὸς Απολλώνιος ἐν τῷ ἀναλυομένῳ τόπῳ ὑποκειμένῳ.

eta femicirculus defcribatur, quodcunque in circumferentia fumpferis punctum, & ab ipfo perpendicularem ad diametrum duxeris, quod propofitum eft efficiet. Similiter autem data recta, fi quis proponat invenire extra ipfam punctum à quo rectæ ad ejus extrema ductæ inter fe æquales fint; etiam in hoc non unicum duntaxat eft punctum problema efficiens, fed locus quem occupat recta à puncto medio rectæ datæ ad rectos angulos ducta. nam fi data recta bifariam fecetur, & ab eo puncto recta ad rectos ducatur angulos, quodcunque in ipfa fumpferis punctum faciet illud quod proponebatur. Huic fimile fcribit *Apollonius* in *Loco Refoluto* fubnexo.

**Δύο δοθέντων σημείων ἐν ἐπιπέδῳ, καὶ λόγου δοθέντος ἀνίσων εὐθειῶν· δυνατόν ἐστιν ἐν τῷ ἐπιπέδῳ γράψαι κύκλον, ὥστε τὰς ἀπὸ τῶν δοθέντων σημείων ἐπὶ τὴν περιφέρειαν τοῦ κύκλου κλωμένας εὐθείας λόγον ἔχειν τὸν αὐτὸν τῷ δοθέντι.**

**Datis duobus punctis in plano, & data ratione inæqualium rectarum: poteft in plano circulus defcribi, ita ut rectæ à datis punctis ad circumferentiam circuli inclinatæ habeant rationem eandem datæ rationi.**

ΕΣΤΩ τὰ μὲν δοθέντα σημεῖα τὰ Α, Β, λόγος δὲ ὁ τῆς Γ πρὸς τὴν Δ, μείζονος οὔσης τῆς Γ· δεῖ δὴ ποιῆσαι τὸ ἐπιταχθέν.

Επεζεύχθω ἡ Α Β, καὶ ἐκβεβλήσθω ἐπὶ τὰ πρὸς τὸ Β μέρη, καὶ γεγονέτω ὡς ἡ Δ πρὸς τὴν Γ ἡ Γ πρὸς ἄλλην τινὰ, μείζονα δηλονότι τῆς Δ, καὶ ἔστω εἰ τύχοι πρὸς τὴν Ε Δ. καὶ πάλιν γεγονέτω ὡς ἡ Ε πρὸς τὴν Α Β ἡ Δ πρὸς τὴν Β Ζ, καὶ ἡ Γ πρὸς τὴν Η· φανερὸν δὴ καὶ ὅτι ἥτε Γ μέση ἀνάλογόν ἐστι τῆς Ε Δ καὶ τῆς Δ, καὶ ἡ Η τῶν Α Ζ, Ζ Β. καὶ μὲν κέντρῳ τῷ Ζ, διαστήματι δὲ τῇ Η κύκλος γεγράφθω ὁ Κ Θ· φανερὸν δὴ ὅτι τέμνει ἡ Κ Θ περιφέρεια τὴν Α Β εὐθεῖαν· ἡ γὰρ Η εὐθεῖα μέση ἀνάλογόν ἐστι τῶν Α Ζ, Ζ Β. εἰλήφθω δὲ ἐπὶ τῆς περιφερείας τυχὸν σημεῖον τὸ Θ, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ Θ Α, Θ Β, Θ Ζ· ἴση ἄρα ἐστὶν ἡ Θ Ζ τῇ Η, καὶ διὰ τοῦτό ἐστιν ὡς ἡ Α Ζ πρὸς τὴν Ζ Θ ἡ Θ Ζ πρὸς τὴν Ζ Β. καὶ περὶ τὴν αὐτὴν γωνίαν τὴν ὑπὸ Θ Ζ Β ἀνάλογόν εἰσιν· ὅμοιον ἄρα ἐστὶ τὸ Α Ζ Θ τῷ Θ Ζ Β τριγώνῳ, καὶ ἴση ἡ ὑπὸ Ζ Θ Β γωνία τῇ ὑπὸ Θ Α Β. ἤχθω δὲ διὰ τοῦ Β τῇ Α Θ παράλληλος ἡ Β Λ. ἐπεὶ οὖν ἐστιν ὡς ἡ Α Ζ πρὸς Ζ Θ ἡ Θ Ζ πρὸς Ζ Β, καὶ ὡς ἄρα πρώτη ἡ Α Ζ πρὸς τρίτην τὴν Ζ Β οὕτω τὸ ἀπὸ Α Ζ πρὸς τὸ ἀπὸ Θ Ζ. ἀλλ' ὡς ἡ Α Ζ πρὸς Ζ Β οὕτως ἡ Α Θ πρὸς Β Λ· καὶ ὡς ἄρα τὸ ἀπὸ Α Ζ πρὸς τὸ ἀπὸ Ζ Θ οὕτως ἡ Α Θ πρὸς Β Λ. πάλιν ἐπεὶ ἴση

SINT data puncta A, B; ratio autem data, quam habet Γ ad Δ, fitque Γ major: & oporteat facere illud quod propofitum eft.

Jungatur A B, & ad partes B producatur, & fiat ut Δ ad Γ ita Γ ad aliam majorem quam Δ; fitq; *e. g.* ad E,Δ fimul. rurfus fiat ut E ad AB ita Δ ad BZ, & Γ ad H: patet igitur Γ mediam proportionalem effe inter EΔ & Δ; itemque H mediam proportionalem inter AZ, ZB*. quare fi centro Z & intervallo H circulus KΘ defcribatur, circumferentia KΘ rectam AB fecabit; nam recta H eft media proportionalis inter AZ, ZB. Sumatur in circumferentia quodvis punctum Θ, & jungantur ΘA, ΘB, ΘZ; erit igitur ΘZ ipfi H æqualis, & propterea ut AZ ad ZΘ ita ΘZ ad ZB. funt autem circa eundem angulum ΘZB latera proportionalia: ergo [per 6. 6.] triangulum AZΘ fimile eft triangulo ΘZB, & angulus ZΘB angulo ΘAB æqualis. ducatur per B ipfi AΘ parallela BΛ. & quoniam ut AZ ad ZΘ ita eft ΘZ ad ZB; erit [per cor. 20. 6.] prima AZ ad tertiam ZB ut quadratum ex AZ ad quadratum ex ΘZ. fed [per 4. 6.] ut AZ ad ZB ita AΘ ad BΛ: ergo ut quadratum ex AZ ad quadratum ex ZΘ ita AΘ ad BΛ. rurfus quoniam angulus




* Quoniam [per conftr.] E eft ad AB ut Δ ad BZ; erit [per 12. 5.] EΔ ad AZ ut Δ ad BZ. Sed Δ eft ad BZ [per conftr.] ut Γ ad H: & ideo EΔ eft ad AZ ut Γ ad H; unde [per 4.&16.5.] Γ eft ad EΔ ut H ad AZ. Rurfus [per conftr.] Γ eft ad EΔ ut Δ ad Γ & ut BZ ad H: ergo BZ eft ad H ut H ad AZ.

BΘZ

B Θ Z æqualis est angulo Θ A B; & angulus A Θ B [per 29.1.] angulo Θ B Λ æqualis, alterni enim sunt: & reliquus reliquo æqualis erit, & triangulum A Θ B simile triangulo Θ B Λ. quare [per 4. 6.] latera quæ circum æquales angulos proportionalia sunt; videlicet ut A Θ ad Θ B ita Θ B ad B Λ, & ut quadratum ex A Θ ad quadratum ex Θ B ita A Θ ad B Λ. erat autem ut A Θ ad B Λ ita quadratum ex A Z ad quadratum ex Z Θ: ut igitur quadratum ex A Z ad quadratum ex Z Θ ita [per 11. 5.] quadratum ex A Θ ad quadratum ex Θ B, & idcirco ut A Z ad Z Θ ita A Θ ad Θ B. Sed [ex supra ostensis] ut A Z ad Z Θ ita E Δ ad Γ, & Γ ad Δ: ergo ut Γ ad Δ ita A Θ ad Θ B. Similiter ostendetur omnes alias rectas, quæ à punctis A, B ad circumferentiam circuli inclinantur, eandem rationem habere quam habet Γ ad Δ.

Dico porro si à punctis A, B ducantur rectæ ad punctum quod non sit in circumferentia circuli, ipsarum non eandem esse rationem quæ est Γ ad Δ. nam si esse potest, factum sit jam illud ad punctum M, quod extra circumferentiam sumatur (eo enim intra sumpto, idem absurdum sequetur) & junctis M A, M B, M Z, ut est Γ ad Δ ita supponatur esse A M ad M B. ergo [per cor. 20. 6.] ut E Δ ad Δ ita quadratum ex E Δ ad quadratum ex Γ, & quadratum ex A M ad quadratum ex M B*. ut autem E Δ ad Δ ita posita est A Z ad Z B: quare ut A Z ad Z B ita quadratum ex A M ad quadratum ex M B. &, ex iis quæ sunt superius dicta, si à puncto B ducatur recta ipsi A M parallela; ut A Z ad Z B ita demonstrabitur quadratum ex A Z ad quadratum ex Z M. Sed modo demonstratum est ut A Z ad Z B ita quadratum ex A Z ad quadratum ex Z Θ: ergo Z Θ ipsi Z M est æqualis. quod est impossibile.

Loci igitur plani ejusmodi sunt. *Solidi* vero *Loci* appellantur ex eo quod lineæ, per quas ipsorum problemata construuntur, à solidorum sectione generationem habent, quales sunt coni sectiones, & complures aliæ. Sunt & alii *Loci ad Superficiem* dicti, quibus ex eorum proprietate nomen impositum est. Invehitur deinde *Apollonius* in *Euclidem*, non, ut *Pappus* & alii nonnulli arbitrantur, quod duas medias proportionales non invenerit: siquidem *Euclides* recte invenit unam mediam proportionalem, & non infeliciter, ut ipse inquit; duas vero proportionales medias neque omnino in elementis investigare aggressus est, & *Apollonius* de duabus mediis proportionalibus in tertio libro nihil inquirere videtur: sed, ut verisimile est, *Euclidem* in alio libro de *Locis* conscripto, qui ad nos non pervenerit, reprehendit. Quæ vero deinceps subjungit de quarto libro perspicua sunt. Quintus, inquit, liber de minimis & maximis magna ex parte agit. Quemadmodum enim in elementis [ad 7. & 8. 3.] didicimus, si ab aliquo puncto in circulum rectæ ducantur, earum quidem quæ ad concavam ipsius circumferentiam pertingunt, maximam esse quæ per centrum transit; earum vero quæ ad convexam, minimam esse quæ inter dictum punctum & diametrum interjicitur: ita & de coni sectionibus in quinto libro inquirit. Sexti, septimi, & octavi libri propositum manifeste ab ipso *Apollonio* explicatur. Et hæc de epistola dicta sunto.

ἐστὶν ἡ ὑπὸ ΒΘΖ τῇ ὑπὸ ΘΑΒ, ἔστι δὲ καὶ ἡ ὑπὸ ΑΘΒ τῇ ὑπὸ ΘΒΛ ἴση, ἐναλλὰξ γάρ· καὶ ἡ λοιπὴ ἄρα τῇ λοιπῇ ἴση ἐστὶν, καὶ ὅμοιόν ἐστι τὸ ΑΘΒ τῷ ΘΒΛ. καὶ ἀνάλογόν εἰσιν αἱ πλευραὶ αἱ περὶ τὰς ἴσας γωνίας, ὡς ἄρα ἡ ΑΘ πρὸς ΘΒ ἡ ΘΒ πρὸς ΒΛ, καὶ ὡς τὸ ἀπὸ ΑΘ πρὸς τὸ ἀπὸ ΘΒ ἡ ΑΘ πρὸς ΒΛ. ἦν δὲ καὶ ὡς ἡ ΘΑ πρὸς ΒΛ τὸ ἀπὸ ΑΖ πρὸς τὸ ἀπὸ ΖΘ· ὡς ἄρα τὸ ἀπὸ ΑΖ πρὸς τὸ ἀπὸ ΖΘ οὕτω τὸ ἀπὸ ΑΘ πρὸς τὸ ἀπὸ ΘΒ, καὶ διὰ τοῦτο ὡς ἡ ΑΖ πρὸς ΖΘ ἡ ΑΘ πρὸς ΘΒ. ἀλλ' ὡς ἡ ΑΖ πρὸς ΖΘ ἡ ΕΔ πρὸς Γ, καὶ ἡ Γ πρὸς Δ· καὶ ὡς ἄρα ἡ Γ πρὸς Δ ἡ ΑΘ πρὸς ΘΒ. ὁμοίως δὲ δειχθήσονται πᾶσαι αἱ ἀπὸ τῶν Α, Β σημείων ἐπὶ τὴν περιφέρειαν τοῦ κύκλου κλώμεναι τὸν αὐτὸν ἔχουσαι λόγον ταῖς Γ, Δ.

Λέγω δὴ ὅτι πρὸς ἄλλῳ σημείῳ μὴ ὄντι ἐπὶ τῆς περιφερείας οὐ γίνεται λόγος τῶν ἀπὸ Α, Β σημείων ἐπ' αὐτὸ ἐπιζευγνυμένων εὐθειῶν ὁ αὐτὸς τῷ τῆς Γ πρὸς Δ. εἰ γὰρ δυνατὸν, γεγονέτω πρὸς τῷ Μ ἐκτὸς τῆς περιφερείας, (καὶ γὰρ εἰ ἐντὸς ληφθείη τὸ αὐτὸ ἄτοπον συμβήσεται καθ' ἑτέραν τῶν ὑποθέσεων) καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΜΑ, ΜΒ, ΜΖ, καὶ ὑποκείσθω ὡς ἡ Γ πρὸς Δ οὕτως ἡ ΑΜ πρὸς ΜΒ. ἔστιν ἄρα ὡς ἡ ΕΔ πρὸς Δ οὕτως τὸ ἀπὸ ΕΔ πρὸς τὸ ἀπὸ Γ, καὶ τὸ ἀπὸ ΑΜ πρὸς τὸ ἀπὸ ΜΒ*. ἀλλ' ὡς ἡ ΕΔ πρὸς Δ οὕτως ὑπόκειται ἡ ΑΖ πρὸς ΖΒ· καὶ ὡς ἄρα ἡ ΑΖ πρὸς ΖΒ οὕτω τὸ ἀπὸ ΑΜ πρὸς τὸ ἀπὸ ΜΒ. καὶ διὰ τὰ προδειχθέντα, ἐὰν ἀπὸ τοῦ Β τῇ ΑΜ παράλληλον ἀγάγωμεν, δειχθήσεται ὡς ἡ ΑΖ πρὸς ΖΒ οὕτω τὸ ἀπὸ ΑΖ πρὸς τὸ ἀπὸ ΖΜ. ἐδείχθη δὲ καὶ ὡς ἡ ΑΖ πρὸς ΖΒ οὕτω τὸ ἀπὸ ΑΖ πρὸς τὸ ἀπὸ ΖΘ· ἴση ἄρα ἡ ΖΘ τῇ ΖΜ. ὅπερ ἀδύνατον.

Τόποι οὖν ἐπίπεδοι λέγονται τὰ τοιαῦτα. Οἱ λεγόμενοι στερεοὶ τόποι τὴν προσωνυμίαν ἐσχήκασιν, ἀπὸ τοῦ τὰς γραμμὰς δι' ὧν γράφονται τὰ κατ' αὐτοὺς προβλήματα ἐκ τῆς τομῆς τῶν στερεῶν τὴν γένεσιν ἔχειν, οἷαί εἰσιν αἱ τοῦ κώνου τομαὶ καὶ ἕτεραι πλείους. εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλοι τόποι πρὸς ἐπιφάνειαν λεγόμενοι, οἳ τὴν ἐπωνυμίαν ἔχουσιν ἀπὸ τῆς περὶ αὐτοὺς ἰδιότητος. Μέμφεται δὲ ἑξῆς τῷ Εὐκλείδῃ, οὐχ ὡς οἴεται Πάππος καὶ ἕτεροί τινες, διὰ τὸ μὴ εὑρηκέναι δύο μέσας ἀνάλογον· ὅ τε γὰρ Εὐκλείδης ὑγιῶς εὗρε τὴν μίαν μέσην ἀνάλογον, ἀλλ' οὐχ, ὡς αὐτός φησιν, οὐκ εὐτυχῶς, περὶ δὲ τῶν δύο μέσων οὐδ' ὅλως ἐπιχειρεῖται ζητῆσαι ἐν τῇ στοιχειώσει· ὅ τε αὐτὸς Ἀπολλώνιος οὐδὲν περὶ τῶν δύο μέσων ἀνάλογον φαίνεται ζητῆσαι ἐν τῷ τρίτῳ βιβλίῳ· ἀλλ' ὡς ἔοικεν ἐν ἑτέρῳ βιβλίῳ περὶ τόπων γεγραμμένῳ τῷ Εὐκλείδῃ ἐπισκώπτει, ὅπερ εἰς ἡμᾶς οὐ φέρεται. τὰ δὲ ἐφεξῆς περὶ τοῦ τετάρτου βιβλίου λεγόμενα σαφῆ ἐστι. τὸ δὲ πέμπτον φησὶ περιέχει τὰ περὶ τῶν ἐλαχίστων καὶ μεγίστων. ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τοῦ κύκλου ἐμάθομεν ἐν τῇ στοιχειώσει, ὅτι ἐστί τι σημεῖον ἀφ' οὗ τῶν μὲν πρὸς τὴν κοίλην περιφέρειαν προσπιπτουσῶν μεγίστη ἐστὶν ἡ διὰ τοῦ κέντρου, τῶν δὲ πρὸς τὴν κυρτὴν ἐλαχίστη ἐστὶν ἡ μεταξὺ τοῦ σημείου καὶ τῆς διαμέτρου· οὕτως καὶ ἐπὶ τῶν τοῦ κώνου τομῶν ζητεῖ ἐν τῷ πέμπτῳ βιβλίῳ. τοῦ ἕκτου καὶ ἑβδόμου καὶ ὀγδόου βιβλίου σαφῶς ἡ πρόθεσις ὑπ' αὐτοῦ εἴρηται. καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῆς ἐπιστολῆς.

* Ex hypothesi enim est A M ad M B ut Γ ad Δ; & ideo quadratum ex A M ad quadratum ex M B est ut quadratum ex Γ ad quadratum ex Δ, hoc est (ut supra ostensum) ut E Δ ad Δ.

OPOL

## ΟΡΟΙ ΠΡΩΤΟΙ.

α'. ΕΑΝ [a] ἀπό τινος σημείου πρὸς κύκλου περιφέρειαν, ὃς οὐκ ἔστιν ἐν τῷ αὐτῷ ἐπιπέδῳ τῷ σημείῳ, εὐθεῖα ἐπιζευχθεῖσα ἐφ' ἑκάτερα προσεκβληθῇ, καὶ μένοντος τοῦ σημείου ἡ εὐθεῖα περὶ τὴν τοῦ κύκλου περιφέρειαν εἰς τὸ αὐτὸ πάλιν ἀποκατασταθῇ, ὅθεν ἤρξατο φέρεσθαι· τὴν γραφεῖσαν ὑπὸ τῆς εὐθείας ἐπιφάνειαν, ἣ σύγκειται ἐκ δύο ἐπιφανειῶν κατὰ κορυφὴν ἀλλήλαις κειμένων, ὧν ἑκατέρα εἰς ἄπειρον αὔξεται, τῆς γραφούσης εὐθείας εἰς ἄπειρον προσεκβαλλομένης, καλῶ κωνικὴν ἐπιφάνειαν.

β'. Κορυφὴν δὲ αὐτῆς, τὸ μεμενηκὸς σημεῖον.

γ'. Ἄξονα δὲ, τὴν διὰ τοῦ σημείου καὶ τοῦ κέντρου τοῦ κύκλου ἀγομένην εὐθεῖαν.

δ'. Κῶνον δὲ, τὸ περιεχόμενον σχῆμα ὑπό τε τοῦ κύκλου καὶ τῆς μεταξὺ τῆς κορυφῆς καὶ τῆς τοῦ κύκλου περιφερείας κωνικῆς ἐπιφανείας.

ε'. Κορυφὴν δὲ τοῦ κώνου, τὸ σημεῖον ὃ καὶ τῆς ἐπιφανείας ἐστὶ κορυφή.

ϛ'. Ἄξονα δὲ, τὴν ἀπὸ τῆς κορυφῆς ἐπὶ τὸ κέντρον τοῦ κύκλου ἀγομένην εὐθεῖαν.

ζ'. Βάσιν δὲ, τὸν κύκλον.

η'. Ὀρθοὺς μὲν καλῶ, τοὺς πρὸς ὀρθὰς ἔχοντας ταῖς βάσεσι τοὺς ἄξονας.

θ'. Σκαληνοὺς δὲ, τοὺς μὴ πρὸς ὀρθὰς ἔχοντας ταῖς βάσεσι τοὺς ἄξονας.

ι'. [b] Πάσης καμπύλης γραμμῆς, ἥτις ἐστὶν ἐν ἑνὶ ἐπιπέδῳ, διάμετρον μὲν καλῶ εὐθεῖαν, ἥτις ἠγμένη ἀπὸ τῆς καμπύλης γραμμῆς πάσας τὰς ἀγομένας ἐν τῇ γραμμῇ εὐθείας, εὐθείᾳ τινὶ παραλλήλους, δίχα διαιρεῖ.

ια'. Κορυφὴν δὲ τῆς καμπύλης γραμμῆς, τὸ πέρας τῆς εὐθείας τὸ πρὸς τῇ γραμμῇ.

ιβ'. Τεταγμένως δὲ ἐπὶ τὴν διάμετρον κατῆχθαι ἑκάστην τῶν παραλλήλων.

ιγ'. [c] Ὁμοίως δὲ καὶ δύο καμπύλων γραμμῶν, ἐν ἑνὶ ἐπιπέδῳ κειμένων, διάμετρον καλῶ πλαγίαν μὲν, ἥτις εὐθεῖα, τέμνουσα τὰς δύο γραμμὰς, πάσας τὰς ἀγομένας ἐν ἑκατέρᾳ τῶν γραμμῶν παρά τινα εὐθεῖαν δίχα τέμνει.

ιδ'. Κορυφὰς δὲ τῶν γραμμῶν, τὰ πρὸς ταῖς γραμμαῖς πέρατα τῆς διαμέτρου.

ιε'. Ὀρθίαν δὲ διάμετρον, εὐθεῖαν, ἥτις κει-

## DEFINITIONES PRIMÆ.

1. SI [a] ab aliquo puncto ad circumferentiam circuli, qui non est in eodem plano in quo punctum, juncta recta linea in utramque partem producatur, & manente puncto convertatur circa circuli circumferentiam, quousque ad eum locum redeat à quo cœpit moveri; superficiem à recta descriptam, constantemque ex duabus superficiebus ad verticem inter sese aptatis, quarum utraque in infinitum augetur, (nimirum rectâ quæ eam describit in infinitum productâ) voco conicam superficiem.

2. Verticem vero ejus, manens punctum.

3. Axem autem, rectam lineam quæ per punctum & centrum circuli ducitur.

4. Conum vero voco, figuram contentam circulo & conica superficie, quæ inter verticem & circuli circumferentiam interjicitur.

5. Verticem autem coni, punctum quod & superficiei conicæ vertex est.

6. Axem vero, rectam lineam quæ à vertice ad circuli centrum ducitur.

7. Basim autem, circulum ipsum.

8. Rectos quidem conos voco, qui axes habent ad rectos angulos ipsis basibus.

9. Scalenos vero, qui axes non ad rectos angulos ipsis basibus habent.

10. [b] Omnis curvæ lineæ, in uno plano existentis, diametrum voco rectam lineam; quæ quidem ducta à linea curvâ omnes rectas in ipsa ductas, cuidam rectæ parallelas, bifariam dividit.

11. Verticem autem curvæ lineæ, terminum rectæ qui est in ipsa linea.

12. Ordinatim vero ad diametrum applicari unamquamque rectarum parallelarum.

13. [c] Similiter & duarum curvarum linearum, in uno plano existentium, diametrum quidem transversam voco, rectam lineam; quæ, utramque lineam secans, rectas omnes in ipsis ductas, rectæ cuidam parallelas, bifariam dividit.

14. Vertices autem linearum, diametri terminos qui sunt in ipsis lineis.

15. Rectam vero diametrum, il-

lam, quæ inter duas lineas posita rectas omnes ductas, rectæ cuidam parallelas & inter ipsas curvas interjectas, bifariam secat.

16. Ordinatim autem ad diametrum applicari unamquamque rectarum parallelarum.

17. Conjugatas diametros voco curvæ lineæ & duarum curvarum, rectas lineas; quarum utraque diameter est, & rectas alteri parallelas bifariam dividit.

18. Axem vero curvæ lineæ, & duarum curvarum, rectam lineam; quæ, cum sit diameter curvæ lineæ vel duarum curvarum, rectas parallelas ad rectos angulos secat.

19. Axes conjugatos voco curvæ lineæ & duarum curvarum, rectas lineas; quæ, cum sint diametri conjugatæ, sibi invicem parallelas ad rectos angulos secant.

μένη μεταξὺ τῶν δύο γραμμῶν πάσας τὰς ἀγομένας εὐθείας, εὐθείᾳ τινὶ παραλλήλους καὶ ἀπολαμβανομένας μεταξὺ τῶν γραμμῶν, δίχα τέμνει.

ις'. Τεταγμένως δὲ ἐπὶ τὴν διάμετρον κατῆχθαι ἑκάστην τῶν παραλλήλων.

ιζ'. Συζυγεῖς καλῶ διαμέτρους καμπύλης γραμμῆς καὶ δύο καμπύλων γραμμῶν, εὐθείας· ὧν ἑκατέρα, διάμετρος οὖσα, τὰς τῇ ἑτέρᾳ παραλλήλους δίχα διαιρεῖ.

ιη'. Ἄξονα δὲ καλῶ καμπύλης γραμμῆς καὶ δύο καμπύλων γραμμῶν, εὐθεῖαν· ἥτις διάμετρος οὖσα τῆς γραμμῆς, ἢ τῶν γραμμῶν, πρὸς ὀρθὰς τέμνει τὰς παραλλήλους.

ιθ'. Συζυγεῖς καλῶ ἄξονας καμπύλης γραμμῆς καὶ δύο καμπύλων γραμμῶν, εὐθείας· αἵτινες, διάμετροι οὖσαι συζυγεῖς, πρὸς ὀρθὰς τέμνουσι τὰς ἀλλήλων παραλλήλους.

## EUTOCIUS.

Exorsus à definitionibus [*Apollonius*] tradit generationem conicæ superficiei, non autem definitionem quæ quid res sit declarat: quanquam licebit utique iis, qui volent, & ex generatione ipsa definitionem colligere. At vero nos iis, quæ ab *Apollonio* dicuntur, ex figuris lucem afferemus.

ᵃ Si ab aliquo puncto ad circumferentiam circuli, *&c.*] Sit circulus ΑΒ, cujus centrum Γ, & punctum aliquod sublime Δ, junctaque ΔΒ in infinitum ex utraque parte producatur ad Ε, Ζ. Si igitur manente Δ, ΔΒ feratur in circuli ΑΒ circumferentia, donec punctum Β rursus in eum locum restituatur, à quo cœpit moveri; describet superficiem quandam, quæ quidem constat ex duabus superficiebus ad Δ punctum inter se connexis: eam voco conicam superficiem. dicit quod & augetur in infinitum, cum recta ΕΒ ipsam describens in infinitum producitur. verticem superficiei dicit punctum Δ; axem rectam ΔΓ; conum vero appellat figuram contentam circulo ΑΒ & ea superficie quam ΔΒ sola describit; coni verticem punctum Δ; axem ΔΓ; basim vero ΑΒ circulum. Et si ΔΓ ad circulum ΑΒ fuerit perpendicularis, rectum vocat conum; sin minus, scalenum. Describitur autem conus scalenus, quando à centro circuli recta erigitur, quæ non est perpendicularis ad circuli planum; ab erectæ vero puncto, quod est in sublimi, ad circumferentiam recta ducitur, & manente puncto, circa ipsam convertitur: comprehensa etenim figura conus erit scalenus. constat igitur rectam circumductam in conversione quandoque majorem, quandoque minorem, & quandoque æqualem fieri, ad aliud atque aliud circuli punctum. quod tamen nos hoc modo demonstrabimus.




Ἀρχόμενος δὲ τῶν ὅρων, γένεσιν ἀπογράφει κωνικῆς ἐπιφανείας, ἀλλ' οὐ τὸ τί ἐστι διορισμῷ παραδίδωσιν· ἔξεστι δὲ τοῖς βουλομένοις ἐκ τῆς γενέσεως αὐτῆς τὸν ὅρον λαμβάνειν. τὸ δὲ λεγόμενον ὑπ' αὐτοῦ διὰ καταγραφῆς σαφὲς ποιήσομεν.

ᵃ Ἐὰν ἀπό τινος σημείου πρὸς κύκλου περιφέρειαν, καὶ τὰ ἑξῆς.] Ἔστω κύκλος ὁ ΑΒ, οὗ κέντρον τὸ Γ, καὶ σημεῖόν τι μετέωρον τὸ Δ, καὶ ἐπιζευχθεῖσα ἡ ΔΒ ἐκβεβλήσθω εἰς ἄπειρον ἐφ' ἑκάτερα μέρη, ὡς ἐπὶ τὰ Ε, Ζ. ἐὰν δή, μένοντος τοῦ Δ, ἡ ΔΒ φέρηται ἕως ἂν τὸ Β, ἐνεχθὲν κατὰ τῆς τοῦ ΑΒ κύκλου περιφερείας, ἐπὶ τὸ αὐτὸ πάλιν ἀποκατασταθῇ ὅθεν ἤρξατο φέρεσθαι, γεννήσει ἐπιφάνειάν τινα, ἥτις σύγκειται ἐκ δύο ἐπιφανειῶν ἁπτομένων ἀλλήλων κατὰ τὸ Δ· ἣν καὶ καλῶ κωνικὴν ἐπιφάνειαν. φησὶ δὲ ὅτι καὶ εἰς ἄπειρον αὔξεται, διὰ τὸ καὶ τὴν γράφουσαν αὐτὴν εὐθεῖαν, οἷον τὴν ΕΒ, εἰς ἄπειρον ἐκβάλλεσθαι. κορυφὴν δὲ τῆς ἐπιφανείας λέγει τὸ Δ· ἄξονα δὲ τὴν ΔΓ. κῶνον δὲ λέγει τὸ περιεχόμενον σχῆμα ὑπό τε τοῦ ΑΒ κύκλου καὶ τῆς ἐπιφανείας, ἣν μόνη γράφει ἡ ΔΒ εὐθεῖα· κορυφὴν δὲ τοῦ κώνου τὸ Δ· ἄξονα δὲ τὴν ΔΓ· βάσιν δὲ τὸν ΑΒ κύκλον. καὶ ἐὰν μὲν ἡ ΔΓ πρὸς ὀρθὰς ᾖ τῷ ΑΒ κύκλῳ, ὀρθὸν καλεῖ τὸν κῶνον· ἐὰν δὲ μὴ πρὸς ὀρθάς, σκαληνόν. γεννᾶται δὲ κῶνος σκαληνός, ὅταν λαβόντες κύκλον τὴν τοῦ κέντρου αὐτοῦ ἀναστήσωμεν εὐθεῖαν, μὴ πρὸς ὀρθὰς τῷ ἐπιπέδῳ τοῦ κύκλου, ἀπὸ δὲ τοῦ μετεώρου σημείου τῆς ἀνασταθείσης εὐθείας ἐπὶ τὸν κύκλον ἐπιζεύξωμεν εὐθεῖαν, καὶ περιαγάγωμεν τὴν ἐπιζευχθεῖσαν εὐθεῖαν περὶ τὸν κύκλον, τοῦ πρὸς τῷ μετεώρῳ σημείῳ τῆς ἀνασταθείσης μένοντος· τὸ γὰρ περιληφθὲν σχῆμα κῶνος ἔσται σκαληνός. δῆλον δὲ ὅτι ἡ περιαγομένη εὐθεῖα ἐν τῇ περιαγωγῇ μείζων καὶ ἐλάττων γίνεται, κατά τινας θέσεις καὶ ἴση, πρὸς ἄλλο καὶ ἄλλο σημεῖον τοῦ κύκλου. ἀποδείκνυται δὲ τοῦτο οὕτως.

Ἐὰν

Ἐὰν κώνου σκαληνοῦ ἀπὸ τῆς κορυφῆς ἐπὶ τὴν βάσιν ἀχθῶσιν εὐθεῖαι· πασῶν τῶν ἀπὸ τῆς κορυφῆς ἐπὶ τὴν βάσιν ἀχθεισῶν εὐθειῶν μία μέν ἐστι ἐλαχίστη, μία δὲ μεγίστη, δύο δὲ μόναι ἴσαι παρ' ἑκάτερα τῆς ἐλαχίστης καὶ τῆς μεγίστης, ἀεὶ δὲ ἡ ἔγγιον τῆς ἐλαχίστης τῆς ἀπώτερόν ἐστιν ἐλάσσων.

Ἔστω κῶνος σκαληνός, οὗ βάσις μὲν ὁ ΑΒΓ κύκλος, κορυφὴ δὲ τὸ Δ σημεῖον. καὶ ἐπεὶ ἡ ἀπὸ τῆς κορυφῆς τοῦ σκαληνοῦ κώνου ἐπὶ τὸ ὑποκείμενον ἐπίπεδον κάθετος ἀγομένη, ἤτοι ἐπὶ τῆς περιφερείας τοῦ ΑΒΓ κύκλου πεσεῖται, ἢ ἐκτός, ἢ ἐντός· ἐμπιπτέτω πρότερον ἐπὶ τῆς περιφερείας, ὡς ἐπὶ τῆς πρώτης καταγραφῆς ἡ ΔΕ, καὶ εἰλήφθω τὸ κέντρον τοῦ κύκλου, καὶ ἔστω τὸ Κ, καὶ ἀπὸ τοῦ Ε ἐπὶ τὸ Κ ἐπιζευχθω ἡ ΕΚ, καὶ ἐκβεβλήσθω ἐπὶ τὸ Β· καὶ ἐπιζεύχθω ἡ ΒΔ, καὶ εἰλήφθωσαν δύο ἴσαι περιφέρειαι παρ' ἑκάτερα τοῦ Ε, αἱ ΖΕ, ΕΗ, καὶ παρ' ἑκάτερα τοῦ Β αἱ ΑΒ, ΒΓ, καὶ ἐπιζεύχθωσαν αἱ ΖΕ, ΕΗ, ΔΖ, ΔΗ, ΕΑ, ΕΓ, ΑΒ, ΒΓ, ΔΑ, ΔΓ. ἐπεὶ οὖν ἴση ἐστὶν ἡ ΕΖ εὐθεῖα τῇ ΕΗ εὐθείᾳ, ἴσας γὰρ περιφερείας ὑποτείνουσι, κοινὴ δὲ καὶ πρὸς ὀρθὰς ἡ ΔΕ· βάσις ἄρα ἡ ΔΖ τῇ ΔΗ ἐστὶν ἴση. πάλιν ἐπεὶ ἡ ΑΒ περιφέρεια τῇ ΒΓ ἐστὶν ἴση, καὶ διάμετρος ἡ ΒΕ· λοιπὴ ἄρα ἡ ΑΖΕ τῇ ΒΗΓ ἐστὶν ἴση· ὥστε καὶ ἡ ΑΕ τῇ ΕΓ· κοινὴ δὲ καὶ πρὸς ὀρθὰς ἡ ΔΕ· βάσις ἄρα ἡ ΔΑ τῇ ΔΓ ἐστὶν ἴση. ὁμοίως δὴ καὶ πᾶσαι δειχθήσονται, ἴσον ἀπέχουσαι τῆς ΔΕ ἢ τῆς ΔΒ, ἴσαι. πάλιν ἐπεὶ τριγώνου τοῦ ΔΕΖ ὀρθή ἐστι γωνία ἡ ὑπὸ ΔΕΖ, μείζων ἐστὶν ἡ ΔΖ τῆς ΔΕ. καὶ πάλιν μείζων ἐστὶν ἡ ΕΑ εὐθεῖα τῆς ΕΖ, ἐπεὶ καὶ περιφέρεια ἡ ΕΖΑ τῆς ΕΖ περιφερείας, κοινὴ δὲ καὶ πρὸς ὀρθὰς ἡ ΔΕ· ἡ ΔΖ ἄρα τῆς ΔΑ ἐλάσσων ἐστί. διὰ τὰ αὐτὰ καὶ ἡ ΔΑ τῆς ΔΒ ἐλάσσων ἐστίν. ἐπεὶ οὖν ἡ ΔΕ τῆς ΔΖ ἐλάσσων ἐδείχθη, ἡ δὲ ΔΖ τῆς ΔΑ, ἡ δὲ ΔΑ τῆς ΔΒ· ἐλαχίστη μέν ἐστιν ἡ ΔΕ, μεγίστη δὲ ἡ ΔΒ, ἀεὶ δὲ ἔγγιον τῆς ΔΕ τῆς ἀπώτερον ἔλασσόν ἐστιν.

Ἀλλὰ δὴ ἡ κάθετος πιπτέτω ἐκτὸς τοῦ ΑΒΓ κύκλου, ὡς ἐπὶ τῆς δευτέρας καταγραφῆς ἡ ΔΕ· καὶ εἰλήφθω πάλιν τὸ κέντρον τοῦ κύκλου τὸ Κ, καὶ ἐπιζεύχθω ἡ ΕΚ, καὶ ἐκβεβλήσθω ἐπὶ τὸ Β, καὶ ἐπιζεύχθωσαν αἱ ΔΒ, ΔΘ. καὶ εἰλήφθωσαν δύο ἴσαι περιφέρειαι παρ' ἑκάτερα τοῦ Θ, αἱ ΘΖ, ΘΗ, καὶ παρ' ἑκάτερα τοῦ Β, αἱ ΑΒ, ΒΓ, καὶ ἐπιζεύχθωσαν αἱ ΕΖ, ΕΗ, ΖΚ, ΗΚ, ΔΖ, ΔΗ, ΑΒ, ΒΓ, ΚΑ, ΚΓ, ΔΑ, ΔΒ, ΔΓ. ἐπεὶ οὖν ἴση ἐστὶν ἡ ΘΖ περιφέρεια τῇ ΘΗ, καὶ γωνία ἄρα ἡ ὑπὸ ΘΚΖ τῇ ὑπὸ ΘΚΗ ἐστὶν ἴση. ἐπεὶ οὖν ἡ ΖΚ εὐθεῖα τῇ ΚΗ ἐστὶν ἴση, ἐκ κέντρου γάρ, κοινὴ δὲ ἡ ΚΕ· βάσις ἄρα ἡ ΖΕ τῇ ΗΕ ἐστὶν ἴση. ἐπεὶ οὖν ἡ ΖΕ εὐθεῖα τῇ ΗΕ ἐστὶν ἴση, κοινὴ δὲ καὶ πρὸς ὀρθὰς ἡ ΕΔ· βάσις ἄρα ἡ ΔΖ τῇ ΔΗ ἐστὶν ἴση. πάλιν ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ ΒΑ περιφέρεια τῇ ΒΓ, καὶ γωνία ἄρα ἡ ὑπὸ ΑΚΒ τῇ ὑπὸ ΓΚΒ ἐστὶν ἴση· ὥστε καὶ λοιπὴ εἰς τὰς δύο ὀρθὰς ἡ ὑπὸ ΑΚΕ λοιπῇ εἰς τὰς δύο ὀρθὰς τῇ ὑπὸ ΓΚΕ ἐστὶν ἴση. ἐπεὶ οὖν ἡ ΑΚ εὐθεῖα τῇ ΓΚ ἐστὶν ἴση, ἐκ κέντρου γάρ, κοινὴ δὲ ἡ ΚΕ, δύο δυσὶν ἴσαι,




Si à vertice coni ſcaleni ad baſis circumferentiam rectæ ducantur: omnium rectarum à vertice ad baſim ductarum una quidem minima, & una maxima erit; duæ vero tantum, ex utraque parte minimæ & maximæ, inter ſe æquales; at quæ propinquior eſt minimæ ſemper minor erit remotiore.

Sit conus ſcalenus, cujus baſis ΑΒΓ circulus, vertex autem punctum Δ. & quoniam recta, quæ à vertice coni ſcaleni ad ſubjectum planum perpendicularis ducitur, vel in circumferentiam circuli ΑΒΓ cadet, vel extra, vel intra: cadat primum in ipſam circumferentiam, ut in prima figura ipſa ΔΕ; ſumptoque circuli centro Κ, ab ipſo Ε ad Κ ducatur ΕΚ, & producatur ad Β: jungatur autem ΒΔ, & ex utraque parte puncti Ε ſumantur circumferentiæ duæ æquales ΖΕ, ΕΗ; itemque ex utraque parte Β ſumantur aliæ duæ æquales ΑΒ, ΒΓ; & jungantur ΖΕ, ΕΗ, ΔΖ, ΔΗ, ΕΑ, ΕΓ, ΑΒ, ΒΓ, ΔΑ, ΔΓ. quoniam igitur recta ΕΖ [per 29. 3.] æqualis eſt ipſi ΕΗ, æquales enim circumferentias ſubtendunt; communis autem & ad rectos angulos ΔΕ: erit [per 4. 1.] baſis ΔΖ baſi ΔΗ æqualis. rurſus quoniam circumferentia ΑΒ æqualis eſt ipſi ΒΓ circumferentiæ, & eſt ΒΕ diameter circuli; reliqua ΑΖΕ reliquæ ΕΗΓ æqualis erit: quare & recta ΑΕ ipſi ΕΓ. ſed ΔΕ communis eſt utrique, & ad rectos angulos: baſis igitur ΔΑ æqualis eſt baſi ΔΓ. Similiter etiam demonſtrabuntur inter ſe æquales quæcunque ab ipſa ΔΕ vel ΔΒ æqualiter diſtant. rurſus quoniam trianguli ΔΕΖ angulus ΔΕΖ rectus eſt, recta ΔΖ [per 18. 1.] major erit quam ΔΕ. & rurſus recta ΕΑ major eſt quam ΕΖ, quoniam circumferentia ΕΖΑ major eſt quam ipſa ΕΖ circumferentia; communis vero & ad rectos angulos ΔΕ: baſis ΔΖ minor erit quam ΔΑ. eadem quoque ratione & ΔΑ minor quam ΔΒ. quoniam igitur oſtenſa eſt ΔΕ minor quam ΔΖ, itemque ΔΖ minor quam ΔΑ, & ΔΑ minor quam ΔΒ: ipſa quidem ΔΕ minima eſt, ΔΒ vero maxima, & ipſi ΔΕ propinquior remotiori ſemper eſt minor.

Sed cadat perpendicularis extra circulum ΑΒΓ, ut in ſecunda figura ΔΕ; & rurſus ſumatur circuli centrum Κ, junctaque ΕΚ producatur ad Β, & jungantur ΔΒ, ΔΘ. Sumantur præterea duæ circumferentiæ æquales ex utraque parte puncti Θ, quæ ſint ΘΖ, ΘΗ, & ex utraque parte ipſius Β aliæ duæ ſumantur ΑΒ, ΒΓ, & jungantur ΕΖ, ΕΗ, ΖΚ, ΗΚ, ΔΖ, ΔΗ, ΑΒ, ΒΓ, ΚΑ, ΚΓ, ΔΑ, ΔΒ, ΔΓ. itaque quoniam æqualis eſt circumferentia ΘΖ ipſi ΘΗ, & angulus ΘΚΖ angulo ΘΚΗ [per 27. 3.] æqualis erit. Quoniam igitur recta ΖΚ rectæ ΚΗ eſt æqualis, (ex centro enim ſunt,) & ΚΕ communis: ergo baſis ΖΕ æqualis baſi ΗΕ. quoniam igitur recta ΖΕ eſt æqualis ΗΕ, communis vero & ad rectos angulos ΕΔ: baſis ΔΖ baſi ΔΗ eſt æqualis. rurſus quoniam circumferentia ΒΑ æqualis eſt ΒΓ, & angulus ΑΚΒ ipſi ΓΚΒ; & reliquus ex duobus rectis ΑΚΕ reliquo ΓΚΕ æqualis erit. quoniam igitur ΑΚ, ΓΚ inter ſe æquales ſunt, (ex centro enim ſunt,) communis vero ΚΕ, duæ

duabus

duabus æquales, & angulus A K E æqualis Γ K E; ergo & A E basis æqualis Γ E. quoniam igitur A E æqualis est Γ E, communis vero & ad rectos angulos E Δ, & basis Δ A erit basi Δ Γ æqualis. similiter & aliæ omnes ad invicem æquales demonstrabuntur, quæ ab ipsa Δ B vel Δ Θ æqualiter distant. & quoniam [per 8. 3.] E Θ minor est quam E Z, communis vero & ad rectos angulos E Δ: erit basis Δ Θ basi Δ Z minor. rursus quoniam recta quæ à puncto E ducta contingit circulum major est omnibus quæ ab eodem puncto in convexam circumferentiam cadunt; & rectangulum sub A E, E Λ æquale est quadrato ipsius E Z, quando E Z circulum contingit, ut ostensum est in tertio libro elementorum [ propos. 36.]: erit [per 16. 6.] ut A E ad E Z ita E Z ad E Λ. est autem E Z major quam E Λ, semper enim propinquior minimæ minor est remotiori: quare & A E major quam E Z. quoniam igitur E Z minor est quam E A, communis vero & ad rectos est E Δ: basis igitur Δ Z minor est basi Δ A. rursus, quia est A K æqualis K B, & K E communis; erunt duæ A K, K E duabus E K, K B, hoc est toti E K B, æquales. sed duæ A K, K E majores sunt quam A E; ergo & B E major quam A E. Rursus quoniam A E minor est quam B E, communis autem & ad rectos angulos E Δ; basis Δ A minor est basi Δ B. itaque cum Δ Θ minor sit quam Δ Z, & Δ Z minor quam Δ A, & Δ A quam Δ B: minima quidem erit Δ Θ, Δ B vero maxima, & ipsi Δ Θ propinquior, *&c.*




Postremo cadat perpendicularis Δ E intra circulum A B Γ H Z, ut in tertia figura, sumptoque circuli centro K, & juncta E K producatur in utramque partem ad puncta B, Θ, & jungantur Δ Θ, Δ B. sumantur autem ex utraque parte puncti Θ circumferentiæ æquales Θ Z, Θ H, & ex utraque parte puncti B æquales A B, B Γ, & jungantur E Z, E H, Z K, K H, Δ Z, Δ H, K A, K Γ, E A, E Γ, Δ A, Δ B, Δ Γ, A B, B Γ. Quoniam igitur Θ Z circumferentia æqualis est circumferentiæ Θ H; angulus igitur Θ K Z [per 27. 3.] angulo Θ K H est æqualis. & quoniam K Z æqualis ipsi K H, & K E communis, & angulus Z K E æqualis angulo H K E; ergo & Z E basis basi H E æqualis erit. Quoniam igitur Z E æqualis H E, & Δ E communis, & angulus Z E Δ æqualis H E Δ; basis igitur Δ Z basi Δ H æqualis est. rursus quia circumferentia A B æqualis est circumferentiæ B Γ; angulus A K B angulo Γ K B æqualis erit: ergo & reliquus ex duobus rectis A K E reliquo Γ K E. quoniam igitur A K æqualis K Γ, commu-




καὶ γωνία ἡ ὑπὸ A K E τῇ ὑπὸ Γ K E· καὶ βάσις ἄρα ἡ A E τῇ Γ E ἐστὶν ἴση. ἐπεὶ οὖν ἴση ἡ A E οὖσα τῇ Γ E, κοινὴ δὲ ἡ E Δ καὶ πρὸς ὀρθὰς, βάσις ἄρα ἡ Δ A τῇ Δ Γ ἴση. ὁμοίως δὲ καὶ πᾶσαι δειχθήσονται, αἱ ἴσον ἀπέχουσαι τῆς Δ B ἢ τῆς Δ Θ, ἴσαι. καὶ ἐπεὶ ἡ E Θ τῆς E Z ἐστὶν ἐλάσσων, κοινὴ δὲ καὶ πρὸς ὀρθὰς ἡ E Δ· βάσις ἄρα ἡ Δ Θ βάσεως τῆς Δ Z ἐστὶν ἐλάσσων. πάλιν ἐπεὶ ἡ ἀπὸ τοῦ E ἐφαπτομένη τοῦ κύκλου πασῶν τῶν πρὸς τὴν κυρτὴν περιφέρειαν προσπιπτουσῶν μείζων ἐστὶν, ἐδείχθη δὲ ἐν τῷ τρίτῳ τῆς στοιχειώσεως, τὸ ὑπὸ A E, E Λ ἴσον τῷ ἀπὸ τῆς E Z, ὅταν ἡ E Z ἐφάπτηται· ἔστιν ἄρα ὡς ἡ A E πρὸς E Z ἡ E Z πρὸς E Λ. μείζων δέ ἐστιν ἡ E Z τῆς E Λ, ἀεὶ γὰρ ἡ ἔγγιον τῆς ἐλαχίστης τῆς ἀπώτερόν ἐστιν ἐλάσσων· μείζων ἄρα καὶ ἡ A E τῆς E Z. ἐπεὶ οὖν ἡ E Z τῆς E A ἐστὶν ἐλάσσων, κοινὴ δὲ καὶ πρὸς ὀρθὰς ἡ E Δ· βάσις ἄρα ἡ Δ Z τῆς Δ A ἐστὶν ἐλάσσων. πάλιν ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ A K τῇ K B, κοινὴ δὲ ἡ K E· δύο ἄρα αἱ A K, K E ταῖς E K, K B, τουτ' ἔστιν ὅλῃ τῇ E K B, εἰσὶν ἴσαι. ἀλλ' αἱ A K, K E τῆς A E μείζονές εἰσιν· καὶ ἡ B E ἄρα τῆς A E μείζων ἐστί. πάλιν ἐπεὶ ἡ A E τῆς B E ἐλάσσων ἐστὶν, κοινὴ δὲ καὶ πρὸς ὀρθὰς ἡ E Δ· βάσις ἄρα ἡ Δ A τῆς Δ B ἐστὶν ἐλάσσων. ἐπεὶ οὖν ἡ Δ Θ τῆς Δ Z ἐστὶν ἐλάσσων, ἡ δὲ Δ Z τῆς Δ A, ἡ δὲ Δ A τῆς Δ B· ἐλαχίστη μέν ἐστιν ἡ Δ Θ, μεγίστη δὲ ἡ Δ B, καὶ ἡ ἔγγιον τῆς Δ Θ, καὶ τὰ ἑξῆς.

Ἀλλὰ δὴ ἡ κάθετος Δ E πιπτέτω ἐντὸς τοῦ A B Γ H Z κύκλου, ὡς ἐπὶ τῆς τρίτης καταγραφῆς, καὶ εἰλήφθω τὸ κέντρον τοῦ κύκλου τὸ K, καὶ ἐπιζεύχθω ἡ E K, καὶ ἐκβεβλήσθω ἐφ' ἑκάτερα τὰ μέρη ἐπὶ τὰ B, Θ, καὶ ἐπιζεύχθωσαν αἱ Δ Θ, Δ B. καὶ εἰλήφθωσαν δύο ἴσαι περιφέρειαι παρ' ἑκάτερα τοῦ Θ, ἡ Θ Z, Θ H, καὶ παρ' ἑκάτερα τοῦ B αἱ A B, B Γ, καὶ ἐπιζεύχθωσαν αἱ E Z, E H, Z K, K H, Δ Z, Δ H, K A, K Γ, E A, B Γ, Δ A, Δ B, Δ Γ, A B, B Γ. ἐπεὶ οὖν ἴση ἡ Θ Z περιφέρεια τῇ Θ H, καὶ γωνία ἄρα ἡ ὑπὸ Θ K Z γωνίᾳ τῇ ὑπὸ Θ K H ἐστὶν ἴση. καὶ ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ K Z τῇ K H, κοινὴ δὲ ἡ K E, καὶ γωνία ἡ ὑπὸ Z K E γωνίᾳ τῇ ὑπὸ H K E ἐστὶν ἴση· βάσις ἄρα ἡ Z E τῇ H E ἐστὶν ἴση. ἐπεὶ οὖν ἡ Z E τῇ H E ἐστὶν ἴση, κοινὴ δὲ ἡ Δ E, καὶ γωνία ἡ ὑπὸ Z E Δ γωνίᾳ τῇ ὑπὸ H E Δ ἐστὶν ἴση· βάσις ἄρα ἡ Δ Z τῇ Δ H ἐστὶν ἴση. πάλιν ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ A B περιφέρεια τῇ B Γ, γωνία ἄρα ἡ ὑπὸ A K B γωνίᾳ τῇ ὑπὸ Γ K B ἐστὶν ἴση· ὥστε καὶ λοιπὴ εἰς τὰς δύο ὀρθὰς ἡ ὑπὸ A K E λοιπῇ εἰς τὰς δύο ὀρθὰς τῇ ὑπὸ Γ K E ἐστὶν ἴση. ἐπεὶ οὖν ἡ A K τῇ K Γ ἐστὶν ἴση, κοινὴ

δὲ

δὲ ἡ ΕΚ, καὶ γωνία ἡ ὑπὸ ΑΚΕ γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ΓΚΕ ἐστὶν ἴση· βάσις ἄρα ἡ ΑΕ τῇ ΓΕ ἐστὶν ἴση. ἐπεὶ οὖν ἡ ΑΕ τῇ ΓΕ ἐστὶν ἴση, κοινὴ δὲ ἡ ΕΔ, καὶ γωνία ἡ ὑπὸ ΑΕΔ τῇ ὑπὸ ΓΕΔ ἴση· βάσις ἄρα ἡ ΔΑ τῇ ΔΓ ἐστὶν ἴση. ὁμοίως δὲ καὶ πᾶσαι δειχθήσονται αἱ ἴσον ἀπέχουσαι ἢ τῆς ΔΒ ἢ τῆς ΔΘ ἴσαι. καὶ ἐπεὶ ἐν κύκλῳ τῷ ΑΒΓ ἐπὶ τῆς διαμέτρου εἴληπται σημεῖον τὸ Ε, μὴ ὂν κέντρον τοῦ κύκλου· μεγίστη μὲν ἡ ΒΕ, ἐλαχίστη δὲ ἡ ΕΘ, ἀεὶ δ' ἡ ἔγγιον τῇ ΕΘ τῆς ἀπώτερον ἐστὶν ἐλάσσων· ὥστε ἡ ΕΘ τῆς ΕΖ ἐστὶν ἐλάσσων. καὶ ἐπεὶ ἡ ΘΕ τῆς ΖΕ ἐλάσσων ἐστὶ, κοινὴ δὲ καὶ πρὸς ὀρθὰς αὐταῖς ἡ ΕΔ· βάσις ἄρα ἡ ΔΘ βάσεως τῆς ΔΖ ἐλάσσων ἐστί. πάλιν ἐπεὶ ἡ μὲν ΕΖ ἔγγιόν ἐστι τῇ ΕΘ, ἡ δὲ ΕΑ πορρώτερον, ἐλάσσων ἐστὶν ἡ ΕΖ τῆς ΕΑ. ἐπεὶ οὖν ἐλάσσων ἡ ΕΖ τῆς ΕΑ, κοινὴ δὲ καὶ πρὸς ὀρθάς ἐστιν αὐταῖς ἡ ΕΔ· βάσις ἄρα ἡ ΔΖ βάσεως τῆς ΔΑ ἐλάσσων ἐστί. πάλιν ἐπεὶ ἴση ἡ ΑΚ τῇ ΒΚ, κοινὴ δὲ ἡ ΚΕ· δύο αἱ ΑΚ, ΚΕ δυσὶ ταῖς ΒΚ, ΚΕ, τουτέστιν ὅλῃ τῇ ΒΚΕ, εἰσὶν ἴσαι. ἀλλ' αἱ ΑΚ, ΚΕ τῆς ΑΕ μείζονές εἰσι· καὶ ἡ ΕΒ ἄρα τῆς ΕΑ μείζων ἐστί. πάλιν ἐπεὶ ἡ ΕΑ τῆς ΕΒ ἐλάσσων ἐστὶ, κοινὴ δὲ καὶ πρὸς ὀρθὰς αὐταῖς ἡ ΕΔ· βάσις ἄρα ἡ ΔΑ βάσεως τῆς ΔΒ ἐστὶν ἐλάσσων. ἐπεὶ οὖν ἡ ΔΘ τῆς ΔΖ ἐλάσσων, ἡ δὲ ΔΖ τῆς ΔΑ, ἡ δὲ ΔΑ τῆς ΔΒ· ἐλαχίστη μὲν ἐστιν ἡ ΔΘ, καὶ τὰ ἑξῆς.

nis vero EK, & angulus AKE angulo ΓKE æqualis: basis igitur AE basi ΓE est æqualis. quoniam igitur AE est æqualis ΓE, & EΔ communis, & angulus AEΔ æqualis ΓEΔ; erit & basis ΔA basi ΔΓ æqualis. eodem modo & omnes quæ æqualiter distant ab ipsa ΔB vel ΔΘ inter se æquales demonstrabuntur. & quoniam in circuli ABΓ diametro sumitur punctum E, quod non est centrum circuli: erit BE maxima, EΘ vero minima, & semper ipsi EΘ propinquior minor remotiore fuerit; adeoque EΘ minor quam EZ. & quoniam ΘE minor est quam ZE, & EΔ communis & ipsis ad rectos angulos; basis igitur ΔΘ minor basi ΔZ. rursus cum EZ propinquior sit ipsi EΘ, EA vero remotior; erit EZ minor quam EA. quoniam igitur EZ minor est quam EA, communis vero & illis ad rectos angulos EΔ; basis ΔZ basi ΔA minor erit. rursus quoniam AK æqualis BK, KE vero communis; duæ AK, KE duabus BK, KE, hoc est toti BKE, æquales sunt. sed AK, KE majores sunt quam AE: quare EB major est quam EA. rursus quoniam EA minor est quam EB, communis vero & ipsis ad angulos rectos EΔ; basis igitur ΔA minor est basi ΔB. quoniam igitur minor est ΔΘ quam ΔZ, & ΔZ quam ΔA, & ΔA quam ΔB: minima erit ΔΘ, &c.

[b] Πάσης καμπύλης γραμμῆς, ἥτις ἐστὶν ἐν ἑνὶ ἐπιπέδῳ, διάμετρον καλῶ, καὶ τὰ ἑξῆς.] Τὸ ἐν ἑνὶ ἐπιπέδῳ εἶπε, διὰ τὰς ἕλικας τοῦ κυλίνδρου καὶ τῆς σφαίρας· αὗται γὰρ οὐκ εἰσὶν ἐν ἑνὶ ἐπιπέδῳ. ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστι· ἔστω καμπύλη γραμμὴ ἡ ΑΒΓ, καὶ ἐν αὐτῇ εὐθεῖαί τινες παράλληλοι αἱ

[b] Omnis curvæ lineæ, in uno plano existentis, diametrum voco, &c.] In uno plano dixit, propter helicen cylindri & sphæræ; hæ enim non sunt in uno plano. quod autem dicit ejusmodi est: sit curva linea ABΓ, & in ea parallelæ quædam rectæ AΓ, ΔE, ZH, ΘK; à puncto autem B ducatur BΛ







ΑΓ, ΔΕ, ΖΗ, ΘΚ, καὶ διήχθω ἀπὸ τοῦ Β εὐθεῖα ἡ ΒΛ δίχα αὐτὰς τέμνουσα· φησὶν οὖν ὅτι τῆς ΑΒΓ γραμμῆς διάμετρον μὲν καλῶ τὴν ΒΛ· κορυφὴν δὲ τὸ Β· τεταγμένως δὲ ἐπὶ τὴν ΒΛ κατῆχθαι ἑκάστην τῶν ΑΓ, ΔΕ, ΖΗ, ΘΚ. εἰ δὲ ΒΛ δίχα καὶ πρὸς ὀρθὰς τέμνει τὰς παραλλήλους, ἄξων καλεῖται.

[c] Ὁμοίως δὲ καὶ δύο καμπύλων γραμμῶν, καὶ τὰ ἑξῆς.] Ἐὰν νομίσωμεν τὰς Α, Β γραμμὰς, καὶ ἐν αὐταῖς τὰς ΓΔ, ΕΖ, ΗΘ, ΚΛ, ΜΝ, ΞΟ παραλλήλους, καὶ τὴν ΑΒ ἐκβεβλημένην ἐφ' ἑκάτερα, καὶ τέμνουσαν τὰς παραλλήλους δίχα·

recta, quæ ipsas parallelas bifariam secet: lineæ igitur ABΓ diametrum, inquit, voco rectam BΛ; & verticem punctum B; ordinatim vero ad ipsam BΛ applicari dicitur unaquæque rectarum AΓ, ΔE, ZH, ΘK. si vero BΛ ipsas parallelas bifariam & ad rectos angulos secet, axis appellatur.

[c] Similiter & duarum curvarum linearum, &c.] Si enim intellexerimus lineas A, B, & in ipsis parallelas ΓΔ, EZ, HΘ, KΛ, MN, ΞO, & rectam AB ex utraque parte productam, quæ bifariam parallelas dividat: ipsam quidem AB voco diametrum trans-







καὶ μὲν ΑΒ καλῶ πλαγίαν διάμετρον· κορυφὰς δὲ τῶν γραμμῶν τὰ Α, Β σημεῖα· τεταγμένως δὲ ἐπὶ τὴν ΑΒ τὰς ΓΔ, ΕΖ, ΗΘ, ΚΛ, ΜΝ, ΞΟ. εἰ δὲ δίχα καὶ πρὸς ὀρθὰς αὐτὰς τέμνει, ἄξων καλεῖται. ἐὰν δὲ διαχθεῖσά τις εὐθεῖα, ὡς ἡ ΠΡ, τὰς

versam; vertices linearum puncta A, B; ordinatim vero ad AB applicari dicuntur ΓΔ, EZ, HΘ, KΛ, MN, ΞO. at si ipsas bifariam & ad rectos angulos dividat, transversus axis appellatur. si vero recta ducatur, ut ΠP, rectas

ΓΞ, ΕΜ, ΗΚ, ΘΛ, ΖΝ, ΔΟ ipſi ΑΒ parallelas biſariam ſecans, recta diameter dicitur. ordinatim ad diametrum ΠΡ applicatur unaquæque rectarum ΓΞ, ΕΜ, ΗΚ, ΘΛ, ΖΝ, ΔΟ. ſi biſariam & ad rectos angulos ipſam ſecet, rectus axis dicitur. at ſi rectæ ΑΒ, ΠΡ ſibi invicem parallelas biſariam ſecuerint, conjugatæ diametri dicuntur. quod ſi biſariam & ad rectos angulos, conjugati axes vocantur.

ΓΞ, ΕΜ, ΗΚ, ΘΛ, ΖΝ, ΔΟ παραλλήλους τῇ ΑΒ δίχα τέμνει, ὀρθία μὲν διάμετρος καλεῖται. τεταγμένως δὲ κατῆχθαι ἐπὶ τὴν ΠΡ διάμετρον ἑκάστη τῶν ΓΞ, ΕΜ, ΗΚ, ΘΛ, ΖΝ, ΔΟ. εἰ δὲ δίχα καὶ πρὸς ὀρθὰς αὐτὰς τέμνει, ἄξων ὀρθός. ἐὰν δὲ αἱ ΑΒ, ΠΡ δίχα τέμνωσι τὰς ἀλλήλων παραλλήλους, λέγονται συζυγεῖς διάμετροι. ἐὰν δὲ δίχα καὶ πρὸς ὀρθάς, συζυγεῖς ἄξονες ὀνομάζονται.

## PROP. I. Theor.

**Rectæ lineæ, quæ à vertice ſuperficiei conicæ, ad puncta quæ in ſuperficie ſunt, ducuntur, in ipſa ſuperficie erunt.**

SIT ſuperficies conica, cujus vertex Α, & ſumpto in ſuperficie conica aliquo puncto Β, jungatur recta ΑΓΒ; recta ΑΓΒ in ſuperficie erit.

Si enim fieri poteſt, non ſit in ſuperficie, & recta, quæ ſuperficiem deſcribit, ſit ΔΕ; circulus autem, in quo ipſa ΔΕ fertur, ſit ΕΖ. itaque, ſi manente Α, feratur ΔΕ in circuli ΕΖ circumferentia; per Β punctum tranſibit, atque erunt duarum rectarum iidem termini: quod eſt abſurdum. non igitur à puncto Α ad Β ducta recta extra ſuperficiem eſt: ergo in ipſa ſuperficie erit. quod erat demonſtrandum.

*Corollarium.*

Et conſtat, ſi à vertice ad aliquod punctum eorum, quæ intra ſuperficiem ſunt, recta ducatur, illam intra ſuperficiem conicam; & ſi ad aliquod eorum quæ ſunt extra, extra ſuperficiem cadere.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ α΄.

**Αἱ ἀπὸ τῆς κορυφῆς τῆς κωνικῆς ἐπιφανείας ἀγόμεναι εὐθεῖαι ἐπὶ τὰ ἐν ἐπιφανείᾳ σημεῖα, ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ εἰσίν.**

ΕΣΤΩ κωνικὴ ἐπιφάνεια, ἧς κορυφὴ τὸ Α σημεῖον, καὶ εἰλήφθω τι σημεῖον ἐπὶ τῆς κωνικῆς ἐπιφανείας τὸ Β, καὶ ἐπεζεύχθω τις εὐθεῖα ἡ ΑΓΒ· εὐθεῖα ἡ ΑΓΒ ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ ἐστίν.

Εἰ γὰρ δυνατόν, μὴ ἔστω, καὶ ἔστω ἡ γεγραφυῖα τὴν ἐπιφάνειαν εὐθεῖα ἡ ΔΕ· ὁ δὲ κύκλος, καθ᾽ οὗ φέρεται ἡ ΔΕ, ὁ ΕΖ. ἐὰν δὲ μένοντος τοῦ Α σημείου, ἡ ΔΕ εὐθεῖα φέρηται κατὰ τῆς τοῦ ΕΖ κύκλου περιφερείας, ἥξει καὶ διὰ τοῦ Β σημείου, καὶ ἔσται δύο εὐθειῶν τὰ αὐτὰ πέρατα· ὅπερ ἄτοπον. οὐκ ἄρα ἡ ἀπὸ τοῦ Α ἐπὶ τὸ Β ἐπιζευγνυμένη εὐθεῖα οὐκ ἔστιν ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ· ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ ἄρα ἐστί.




*Πόρισμα.*

Καὶ φανερὸν ὅτι ἐὰν ἀπὸ τῆς κορυφῆς ἐπί τι σημεῖον τῶν ἐντὸς τῆς ἐπιφανείας ἐπιζευχθῇ εὐθεῖα, ἐντὸς πεσεῖται τῆς κωνικῆς ἐπιφανείας· καὶ ἐὰν ἐπί τι τῶν ἐκτὸς ἐπιζευχθῇ, ἐκτὸς ἔσται τῆς ἐπιφανείας.

## EUTOCIUS.

De figuris diverſis vel caſibus theorematum illud ſcire oportet, caſum eſſe, quando ea quæ in propoſitione dantur poſitione data ſunt: ipſorum enim differens tranſmutatio, eadem concluſione manente, caſum facit. ſimiliter etiam & à conſtructione tranſpoſita fit caſus. cum igitur theoremata plures caſus habeant, una eademque demonſtratio omnibus congruit & iiſdem elementis, præterquam in paucis quibuſdam, ut deinceps explicabimus. ſtatim nam-

Περὶ τῶν διαφόρων καταγραφῶν, ἤτοι πτώσεων τῶν θεωρημάτων τοσοῦτον ἰστέον, ὅτι πτῶσις μέν ἐστιν, ὅτι τὰ ἐν τῇ προτάσει δεδομένα τῇ θέσει ἐστὶ δεδομένα· ἡ γὰρ διάφορος αὐτῶν μετάληψις, τοῦ αὐτοῦ συμπεράσματος ὄντος, ποιεῖ τὴν πτῶσιν. ὁμοίως δὲ καὶ ὑπὸ τῆς κατασκευῆς μετατιθεμένης γίνεται πτῶσις. πολλὰς δὲ πτώσεις ἐχόντων τῶν θεωρημάτων, πάσαις ἡ αὐτὴ ἀπόδειξις ἁρμόζει καὶ ἐπὶ τῶν αὐτῶν στοιχείων, πλὴν βραχέων, ὡς ἑξῆς εἰσόμεθα. εὐθὺς δύο γὰρ τὸ πρῶτον θεώρημα τρεῖς πτώσεις ἔχει, διὰ τὸ λαμβανόμενον σημεῖον ἐπὶ τῆς ἐπιφανείας, τουτέστι τὸ B, ποτὲ μὲν εἰς τὴν κατωτέραν ἐπιφάνειαν εἶναι, καὶ τοῦτο διχῶς, ἢ ἀνωτέρω τοῦ κύκλου, ἢ κατωτέρω· ποτὲ δὲ ἐπὶ τῆς κατὰ κορυφὴν αὐτῆς ἐπικειμένης. τοῦτο δὲ τὸ θεώρημα προέθετο ζητῆσαι, ὅτι οὐκ ἐπὶ πάντα δύο σημεῖα ἐπὶ τῆς ἐπιφανείας λαμβανόμενα ἐπιζευγνυμένη ἡ εὐθεῖα ἐπὶ τῆς ἐπιφανείας ἐστὶν, ἀλλὰ εὐθεῖα μόνον ἡ ἐπὶ τὴν κορυφὴν νεύουσα· διὰ τὸ καὶ τὴν εὐθείας τὸ πέρας ἐχούσης μένον πρὸς τῇ κορυφῇ τῆς ἐπιφανείας γεγεννηκέναι τὴν κωνικὴν ἐπιφάνειαν. ὅτι δὲ τοῦτο ἀληθές, τὸ δεύτερον θεώρημα δηλοῖ.

que primum theorema tres habet casus, propterea quod punctum B in superficie sumptum interdum quidem in superficie inferiori sumitur, & hoc duobus modis, vel supra circulum, vel infra; interdum vero in ea quæ est ad verticem. Hoc igitur theorema ostendere proponit, non quælibet duo puncta conjungentem rectam in superficie esse, sed tantum rectam quæ ad verticem ipsum vergit: cujus causa est, quod conica superficies efficitur à recta quæ manentem terminum ad verticem habet. illud vero plane ita esse, in secundo theoremate demonstratur.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ β'.

**Ἐὰν ἐφ' ὁποτέρας οὖν τῶν κατὰ κορυφὴν ἐπιφανειῶν δύο σημεῖα ληφθῇ, ἡ δὲ ἐπὶ τὰ σημεῖα ἐπιζευγνυμένη εὐθεῖα μὴ νεύῃ ἐπὶ τὴν κορυφὴν, ἐντὸς πεσεῖται τῆς ἐπιφανείας· ἡ δὲ ἐπ' εὐθείας αὐτῇ, ἐκτός.**

Ἔστω κωνικὴ ἐπιφάνεια, ἧς κορυφὴ μὲν τὸ A σημεῖον, ὁ δὲ κύκλος, καθ' οὗ φέρεται ἡ τὴν ἐπιφάνειαν γράφουσα εὐθεῖα, ὁ B Γ, καὶ εἰλήφθω ἐφ' ὁποτέρας οὖν τῶν κατὰ κορυφὴν ἐπιφανειῶν δύο σημεῖα τὰ Δ, E, καὶ ἐπιζευχθεῖσα ἡ Δ E μὴ νευέτω ἐπὶ τὸ A σημεῖον· λέγω ὅτι ἡ Δ E ἐντὸς ἔσται τῆς ἐπιφανείας, καὶ ἡ ἐπ' εὐθείας αὐτῇ, ἐκτός.

Ἐπιζεύχθωσαν αἱ A E, A Δ, καὶ ἐκβεβλήσθωσαν· πεσοῦνται δὴ ἐπὶ τὴν τοῦ κύκλου περιφέρειαν. πιπτέτωσαν κατὰ τὰ B, Γ, καὶ ἐπιζεύχθω ἡ B Γ· ἔσται ἄρα ἡ B Γ ἐντὸς τοῦ κύκλου, ὥστε καὶ ἐντὸς τῆς κωνικῆς ἐπιφανείας. εἰλήφθω δὴ ἐπὶ τῆς Δ E τυχὸν σημεῖον τὸ Z, καὶ ἐπιζευχθεῖσα ἡ A Z ἐκβεβλήσθω· πεσεῖται δὴ

## Prop. II. *Theor.*

**Si in alterutra superficierum, quæ sunt ad verticem, duo puncta sumantur, & quæ puncta conjungit recta ad verticem non vergat; intra superficiem cadet; quæ vero est in directum ipsi, cadet extra.**

Sit conica superficies, cujus vertex quidem punctum A, circulus autem, in quo fertur recta superficiem describens, sit B Γ; & in alterutra superficierum quæ sunt ad verticem, sumptis duobus punctis Δ, E, recta Δ E ducatur, quæ ad punctum A non vergat: dico ipsam Δ E intra superficiem cadere, & quæ est in directum ipsi, cadere extra.

Jungantur A E, A Δ, & producantur. cadent utique [per 1. 1. hujus] in circuli circumferentiam. cadant in puncta B, Γ; & jungatur B Γ: erit igitur [per 2. 3.] B Γ intra circulum; quare & intra conicam superficiem. sumatur in ipsa Δ E quodvis punctum Z; junctaque A Z producatur: cadet hæc in rectam B Γ; nam [per 2. 11.]




ἐπὶ τὴν B Γ εὐθεῖαν· τὸ γὰρ B Γ A τρίγωνον ἐν ἑνί ἐστι ἐπιπέδῳ. πιπτέτω κατὰ τὸ H. ἐπεὶ οὖν τὸ H ἐντός ἐστι τῆς κωνικῆς ἐπιφανείας· καὶ ἡ A H ἄρα ἐντός ἐστι τῆς κωνικῆς ἐπιφανείας, ὥστε καὶ τὸ Z ἐντός ἐστι τῆς κωνικῆς ἐπιφανείας. ὁμοίως δὲ δειχθήσεται ὅτι καὶ πάντα τὰ ἐπὶ τῆς Δ E σημεῖα ἐντός ἐστι τῆς ἐπιφανείας.

Ἐκβεβλήσθω δὴ ἡ Δ E ἐπὶ τὸ Θ· λέγω δὴ ὅτι ἐκτὸς πεσεῖται τῆς κωνικῆς ἐπιφανείας.

triangulum B Γ A est in uno plano. cadat in H. quoniam igitur punctum H est intra conicam superficiem; & ipsa A H [per cor. 1. 1. huj.] intra conicam superficiem erit; adeoque & punctum Z. similiter demonstrabuntur & omnia puncta rectæ Δ E esse intra conicam superficiem.

Producatur Δ E ad Θ; dico E Θ extra conicam superficiem cadere.

Si

Si enim fieri poteſt, aliquod ipſius E Θ punctum, nempe Θ, non ſit extra, & juncta A Θ producatur; cadet hæc vel in ipſam circuli circumferentiam, vel intra; quod fieri non poteſt: cadit enim in B Γ protractam, ut in K. quare E Θ extra conicam ſuperficiem erit.

Recta igitur Δ E cadet intra conicam ſuperficiem, & quæ eſt in directum ipſi, extra cadet. quod erat demonſtrandum.

Εἰ γὰρ δυνατὸν, ἔστω τι αὐτῆς Ε Θ μὴ ἐκτὸς τῆς κωνικῆς ἐπιφανείας, καὶ ἐπιζευχθεῖσα ἡ Α Θ ἐκβεβλήσθω· πεσεῖται δὴ ἢ ἐπὶ τὴν περιφέρειαν τοῦ κύκλου, ἢ ἐντός· ὅπερ ἐστὶν ἀδύνατον· πίπτει γὰρ ἐπὶ τὴν Β Γ ἐκβαλλομένην, ὡς κατὰ τὸ Κ. ἡ Ε Θ ἄρα ἐκτός ἐστι τῆς ἐπιφανείας.

Η ἄρα Δ Ε ἐντός ἐστι τῆς κωνικῆς ἐπιφανείας, καὶ ἡ ἐπ' εὐθείας αὐτῇ, ἐκτός. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

## EUTOCIUS.

Secundum theorema tres habet caſus, propterea quod ſumpta puncta Δ, E ſunt vel in ſuperficie ad verticem, vel in inferiori; & id dupliciter, vel intra circulum, vel extra. ſciendum autem eſt in quibuſdam exemplaribus totum hoc theorema per argumentationem, quæ deducit ad abſurdum, demonſtrari.

Τὸ δεύτερον θεώρημα τρεῖς ἔχει πτώσεις, διὰ τὸ τὰ λαμβανόμενα σημεῖα τὰ Δ, Ε ἢ ἐπὶ τῆς κατὰ κορυφὴν εἶναι ἐπιφανείας, ἢ ἐπὶ τῆς κάτω καὶ τοῦτο διχῶς, ἢ ἐσωτέρω τοῦ κύκλου, ἢ ἐξωτέρω. δεῖ δὲ ἐφιστάνειν ὅτι τοῦτο τὸ θεώρημα εὑρίσκεται, ἔν τισιν ἀντιγράφοις, ὅλον διὰ τῆς εἰς ἀδύνατον ἀπαγωγῆς δεδειγμένον.

### Prop. III. *Theor.*

**Si conus plano per verticem ſecetur, ſectio triangulum erit.**

### ΠΡΟΤΑΣΙΣ γ'.

**Εὰν κῶνος ἐπιπέδῳ τμηθῇ διὰ τῆς κορυφῆς, ἡ τομὴ τρίγωνόν ἐστι.**

SIT conus, cujus vertex A, baſis autem circulus B Γ, & per A ſecetur plano aliquo quod ſectiones faciat in ſuperficie lineas quidem A B, A Γ, & in baſi rectam B Γ: dico A B Γ triangulum eſſe.



Quoniam enim à puncto A ad B ducta linea communis ſectio eſt plani ſecantis, & ſuperficiei conicæ; erit [per 1. 1. huj.] A B recta linea. eadem ratione & ipſa A Γ. eſt autem [per 3. 11.] & B Γ recta: quare A B Γ eſt triangulum.

Si igitur conus plano ſecetur per verticem, ſectio triangulum erit. quod erat demonſtrandum.

ΕΣΤΩ κῶνος, οὗ κορυφὴ τὸ Α σημεῖον, βάσις δὲ ὁ Β Γ κύκλος, καὶ τετμήσθω ἐπιπέδῳ τινὶ διὰ τοῦ Α σημείου, καὶ ποιείτω τομὰς ἐπὶ μὲν τῆς ἐπιφανείας τὰς Α Β, Α Γ γραμμὰς, ἐν δὲ τῇ βάσει τὴν Β Γ εὐθεῖαν· λέγω ὅτι τὸ Α Β Γ τρίγωνόν ἐστιν.

Ἐπεὶ γὰρ ἡ ἀπὸ τοῦ Α ἐπὶ τὸ Β ἐπιζευγνυμένη κοινὴ τομή ἐστι τοῦ τέμνοντος ἐπιπέδου, καὶ τῆς τοῦ κώνου ἐπιφανείας· εὐθεῖα ἄρα ἐστὶν ἡ Α Β. ὁμοίως δὲ καὶ ἡ Α Γ. ἔστι δὲ καὶ ἡ Β Γ εὐθεῖα· τρίγωνον ἄρα ἐστὶ τὸ Α Β Γ.

Εὰν ἄρα κῶνος ἐπιπέδῳ τινὶ τμηθῇ διὰ τῆς κορυφῆς, ἡ τομὴ τρίγωνόν ἐστι. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

## EUTOCIUS.

Tertium theorema caſum non habet. oportet autem ſcire lineam A B rectam eſſe, cum ſit communis ſectio plani ſecantis, & ſuperficiei conicæ, quæ à recta manentem terminum ad verticem habente deſcribitur. neque enim omnis ſuperficies ſecta plano facit ſectionem rectam lineam; neque ipſe conus, niſi planum ſecans per verticem tranſeat.

Τὸ τρίτον θεώρημα πτῶσιν οὐκ ἔχει. δεῖ δὲ ἐν αὐτῷ ἐπιστῆσαι ὅτι ἡ Α Β εὐθεῖά ἐστι, διὰ τὸ κοινὴν τομὴν εἶναι τοῦ τέμνοντος ἐπιπέδου, καὶ τῆς ἐπιφανείας τοῦ κώνου, ἥτις ὑπὸ εὐθείας ἐγράφη τὸ πέρας ἐχούσης μένον πρὸς τῇ κορυφῇ τῆς ἐπιφανείας. οὐ γὰρ πᾶσα ἐπιφάνεια, ὑπὸ ἐπιπέδου τεμνομένη, τὴν τομὴν ποιεῖ εὐθεῖαν· οὐδὲ αὐτὸς ὁ κῶνος, εἰ μὴ διὰ τῆς κορυφῆς ἔλθῃ τὸ τέμνον ἐπίπεδον.

### Prop. IV. *Theor.*

**Si alterutra ſuperficierum, quæ ſunt ad verticem, plano ſecetur æquidiſtante circulo, per quem fertur recta ſuperficiem deſcribens: planum, quod ſuperficie concluditur, circulus erit centrum in axe habens; figura vero contenta circulo, & ea parte ſuperficiei conicæ quæ inter ſecans planum & verticem interjicitur, conus erit.**

### ΠΡΟΤΑΣΙΣ δ'.

**Εὰν ὁποτέρας τῶν κατὰ κορυφὴν ἐπιφανειῶν ἐπιπέδῳ τινὶ τμηθῇ παραλλήλῳ τῷ κύκλῳ, καθ' οὗ φέρεται ἡ γράφουσα ἐπιφάνειαν εὐθεῖα· τὸ ἀπολαμβανόμενον ἐπίπεδον μεταξὺ τῆς ἐπιφανείας κύκλος ἐστὶ, τὸ κέντρον ἔχων ἐπὶ τοῦ ἄξονος· τὸ δὲ περιεχόμενον σχῆμα ὑπό τε τοῦ κύκλου, καὶ τῆς ἀπολαμβανομένης ὑπὸ τοῦ τέμνοντος ἐπιπέδου κωνικῆς ἐπιφανείας πρὸς τῇ κορυφῇ, κῶνος ἔσται.**

SIT conica ſuperficies, cujus vertex A, circulus autem, in quo fertur recta ſuperficiem

ΕΣΤΩ κωνικὴ ἐπιφάνεια, ἧς κορυφὴ μὲν τὸ Α σημεῖον, ὁ δὲ κύκλος, καθ' οὗ φέρεται ἡ τὴν ἐπιφάνειαν

φάνειαν γράφουσα εὐθεῖα, ἡ ΒΓ, καὶ τετμήσθω ἐπιπέδῳ τινὶ παραλλήλῳ τῷ ΒΓ κύκλῳ, καὶ ποιείτω ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ τομὴν τὴν ΔΕ γραμμήν· λέγω ὅτι ἡ ΔΕ γραμμὴ κύκλος ἐστὶν, ἐπὶ τοῦ ἄξονος ἔχων τὸ κέντρον.

Εἰλήφθω γὰρ τὸ κέντρον τοῦ ΒΓ κύκλου τὸ Ζ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΑΖ· ἄξων ἄρα ἐστὶ, καὶ συμβάλλει τῷ τέμνοντι ἐπιπέδῳ. συμβαλλέτω κατὰ τὸ Η, καὶ ἐκβαλλέσθω τι διὰ τῆς ΑΖ ἐπίπεδον· ἔσται δὴ ἡ τομὴ τρίγωνον τὸ ΑΒΓ. καὶ ἐπεὶ τὰ Δ, Η, Ε σημεῖα ἐν τῷ τέμνοντί ἐστιν ἐπιπέδῳ, ἔστι δὲ καὶ ἐν τῷ τοῦ ΑΒΓ ἐπιπέδῳ· εὐθεῖα ἄρα ἐστὶν ἡ ΔΗΕ. εἰλήφθω δέ τι σημεῖον ἐπὶ τῆς ΔΕ γραμμῆς, τὸ Θ, καὶ ἐπιζευχθεῖσα ἡ ΑΘ ἐκβεβλήσθω· συμβαλεῖ δὴ τῇ ΒΓ περιφερείᾳ. συμβαλλέτω κατὰ τὸ Κ, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΗΘ, ΖΚ. καὶ ἐπεὶ δύο ἐπίπεδα παράλληλα, τὰ ΔΕ, ΒΓ, ὑπὸ ἐπιπέδου τινὸς τέμνεται τοῦ ΑΒΓ, αἱ κοιναὶ αὐτῶν τομαὶ παράλληλοί εἰσι· παράλληλος ἄρα ἐστὶν ἡ ΔΕ τῇ ΒΓ. διὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ ἡ ΗΘ τῇ ΖΚ παράλληλος· ἔστιν ἄρα ὡς ἡ ΑΖ πρὸς τὴν ΑΗ, οὕτως ἥτε ΖΒ πρὸς ΗΔ, καὶ ἡ ΖΓ πρὸς ΗΕ, καὶ ἡ ΖΚ πρὸς ΗΘ. καί εἰσιν αἱ τρεῖς ΒΖ, ΚΖ, ΖΓ ἴσαι ἀλλήλαις· καὶ αἱ τρεῖς ἄρα αἱ ΔΗ, ΗΘ, ΗΕ ἴσαι εἰσὶν ἀλλήλαις. ὁμοίως δὴ δείξομεν ὅτι καὶ πᾶσαι αἱ ἀπὸ τοῦ Η σημείου πρὸς τὴν ΔΕ γραμμὴν προσπίπτουσαι εὐθεῖαι ἴσαι ἀλλήλαις εἰσί. κύκλος ἄρα ἐστὶν ἡ ΔΕ γραμμὴ, κέντρον ἔχων ἐπὶ τοῦ ἄξονος.

describens, sit ΒΓ, & secetur plano quovis ipsi circulo ΒΓ æquidistante, atque sectionem faciat in superficie lineam ΔΕ: dico lineam ΔΕ esse circulum qui centrum in axe habet.

Sumatur enim centrum circuli ΒΓ, quod sit Ζ, & ΑΖ jungatur: axis igitur [per 3. def. huj.] est ΑΖ, & occurrit plano secanti. occurrat in Η, & per rectam ΑΖ planum aliquod ducatur: erit igitur [per 3. 1. huj.] sectio triangulum ΑΒΓ. & quoniam puncta Δ, Η, Ε sunt & in plano secante, & in ipso ΑΒΓ plano: ΔΗΕ erit [per 3. 11.] linea recta. sumatur autem in ipsa ΔΕ linea punctum aliquod Θ, & juncta ΑΘ producatur: occurret igitur circumferentiæ ΑΒΓ. occurrat in Κ, junganturque ΗΘ, ΖΚ. & quoniam duo plana æquidistantia ΔΕ, ΒΓ plano ΑΒΓ secantur; communes ipsorum sectiones [per 16. 11.] parallelæ erunt: parallela est igitur ΔΕ ipsi ΒΓ. & eadem ratione ΗΘ est parallela ipsi ΖΚ: quare [per 4. 6.] ut ΑΖ ad ΑΗ, ita ΖΒ ad ΗΔ, ΖΓ ad ΗΕ, & ΖΚ ad ΗΘ. suntque tres rectæ ΒΖ, ΚΖ, ΖΓ æquales inter sese: ergo [per 14. 5.] & ipsæ tres ΔΗ, ΗΘ, ΗΕ inter sese æquales erunt. similiter quoque ostendentur æquales quæcunque à puncto Η ad lineam ΔΕ ducuntur. linea igitur ΔΕ est circulus, centrum in axe habens.




Πόρισμα.

Καὶ φανερὸν ὅτι τὸ περιεχόμενον σχῆμα ὑπό τε τοῦ ΔΕ κύκλου, καὶ τῆς ἀπολαμβανομένης ὑπ' αὐτοῦ πρὸς τῷ Α σημείῳ κωνικῆς ἐπιφανείας, κῶνός ἐστι. καὶ συναποδέδεικται, ὅτι ἡ κοινὴ τομὴ τοῦ τέμνοντος ἐπιπέδου καὶ τοῦ διὰ τοῦ ἄξονος τριγώνου διάμετρός ἐστι τοῦ κύκλου.

*Corollarium.*

Constat [per 4. def. huj.] figuram contentam circulo ΔΕ, & ea parte superficiei conicæ quæ inter dictum circulum & punctum Α interjicitur, conum esse. simulque demonstratum est, communem sectionem plani secantis & trianguli per axem, diametrum esse ipsius circuli.

## EUTOCIUS.

Πτώσεις τούτου τοῦ θεωρήματος τρεῖς εἰσιν, ὥσπερ αὐτοῦ πρότου καὶ δευτέρου.

Casus hujus theorematis tres sunt, quemadmodum & primi & secundi.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ ε΄.

Ἐὰν κῶνος σκαληνὸς ἐπιπέδῳ τμηθῇ διὰ τοῦ ἄξονος πρὸς ὀρθὰς τῇ βάσει, τμηθῇ δὲ καὶ ἑτέρῳ

## Prop. V. *Theor.*

Si conus scalenus plano per axem secetur ad rectos angulos ipsi basi, seceturque

**turque altero plano ad triangulum per axem recto, quod ex verticis parte triangulum abscindat simile ei quod per axem; subcontrarie vero positum: sectio circulus erit. vocetur autem hujusmodi sectio SUBCONTRARIA.**

ἐπιπέδῳ πρὸς ὀρθὰς μὲν τῷ διὰ τοῦ ἄξονος τριγώνῳ, ἀφαιροῦντι δὲ πρὸς τῇ κορυφῇ τρίγωνον ὅμοιον μὲν τῷ διὰ τοῦ ἄξονος τριγώνῳ, ὑπεναντίως δὲ κείμενον· ἡ τομὴ κύκλος ἐστί. καλείσθω δὲ ἡ τοιαύτη τομὴ ΥΠΕΝΑΝΤΙΑ.

SIT conus scalenus, cujus vertex A punctum, basis circulus ΒΓ, & [a] secetur plano per axem ad circulum ΒΓ recto, atque faciat sectionem triangulum ΑΒΓ; [b] secetur autem & altero plano ad rectos angulos ipsi ΑΒΓ, quod ex parte A triangulum abscindat ΑΗΚ triangulo ΑΒΓ simile, subcontrarie vero positum; ut videlicet angulus ΑΚΗ æqualis sit ΑΒΓ angulo, & faciat sectionem in superficie lineam ΗΚΘ: dico ipsam ΗΘΚ circulum esse.

ΕΣΤΩ κῶνος σκαληνὸς, οὗ κορυφὴ μὲν τὸ Α σημεῖον, βάσις δὲ ὁ ΒΓ κύκλος, καὶ [a] τετμήσθω ἐπιπέδῳ διὰ τοῦ ἄξονος ὀρθῷ πρὸς τὸν ΒΓ κύκλον, καὶ ποιείτω τομὴν τὸ ΑΒΓ τρίγωνον, [b] τετμήσθω δὲ καὶ ἑτέρῳ ἐπιπέδῳ πρὸς ὀρθὰς ὄντι τῷ ΑΒΓ τριγώνῳ, ἀφαιροῦντι δὲ τρίγωνον πρὸς τῷ Α σημείῳ τὸ ΑΗΚ ὅμοιον μὲν τῷ ΑΒΓ τριγώνῳ, ὑπεναντίως δὲ κείμενον, τουτέστιν, ὥστε ἴσην εἶναι τὴν ὑπὸ ΑΚΗ γωνίαν τῇ ὑπὸ ΑΒΓ, καὶ ποιείτω τομὴν ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ τὴν ΗΚΘ γραμμήν· λέγω ὅτι κύκλος ἐστὶν ἡ ΗΘΚ γραμμή.

Sumantur enim in lineis ΗΘΚ, ΒΓ puncta quæpiam Θ, Λ, à quibus ad planum trianguli ΑΒΓ, perpendiculares ducantur· cadent hæ [per 38.11.] in communes planorum sectiones. cadant ut ΘΖ, ΛΜ. parallela est igitur [per 6.11.] ΘΖ ipsi ΛΜ. ducatur autem per Ζ ipsi ΒΓ parallela ΔΖΕ. est vero & ΖΘ ipsi ΛΜ parallela: ergo [per 15. 11.] planum quod per ΖΘ, ΔΕ transit, æquidistans est basi ipsius coni: & idcirco [per 4.1. huj.] sectio ΔΘΕ circulus erit, cujus diameter ΔΕ: æquale est igitur rectangulum sub ΔΖ, ΖΕ quadrato ex ΖΘ. & quoniam parallela est ΕΔ ipsi ΒΓ: angulus ΑΔΕ [per 29.1.] æqualis est angulo ΑΒΓ. & ponitur angulus ΑΚΗ angulo ΑΒΓ æqualis: ergo & ΑΚΗ ipsi ΑΔΕ æqualis erit. sunt autem [per 15. 1.] & qui ad Ζ anguli æquales; sunt enim ad verticem: igitur [per 4. 6.] ΔΖΗ triangulum simile est triangulo ΚΖΕ. igitur ut ΕΖ ad ΖΚ ita ΗΖ ad ΖΔ: [c] rectangulum igitur ΕΖΔ æquale est [per 16. 6.] rectangulo ΚΖΗ. sed rectangulum ΕΖΔ (hoc est sub ΔΖ, ΖΕ) demonstratum est æquale quadrato ex ΖΘ: ergo & rectangulum sub ΚΖ, ΖΗ eidem æquale erit. Similiter demonstrabuntur & omnes, quæ à linea ΗΘΚ ad ipsam ΗΚ perpendiculares ducuntur, posse æquale ei quod sub segmentis ipsius ΗΚ continetur. [d] sectio igitur circulus est, cujus diameter [per 2. lem.] est ΗΚ.




Εἰλήφθω γάρ τινα σημεῖα ἐπὶ τῶν ΗΘΚ, ΒΓ γραμμῶν, τὰ Θ, Λ, καὶ ἀπὸ τῶν Θ, Λ σημείων ἐπὶ τὸ διὰ τοῦ ΑΒΓ τριγώνου ἐπίπεδον κάθετοι ἤχθωσαν· πεσοῦνται δὴ ἐπὶ τὰς κοινὰς τομὰς τῶν ἐπιπέδων. πιπτέτωσαν ὡς αἱ ΘΖ, ΛΜ. παράλληλος ἄρα ἐστὶν ἡ ΘΖ τῇ ΛΜ. ἤχθω δὴ διὰ τοῦ Ζ τῇ ΒΓ παράλληλος ἡ ΔΖΕ. ἔστι δὴ καὶ ἡ ΖΘ τῇ ΛΜ παράλληλος· τὸ ἄρα διὰ τῶν ΖΘ, ΔΕ ἐπίπεδον παράλληλόν ἐστι τῇ βάσει τοῦ κώνου· κύκλος ἄρα ἐστὶν ἡ τομὴ, οὗ διάμετρος ἡ ΔΕ· ἴσον ἄρα τὸ ὑπὸ τῶν ΔΖ, ΖΕ τῷ ἀπὸ τῆς ΖΘ. καὶ ἐπεὶ παράλληλός ἐστιν ἡ ΕΔ τῇ ΒΓ· ἡ ὑπὸ ΑΔΕ γωνία ἴση ἐστὶ τῇ ὑπὸ ΑΒΓ. ἡ δὲ ὑπὸ ΑΚΗ τῇ ὑπὸ ΑΒΓ ὑπόκειται ἴση· καὶ ἡ ὑπὸ ΑΚΗ ἄρα τῇ ὑπὸ ΑΔΕ ἐστιν ἴση. εἰσὶ δὲ καὶ αἱ πρὸς τῷ Ζ σημείῳ ἴσαι, κατὰ κορυφὴν γάρ· ὅμοιον ἄρα ἐστὶ τὸ ΔΖΗ τρίγωνον τῷ ΚΖΕ τριγώνῳ. ἔστιν ἄρα ὡς ἡ ΕΖ πρὸς τὴν ΖΚ οὕτως ἡ ΗΖ πρὸς ΖΔ· [c] τὸ ἄρα ὑπὸ τῶν ΕΖΔ ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ τῶν ΚΖΗ. ἀλλὰ τὸ ὑπὸ τῶν ΕΖΔ (τουτέστι τὸ ὑπὸ τῶν ΔΖ, ΖΕ) ἴσον ἐδείχθη τῷ ἀπὸ τῆς ΖΘ· καὶ τὸ ὑπὸ τῶν ΚΖ, ΖΗ ἄρα ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς ΖΘ. ὁμοίως δὴ δειχθήσονται καὶ πᾶσαι αἱ ἀπὸ τῆς ΗΘΚ γραμμῆς ἐπὶ τὴν ΗΚ ἠγμέναι κάθετοι ἴσον δυνάμεναι τῷ ὑπὸ τῶν τμημάτων τῆς ΗΚ. [d] κύκλος ἄρα ἐστὶν ἡ τομὴ, οὗ διάμετρος ἡ ΗΚ.

## EUTOCIUS.

Quintum theorema casum non habet. Exordiens autem *Apollonius* expositionem, [a] Secetur, *inquit*, conus per axem plano ad basim recto. Sed quoniam in cono scaleno, juxta unicam solummodo positionem triangulum per axem ad basim rectum est, hoc ita faciemus. Sumentes namque basis centrum, ab eo erigemus rectam ad rectos angulos ipsi pla-

Τὸ πέμπτον θεώρημα πτῶσιν οὐκ ἔχει. ἀρχόμενος δὲ τῆς ἐκθέσεως, φησὶ, [a] Τετμήσθω ὁ κῶνος ἐπιπέδῳ διὰ τοῦ ἄξονος ὀρθῷ πρὸς τὴν βάσιν. Ἐπειδὴ δὲ ἐν τῷ σκαληνῷ κώνῳ, κατὰ μίαν μόνον θέσιν τὸ διὰ τοῦ ἄξονος τρίγωνον ὀρθόν ἐστι πρὸς τὴν βάσιν, τοῦτο ποιήσομεν οὕτως. λαβόντες τὸ κέντρον τῆς βάσεως, ἀναστήσομεν ἀπ' αὐτοῦ τῷ ἐπιπέδῳ τῆς βάσεως πρὸς

πρὸς ὀρθάς, καὶ δι' αὐτῆς καὶ τοῦ ἄξονος ἐκβάλλοντες ἐπίπεδον ἕξομεν τὸ ζητούμενον. δέδεικται γὰρ ἐν τῷ ἑνδεκάτῳ καὶ δωδεκάτῳ τῆς Εὐκλείδου στοιχειώσεως, ὅτι ἂν εὐθεῖα ἐπιπέδῳ τινὶ πρὸς ὀρθὰς ᾖ, καὶ πάντα τὰ δι' αὐτῆς ἐπίπεδα τῷ αὐτῷ ἐπιπέδῳ πρὸς ὀρθὰς ἔσται. τὸν δὲ κῶνον σκαληνὸν ὑπέθετο, ἐπειδὴ ἐν τῷ ἰσοσκελεῖ τὸ παράλληλον τῇ βάσει ἐπίπεδον τῷ ὑπεναντίως κειμένῳ τὸ αὐτό ἐστιν.

Ἔτι φησί, [b] Τετμήσθω δὲ ἑτέρῳ ἐπιπέδῳ πρὸς ὀρθὰς μὲν τῷ διὰ τοῦ ἄξονος τριγώνῳ, ἀφαιροῦντι δὲ πρὸς τῇ κορυφῇ τρίγωνον ὅμοιον μὲν τῷ ΑΒΓ τριγώνῳ, ὑπεναντίως δὲ κείμενον. τοῦτο δὲ γίνεται οὕτως. ἔστω τὸ διὰ τοῦ ἄξονος τρίγωνον τὸ ΑΒΓ, καὶ εἰλήφθω ἐπὶ τῆς ΑΒ τυχὸν σημεῖον τὸ Η, καὶ συνεστάτω πρὸς τῇ ΑΗ εὐθείᾳ, καὶ τῷ πρὸς αὐτῇ σημείῳ τῷ Η, τῇ ὑπὸ ΑΓΒ γωνίᾳ ἴση ἡ ὑπὸ ΑΗΚ· τὸ ΑΗΚ ἄρα τρίγωνον τῷ ΑΒΓ ὅμοιον μέν ἐστιν, ὑπεναντίως δὲ κείμενον. εἰλήφθω δὲ ἐπὶ τῆς ΗΚ τυχὸν σημεῖον τὸ Ζ, καὶ ἀπὸ τοῦ Ζ τῷ τοῦ ΑΒΓ τριγώνου ἐπιπέδῳ πρὸς ὀρθὰς ἀνεστάτω ἡ ΖΘ, καὶ ἐκβεβλήσθω τὸ διὰ τῶν ΗΚ, ΘΖ ἐπίπεδον· τοῦτο δὴ ὀρθόν ἐστι πρὸς τὸ ΑΒΓ τρίγωνον, διὰ τὴν ΖΘ, καὶ ποιεῖ τὸ προκείμενον.

Ἐν τῷ συμπεράσματί φησιν, ὅτι διὰ τὴν ὁμοιότητα τῶν ΔΖΗ, ΕΖΚ τριγώνων, [c] ἴσον ἐστὶ τὸ ὑπὸ ΕΖΔ τῷ ὑπὸ ΚΖΗ. δυνατὸν δέ ἐστι τοῦτο δεῖξαι καὶ δίχα τῆς τῶν τριγώνων ὁμοιότητος λέγοντα, ὅτι ἐπειδὴ ἑκατέρα τῶν ΑΚΗ, ΑΔΕ γωνιῶν ἴση ἐστὶ τῇ πρὸς τὸ Β· ἐν τῷ αὐτῷ τμήματί εἰσι τοῦ περιλαμβάνοντος κύκλου τὰ Δ, Ε, Η, Κ σημεῖα. καὶ ἐπειδὴ ἐν κύκλῳ δύο εὐθεῖαι αἱ ΔΕ, ΗΚ τέμνουσιν ἀλλήλας κατὰ τὸ Ζ· τὸ ὑπὸ ΔΖΕ ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ ΗΖΚ. ὁμοίως δὲ δειχθήσεται ὅτι καὶ πᾶσαι ἀπὸ τῆς ΗΘΚ γραμμῆς ἐπὶ τὴν ΚΗ κάθετοι ἀγόμεναι ἴσον δύνανται τῷ ὑπὸ τῶν τμημάτων.

[d] Κύκλος ἄρα ἐστὶν ἡ τομή, διάμετρος δὲ αὐτοῦ ἡ ΗΚ.] καὶ δυνατὸν μέν ἐστιν ἐπιλογίσασθαι τοῦτο διὰ τῆς εἰς ἀδύνατον ἀπαγωγῆς. εἰ γὰρ ὁ περὶ τὴν ΚΗ γραφόμενος κύκλος οὐχ ἥξει διὰ τοῦ Θ σημείου, ἔσται τὸ ὑπὸ τῶν ΚΖ, ΖΗ ἴσον, ἤτοι τῷ ἀπὸ μείζονος τῆς ΖΘ, ἢ τῷ ἀπὸ ἐλάσσονος, ὅπερ οὐχ ὑπόκειται. δείξομεν δὲ αὐτὸ καὶ ἐπ' εὐθείας. ἔστω τις γραμμὴ ἡ ΗΘΚ, καὶ ὑποτεινέτω αὐτὴν ἡ ΚΗ, εἰλήφθω δὲ καὶ ἐπὶ τῆς γραμμῆς τυχόντα σημεῖα τὰ Θ, Ο, καὶ ἀπὸ αὐτῶν ἐπὶ τὴν ΗΚ κάθετοι ἤχθωσαν αἱ ΘΖ, ΟΠ, καὶ ἔστω τὸ μὲν ἀπὸ ΖΘ ἴσον τῷ ὑπὸ ΗΖΚ, τὸ δὲ ἀπὸ ΟΠ τῷ ὑπὸ ΗΠΚ ἴσον· λέγω ὅτι κύκλος ἐστὶν ἡ ΗΘΟΚ γραμμή. τετμήσθω γὰρ ἡ ΗΚ δίχα κατὰ τὸ Ν, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΝΘ, ΝΟ. ἐπεὶ οὖν εὐθεῖα ἡ ΗΚ τέτμηται εἰς μὲν ἴσα κατὰ τὸ Ν, εἰς δὲ ἄνισα κατὰ τὸ Ζ· τὸ ὑπὸ ΗΖΚ μετὰ τοῦ ἀπὸ ΝΖ ἴσον ἐστὶν τῷ ἀπὸ ΝΚ. τὸ δὲ ὑπὸ ΗΖΚ ἴσον ὑπόκειται τῷ ἀπὸ ΖΘ· τὸ ἄρα ἀπὸ ΘΖ μετὰ τοῦ ἀπὸ ΝΖ ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ ΝΚ. ἴσα δέ ἐστι τὰ ἀπὸ ΘΖ, ΖΝ τῷ ἀπὸ ΝΘ, ὀρθὴ γάρ ἐστιν ἡ πρὸς τὸ Ζ· τὸ ἄρα ἀπὸ ΝΘ ἴσον ἐστὶν τῷ ἀπὸ ΝΚ. ὁμοίως δὲ δείξομεν ὅτι καὶ τὸ ἀπὸ ΝΟ ἴσον ἐστὶν τῷ ἀπὸ ΝΚ· κύκλος ἄρα ἐστὶν ἡ ΗΘΚ γραμμή, διάμετρος δὲ αὐτοῦ ἡ ΗΚ.

Δυνατὸν δέ ἐστιν, τὰς ΔΕ, ΗΚ διαμέτρους ποτὲ μὲν ἴσας, ποτὲ δὲ ἀνίσους εἶναι, οὐδέποτε μέντοι δίχα τέμνουσιν ἀλλήλας. ἤχθω διὰ τοῦ Κ τῇ ΒΓ παράλληλος ἡ ΝΚ. ἐπεὶ οὖν μείζων ἐστὶν ἡ ΒΑ τῆς ΑΓ· μείζων ἄρα καὶ ἡ ΝΑ τῆς ΑΚ. ὁμοίως δὲ καὶ ἡ ΑΚ τῆς ΑΗ, διὰ τὴν ὑπεναντίαν τομήν· ὥστε τῇ ΑΚ ἀπὸ τῆς ΑΝ ἴση λαμβανομένη μεταξὺ πίπτει τῶν σημείων Η, Ν. πιπτέτω ὡς ἡ ΑΞ· ἡ ἄρα διὰ τοῦ Ξ τῇ ΒΓ παράλληλος ἀγομένη τέμνει τὴν ΗΚ. τεμνέτω ὡς ἡ ΞΟΠ. καὶ ἐπεὶ ἴση ἐστὶν




no basis, perque ipsam & axem planum ducentes id quod propositum fuerat assequemur. ostensum etenim est in undecimo libro [prop. 18.] elementorum *Euclidis*, si recta plano alicui ad rectos angulos fuerit, & omnia quæ per ipsum ducuntur plana eidem ad rectos angulos esse. conum vero scalenum supposuit, quoniam in æquicruri planum basi æquidistans idem est quod subcontrarie positum.

Præterea [b] Secetur, *inquit*, & altero plano ad rectos angulos ipsi triangulo per axem, quod abscindat ex verticis parte triangulum simile ipsi ΑΒΓ, subcontrarie vero positum. illud ita fiet. Sit triangulum per axem ΑΒΓ, sumaturque in ΑΒ quodvis punctum Η, & ad rectam ΑΗ, & punctum in ea Η, [per 23. 1.] constituatur angulus ΑΗΚ ipsi ΑΓΒ æqualis: ergo triangulum ΑΗΚ triangulo ΑΒΓ simile erit, at subcontrarie positum. sumatur autem in recta ΗΚ quodlibet punctum Ζ, & à Ζ erigatur ΖΘ ad rectos angulos plano trianguli ΑΒΓ, & per ΗΚ, ΖΘ planum ducatur: erit illud [per 18. 11.] ad triangulum ΑΒΓ rectum, quia per rectam ΖΘ transit, & faciet id quod erat faciendum.

In conclusione *dicit*, propter similitudinem triangulorum ΔΖΗ, ΕΖΚ, [c] æquale esse rectangulum ΕΖΔ rectangulo ΚΖΗ. quod quidem & absque triangulorum similitudine demonstrari potest hoc pacto; quoniam enim uterque angulorum ΑΚΗ, ΑΔΕ æqualis est angulo qui ad Β: erunt hi [per 21. 3.] in eadem portione circuli per puncta Δ, Ε, Η, Κ transeuntis. & quoniam in circulo duæ rectæ ΔΕ, ΗΚ sese secant in Ζ: rectangulum ΔΖΕ [per 35. 3.] æquale est rectangulo ΗΖΚ. Similiter demonstrabuntur & omnes rectæ à linea ΗΘΚ ductæ perpendiculares ad ΚΗ rectam, posse æquale ei quod sub ejus segmentis continetur.

[d] Sectio igitur est circulus, cujus diameter ΗΚ.] possumus autem hoc demonstrare per deductionem ad absurdum. Si enim circulus, qui circa ΗΚ describitur, non transit per Θ punctum; erit rectangulum sub ΚΖ, ΖΗ æquale quadrato, vel rectæ majoris ipsa ΖΘ, vel minoris, contra hypothesin. Sed & illud idem directa demonstratione ostendemus. sit linea quædam ΗΘΚ, cui subtendatur recta ΗΚ, sumantur autem in linea duo quævis puncta Θ, Ο, à quibus ad ipsam ΗΚ perpendiculares ducantur ΘΖ, ΟΠ; sitque quadratum ex ΖΘ æquale rectangulo ΗΖΚ, & quadratum ex ΟΠ æquale ipsi ΗΠΚ rectangulo: dico lineam ΗΘΟΚ circulum esse. secetur enim ΗΚ bifariam in puncto Ν, & jungantur ΝΘ, ΝΟ. Quoniam igitur recta linea ΗΚ secatur in partes æquales in Ν, & in partes inæquales in Ζ: rectangulum ΗΖΚ una cum quadrato ex ΝΖ æquale erit [per 5. 2.] quadrato ex ΝΚ. sed rectangulum ΗΖΚ positum est æquale quadrato ex ΖΘ: quadratum igitur ex ΘΖ una cum quadrato ex ΝΖ æquale est quadrato ex ΝΚ. æqualia autem sunt [per 47. 1.] ex ΘΖ, ΖΝ quadrata ipsi quadrato ex ΝΘ; angulus enim ad Ζ est rectus: ergo quadratum ex ΝΘ quadrato ex ΝΚ æquale erit. similiter ostendemus quadratum ex ΝΟ æquale esse quadrato ex ΝΚ: linea igitur ΗΘΚ circulus est, & ejus diameter ΗΚ.

Fieri autem potest ut diametri ΔΕ, ΗΚ quandoque æquales sint, quandoque inæquales; nunquam tamen sese bifariam secabunt. ducatur enim per Κ ipsi ΒΓ parallela ΝΚ. quoniam igitur major est ΒΑ quam ΑΓ: & ipsa ΝΑ quam ΑΚ major erit. eadem ratione & ΑΚ major est quam ΑΗ, propter subcontrariam sectionem: quare si à recta ΑΝ abscissa fuerit æqualis ipsi ΑΚ, inter puncta Η, Ν cadet. cadat ut ΑΞ: ergo per Ξ ducta parallela ipsi ΒΓ secabit ΗΚ. secet ut ΞΟΠ. itaque

quoniam

quoniam æqualis est ΑΞ ipsi ΑΚ, ut vero ΞΑ ad ΑΠ ita ΚΑ ad ΑΗ; ob similitudinem triangulorum ΗΚΑ, ΞΑΠ: erit ΑΗ ipsi ΑΠ æqualis, & reliqua ΗΞ ipsi ΠΚ. & quoniam anguli ad puncta Ξ, Κ inter se æquales sunt, uterque enim ipsorum æqualis est angulo ad Β; sunt autem & qui ad Ο æquales, quia ad verticem: erit triangulum ΞΗΟ simile triangulo ΠΟΚ. & æqualis est ΗΞ ipsi ΠΚ: quare & ΞΟ ipsi ΟΚ, & ΗΟ ipsi ΟΠ, & tota ΗΚ toti ΞΠ est æqualis. ex quibus constat, si inter Η, Ξ sumatur punctum, ut Ρ, & per Ρ ducatur ΡΣ parallela ΗΚ; ipsam ΡΣ majorem esse quam ΗΚ, & propterea majorem quam ΞΠ. si vero inter puncta Ρ, Ξ sumatur punctum, ut Τ, & per ipsum ducatur ΤΥ parallela ΞΠ: minor erit ΤΥ quam ΞΠ; & ob id minor quam ΗΚ. & quoniam angulus ΞΠΚ major est [per 16. 1.] angulo ΑΞΠ; æqualis autem ΟΠΚ ipsi ΟΗΞ: erit ΟΗΞ angulus major angulo ΗΞΟ: ergo [per 19. 1.] ΞΟ major ipsa ΟΗ, & idcirco ΞΟ major ΟΠ. quod si quandoque contingat, ut altera ipsarum bifariam secetur, tunc altera in partes inæquales secabitur.




ἡ ΑΞ τῇ ΑΚ, ὡς δὲ ἡ ΞΑ πρὸς ΑΠ ἡ ΚΑ πρὸς ΑΗ, διὰ τὴν ὁμοιότητα τῶν ΗΚΑ, ΞΑΠ τριγώνων· ἡ ΑΗ ἄρα τῇ ΑΠ ἐστὶν ἴση, καὶ ἡ λοιπὴ ΗΞ τῇ ΠΚ. καὶ ἐπεὶ αἱ πρὸς τοῖς Ξ, Κ γωνίαι ἴσαι εἰσὶν, ἑκατέρα γὰρ αὐτῶν ἴση ἐστὶ τῇ Β, εἰσὶ δὲ καὶ αἱ πρὸς τῷ Ο ἴσαι, κατὰ κορυφὴν γάρ· ὅμοιον ἄρα ἐστὶ τὸ ΞΗΟ τρίγωνον τῷ ΠΟΚ τριγώνῳ. καὶ ἴση ἐστὶν ἡ ΗΞ τῇ ΠΚ· ὥστε καὶ ἡ ΞΟ τῇ ΟΚ, καὶ ἡ ΗΟ τῇ ΟΠ, καὶ ὅλη ἡ ΗΚ τῇ ὅλῃ ΞΠ. καὶ φανερὸν ὅτι ἐὰν μεταξὺ τῶν Η, Ξ ληφθῇ τι σημεῖον, ὡς τὸ Ρ, καὶ διὰ τοῦ Ρ τῇ ΗΚ παράλληλος ἀχθῇ ἡ ΡΣ, μείζων ἔσται τῆς ΗΚ, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τῆς ΞΠ. ἐὰν δὲ μεταξὺ τῶν Ρ, Ξ ληφθῇ τι σημεῖον ὡς τὸ Τ, καὶ δι' αὐτοῦ τῇ ΞΠ παράλληλος ἀχθῇ ἡ ΤΥ· ἐλάττων ἔσται τῆς ΞΠ, καὶ τῆς ΗΚ. καὶ ἐπεὶ ἡ ὑπὸ ΞΠΚ γωνία μείζων ἐστὶν τῆς ὑπὸ ΑΞΠ, ἴση δὲ ἡ ὑπὸ ΟΠΚ τῇ ὑπὸ ΟΗΞ· μείζων ἄρα καὶ ἡ ὑπὸ ΟΗΞ τῆς ὑπὸ ΗΞΟ· ἡ ΞΟ ἄρα τῆς ΟΗ μείζων, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἡ ΞΟ τῆς ΟΠ. ἐὰν δέ ποτε ἡ ἑτέρα αὐτῶν δίχα διαιρεθῇ, ἡ λοιπὴ εἰς ἄνισα τμηθήσεται.

## Prop. VI. *Theor.*

**Si conus plano per axem secetur; sumatur autem aliquod punctum in superficie coni, quod non sit in latere trianguli per axem, & ab ipso ducatur recta parallela cuidam rectæ, quæ perpendicularis est à circumferentia circuli ad trianguli basim: triangulo per axem occurret, & ulterius producta, usque ad alteram superficiei partem, bifariam ab ipso triangulo secabitur.**

SIT conus, cujus vertex Α punctum, basis autem circulus ΒΓ, seceturque conus plano per axem, atque communem sectionem faciat triangulum ΑΒΓ, & ab aliquo puncto eorum quæ sunt in ΒΓ circumferentia, ut ab Μ, ducatur ΜΝ perpendicularis ad ipsam ΒΓ; sumatur vero in superficie coni punctum Δ, quod non sit in latere trianguli per axem, & per Δ ipsi ΜΝ parallela ducatur ΔΕ: dico ΔΕ productam occurrere plano trianguli ΑΒΓ; & ulterius productam ad alteram partem coni, quousque ejus superficiei occurrat, à trianguli ΑΒΓ plano bifariam secari.

Jungatur ΑΔ, & producatur; occurret [per 1. 1. huj.] circumferentiæ circuli ΒΓ. occurrat in Κ, & à puncto Κ ad ΒΓ perpendicularis ducatur ΚΘΛ: parallela est igitur [per 28. 1.] ΚΘ ipsi ΜΝ; quare [per 9. 11.] & ipsi ΔΕ. ducatur ab Α puncto ad Θ recta ΑΘ. itaque quoniam in triangulo ΑΘΚ, ipsi ΘΚ parallela est ΔΕ: conveniet ΔΕ producta cum ΑΘ. est autem ΑΘ in plano trianguli ΑΒΓ: ergo ΔΕ trianguli ΑΒΓ plano occurret; ipsique ΑΘ rectæ.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ ϛʹ.

**Ἐὰν κῶνος ἐπιπέδῳ τμηθῇ διὰ τοῦ ἄξονος, ληφθῇ δέ τι σημεῖον ἐπὶ τῆς τοῦ κώνου ἐπιφανείας, ὃ μή ἐστιν ἐπὶ τῆς πλευρᾶς τοῦ διὰ τοῦ ἄξονος τριγώνου, καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἀχθῇ παράλληλος εὐθείᾳ τινὶ, ἥ ἐστι κάθετος ἀπὸ τῆς περιφερείας τοῦ κύκλου ἐπὶ τὴν βάσιν τοῦ τριγώνου· συμβαλεῖ τῷ διὰ τοῦ ἄξονος τριγώνῳ, καὶ προσεκβαλλομένη ἕως τοῦ ἑτέρου μέρους τῆς ἐπιφανείας δίχα τμηθήσεται ὑπὸ τοῦ τριγώνου.**

ΕΣΤΩ κῶνος, οὗ κορυφὴ μὲν τὸ Α σημεῖον, βάσις δὲ ὁ ΒΓ κύκλος, καὶ τετμήσθω ὁ κῶνος ἐπιπέδῳ διὰ τοῦ ἄξονος, καὶ ποιείτω κοινὴν τομὴν τὸ ΑΒΓ τρίγωνον, καὶ ἀπό τινος σημείου τῶν ἐπὶ τῆς ΒΓ περιφερείας, τοῦ Μ, κάθετος ἤχθω ἐπὶ τὴν ΒΓ, ἡ ΜΝ, εἰλήφθω δὲ ἐπὶ τῆς ἐπιφανείας τοῦ κώνου σημεῖόν τι τὸ Δ, ὃ μή ἐστιν ἐπὶ τῆς πλευρᾶς τοῦ δι' ἄξονος τριγώνου, καὶ διὰ τοῦ Δ τῇ ΜΝ παράλληλος ἤχθω ἡ ΔΕ· λέγω ὅτι ἡ ΔΕ ἐκβαλλομένη συμπεσεῖται τῷ ἐπιπέδῳ τοῦ ΑΒΓ τριγώνου, καὶ προσεκβαλλομένη ἐπὶ τὸ ἕτερον μέρος τοῦ κώνου, ἄχρις ἂν συμπέσῃ τῇ ἐπιφανείᾳ αὐτοῦ, δίχα τμηθήσεται ὑπὸ τοῦ ἐπιπέδου τοῦ ΑΒΓ τριγώνου.

Ἐπεζεύχθω ἡ ΑΔ, καὶ ἐκβεβλήσθω· συμπεσεῖται ἄρα τῇ περιφερείᾳ τοῦ ΒΓ κύκλου. συμπιπτέτω κατὰ τὸ Κ, καὶ ἀπὸ τοῦ Κ ἐπὶ τὴν ΒΓ κάθετος ἤχθω ἡ ΚΘΛ· παράλληλος ἄρα ἐστὶν ἡ ΚΘ τῇ ΜΝ, καὶ τῇ ΔΕ ἄρα. ἐπεζεύχθω ἀπὸ τοῦ Α ἐπὶ τὸ Θ ἡ ΑΘ. ἐπεὶ οὖν ἐν τριγώνῳ τῷ ΑΘΚ, τῇ ΘΚ παράλληλός ἐστιν ἡ ΔΕ· ἡ ΔΕ ἄρα ἐκβαλλομένη συμπεσεῖται τῇ ΑΘ. ἡ δὲ ΑΘ ἐν τῷ τοῦ ΑΒΓ ἐστὶν ἐπιπέδῳ· συμπεσεῖται ἄρα ἡ ΔΕ τῷ τοῦ ΑΒΓ τριγώνου ἐπιπέδῳ, καὶ τῇ ΑΘ εὐθείᾳ.

συμπιπτέτω

συμπιπτέτω κατὰ τὸ Ζ, καὶ ἐκβεβλήσθω ἡ ΔΖ ἐπ' εὐθείας ἄχρις ἂν συμπέσῃ τῇ τοῦ κώνου ἐπιφανείᾳ, συμπιπτέτω κατὰ τὸ Η· λέγω ὅτι ἴση ἐστὶν ἡ ΔΖ τῇ ΖΗ. ἐπεὶ γὰρ τὰ Α, Η, Λ σημεῖα ἐν τῇ τοῦ κώνου ἐστὶν ἐπιφανείᾳ, καὶ ἐν τῷ ἐπιπέδῳ τῷ διὰ τῶν ΑΘ, ΑΚ, ΔΗ, ΚΛ ἐκβαλλομένῳ, ὅπερ διὰ τῆς κορυφῆς τοῦ κώνου τρίγωνόν ἐστι· τὰ Α, Η, Λ ἄρα σημεῖα ἐπὶ τῆς κοινῆς ἐστι τομῆς τῆς τοῦ κώνου ἐπιφανείας καὶ τοῦ τριγώνου· εὐθεῖα ἄρα ἐστὶν ἡ διὰ τῶν Α, Η, Λ. ἐπεὶ οὖν ἐν τριγώνῳ τῷ ΑΛΚ τῇ ΚΘΛ βάσει παράλληλος ἦκται ἡ ΔΗ, καὶ δὴ ἦκταί τις ἀπὸ τοῦ Α, ἡ ΑΖΘ· ἔστιν ὡς ἡ ΚΘ πρὸς ΘΛ ἡ ΔΖ πρὸς ΖΗ. ἴση δὲ ἡ ΚΘ τῇ ΘΛ, ἐπείπερ ἐν κύκλῳ τῷ ΒΓ κάθετός ἐστιν ἐπὶ τὴν διάμετρον ἡ ΚΛ· ἴση ἄρα καὶ ἡ ΔΖ τῇ ΖΗ.

occurrat in Z, & producatur ΔZ in directum, quousque superficiei coni occurrat; occurrat in H: dico ΔZ ipsi ZH æqualem esse. quoniam enim puncta A, H, Λ sunt & in superficie coni, & in plano per AΘ, AK, ΔH, KΛ ducto, quod quidem [per 3. hujus] triangulum est, cum conum per verticem secet: erunt A, H, Λ in communi sectione superficiei coni & ipsius trianguli: ergo recta est quæ per A, H, Λ puncta transit. at cum in triangulo A Λ K, ipsi KΘΛ basi parallela ducta sit ΔH, & à puncto A ducatur AZΘ: erit * ut KΘ ad ΘΛ ita ΔZ ad ZH. æqualis autem est [per 3. 3.] KΘ ipsi ΘΛ, quia in circulo BΓ perpendicularis ad diametrum ducitur KΛ: ergo & ΔZ ipsi ZH æqualis erit.




## EUTOCIUS.

Προσέχειν χρὴ, ὅτι οὐ μάτην πρόσκειται ἐν τῇ προτάσει, τὸ δεῖν ἀγομένην εὐθεῖαν ἀπὸ τοῦ τῆς ἐπιφανείας σημείου παράλληλον μιᾷ τινι τῶν ἐν τῇ βάσει εὐθειῶν πρὸς ὀρθὰς οὔσῃ πάντως τῇ βάσει τοῦ διὰ τοῦ ἄξονος τριγώνου ἄγεσθαι. τούτου γὰρ μὴ ὄντος, οὐ δυνατόν ἐστιν αὐτὴν δίχα τέμνειν ὑπὸ τοῦ διὰ τοῦ ἄξονος τριγώνου, ὅπερ ἐστὶ φανερὸν ἐκ τῆς ἐν τῷ ῥητῷ καταγραφῆς. εἰ γὰρ ἡ ΜΝ, ᾗ παράλληλός ἐστιν ἡ ΔΖΗ, μὴ πρὸς ὀρθὰς εἴη τῇ ΒΓ, δῆλον ὅτι οὐδὲ δίχα τέμνεται ἡ ΚΛ. καὶ διὰ τῶν αὐτῶν λόγων συνάγεται ὅτι ἐστὶν ὡς ἡ ΚΘ πρὸς ΘΛ οὕτως ἡ ΔΖ πρὸς ΖΗ· καὶ ἡ ΔΗ ἄρα εἰς ἄνισα τμηθήσεται κατὰ τὸ Ζ. δυνατὸν δὲ κατωτέρω τοῦ κύκλου, καὶ ἐπὶ τῆς κατὰ κορυφὴν ἐπιφανείας τὰ αὐτὰ δείκνυσθαι.

Animadvertendum est, non frustra apponi in propositione, oportere rectam ductam à puncto superficiei, parallelam esse cuivis rectæ quæ à circuli circumferentia perpendicularis est ad basim trianguli per axem. nisi enim hoc ita sit, fieri non potest ut recta à triangulo bifariam secetur; quod quidem ex descripta figura manifeste apparet. nam si MN, cui parallela est ΔZH, ad ipsam BΓ non sit perpendicularis: neque KΛ bifariam secabitur. eadem enim ratione colligimus, ut KΘ ad ΘΛ ita esse ΔZ ad ZH: ergo & ΔH in partes inæquales secabitur ad punctum Z. potest autem illud idem, tum infra circulum, tum in superficie, quæ est ad verticem, similiter demonstrari.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ ζ.

Ἐὰν κῶνος ἐπιπέδῳ τμηθῇ διὰ τοῦ ἄξονος, τμηθῇ δὲ καὶ ἑτέρῳ ἐπιπέδῳ τέμνοντι τὸ ἐπίπεδον ἐν ᾧ ἐστιν ἡ βάσις τοῦ κώνου κατ' εὐθεῖαν πρὸς ὀρθὰς οὖσαν, ἤτοι τῇ βάσει τοῦ διὰ τοῦ ἄξονος τριγώνου, ἢ τῇ ἐπ' εὐθείας αὐτῇ· αἱ ἀγόμεναι εὐθεῖαι ἀπὸ τῆς γενηθείσης τομῆς ἐν τῇ τοῦ κώνου ἐπιφανείᾳ, ἣν ἐποίησε τὸ τέμνον ἐπίπεδον, παράλληλοι τῇ

## Prop. VII. *Theor.*

Si conus plano per axem secetur, secetur autem & altero plano secante planum basis coni secundum rectam lineam quæ sit perpendicularis, vel ad basim trianguli per axem, vel ad eam quæ in directum ipsi constituitur: rectæ quæ à sectione in superficie coni à plano facta ducuntur, paral-

* Nam (per 4.6.) KΘ est ad ΔZ ut AΘ ad AZ; & ΘΛ est ad ZH etiam ut AΘ ad AZ: quare (per 11.5.) KΘ est ad ΔZ ut ΘΛ ad ZH; unde (per 16.5.) KΘ est ad ΘΛ ut ΔZ ad ZH.

lelæ ei quæ est perpendicularis ad trianguli basim, in communem sectionem plani secantis & trianguli per axem cadent; & ulterius producta ad alteram sectionis partem ab ea bifariam secabuntur. & siquidem rectus sit conus; recta quæ est in basi perpendicularis erit ad communem sectionem plani secantis & trianguli per axem: si vero scalenus; non semper, nisi cum planum, quod per axem ducitur, ad basim coni rectum fuerit.

πρὸς ὀρθὰς τῇ βάσει τοῦ τριγώνου εὐθείᾳ, ἐπὶ τὴν κοινὴν τομὴν πεσοῦνται τοῦ τέμνοντος ἐπιπέδου καὶ τοῦ διὰ τοῦ ἄξονος τριγώνου, καὶ προσεκβαλλόμεναι ἕως τοῦ ἑτέρου μέρους τῆς τομῆς δίχα τμηθήσονται ὑπ' αὐτῆς. καὶ ἐὰν μὲν ὀρθὸς ᾖ ὁ κῶνος, ἡ ἐν τῇ βάσει εὐθεῖα πρὸς ὀρθὰς ἔσται τῇ κοινῇ τομῇ τοῦ τέμνοντος ἐπιπέδου καὶ τοῦ διὰ τοῦ ἄξονος τριγώνου· ἐὰν δὲ σκαληνός, οὐκ ἀεὶ πρὸς ὀρθὰς ἔσται, ἀλλ' ὅταν τὸ διὰ τοῦ ἄξονος ἐπίπεδον πρὸς ὀρθὰς ᾖ τῇ βάσει τοῦ κώνου.

SIT conus, cujus vertex punctum A, basis ΒΓ circulus, & secetur plano per axem, atque sectionem faciat triangulum ΑΒΓ, secetur autem & altero plano secante planum in quo est circulus ΒΓ secundum rectam ΔΕ, vel perpendicularem ad ΒΓ, vel ad eam quæ in directum ipsi constituitur, & faciat sectionem in superficie coni, lineam ΔΖΕ; communis autem sectio plani secantis & trianguli ΑΒΓ sit ΖΗ, & sumatur in sectione ΔΖΕ punctum quodvis Θ, à quo ΘΚ ipsi ΔΕ parallela ducatur: dico ΘΚ ipsi ΖΗ occurrere, & ulterius productam ad alteram partem sectionis ΔΖΕ, à recta ΖΗ bifariam secari.

ΕΣΤΩ κῶνος, οὗ κορυφὴ μὲν τὸ Α σημεῖον, βάσις δὲ ὁ ΒΓ κύκλος, καὶ τετμήσθω ἐπιπέδῳ διὰ τοῦ ἄξονος, καὶ ποιείτω τομὴν τὸ ΑΒΓ τρίγωνον, τετμήσθω δὲ καὶ ἑτέρῳ ἐπιπέδῳ τέμνοντι τὸ ἐπίπεδον, ἐν ᾧ ἐστιν ὁ ΒΓ κύκλος κατ' εὐθεῖαν τὴν ΔΕ, ἤτοι πρὸς ὀρθὰς οὖσαν τῇ ΒΓ, ἢ τῇ ἐπ' εὐθείας αὐτῇ, καὶ ποιείτω τομὴν ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ κώνου τὴν ΔΖΕ, κοινὴ δὲ τομὴ τοῦ τέμνοντος ἐπιπέδου καὶ τοῦ ΑΒΓ τριγώνου ἡ ΖΗ, καὶ εἰλήφθω τι σημεῖον ἐπὶ τῆς ΔΖΕ τομῆς τὸ Θ, καὶ ἤχθω διὰ τοῦ Θ τῇ ΔΕ παράλληλος ἡ ΘΚ· λέγω ὅτι ἡ ΘΚ συμβαλεῖ τῇ ΖΗ, καὶ ἐκβαλλομένη ἕως τοῦ ἑτέρου μέρους τῆς ΔΖΕ τομῆς δίχα τμηθήσεται ὑπὸ τῆς ΖΗ εὐθείας.

Quoniam enim conus, cujus vertex A punctum, & basis circulus ΒΓ, plano per axem secatur, atque sectionem facit ΑΒΓ triangulum; sumitur autem in superficie punctum Θ quod non est in latere trianguli ΑΒΓ, estque ΔΗ ad ΒΓ perpendicularis: ducta ergo per Θ recta ΘΚ ipsi ΔΗ parallela, triangulo ΑΒΓ [per 6. huj.]

Ἐπεὶ γὰρ κῶνος, οὗ κορυφὴ μὲν τὸ Α σημεῖον, βάσις δὲ ὁ ΒΓ κύκλος, τέτμηται ἐπιπέδῳ διὰ τοῦ ἄξονος, καὶ ποιεῖ τομὴν τὸ ΑΒΓ τρίγωνον, εἴληπται δέ τι σημεῖον ἐπὶ τῆς ἐπιφανείας, ὃ μή ἐστιν ἐπὶ πλευρᾶς τοῦ ΑΒΓ τριγώνου, τὸ Θ, καὶ ἔστι κάθετος ἡ ΔΗ ἐπὶ τὴν ΒΓ· ἡ ἄρα διὰ τοῦ Θ τῇ ΔΗ παράλληλος ἀγομένη, τουτέστιν ἡ ΘΚ, συμβαλεῖ τῷ ΑΒΓ τριγώνῳ,







occurret; & ulterius producta ad alteram partem superficiei, à triangulo bifariam secabitur. quoniam igitur, quæ per Θ ducitur parallela ipsi ΔΕ, occurrit triangulo ΑΒΓ; atque est in plano sectionis ΔΖΕ: in communem sectionem plani secantis & trianguli ΑΒΓ cadet. sed ΖΗ est communis sectio plano-

καὶ προσεκβαλλομένη ἕως τοῦ ἑτέρου μέρους τῆς ἐπιφανείας, δίχα τμηθήσεται ὑπὸ τοῦ τριγώνου. ἐπεὶ οὖν ἡ διὰ τοῦ Θ τῇ ΔΕ παράλληλος ἀγομένη συμβάλλει τῷ ΑΒΓ τριγώνῳ, καὶ ἔστιν ἐν τῷ διὰ τῆς ΔΖΕ τομῆς ἐπιπέδῳ· ἐπὶ τὴν κοινὴν ἄρα τομὴν πεσεῖται τοῦ τέμνοντος ἐπιπέδου καὶ τοῦ ΑΒΓ τριγώνου. κοινὴ δὲ τομή ἐστι τῶν ἐπιπέδων

πέδων ἡ ΖΗ· ἡ ἄρα διὰ τοῦ Θ τῇ ΔΕ παράλληλος ἀγομένη πεσεῖται ἐπὶ τὴν ΖΗ, καὶ προσεκβαλλομένη ἕως τοῦ ἑτέρου μέρους τῆς ΔΖΕ τομῆς δίχα τμηθήσεται ὑπὸ τῆς ΖΗ εὐθείας.

Ητοι δὴ ὁ κῶνος ὀρθός ἐστιν, ἢ τὸ διὰ τοῦ ἄξονος τρίγωνον τὸ ΑΒΓ ὀρθόν ἐστι πρὸς τὸν ΒΓ κύκλον, ἢ οὐδέτερον.

Εστω πρότερον ὁ κῶνος ὀρθός· εἴη ἂν οὖν καὶ τὸ ΑΒΓ τρίγωνον ὀρθὸν πρὸς τὸν ΒΓ κύκλον. καὶ ἐπεὶ ἐπίπεδον τὸ ΑΒΓ πρὸς ἐπίπεδον τὸ ΒΓ ὀρθόν ἐστι, καὶ τῇ κοινῇ αὐτῶν τομῇ τῇ ΒΓ ἐν ἑνὶ τῶν ἐπιπέδων τῷ ΒΓ πρὸς ὀρθὰς ἦκται ἡ ΔΕ· ἡ ΔΕ ἄρα τῷ ΑΒΓ τριγώνῳ ἐστὶ πρὸς ὀρθάς, καὶ πρὸς πάσας ἄρα τὰς ἁπτομένας αὐτῆς εὐθείας, καὶ οὔσας ἐν τῷ ΑΒΓ τριγώνῳ, ὀρθή ἐστιν· ὥστε καὶ πρὸς τὴν ΖΗ ἔσται πρὸς ὀρθάς.

Μὴ ἔστω δὴ ὁ κῶνος ὀρθός. εἰ μὲν οὖν τὸ διὰ τοῦ ἄξονος τρίγωνον ὀρθόν ἐστι πρὸς τὸ ΒΓ κύκλον, ὁμοίως δείξομεν ὅτι καὶ ἡ ΔΕ τῇ ΖΗ ἐστι πρὸς ὀρθάς.

Μὴ ἔστω δὴ τὸ διὰ τοῦ ἄξονος τρίγωνον τὸ ΑΒΓ ὀρθὸν πρὸς τὸν ΒΓ κύκλον· λέγω ὅτι οὐδὲ ἡ ΔΕ τῇ ΖΗ ἔσται πρὸς ὀρθάς. εἰ γὰρ δυνατόν, ἔστω. ἔστι δὴ καὶ τῇ ΒΓ πρὸς ὀρθάς· ἡ ἄρα ΔΕ ἑκατέρᾳ τῶν ΒΓ, ΖΗ ἔσται πρὸς ὀρθάς· καὶ τῷ διὰ τῶν ΒΓ, ΖΗ ἐπιπέδῳ ἄρα πρὸς ὀρθὰς ἔσται. τὸ δὲ διὰ τῶν ΒΓ, ΗΖ ἐπίπεδόν ἐστι τὸ ΑΒΓ· καὶ ἡ ΔΕ ἄρα τῷ ΑΒΓ τριγώνῳ ἐστὶ πρὸς ὀρθάς· καὶ πάντα ἄρα τὰ δι' αὐτῆς ἐπίπεδα τῷ ΑΒΓ τριγώνῳ ἐστὶ πρὸς ὀρθάς. ἓν δέ τι τῶν διὰ τῆς ΔΕ ἐπιπέδων ἐστὶν ὁ ΒΓ κύκλος· ὁ ΒΓ ἄρα κύκλος πρὸς ὀρθάς ἐστι τῷ ΑΒΓ τριγώνῳ, ὥστε καὶ τὸ ΑΒΓ τρίγωνον ὀρθὸν ἔσται πρὸς τὸν ΒΓ κύκλον, ὅπερ οὐχ ὑπόκειται. οὐκ ἄρα ἡ ΔΕ τῇ ΖΗ ἐστι πρὸς ὀρθάς.

rum: ergo per Θ ducta ipsi ΔΕ parallela cadit in ΖΗ; & ulterius producta ad alteram sectionis ΔΖΕ partem, ab ipsa ΖΗ bifariam secabitur.

Itaque vel conus est rectus, vel triangulum ΑΒΓ, quod per axem transit, rectum est ad ΒΓ circulum, vel neutrum horum contingit.

Sit primum conus rectus: tunc & ΑΒΓ triangulum [per 18. 11.] ad circulum ΒΓ rectum erit. & quoniam planum ΑΒΓ rectum est ad planum ΒΓ, & ad communem ipsorum sectionem, videlicet ad rectam ΒΓ, in ipso ΒΓ plano perpendicularis ducta est ΔΕ: erit [per conv. 38. 11.] ΔΕ & ad triangulum ΑΒΓ perpendicularis; & [per 3. def. 11.] ad omnes rectas, quæ in triangulo ΑΒΓ existentes ipsam contingunt: quare & ad ipsam ΖΗ.

Sed non sit conus rectus. si igitur triangulum per axem rectum est ad circulum ΒΓ; similiter ostendemus ΔΕ ad ΖΗ perpendicularem esse.

Quod si triangulum per axem ΑΒΓ non sit rectum ad circulum ΒΓ: dico non esse ΔΕ ad ΖΗ perpendicularem. sit enim, si fieri potest. est autem & perpendicularis ad ΒΓ: ergo ΔΕ ad utramque rectam ΒΓ, ΖΗ perpendicularis erit: & idcirco [per 4. 11.] ad planum, quod per ipsas ΒΓ, ΖΗ ducitur. sed planum per ΒΓ, ΖΗ est ΑΒΓ triangulum: recta igitur ΔΕ ad triangulum ΑΒΓ est perpendicularis. quare [per 18. 11.] & omnia, quæ per ipsam transeunt, plana ad ΑΒΓ triangulum recta sunt. planum vero, in quo est circulus ΒΓ, est unum ex iis quæ per ΔΕ transeunt: ergo circulus ΒΓ rectus est ad triangulum ΑΒΓ; ac propterea triangulum ΑΒΓ ad ΒΓ circulum rectum erit, contra hypothesin. non est igitur ΔΕ ad ΖΗ normalis.

### Πόρισμα.

Εκ δὴ τούτου φανερὸν ὅτι τῆς ΔΖΕ τομῆς διάμετρός ἐστιν ἡ ΖΗ, ἐπείπερ τὰς ἀγομένας παραλλήλους εὐθείᾳ τινὶ τῇ ΔΕ δίχα τέμνει· καὶ ὅτι δυνατόν ἐστιν ὑπὸ τῆς διαμέτρου τῆς ΖΗ παραλλήλους τινὰς δίχα τέμνεσθαι, καὶ μὴ πρὸς ὀρθάς.

### *Corollarium.*

Hinc vero constat [per 10. def. huj.] rectam ΖΗ diametrum esse sectionis ΔΖΕ; cum rectas omnes, quæ in ipsa ducuntur, uni cuidam parallelas bifariam secet. constat præterea fieri posse, ut rectæ parallelæ à diametro ΖΗ bifariam quidem, non autem ad rectos angulos secentur.

## EUTOCIUS.

Τὸ ἕβδομον θεώρημα πτώσεις ἔχει τέσσαρας· ἢ γὰρ οὐ συμβάλλει ἡ ΖΗ τῇ ΑΓ, ἢ συμβάλλει τριχῶς, ἢ ἐκτὸς τοῦ κύκλου, ἢ ἐντός, ἢ ἐπὶ Γ σημείου.

Septimum theorema quatuor casus habet: vel enim ΖΗ non occurrit ΑΓ; vel tribus modis occurrit, aut extra circulum, aut intra, aut in ipso Γ puncto.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ η'.

Εὰν κῶνος ἐπιπέδῳ τμηθῇ διὰ τοῦ ἄξονος, τμηθῇ δὲ καὶ ἑτέρῳ ἐπιπέδῳ τέμνοντι τὴν βάσιν τοῦ κώνου κατ' εὐθεῖαν πρὸς ὀρθὰς οὖσαν τῇ βάσει τοῦ διὰ τοῦ ἄξονος τριγώνου, ἡ δὲ διάμετρος τῆς γινομένης ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ τομῆς, ἤτοι παρὰ μίαν ᾖ τῶν τοῦ τριγώνου πλευρῶν, ἢ συμπίπτει αὐτῇ ἐκτὸς τῆς κορυφῆς τοῦ κώνου, προσεκβάλληται δὲ ἥτε τοῦ κώνου

## Prop. VIII. *Theor.*

Si conus plano secetur per axem, & secetur altero plano secante basim coni secundum rectam lineam quæ ad basim trianguli per axem sit perpendicularis; diameter autem sectionis factæ in superficie, vel sit parallela uni laterum trianguli, vel cum ipso extra coni verticem conveniat; & producantur in infinitum tum superficies

perficies coni, tum planum fecans: fectio quoque ipfa in infinitum augebitur; & ex diametro fectionis ad verticem cuilibet rectæ datæ æqualem abfcindet recta, quæ quidem à coni fectione ei quæ eft in bafi parallela ducta fuerit.

ἐπιφάνεια καὶ τὸ τέμνον ἐπίπεδον εἰς ἄπειρον καὶ ἡ τομὴ εἰς ἄπειρον αὐξηθήσεται, καὶ ἀπὸ τῆς διαμέτρου τῆς τομῆς πρὸς τῇ κορυφῇ πάσῃ τῇ δοθείσῃ εὐθείᾳ ἴσην ἀπολήψεταί τις εὐθεῖα ἀγομένη ἀπὸ τῆς τοῦ κώνου τομῆς παρὰ τὴν ἐν τῇ βάσει τοῦ κώνου εὐθεῖαν.

SIT conus, cujus vertex A punctum, bafis circulus ΒΓ, & fecetur plano per axem, atque fectionem faciat triangulum ΑΒΓ; fecetur etiam & altero plano fecante ΒΓ circulum fecundum rectam ΔΕ perpendicularem ad ipfam ΒΓ, & faciat fectionem in fuperficie lineam ΔΖΕ; diameter autem fectionis ΔΖΕ fit ΖΗ, quæ vel ipfi ΑΓ parallela fit, vel producta extra punctum A cum ipfa conveniat: dico fectionem ΔΖΕ augeri in infinitum, fi & coni fuperficies & fecans planum in infinitum producantur.

Producatur enim tam fuperficies conica quam fecans planum; patet quod fimul producentur & rectæ ΑΒ, ΑΓ, ΖΗ. & quoniam ΖΗ vel parallela eft ipfi ΑΓ, vel producta, extra punctum A cum ipfa convenit; lineæ ΖΗ, ΑΓ ad partes Η, Γ productæ nunquam convenient inter fefe. producantur ergo, fumaturque in ΖΗ quodlibet punctum Θ, & per Θ ducatur ΚΘΛ ipfi ΒΓ parallela, ipfi vero ΔΕ parallela

ΕΣΤΩ κῶνος, οὗ κορυφὴ μὲν τὸ Α σημεῖον, βάσις δὲ ὁ ΒΓ κύκλος, καὶ τετμήσθω ἐπιπέδῳ διὰ τοῦ ἄξονος, καὶ ποιείτω τομὴν τὸ ΑΒΓ τρίγωνον, τετμήσθω δὲ καὶ ἑτέρῳ ἐπιπέδῳ τέμνοντι τὸν ΒΓ κύκλον κατ' εὐθεῖαν τὴν ΔΕ πρὸς ὀρθὰς οὖσαν τῇ ΒΓ, καὶ ποιείτω τομὴν ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ τὴν ΔΖΕ γραμμήν, ἡ δὲ διάμετρος τῆς ΔΖΕ τομῆς ἡ ΖΗ, ἤτοι παράλληλος ἔστω τῇ ΑΓ, ἢ ἐκβαλλομένη συμπιπτέτω αὐτῇ ἐκτὸς τοῦ Α σημείου· λέγω ὅτι καὶ ἐὰν ἥτε τοῦ κώνου ἐπιφάνεια καὶ τὸ τέμνον ἐπίπεδον ἐκβάλληται εἰς ἄπειρον, καὶ ἡ ΔΖΕ τομὴ εἰς ἄπειρον αὐξηθήσεται.

Ἐκβεβλήσθω γὰρ ἥτε τοῦ κώνου ἐπιφάνεια καὶ τὸ τέμνον ἐπίπεδον· φανερὸν δὴ ὅτι καὶ αἱ ΑΒ, ΑΓ, ΖΗ συνεκβληθήσονται. καὶ ἐπεὶ ἡ ΖΗ τῇ ΑΓ ἤτοι παράλληλός ἐστιν, ἢ ἐκβαλλομένη συμπίπτει αὐτῇ ἐκτὸς τοῦ Α σημείου· αἱ ΖΗ, ΑΓ ἄρα ἐκβαλλόμεναι ὡς ἐπὶ τὰ Γ, Η μέρη οὐδέποτε συμπεσοῦνται. ἐκβεβλήσθωσαν οὖν, καὶ εἰλήφθω τι σημεῖον ἐπὶ τῆς ΖΗ τυχόν, τὸ Θ, καὶ διὰ τοῦ Θ σημείου τῇ μὲν ΒΓ παράλληλος ἤχθω







ducatur ΜΘΝ: quare [per 15. 11.] planum, quod per ΚΛ, ΜΝ tranfit, parallelum eft plano per ΒΓ, ΔΕ: & idcirco [per 4. huj.] ΚΛΜΝ planum circulus eft. & quoniam puncta Δ, Ε, Μ, Ν funt & in plano fecante, & in fuperficie coni: ergo & in ipfa communi fectione erunt: fectio igitur ΔΖΕ aucta eft ufque ad puncta Μ, Ν. igitur fi tum coni fuperficies, tum fecans planum producantur ad ΚΛΜΝ circulum; & fectio ipfa ΔΖΕ ufque ad Μ, Ν puncta augebitur. Eadem ratione demonftrabitur fectionem ΜΔΖΕΝ augeri in infinitum, fi & fuperficies coni & planum fecans in infinitum producantur. per-

ἡ ΚΘΛ, τῇ δὲ ΔΕ παράλληλος ἡ ΜΘΝ· τὸ ἄρα διὰ τῶν ΚΛ, ΜΝ ἐπίπεδον παράλληλόν ἐστι τῷ διὰ τῶν ΒΓ, ΔΕ· κύκλος ἄρα ἐστὶ τὸ ΚΛΜΝ ἐπίπεδον. καὶ ἐπεὶ τὰ Δ, Ε, Μ, Ν σημεῖα ἐν τῷ τέμνοντί ἐστιν ἐπιπέδῳ, ἔστι δὲ καὶ ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ κώνου· ἐπὶ τῆς κοινῆς ἄρα τομῆς ἐστιν· ηὔξηται ἄρα ἡ ΔΖΕ μέχρι τῶν Μ, Ν σημείων. αὐξηθείσης ἄρα τῆς ἐπιφανείας τοῦ κώνου καὶ τοῦ τέμνοντος ἐπιπέδου μέχρι τοῦ ΚΛΜΝ κύκλου· ηὔξηται καὶ ἡ ΔΖΕ τομὴ μέχρι τῶν Μ, Ν σημείων. ὁμοίως δὴ δείξομεν ὅτι ἐὰν εἰς ἄπειρον ἐκβάλληται ἥτε τοῦ κώνου ἐπιφάνεια, καὶ τὸ τέμνον ἐπίπεδον, καὶ ἡ ΜΔΖΕΝ τομὴ εἰς ἄπειρον αὐξηθήσεται. καὶ φανερὸν

φανερὸν ὅτι πάσῃ τῇ δοθείσῃ εὐθείᾳ ἴσην ἀπολήψεταί τις τῇ ΜΝ παράλληλος ἀπὸ τῆς ΖΘ εὐθείας πρὸς τῷ Ζ σημείῳ. ἐὰν γὰρ τῇ δοθείσῃ ἴσην θῶμεν τὴν ΖΞ, καὶ διὰ τοῦ Ξ τῇ ΔΕ παράλληλον ἀγάγωμεν, συμπεσεῖται τῇ τομῇ, ὥσπερ καὶ ἡ διὰ τοῦ Θ ἀπεδείχθη συμπίπτουσα τῇ τομῇ κατὰ τὰ Μ, Ν σημεῖα· ὥστε ἄγεταί τις εὐθεῖα συμπίπτουσα τῇ τομῇ, παράλληλος οὖσα τῇ ΜΝ, ἀπολαμβάνουσα ἀπὸ τῆς ΖΗ εὐθεῖαν ἴσην τῇ δοθείσῃ πρὸς τῷ Ζ σημείῳ.

Perspicuum igitur est cuilibet datæ rectæ æqualem abscindere rectam ipsi MN parallelam ex ipsa ZΘ ad punctum Z. si enim datæ rectæ æqualem ponamus ZΞ, & per Ξ ipsi ΔE parallelam ducamus; conveniet ea cum sectione, quemadmodum & quæ per Θ demonstrata est cum eadem ad puncta M, N convenire: quare poterit recta quædam duci parallela ipsi MN, quæ cum sectione conveniat, & ex ipsa ZH ad punctum Z rectæ datæ æqualem abscindat.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ θ'.

Ἐὰν κῶνος ἐπιπέδῳ τμηθῇ, συμπίπτοντι μὲν ἑκατέρᾳ πλευρᾷ τοῦ διὰ τοῦ ἄξονος τριγώνου, μήτε δὲ παρὰ τὴν βάσιν ἠγμένῳ, μήτε ὑπεναντίως· ἡ τομὴ οὐκ ἔσται κύκλος.

## PROP. IX. *Theor.*

Si conus plano secetur conveniente cum utroque latere trianguli per axem, quod neque basi æquidistet, neque subcontrarie ponatur; sectio circulus non erit.

ΕΣΤΩ κῶνος, οὗ κορυφὴ μὲν τὸ Α σημεῖον, βάσις δὲ ὁ ΒΓ κύκλος, καὶ τετμήσθω ἐπιπέδῳ τινὶ, μήτε παραλλήλῳ ὄντι τῇ βάσει, μήτε ὑπεναντίως, καὶ ποιείτω τομὴν ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ τὴν ΔΚΕ γραμμήν· λέγω ὅτι ἡ ΔΚΕ γραμμὴ οὐκ ἔσται κύκλος.

Εἰ γὰρ δυνατὸν, ἔστω, καὶ συμπιπτέτω τὸ τέμνον ἐπίπεδον τῇ βάσει, καὶ ἔστω τῶν ἐπιπέδων κοινὴ τομὴ ἡ ΖΗ, τὸ δὲ κέντρον τοῦ ΒΓ κύκλου ἔστω τὸ Θ, καὶ ἀπ' αὐτοῦ κάθετος ἤχθω ἐπὶ τὴν ΖΗ ἡ ΘΗ, καὶ ἐκβεβλήσθω διὰ τῆς ΗΘ καὶ τοῦ ἄξονος ἐπίπεδον, καὶ ποιείτω τομὰς ἐν τῇ κωνικῇ ἐπιφανείᾳ τὰς ΒΑ, ΑΓ εὐθείας. ἐπεὶ οὖν τὰ Δ, Ε, Η σημεῖα ἔν τε τῷ διὰ τῆς ΔΚΕ ἐπιπέδῳ ἐστὶν, ἔστι δὲ καὶ ἐν τῷ διὰ τῶν Α, Β, Γ· τὰ ἄρα Δ, Ε, Η σημεῖα ἐπὶ τῆς κοινῆς τομῆς τῶν ἐπιπέδων ἐστίν· εὐθεῖα ἄρα ἐστὶν ἡ ΗΕΔ. εἰλήφθω δή τι ἐπὶ τῆς ΔΚΕ γραμμῆς σημεῖον τὸ Κ, καὶ διὰ τοῦ Κ τῇ ΖΗ παράλληλος ἤχθω ἡ ΚΜΛ. ἔσται δὴ ἴση ἡ ΚΜ τῇ ΜΛ· ἡ ἄρα ΔΕ διάμετρός ἐστι τοῦ ΔΚΕΛ κύκλου. ἤχθω δὴ διὰ τοῦ Μ τῇ ΒΓ παράλληλος ἡ ΝΜΞ. ἔστι δὴ καὶ ἡ ΚΛ τῇ ΖΗ παράλληλος· ὥστε τὸ διὰ τῶν Ν, Ξ, Κ, Μ ἐπίπεδον παράλληλόν ἐστι τῷ διὰ τῶν ΒΓ, ΖΗ, τουτέστι τῇ βάσει, καὶ ἔσται ἡ τομὴ κύκλος. ἔστω ΝΚΞΛ. καὶ ἐπεὶ ἡ ΖΗ τῇ ΒΗ πρὸς ὀρθάς ἐστι, καὶ ἡ ΚΜ τῇ ΝΞ πρὸς ὀρθάς ἐστιν· ὥστε τὸ ὑπὸ τῶν ΝΜΞ ἴσον ἐστὶν τῷ ἀπὸ τῆς ΚΜ. ἔστι δὲ τὸ ὑπὸ τῶν ΔΜΕ ἴσον τῷ ἀπὸ τῆς ΚΜ, κύκλος γὰρ ὑπόκειται ἡ ΔΚΕΛ γραμμὴ, καὶ διάμετρος αὐτοῦ ἡ ΔΕ· τὸ ἄρα ὑπὸ τῶν ΝΜΞ ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ ΔΜΕ· ἔστιν ἄρα ὡς ἡ ΝΜ πρὸς ΜΔ οὕτως ἡ ΕΜ πρὸς ΜΞ· ὅμοιον ἄρα ἐστὶ τὸ ΔΜΝ τρίγωνον τῷ ΞΜΕ τριγώνῳ, καὶ ἡ ὑπὸ ΔΝΜ γωνία ἴση ἔσται τῇ ὑπὸ ΜΕΞ. ἀλλὰ ἡ ὑπὸ ΔΝΜ γωνία τῇ ὑπὸ ΑΒΓ ἐστὶν ἴση, παράλληλος γάρ ἡ ΝΞ τῇ ΒΓ· καὶ ἡ ὑπὸ ΑΒΓ ἄρα




SIT conus, cujus vertex A punctum, basis circulus BΓ, & secetur plano aliquo, neque basi æquidistante, neque subcontrarie posito, atque sectionem faciat in superficie lineam ΔKE: dico ΔKE non esse circulum.

Sit enim, si fieri poteſt, occurratque planum secans ipsi basi, & communis planorum sectio sit recta ZH, centrum autem circuli BΓ sit Θ, & ab ipso ad ZH perpendicularis ducatur ΘH, deinde per ΘH & axem producatur planum, atque in conica superficie sectiones faciat BA, AΓ rectas. quoniam igitur puncta Δ, E, H sunt & in plano quod per ΔKE transit, & in eo quod per A, B, Γ; puncta igitur Δ, E, H in communi planorum sectione erunt: quare [per 3. 11.] HEΔ recta est. sumatur in linea ΔKE punctum aliquod K, & per K rectæ ZH parallela ducatur KMΛ. estque [per 6. huj.] KM ipsi MΛ æqualis: quare [per conv. 3. 3.] ΔE diameter est circuli ΔKEΛ. ducatur deinde per M recta NMΞ ipsi BΓ parallela. est autem & KΛ parallela ZH: ergo [per 15. 11.] planum quod per N, Ξ, K, M ducitur, æquidistans est plano per BΓ, ZH, hoc est ipsi basi; adeoque [per 4. huj.] sectio circulus est. sit NKΞΛ. & quoniam ZH perpendicularis est ad BΓH; sequitur [per 10. 11.] & KM ad NΞ perpendicularem esse: quare [per 35. 3.] rectangulum NMΞ æquale est quadrato ex KM. sed & rectangulum ΔME æquale est quadrato ex KM; nam linea ΔKEΛ circulus ponitur cujus diameter ΔE: rectangulum igitur NMΞ æquale est rectangulo ΔME: & idcirco [per 16. 6.] ut NM ad MΔ ita EM ad MΞ: quare [per 6. 6.] ΔMN triangulum simile est triangulo ΞMB; & angulus ΔNM æqualis MBΞ angulo. sed angulus ΔNM angulo ABΓ est æqualis; parallela enim est NΞ ipsi BΓ: ergo & angulus ABΓ æqualis erit angulo MEΞ: sectio igitur est subcontraria [per def. in 5. huj.]; contra hypothesin. igitur linea ΔKE non est circulus.

ἴση ἔσται τῇ ὑπὸ MEΞ· ὑπεναντία ἄρα ἐστὶν ἡ τομή, ὅπερ οὐχ ὑπόκειται. οὐκ ἄρα κύκλος ἐστὶν ἡ ΔKE γραμμή.

## Prop. X. *Theor.*

**Si in coni sectione duo puncta sumantur: recta linea, quæ ejusmodi puncta conjungit, intra sectionem cadet; & quæ in directum ipsi constituitur, cadet extra.**

SIT conus, cujus vertex punctum A, basis BΓ circulus, seceturque plano per axem, & faciat sectionem triangulum ABΓ, secetur autem & altero plano, atque in superficie coni sectionem faciat ΔEZ lineam, & in ipsa ΔEZ duo puncta sumantur, quæ sint H, Θ: dico rectam quæ H, Θ puncta conjungit, intra sectionem ΔEZ cadere; & quæ in directum ipsi constituitur, extra.



Quoniam enim conus, cujus vertex A punctum, & basis circulus BΓ, plano secatur per axem, & in ipsius superficie puncta quædam sumuntur H, Θ, quæ non sunt in latere trianguli per axem: recta, quæ à puncto H ad Θ ducitur, non tendet ad A: ergo [per 2. huj.] recta conjungens puncta H, Θ intra conum, adeoque intra coni sectionem ΔZE cadet; & quæ in directum ipsi constituitur, cadet extra.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ ι´.

**Ἐὰν ἐπὶ κώνου τομῆς ληφθῇ δύο σημεῖα· ἡ μὲν ἐπὶ τὰ σημεῖα ἐπιζευγνυμένη εὐθεῖα ἐντὸς πεσεῖται τῆς τομῆς, ἡ δὲ ἐπ' εὐθείας αὐτῇ, ἐκτός.**

ΕΣΤΩ κῶνος, οὗ κορυφὴ μὲν τὸ A σημεῖον, βάσις δὲ ὁ BΓ κύκλος, καὶ τετμήσθω ἐπιπέδῳ διὰ τοῦ ἄξονος, καὶ ποιείτω τομὴν τὸ ABΓ τρίγωνον, τετμήσθω δὲ καὶ ἑτέρῳ ἐπιπέδῳ, καὶ ποιείτω τομὴν ἐν τῇ τοῦ κώνου ἐπιφανείᾳ τὴν ΔEZ γραμμήν, καὶ εἰλήφθω ἐπὶ τῆς ΔEZ δύο σημεῖα τὰ H, Θ· λέγω ὅτι ἡ μὲν ἐπὶ τὰ H, Θ ἐπιζευγνυμένη εὐθεῖα ἐντὸς πεσεῖται τῆς ΔEZ γραμμῆς, ἡ δὲ ἐπ' εὐθείας αὐτῇ, ἐκτός.

Ἐπεὶ γὰρ κῶνος, οὗ κορυφὴ μὲν τὸ A σημεῖον, βάσις δὲ ὁ BΓ κύκλος, τέτμηται ἐπιπέδῳ διὰ τοῦ ἄξονος, εἴληπται δή τινα σημεῖα ἐπὶ τῆς ἐπιφανείας αὐτοῦ τὰ H, Θ, ἃ μή ἐστιν ἐπὶ τῆς πλευρᾶς τοῦ διὰ τοῦ ἄξονος τριγώνου· καὶ ἡ ἀπὸ τοῦ H ἐπὶ τὸ Θ ἐπιζευγνυμένη εὐθεῖα μὴ νεύῃ ἐπὶ τὸ A· ἡ ἄρα ἐπὶ τὰ H, Θ ἐπιζευγνυμένη εὐθεῖα ἐντὸς πεσεῖται τοῦ κώνου, καὶ ἡ ἐπ' εὐθείας, ἐκτός, ὥστε καὶ τῆς ΔZE τομῆς.

## EUTOCIUS.

Animadvertendum est decem hæc theoremata aptissime cohærentia inter sese & continuata esse. primum autem ostendit rectas lineas, quæ in superficie coni ad verticem tendunt, in eadem permanere. secundum conversum ostendit. tertium explicat coni sectionem quæ per verticem efficitur. quartum sectionem basi æquidistantem. quintum vero subcontrariam. sextum est tanquam lemma ad septimum, in illo ostenditur oportere communem sectionem plani secantis, & circuli qui est basis coni, ad ejus diametrum perpendicularem esse; atque, hoc ita habente, rectas omnes, quæ ipsi parallelæ ducuntur, à triangulo bifariam secari. septimum tres alias sectiones earumque diametrum ostendit, & rectas quæ ad ipsam diametrum ordinatim applicantur, ei quæ in basi parallelas esse. in octavo demonstrat quod nos in principio diximus, videlicet parabolen & hyperbolen ex eorum numero esse quæ in infinitum augentur. in nono ostendit ellipsim, quæ in seipsam vergit ut circulus, quia planum secans cum utroque latere trianguli convenit, circulum non esse; subcontraria etenim aut parallela sectio circulum facit. sed & illud scire oportet, diametrum sectionis in parabola quidem unum duntaxat trianguli latus secare & ipsam basim: in hyperbola, secare & latus & rectam, quæ reliquo lateri ad partes verticis producto in rectum constituitur: in ellipsi vero, & utrumque latus & basim secare. posset fortasse quispiam arbitrari decimum theorema idem esse quod secundum. sed res non ita se habet: illic enim in tota superficie duo quævis puncta sumi asserit; hic in ea tantum linea quæ à secante plano efficitur. at in tribus quæ deinceps sequuntur theorematibus unamquamque sectionem diligentius expendit, & principes earum proprietates declarat.

Χρὴ ἐπιστῆσαι, ὅτι τὰ δέκα ταῦτα θεωρήματα ἀλλήλων ἔχονται. ἀλλὰ τὸ πρῶτον ἔχει ὅτι αἱ εὐθεῖαι ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ νεύουσαι ἐπὶ τὴν κορυφὴν ἐν ταύτῃ μένουσι. τὸ δὲ δεύτερον τὸ ἀνάπαλιν. τὸ δὲ τρίτον ἔχει τὴν διὰ τῆς κορυφῆς τοῦ κώνου τομήν. τὸ δὲ τέταρτον τὴν παράλληλον τῇ βάσει. τὸ πέμπτον τὴν ὑπεναντίαν. τὸ ἕκτον ὡσανεὶ προλαμβάνεται τοῦ ἑβδόμου, δεικνύον ὅτι καὶ πρὸς ὀρθὰς ὀφείλει πάντως εἶναι τῇ διαμέτρῳ τοῦ κύκλου ἡ κοινὴ τομὴ αὐτοῦ καὶ τοῦ τέμνοντος ἐπιπέδου, καὶ ὅτι τούτου οὕτως ἔχοντος, αἱ παράλληλοι αὐτῇ διχοτομοῦνται ὑπὸ τοῦ τριγώνου. τὸ δὲ ἕβδομον τὰς ἄλλας τρεῖς τομὰς ἔδειξε, καὶ τὴν διάμετρον, καὶ τὰς ἐπ' αὐτὴν καταγομένας παραλλήλους τῇ ἐν τῇ βάσει εὐθείᾳ. ἐν δὲ τῷ ὀγδόῳ δείκνυσιν, ὅπερ ἐν τοῖς προλεγομένοις εἴπομεν, ὅτι ἡ παραβολὴ καὶ ἡ ὑπερβολὴ τῶν εἰς ἄπειρόν εἰσιν αὐξομένων. ἐν δὲ τῷ ἐννάτῳ, ὅτι ἡ ἔλλειψις, συννεύουσα εἰς ἑαυτὴν ὁμοίως τῷ κύκλῳ, διὰ τὸ τέμνον ἐπίπεδον συμπίπτειν ἀμφοτέραις ταῖς πλευραῖς τοῦ τριγώνου, οὐκ ἔστι κύκλος· κύκλους γὰρ ἐποίουν ἥτε ὑπεναντία τομὴ καὶ ἡ παράλληλος. καὶ δεῖ ἐπιστῆσαι ὅτι ἡ διάμετρος τῆς τομῆς, ἐπὶ μὲν τῆς παραβολῆς, τὴν μίαν πλευρὰν τοῦ τριγώνου τέμνει καὶ τὴν βάσιν· ἐπὶ δὲ τῆς ὑπερβολῆς, τήν τε πλευρὰν καὶ τὴν ἐπ' εὐθείας τῇ λοιπῇ πλευρᾷ ἐκβαλλομένην πρὸς τῇ κορυφῇ· ἐπὶ δὲ τῆς ἐλλείψεως, καὶ ἑκατέραν τῶν πλευρῶν καὶ τὴν βάσιν. τὸ δὲ δέκατον ἁπλούστερον μέν τις ἐπιβάλλων ἴσως ἂν οἰηθείη ταὐτὸν εἶναι τῷ δευτέρῳ. τοῦτο μέντοι οὐχ ὡς ἔχει· ἐκεῖ μὲν γὰρ ἐπὶ πάσης τῆς ἐπιφανείας ἔλεγε λαμβάνεσθαι τὰ δύο σημεῖα, ἐνταῦθα δὲ ἐπὶ τῆς γινομένης γραμμῆς. ἐν δὲ ταῖς ἑξῆς τρισὶν ἀκριβέστερον ἑκάστην τῶν τομῶν τούτων διακρίνει, μετὰ τοῦ λέγειν καὶ τὰ ἰδιώματα αὐτῶν τὰ ἀρχικά.

ΠΡΟ-

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ ια΄.

Ἐὰν κῶνος ἐπιπέδῳ τμηθῇ διὰ τοῦ ἄξονος, τμηθῇ δὲ καὶ ἑτέρῳ ἐπιπέδῳ τέμνοντι τὴν βάσιν τοῦ κώνου κατ᾽ εὐθεῖαν πρὸς ὀρθὰς οὖσαν τῇ βάσει τοῦ διὰ τοῦ ἄξονος τριγώνου, ἔτι δὲ ἡ διάμετρος τῆς τομῆς παράλληλος ᾖ μιᾷ πλευρᾷ τοῦ διὰ τοῦ ἄξονος τριγώνου· ἥτις ἂν ἀπὸ τῆς τομῆς τοῦ κώνου παράλληλος ἀχθῇ τῇ κοινῇ τομῇ τοῦ τέμνοντος ἐπιπέδου καὶ τῆς βάσεως τοῦ κώνου, μέχρι τῆς διαμέτρου τῆς τομῆς, δυνήσεται τὸ περιεχόμενον ὑπό τε τῆς ἀπολαμβανομένης ὑπ᾽ αὐτῆς ἀπὸ τῆς διαμέτρου πρὸς τῇ κορυφῇ τῆς τομῆς, καὶ ἄλλης τινὸς εὐθείας ἣ λόγον ἔχει πρὸς τὴν μεταξὺ τῆς τοῦ κώνου γωνίας καὶ τῆς κορυφῆς τῆς τομῆς, ὃν τὸ τετράγωνον τὸ ἀπὸ τῆς βάσεως τοῦ διὰ τοῦ ἄξονος τριγώνου πρὸς τὸ περιεχόμενον ὑπὸ τῶν λοιπῶν τοῦ τριγώνου δύο πλευρῶν. καλείσθω δὲ ἡ τοιαύτη τομὴ ΠΑΡΑΒΟΛΗ.

## Prop. XI. *Theor.*

Si conus plano per axem secetur, secetur autem & altero plano secante basim coni secundum rectam lineam, quæ ad basim trianguli per axem est perpendicularis, & sit diameter sectionis uni laterum trianguli per axem parallela: recta linea, quæ à sectione coni ducitur parallela communi sectioni plani secantis & basis coni, usque ad sectionis diametrum, poterit spatium æquale contento sub ea, quæ ex diametro abscissa inter ipsam & verticem sectionis interjicitur, & alia quadam, quæ ad rectam, inter coni angulum & verticem sectionis interjectam, habet eam rationem, quam quadratum basis trianguli per axem ad id quod sub reliquis duobus trianguli lateribus continetur. dicatur autem hujusmodi sectio PARABOLA.

ΕΣΤΩ κῶνος, οὗ τὸ Α σημεῖον κορυφή, βάσις δὲ ὁ ΒΓ κύκλος, καὶ τετμήσθω ἐπιπέδῳ διὰ τοῦ ἄξονος, καὶ ποιείτω τομὴν τὸ ΑΒΓ τρίγωνον, τετμήσθω δὲ καὶ ἑτέρῳ ἐπιπέδῳ τέμνοντι τὴν βάσιν τοῦ κώνου κατ᾽ εὐθεῖαν τὴν ΔΕ πρὸς ὀρθὰς οὖσαν τῇ ΒΓ, καὶ ποιείτω τομὴν ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ κώνου τὴν ΔΖΕ, ἡ δὲ διάμετρος τῆς τομῆς ἡ ΖΗ παράλληλος ἔστω μιᾷ πλευρᾷ τοῦ διὰ τοῦ ἄξονος τριγώνου τῇ ΑΓ, καὶ ἀπὸ τοῦ Ζ σημείου τῇ ΖΗ εὐθείᾳ πρὸς ὀρθὰς ἤχθω ἡ ΖΘ, [a] καὶ πεποιήσθω ὡς τὸ ἀπὸ ΒΓ πρὸς τὸ ὑπὸ ΒΑΓ οὕτως ἡ ΖΘ πρὸς ΖΑ, καὶ εἰλήφθω τι σημεῖον ἐπὶ τῆς τομῆς τυχὸν τὸ Κ, καὶ διὰ τοῦ Κ τῇ ΔΕ παράλληλος ἤχθω ἡ ΚΛ μέχρι τῆς διαμέτρου τῆς τομῆς· λέγω ὅτι τὸ ἀπὸ τῆς ΚΛ ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ τῶν ΘΖΛ.

Ἤχθω γὰρ διὰ τοῦ Λ τῇ ΒΓ παράλληλος ἡ ΜΝ. ἔστι δὴ καὶ ἡ ΚΛ τῇ ΔΕ παράλληλος· τὸ ἄρα διὰ τῶν ΚΛ, ΜΝ ἐπίπεδον παράλληλόν ἐστι τῷ διὰ τῶν ΒΓ, ΔΕ ἐπιπέδῳ, τουτέστι τῇ βάσει τοῦ κώνου· τὸ ἄρα διὰ τῶν ΚΛ, ΜΝ ἐπίπεδον κύκλος ἐστὶν, οὗ διάμετρος ἡ ΜΝ. καὶ ἔστι κάθετος ἐπὶ τὴν ΜΝ ἡ ΚΛ, ἐπεὶ καὶ ἡ ΔΕ ἐπὶ τὴν ΒΓ· τὸ ἄρα ὑπὸ τῶν ΜΛΝ ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς ΚΛ. καὶ ἐπεί ἐστιν ὡς τὸ ἀπὸ τῆς ΒΓ πρὸς τὸ ὑπὸ τῶν ΒΑΓ οὕτως ἡ ΘΖ πρὸς ΖΑ, [b] τὸ δὲ ἀπὸ τῆς ΒΓ πρὸς τὸ ὑπὸ τῶν ΒΑΓ λόγον ἔχει τὸν συγκείμενον ἔκ τε τοῦ ὃν ἔχει ἡ ΒΓ πρὸς ΓΑ, καὶ ἡ ΒΓ πρὸς ΒΑ· ὁ ἄρα τῆς ΘΖ
*




SIT conus, cujus vertex punctum Α, basis ΒΓ circulus, seceturque plano per axem, atque sectionem faciat triangulum ΑΒΓ, & secetur altero plano secante basim coni secundum rectam lineam ΔΕ, quæ ad ΒΓ est perpendicularis, & faciat sectionem in superficie coni ΔΖΕ lineam; diameter autem sectionis ΖΗ parallela sit uni laterum trianguli per axem, videlicet ipsi ΑΓ, atque à puncto Ζ rectæ ΖΗ ad rectos angulos ducatur ΖΘ, [a] & fiat ut quadratum ex ΒΓ ad rectangulum ΒΑΓ ita ΖΘ ad ΖΑ, sumatur præterea in sectione quodlibet punctum Κ, & per Κ ducatur ΚΛ ipsi ΔΕ parallela, usque ad sectionis diametrum: dico quadratum ex ΚΛ rectangulo ΘΖΛ æquale esse.

Ducatur enim per Λ ipsi ΒΓ parallela ΜΝ. est vero ΚΛ parallela ipsi ΔΕ: ergo [per 15.11.] planum, quod transit per ΚΛ, ΜΝ, plano per ΒΓ, ΔΕ, hoc est ipsi basi coni, æquidistat: ideoque [per 4.huj.] planum per ΚΛ, ΜΝ est circulus, cujus diameter ΜΝ. est autem [per 10. 11.] ΚΛ ad ΜΝ perpendicularis, quia & ΔΕ ad ΒΓ: rectangulum igitur ΜΛΝ [per 35. 3.] æquale est quadrato ex ΚΛ. & quoniam [ex hyp.] ΘΖ ad ΖΑ est ut quadratum ex ΒΓ ad rectangulum ΒΑΓ; [b] quadratum autem ex ΒΓ ad ΒΑΓ rectangulum [per 23.6.] rationem habet compositam ex ratione quam ΒΓ habet ad ΓΑ, & ex ea quam ΒΓ habet ad ΒΑ: ratio igitur ΘΖ ad ad Z Λ componitur ex rationibus B Γ ad Γ A, & Γ B ad B A. ut autem B Γ ad Γ A ita [per 4. 6.] M N ad N Λ, hoc est M Λ ad Λ Z; & ut B Γ ad B A ita M N ad M Λ, hoc est Λ M ad M Z, & [per 19. 5.] reliqua N Λ ad Z Λ: ratio igitur Θ Z ad Z Λ componitur ex rationibus M Λ ad Λ Z, & N Λ ad Z Λ. sed ratio composita ex rationibus M Λ ad Λ Z, & Λ N ad Z Λ est [per 23. 6.] ea quam habet M Λ N rectangulum ad rectangulum Λ Z Λ: ergo ut Θ Z ad Z Λ ita rectangulum M Λ N ad Λ Z Λ rectangulum. ut autem Θ Z ad Z Λ (sumptâ Z Λ communi altitudine) ita [per 1. 6.] Θ Z Λ rectangulum ad rectangulum Λ Z Λ: ut igitur rectangulum M Λ N ad ipsum Λ Z Λ ita rectangulum Θ Z Λ ad idem Λ Z Λ: & idcirco [per 9. 5.] æquale est rectangulum M Λ N rectangulo Θ Z Λ. sed [ex modo ostensis] rectangulum M Λ N æquale est quadrato ex K Λ: ergo quadratum ex K Λ rectangulo Θ Z Λ æquale est.

πρὸς ΖΛ λόγος σύγκειται ἐκ τοῦ τῆς ΒΓ πρὸς ΓΑ, καὶ τοῦ τῆς ΓΒ πρὸς ΒΑ. ἀλλ᾽ ὡς μὲν ἡ ΒΓ πρὸς ΓΑ οὕτως ἡ ΜΝ πρὸς ΝΛ, τουτέστιν ἡ ΜΛ πρὸς ΛΖ, ὡς δὲ ἡ ΒΓ πρὸς ΒΑ οὕτως ἡ ΜΝ πρὸς ΜΛ, τουτέστιν ἡ ΛΜ πρὸς ΜΖ, καὶ λοιπὴ ἡ ΝΛ πρὸς ΖΛ· ὁ ἄρα τῆς ΘΖ πρὸς ΖΛ λόγος σύγκειται ἐκ τοῦ τῆς ΜΛ πρὸς ΛΖ, καὶ τοῦ τῆς ΝΛ πρὸς ΖΛ. ὁ δὲ συγκείμενος λόγος ἐκ τοῦ τῆς ΜΛ πρὸς ΛΖ, καὶ τοῦ τῆς ΛΝ πρὸς ΖΛ, ὁ τοῦ ὑπὸ ΜΛΝ ἐστὶ πρὸς τὸ ὑπὸ ΛΖΛ· ὡς ἄρα ἡ ΘΖ πρὸς ΖΛ οὕτως τὸ ὑπὸ ΜΛΝ πρὸς τὸ ὑπὸ ΛΖΛ. ὡς δὲ ἡ ΘΖ πρὸς ΖΛ (τῆς ΖΛ κοινοῦ ὕψους λαμβανομένης) οὕτως τὸ ὑπὸ ΘΖΛ πρὸς τὸ ὑπὸ ΛΖΛ· ὡς ἄρα τὸ ὑπὸ ΜΛΝ πρὸς τὸ ὑπὸ ΛΖΛ οὕτως τὸ ὑπὸ ΘΖΛ πρὸς τὸ αὐτὸ τὸ ὑπὸ ΛΖΛ· ἴσον ἄρα ἐστὶ τὸ ὑπὸ ΜΛΝ τῷ ὑπὸ ΘΖΛ. τὸ δὲ ὑπὸ ΜΛΝ ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς ΚΛ· καὶ τὸ ἀπὸ τῆς ΚΛ ἄρα ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ τῶν ΘΖΛ.

Vocetur autem hujusmodi sectio *Parabola*: & recta Θ Z, *Ea juxta quam possunt quæ ad* Z H *diametrum ordinatim applicantur*: hæc etiam *Latus Rectum* appelletur.

Καλείσθω μὲν ἡ τοιαύτη τομὴ Παραβολή· ἡ δὲ ΘΖ, ἡ παρ᾽ ἣν δύνανται αἱ καταγόμεναι τεταγμένως ἐπὶ τὴν ΖΗ διάμετρον· καλείσθω δὲ καὶ ἡ αὐτὴ Ὀρθία*.

## EUTOCIUS.

[a] E T fiat ut quadratum ex B Γ ad rectangulum B A Γ ita Z Θ ad Z A.] Certum quidem est quod dicitur. sed, si quis hoc plenius adhuc declarare velit, sit rectangulo B A Γ æquale rectangulum O Π P; quadrato autem ex B Γ æquale id quod ad Π P adjacens latitudinem habet Π Σ, & fiat ut O Π ad Π Σ ita A Z ad Θ Z: ergo factum jam erit quod quærebamus. quoniam enim ut O Π ad Π Σ ita A Z ad Z Θ: erit & invertendo ut Σ Π ad Π O ita Θ Z ad Z A. ut autem Σ Π ad Π O ita rectangulum Σ P ad ipsum P O, hoc est [per constr.] quadratum ex B Γ ad rectangulum B A Γ. hoc autem & ad sequentia theoremata utile erit.




[a] ΚΑΙ πεποιήσθω ὡς τὸ ἀπὸ ΒΓ πρὸς τὸ ὑπὸ ΒΑΓ οὕτως ἡ ΖΘ πρὸς ΖΑ.] Σαφὲς μὲν ἐστι τὸ λεγόμενον. πλὴν, εἴ τις καὶ ὑπομνησθῆναι βούλεται, ἔστω τῷ ὑπὸ ΒΑΓ ἴσον τὸ ὑπὸ ΟΠΡ, τῷ δὲ ἀπὸ ΒΓ ἴσον τὸ παρὰ τὴν ΠΡ παραβληθὲν πλάτος ποιείτω τὴν ΠΣ, καὶ γεγονέτω ὡς ἡ ΟΠ πρὸς ΠΣ ἡ ΑΖ πρὸς ΘΖ· γέγονεν ἄρα τὸ ζητούμενον. ἐπεὶ γάρ ἐστιν ὡς ἡ ΟΠ πρὸς ΠΣ ἡ ΑΖ πρὸς ΖΘ· ἀνάπαλιν ὡς ἡ ΣΠ πρὸς ΠΟ ἡ ΘΖ πρὸς ΖΑ. ὡς δὲ ἡ ΣΠ πρὸς ΠΟ τὸ ΣΡ πρὸς ΡΟ, τουτέστι τὸ ἀπὸ τῆς ΒΓ πρὸς τὸ ὑπὸ ΒΑΓ. τοῦτο χρήσιμον καὶ τοῖς ἑξῆς θεωρήμασι.

[b] Quadratum autem ex B Γ ad B A Γ rectangulum rationem habet compositam &c.] Ostensum enim est in sexto libro elementorum, theoremate vigesimo tertio, æquiangula parallelogramma inter se rationem habere ex laterum rationibus compositam. sed, quoniam interpretes inductione magis quam necessaria argumentatione utuntur, visum est nobis illud ipsum investigare; quod tametsi scriptum est in commentariis nostris in quartum theorema secundi libri *Archimedis* de Sphæra & Cylindro, & in [*Theonis*] scholiis in primum librum Magnæ Constructionis *Ptolemæi*, nihilominus tamen & hoc loco non inepte repetetur; propterea quod fortasse non omnes, qui hæc legent, in illos libros inciderunt, tum etiam, quod universa fere conicorum tractatio eum argumentandi modum usurpat. *Ratio ex rationibus componi dicitur, quando rationum* componentium *quantitates inter se multiplicatæ quantitatem* compositæ *faciunt* [per 5. def. 6.]: per quantitatem intelligendo numerum, à quo ratio ipsa denominatur. in multiplicibus quidem quantitas erit numerus integer: in reliquis vero habitudinibus necesse est quantitatem numerum esse, & partem seu partes; nisi forte quispiam velit etiam ineffabiles esse habitudines, quales sunt magnitudinum incom-

[b] Τὸ δὲ ἀπὸ τῆς ΒΓ πρὸς τὸ ὑπὸ τῶν ΒΑΓ λόγον ἔχει τὸν συγκείμενον ἔκ τε τοῦ ὃν ἔχει ἡ ΒΓ πρὸς ΓΑ.] Δέδεικται μὲν ἐν τῷ ἕκτῳ βιβλίῳ τῆς στοιχειώσεως, ἐν τῷ εἰκοστῷ τρίτῳ θεωρήματι, ὅτι τὰ ἰσογώνια παραλληλόγραμμα πρὸς ἄλληλα λόγον ἔχει τὸν συγκείμενον ἐκ τῶν πλευρῶν. ἐπεὶ δὲ ἐπιχειρηματικώτερον μᾶλλον καὶ οὐ κατὰ τὸ ἀναγκαῖον τρόπον ὑπὸ τῶν ὑπομνηματιστῶν ἐλέγετο, ἐζητήσαμεν αὐτὸ, καὶ γέγραπται ἐν τοῖς ἐκδεδομένοις ἡμῖν εἰς τὸ τέταρτον θεώρημα τοῦ δευτέρου βιβλίου τοῦ Ἀρχιμήδους περὶ σφαίρας καὶ κυλίνδρου, καὶ ἐν τοῖς σχολίοις τοῦ πρώτου βιβλίου τῆς Πτολεμαίου συντάξεως, οὐκ ἄτοπον δὲ καὶ ἐνταῦθα τοῦτο γραφῆναι· διὰ τὸ μὴ πάντας τοὺς ἀναγινώσκοντας κἀκείνοις ἐντυγχάνειν, καὶ ὅτι σχεδὸν τὸ ὅλον σύνταγμα τῶν κωνικῶν κέχρηται αὐτῷ. Λόγος ἐκ λόγων συγκεῖσθαι λέγεται, ὅταν αἱ τῶν λόγων πηλικότητες ἐφ᾽ ἑαυτὰς πολλαπλασιασθεῖσαι ποιῶσί τινα. πηλικότητος δηλονότι λεγομένης τοῦ ἀριθμοῦ οὗ παρώνυμός ἐστιν ὁ λόγος. ἐπὶ μὲν οὖν τῶν πολλαπλασίων δυνατόν ἐστιν ἀριθμὸν ὁλόκληρον εἶναι πηλικότητα· ἐπὶ δὲ τῶν λοιπῶν σχέσεων, ἀνάγκη τὴν πηλικότητα ἀριθμὸν εἶναι, καὶ μόριον ἢ μόρια, εἰ μὴ ἄρα τις ἐθέλοι καὶ ἀῤῥήτους εἶναι σχέσεις, οἷαί εἰσιν αἱ κατὰ τὰ ἄλογα μεγέ-

* Scribitur etiam sæpius ὀρθιῶα in MS. qualem vocem Græca lingua non agnoscit: nos igitur ὀρθία ubique usurpabimus.

θη.

θη. ἐπὶ πασῶν δὲ τῶν σχέσεων δῆλον ὅτι αὕτη ἡ πηλικότης πολλαπλασιαζομένη ἐπὶ τὸν ἑπόμενον ὅρον τοῦ λόγου ποιεῖ τὸν ἡγούμενον. ἔστω τοίνυν λόγος ὁ τοῦ Α πρὸς τὸ Β, καὶ εἰλήφθω τις αὐτῶν μέσος ὡς ἔτυχεν, ὁ Γ, καὶ ἔστω τοῦ Α Γ λόγου πηλικότης ὁ Δ, τοῦ δὲ Γ Β ὁ Ε. καὶ ὁ Δ τὸν Ε πολλαπλασιάσας τὸν Ζ ποιείτω· λέγω ὅτι τοῦ λόγου τοῦ Α Β πηλικότης ἐστὶν ὁ Ζ, τοῦτ' ἔστιν ὅτι ὁ Ζ τὸν Β πολλαπλασιάσας τὸν Α ποιεῖ. ὁ Ζ τὸν Β πολλαπλασιάσας τὸν Η ποιείτω. ἐπεὶ οὖν ὁ Δ τὸν μὲν Ε πολλαπλασιάσας τὸν Ζ πεποίηκεν, τὸν δὲ Γ πολλαπλασιάσας τὸν Α πεποίηκεν· ἔστιν ἄρα ὡς ὁ Ε πρὸς τὸν Γ ὁ Ζ πρὸς τὸν Α. πάλιν ἐπεὶ ὁ Β τὸν Ε πολλαπλασιάσας τὸν Γ πεποίηκεν, τὸν δὲ Ζ πολλαπλασιάσας τὸν Η πεποίηκεν· ἔστιν ἄρα ὡς ὁ Ε πρὸς τὸν Ζ ὁ Γ πρὸς τὸν Η, καὶ ἐναλλὰξ ὡς ὁ Ε πρὸς τὸν Γ ὁ Ζ πρὸς τὸν Η. ἦν δὲ ὡς ὁ Ε πρὸς τὸν Γ ὁ Ζ πρὸς τὸν Α· ἴσος ἄρα ὁ Η τῷ Α, ὥστε ὁ Ζ τὸν Β πολλαπλασιάσας τὸν Α πεποίηκεν· τοῦ λόγου ἄρα τοῦ Α Β πηλικότης ἐστὶν ὁ Ζ. μὴ ταραττέτω δὲ τοὺς ἐντυγχάνοντας τὸ διὰ τῶν ἀριθμητικῶν δεδεῖχθαι τοῦτο· οἵ τε γὰρ παλαιοὶ κέχρηνται ταῖς τοιαύταις ἀποδείξεσι, μαθηματικαῖς μᾶλλον οὔσαις ἢ ἀριθμητικαῖς, διὰ τὰς ἀναλογίας, καὶ ὅτι τὸ ζητούμενον ἀριθμητικόν ἐστιν. λόγοι γὰρ, καὶ πηλικότητες λόγων, καὶ πολλαπλασιασμοὶ τοῖς ἀριθμοῖς πρώτως ὑπάρχουσι, καὶ δι' αὐτῶν τοῖς μεγέθεσι, κατὰ τὸν εἰπόντα, Ταῦτα γὰρ τὰ μαθήματα δοκοῦντι εἶναι ἀδελφά.




mensurabilium. & patet quod in omnibus habitudinibus ipsa rationis quantitas multiplicata in consequentem terminum, producit antecedentem. Sit igitur ratio A ad B, & sumpto termino quolibet intermedio Γ, sit rationis A ad Γ quantitas Δ, rationis autem Γ ad B quantitas sit E. & Δ multiplicans E producat Z: dico Z rationis A ad B quantitatem esse; hoc est si Z multiplicet B produci ipsum A. itaque multiplicet Z ipsum B, & producat H. quoniam igitur Δ ipsum quidem E multiplicans producit Z, multiplicans autem Γ ipsum A producit: erit [per 17.7.] ut E ad Γ ita Z ad A. rursus cum B multiplicans E faciat Γ, & multiplicans Z faciat H: erit ut E ad Z ita Γ ad H; & permutando ut E ad Γ ita Z ad H. sed ut E ad Γ ita erat Z ad A: ergo [per 9.5.] H ipsi A est æqualis; & idcirco Z multiplicans B producit A: rationis igitur A ad B quantitas necessario erit Z. non perturbentur autem qui in hæc inciderint, quod illud ex arithmeticis demonstretur: antiqui enim hujusmodi demonstrationibus sæpe uti consueverunt; quæ tamen mathematicæ potius sunt quam arithmeticæ; propter analogias, & quia quæsitum arithmeticum est. nam rationes, rationum quantitates, & multiplicationes primo numeris, secundo loco per numeros & magnitudinibus insunt, ex illius sententia, qui ita scripsit. *Hæ enim mathematicæ disciplinæ germanæ esse videntur.*

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιβ'.

Ἐὰν κῶνος ἐπιπέδῳ τμηθῇ διὰ τοῦ ἄξονος, τμηθῇ δὲ καὶ ἑτέρῳ ἐπιπέδῳ τέμνοντι τὴν βάσιν τοῦ κώνου κατ' εὐθεῖαν πρὸς ὀρθὰς οὖσαν τῇ βάσει τοῦ διὰ τοῦ ἄξονος τριγώνου, καὶ ἡ διάμετρος τῆς τομῆς ἐκβαλλομένη συμπίπτῃ μιᾷ πλευρᾷ τοῦ διὰ τοῦ ἄξονος τριγώνου ἐκτὸς τῆς τοῦ κώνου κορυφῆς· ἥτις ἂν ἀπὸ τῆς τομῆς ἀχθῇ παράλληλος τῇ κοινῇ τομῇ τοῦ τέμνοντος ἐπιπέδου καὶ τῆς βάσεως τοῦ κώνου ἕως τῆς διαμέτρου τῆς τομῆς, δυνήσεταί τι χωρίον παρακείμενον παρά τινα εὐθεῖαν, πρὸς ἣν λόγον ἔχει ἡ ἐπ' εὐθείας μὲν οὖσα τῇ διαμέτρῳ τῆς τομῆς, ὑποτείνουσα δὲ τὴν ἐκτὸς τοῦ τριγώνου γωνίαν, ὃν τὸ τετράγωνον τὸ ἀπὸ τῆς ἠγμένης ἀπὸ τῆς κορυφῆς τοῦ κώνου παρὰ τὴν διάμετρον τῆς τομῆς ἕως τῆς βάσεως τοῦ τριγώνου, πρὸς τὸ περιεχόμενον ὑπὸ τῶν τῆς βάσεως τμημάτων ὧν ποιεῖ ἡ ἀχθεῖσα, πλάτος ἔχον τὴν ἀπολαμβανομένην ὑπ' αὐτῆς ἀπὸ τῆς διαμέτρου πρὸς τῇ κορυφῇ τῆς τομῆς, ὑπερβάλλον εἴδει ὁμοίῳ τε καὶ ὁμοίως κειμένῳ τῷ περιεχομένῳ ὑπό τε τῆς ὑποτεινούσης τὴν ἐκτὸς γωνίαν τοῦ τριγώνου, καὶ τῆς παρ' ἣν δύνανται αἱ καταγόμεναι. καλείσθω δὲ ἡ τοιαύτη τομὴ ὙΠΕΡΒΟΛΗ.

## Prop. XII. *Theor.*

Si conus plano per axem secetur, secetur autem & altero plano secante basim coni secundum rectam lineam, quæ ad basim trianguli per axem sit perpendicularis, & sectionis diameter producta cum uno latere trianguli per axem extra verticem coni conveniat: recta linea, quæ à sectione ducitur parallela communi sectioni plani secantis & basis coni usque ad sectionis diametrum, poterit spatium adjacens rectæ, ad quam ea, quæ in directum constituitur diametro sectionis, subtenditurque angulo extra triangulum, eandem rationem habet quam quadratum rectæ, quæ diametro parallela à vertice sectionis usque ad basim trianguli ducitur, ad rectangulum sub basis partibus quæ ab ea fiunt contentum, latitudinem habens rectam, quæ ex diametro abscinditur inter ipsam & verticem sectionis interjectam; excedensque figura simili & similiter posita ei, quæ continetur sub recta angulo extra triangulum subtensa, & ea juxta quam possunt quæ ad diametrum applicantur. vocetur autem hujusmodi sectio HYPERBOLA.

SIT conus, cujus vertex A punctum, basis circulus ΒΓ, & secetur plano per axem, atque sectionem faciat triangulum ΑΒΓ; secetur autem & altero plano secante basim coni secundum rectam ΔΕ ad ΒΓ basim trianguli ΑΒΓ perpendicularem, faciatque sectionem in superficie coni lineam ΔΖΕ, & sectionis diameter ΖΗ producta cum ipso ΑΓ latere trianguli ΑΒΓ extra coni verticem conveniat in puncto Θ, & per Α ducatur recta ΑΚ diametro ΖΗ parallela quæ secet ΒΓ, & à Ζ ducatur ΖΛ ad rectos angulos ipsi ΖΗ, fiatque ut quadratum ex ΚΑ ad rectangulum ΒΚΓ ita ΘΖ ad ΖΛ; sumatur autem in sectione quodlibet punctum Μ, & per Μ ducatur ΜΝ parallela ΔΕ, per Ν vero ipsi ΖΛ parallela ducatur ΝΟΞ, & juncta ΘΛ, & ad Ξ producta, per puncta Λ,Ξ ipsi ΖΝ parallelæ ducantur ΛΟ, ΞΠ: dico ΜΝ posse spatium ΖΞ, quod quidem adjacet ipsi ΖΛ, latitudinem habens ΖΝ, excedensque figura ΛΞ, simili similiterque positæ ei, quæ sub ΘΖ, ΖΛ continetur.




Ducatur enim per Ν recta ΡΝΣ parallela ΒΓ; est autem & ΜΝ ipsi ΔΕ parallela: ergo [per 15. 11.] planum quod transit per ΜΝ, ΡΣ æquidistat plano per ΒΓ,ΔΕ, hoc est basi coni. si igitur planum per ΜΝ, ΡΣ producatur, sectio circulus erit [per 4. huj.] cujus diameter ΡΝΣ; atque est ad ipsam perpendicularis ΜΝ: ergo [per 35. 3.] rectangulum ΡΝΣ æquale est quadrato ex ΜΝ. ac quoniam [ex hyp.] ut quadratum ex ΑΚ ad rectangulum ΒΚΓ ita est ΖΘ ad ΖΛ; ratio autem quadrati ex ΑΚ ad rectangulum ΒΚΓ [per 23.6.] componitur ex ratione quam habet ΑΚ ad ΚΓ, & ex ea quam ΑΚ habet ad ΚΒ: ratio igitur ΘΖ ad ΖΛ composita erit ex ratione ΑΚ ad ΚΓ, & ratione ΑΚ ad ΚΒ. sed [per 4.6.] ut ΑΚ ad ΚΓ ita ΘΗ ad ΗΓ, hoc est ΘΝ ad ΝΣ; & ut ΑΚ ad ΚΒ ita ΖΗ ad ΗΒ, hoc est ΖΝ ad ΝΡ: ratio igitur ΘΖ ad ΖΛ componitur ex ratione ΘΝ ad ΝΣ, & ΖΝ ad ΝΡ. at [per 23.6.] ratio composita ex ratione ΘΝ ad ΝΣ, & ΖΝ ad ΝΡ, est ea quam ΘΝΖ rectangulum habet ad rectangulum ΣΝΡ: ergo ut rectangulum ΘΝΖ ad ΣΝΡ ita ΘΖ ad ΖΛ,

ΕΣΤΩ κῶνος, οὗ κορυφὴ μὲν τὸ Α σημεῖον, βάσις δὲ ὁ ΒΓ κύκλος, καὶ τετμήσθω ἐπιπέδῳ διὰ τοῦ ἄξονος, καὶ ποιείτω τομὴν τὸ ΑΒΓ τρίγωνον, τετμήσθω δὲ καὶ ἑτέρῳ ἐπιπέδῳ τέμνοντι τὴν βάσιν τοῦ κώνου κατ' εὐθεῖαν τὴν ΔΕ πρὸς ὀρθὰς οὖσαν τῇ ΒΓ βάσει τοῦ ΑΒΓ τριγώνου, καὶ ποιείτω τομὴν ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ κώνου τὴν ΔΖΕ γραμμήν, ἡ δὲ διάμετρος τῆς τομῆς ἡ ΖΗ ἐκβαλλομένη συμπιπτέτω μιᾷ πλευρᾷ τοῦ ΑΒΓ τριγώνου, τῇ ΑΓ, ἐκτὸς τῆς τοῦ κώνου κορυφῆς κατὰ τὸ Θ, καὶ διὰ τοῦ Α τῇ διαμέτρῳ τῆς τομῆς τῇ ΖΗ παράλληλος ἤχθω ἡ ΑΚ, καὶ τεμνέτω τὴν ΒΓ, καὶ ἀπὸ τοῦ Ζ τῇ ΖΗ πρὸς ὀρθὰς ἤχθω ἡ ΖΛ, καὶ πεποιήσθω ὡς τὸ ἀπὸ ΚΑ πρὸς τὸ ὑπὸ ΒΚΓ οὕτως ἡ ΖΘ πρὸς ΖΛ, καὶ εἰλήφθω τι σημεῖον ἐπὶ τῆς τομῆς τυχὸν τὸ Μ, καὶ διὰ τοῦ Μ τῇ ΔΕ παράλληλος ἤχθω ἡ ΜΝ, διὰ δὴ τοῦ Ν τῇ ΖΛ παράλληλος ἡ ΝΟΞ, καὶ ἐπιζευχθεῖσα ἡ ΘΛ ἐκβεβλήσθω ἐπὶ τὸ Ξ, καὶ διὰ τῶν Λ, Ξ τῇ ΖΝ παράλληλοι ἤχθωσαν αἱ ΛΟ,ΞΠ· λέγω ὅτι ἡ ΜΝ δύναται τὸ ΖΞ, ὃ παράκειται παρὰ ΖΛ, πλάτος ἔχον τὴν ΖΝ, ὑπερβάλλον εἴδει τῷ ΛΞ, ὁμοίῳ ὄντι καὶ ὁμοίως κειμένῳ τῷ ὑπὸ τῶν ΘΖ, ΖΛ.

Ἤχθω γὰρ διὰ τοῦ Ν τῇ ΒΓ παράλληλος ἡ ΡΝΣ, ἔστι δὴ καὶ ἡ ΜΝ τῇ ΔΕ παράλληλος· τὸ ἄρα διὰ τῶν ΜΝ, ΡΣ ἐπίπεδον παράλληλόν ἐστι τῷ διὰ τῶν ΒΓ, ΔΕ, τουτέστι τῇ βάσει τοῦ κώνου. ἐὰν ἄρα ἐκβληθῇ τὸ διὰ τῶν ΜΝ, ΡΣ ἐπίπεδον, ἡ τομὴ κύκλος ἔσται, οὗ διάμετρος ἡ ΡΝΣ, καὶ ἔστιν ἐπ' αὐτὴν κάθετος ἡ ΜΝ· τὸ ἄρα ὑπὸ τῶν ΡΝΣ ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς ΜΝ. καὶ ἐπεί ἐστιν ὡς τὸ ἀπὸ ΑΚ πρὸς τὸ ὑπὸ ΒΚΓ οὕτως ἡ ΖΘ πρὸς ΖΛ, ὁ δὲ τοῦ ἀπὸ τῆς ΑΚ πρὸς τὸ ὑπὸ ΒΚΓ λόγος σύγκειται ἔκ τε τοῦ ὃν ἔχει ἡ ΑΚ πρὸς ΚΓ, καὶ ΑΚ πρὸς ΚΒ· καὶ ὁ τῆς ΖΘ ἄρα πρὸς τὴν ΖΛ λόγος σύγκειται ἐκ τοῦ ὃν ἔχει ἡ ΑΚ πρὸς ΚΓ, καὶ ἡ ΑΚ πρὸς ΚΒ. ἀλλ' ὡς μὲν ἡ ΑΚ πρὸς ΚΓ οὕτως ἡ ΘΗ πρὸς ΗΓ, τουτέστιν ἡ ΘΝ πρὸς ΝΣ, ὡς δὲ ἡ ΑΚ πρὸς ΚΒ οὕτως ἡ ΖΗ πρὸς ΗΒ, τουτέστιν ἡ ΖΝ πρὸς ΝΡ· ὁ ἄρα τῆς ΘΖ πρὸς ΖΛ λόγος σύγκειται ἔκ τε τοῦ τῆς ΘΝ πρὸς ΝΣ, καὶ τοῦ τῆς ΖΝ πρὸς ΝΡ. ὁ δὲ συγκείμενος λόγος ἐκ τοῦ τῆς ΘΝ πρὸς ΝΣ, καὶ τῆς ΖΝ πρὸς ΝΡ, ὁ τοῦ ὑπὸ τῶν ΘΝΖ ἐστὶ πρὸς τὸ ὑπὸ τῶν ΣΝΡ· καὶ ὡς ἄρα τὸ ὑπὸ τῶν ΘΝΖ πρὸς τὸ ὑπὸ τῶν ΣΝΡ οὕτως ἡ ΘΖ πρὸς ΖΛ,

τουτέστιν

τουτέστιν ἡ ΘΝ πρὸς ΝΞ. ἀλλ' ὡς ἡ ΘΝ πρὸς ΝΞ (τῆς ΖΝ κοινοῦ ὕψους λαμβανομένης) οὕτως τὸ ὑπὸ τῶν ΘΝΖ πρὸς τὸ ὑπὸ τῶν ΖΝΞ· καὶ ὡς ἄρα τὸ ὑπὸ τῶν ΘΝΖ πρὸς τὸ ὑπὸ τῶν ΞΝΖ οὕτω τὸ ὑπὸ τῶν ΘΝΖ πρὸς τὸ ὑπὸ τῶν ΣΝΡ· τὸ ἄρα ὑπὸ ΣΝΡ ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ ΞΝΖ. τὸ δὲ ἀπὸ τῆς ΜΝ ἴσον ἐδείχθη τῷ ὑπὸ ΣΝΡ· καὶ τὸ ἀπὸ τῆς ΜΝ ἄρα ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ τῶν ΞΝΖ. τὸ δὲ ὑπὸ ΞΝΖ ἐστὶ τὸ ΞΖ παραλληλόγραμμον· ἡ ἄρα ΜΝ δύναται τὸ ΞΖ, ὃ παράκειται παρὰ τὴν ΖΛ, πλάτος ἔχον τὸ ΖΝ, ὑπερβάλλον τῷ ΛΞ ὁμοίῳ ὄντι τῷ ὑπὸ τῶν ΘΖΛ.

Καλείσθω μὲν ἡ τοιαύτη τομὴ Ὑπερβολή· ἡ δὲ ΛΖ, ἡ παρ' ἣν δύνανται αἱ ἐπὶ τὴν ΖΗ καταγόμεναι τεταγμένως· καλείσθω δὲ ἡ αὐτὴ καὶ Ὀρθία, Πλαγία δὲ ἡ ΘΖ.

hoc est ΘΝ ad ΝΞ. ut autem recta ΘΝ ad ΝΞ (sumpta ΖΝ communi altitudine,) ita ΘΝΖ rectangulum ad rectangulum ΖΝΞ: quare ut rectangulum ΘΝΖ ad rectangulum ΞΝΖ ita rectangulum ΘΝΖ ad ipsum ΣΝΡ: rectangulum igitur ΣΝΡ [per 9. 5.] æquale est rectangulo ΞΝΖ. sed quadratum ex ΜΝ ostensum est æquale rectangulo ΣΝΡ: ergo quadratum ex ΜΝ rectangulo ΞΝΖ æquale erit. rectangulum autem ΞΝΖ est parallelogrammum ΞΖ: recta igitur ΜΝ potest spatium ΞΖ, quod rectæ ΖΛ adjacet, latitudinem habens ΖΝ, excedensque figura ΛΞ simili ei quæ sub ΘΖΛ continetur.

Dicatur autem hujusmodi sectio *Hyperbola*: & recta ΛΖ, *Ea juxta quam possunt quæ ad* ΖΗ *ordinatim applicantur*: hæc etiam *Latus Rectum* appelletur, ΘΖ vero *Transversum**.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιγ'.

Ἐὰν κῶνος ἐπιπέδῳ τμηθῇ διὰ τοῦ ἄξονος, τμηθῇ δὲ καὶ ἑτέρῳ ἐπιπέδῳ συμπίπτοντι μὲν ἑκατέρᾳ πλευρᾷ τοῦ διὰ τοῦ ἄξονος τριγώνου, μήτε δὲ παρὰ τὴν βάσιν τοῦ κώνου ἠγμένῳ, μήτε ὑπεναντίως, τὸ δὲ ἐπίπεδον ἐν ᾧ ἐστιν ἡ βάσις τοῦ κώνου, καὶ τὸ τέμνον ἐπίπεδον συμπίπτῃ κατ' εὐθεῖαν πρὸς ὀρθὰς οὖσαν ἤτοι τῇ βάσει τοῦ διὰ τοῦ ἄξονος τριγώνου ἢ τῇ ἐπ' εὐθείας αὐτῇ· ἥτις ἂν ἀπὸ τῆς τοῦ κώνου τομῆς παράλληλος ἀχθῇ τῇ κοινῇ τομῇ τῶν ἐπιπέδων ἕως τῆς διαμέτρου τῆς τομῆς, δυνήσεταί τι χωρίον παρακείμενον παρά τινα εὐθεῖαν, πρὸς ἣν λόγον ἔχει ἡ διάμετρος τῆς τομῆς, ὃν τὸ τετράγωνον τὸ ἀπὸ τῆς ἠγμένης ἀπὸ τῆς κορυφῆς τοῦ κώνου παρὰ τὴν διάμετρον τῆς τομῆς ἕως τῆς βάσεως τοῦ τριγώνου, πρὸς τὸ περιεχόμενον ὑπὸ τῶν ἀπολαμβανομένων ὑπ' αὐτῆς πρὸς ταῖς τοῦ τριγώνου εὐθείαις, πλάτος ἔχον τὴν ἀπολαμβανομένην ὑπ' αὐτῆς ἀπὸ τῆς διαμέτρου πρὸς τῇ κορυφῇ τῆς τομῆς, ἐλλεῖπον εἴδει ὁμοίῳ τε καὶ ὁμοίως κειμένῳ τῷ περιεχομένῳ ὑπό τε τῆς διαμέτρου καὶ τῆς παρ' ἣν δύνανται. καλείσθω δὲ ἡ τοιαύτη τομὴ ΕΛΛΕΙΨΙΣ.

## Prop. XIII. *Theor.*

Si conus plano per axem secetur, & secetur altero plano conveniente cum utroque latere trianguli per axem, quod neque basi coni æquidistet, neque subcontrarie ponatur; planum autem, in quo est basis coni, & secans planum conveniant secundum rectam lineam quæ sit perpendicularis vel ad basim trianguli per axem, vel ad eam quæ in directum ipsi constituitur: recta linea, quæ à sectione coni ducitur parallela communi sectioni planorum usque ad diametrum sectionis, poterit spatium adjacens rectæ, ad quam sectionis diameter eam rationem habeat quam quadratum rectæ diametro parallelæ, à vertice coni usque ad trianguli basim ductæ, habet ad rectangulum contentum sub basis partibus quæ inter ipsam & rectas trianguli lineas interjiciuntur, latitudinem habens rectam quæ ex diametro ab ipsa abscinditur ad verticem sectionis, deficiensque figura simili & similiter posita ei, quæ sub diametro, & recta juxta quam possunt, continetur. dicatur autem hujusmodi sectio Ellipsis.

Ἔστω κῶνος, οὗ κορυφὴ μὲν τὸ Α σημεῖον, βάσις δὲ ὁ ΒΓ κύκλος, καὶ τετμήσθω ἐπιπέδῳ διὰ τοῦ ἄξονος, καὶ ποιείτω τομὴν τὸ ΑΒΓ τρίγωνον, τετμήσθω δὲ καὶ ἑτέρῳ ἐπιπέδῳ συμπίπτοντι μὲν ἑκατέρᾳ πλευρᾷ τοῦ διὰ τοῦ ἄξονος τριγώνου, μήτε δὲ παραλλήλῳ τῇ βάσει τοῦ κώνου, μήτε ὑπεναντίως ἠγμένῳ,

Sit conus, cujus vertex Α punctum, basis circulus ΒΓ, & secetur plano per axem, atque sectionem faciat triangulum ΑΒΓ, secetur autem & altero plano conveniente cum utroque latere trianguli per axem, neque basi coni æquidistante, neque subcontrarie posito,

* Latus transversum & rectum (sive potius erectum) sic videtur dici, quod in delineanda Parabola, Hyperbola, vel Elipsi, illud transversim sive à dextra ad sinistram est ducendum, hoc vero super latus transversum erigendum; eodem sc. sensu quo dicitur πλαγία φάλαγξ, ὀρθία φάλαγξ, quod de diametro transversa & recta similiter intelligendum. Consuetudini tamen & commodo situi consulentes, schemata aliter aliquando delineamus.

atque

atque faciat ſectionem in ſuperficie coni lineam ΔΕ; communis vero ſectio plani ſecantis, atque ejus in quo eſt baſis coni, ſit ΖΗ perpendicularis ad ΒΓ, diameter autem ſectionis ΕΔ, & ab Ε ducatur ΕΘ ad ΕΔ perpendicularis, perque Α ducatur ΑΚ ipſi ΕΔ parallela, & fiat ut quadratum ex ΑΚ ad rectangulum ΒΚΓ ita ΔΕ ad ΕΘ, ſumaturque quodvis in ſectione punctum Λ, & per Λ ipſi ΖΗ parallela ducatur ΛΜ: dico ΛΜ poſſe ſpatium, quod ipſi ΕΘ adjacet, latitudinem habens ΕΜ, deficienſque figura ſimili ei quæ ſub ΔΕΘ continetur.

Jungatur enim ΔΘ, perque Μ ducatur ΜΞΝ parallela ipſi ΕΘ, & per Θ, Ξ puncta ipſi ΕΜ parallelæ ducantur ΘΝ, ΞΟ, & per punctum Μ ducatur ΠΜΡ parallela ΒΓ. itaque quoniam ΠΡ eſt parallela ΒΓ, & ΛΜ ipſi ΖΗ: erit [per 15. 11.] planum ductum per ΛΜ, ΠΡ æquidiſtans plano per ΖΗ, ΒΓ ducto, hoc eſt baſi coni. ſi igitur planum per ΛΜ, ΠΡ du-

καὶ ποιείτω τομὴν ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ κώνου τὴν ΔΕ γραμμήν, κοινὴ δὲ τομὴ τοῦ τέμνοντος ἐπιπέδου, καὶ τοῦ ἐν ᾧ ἐστιν ἡ βάσις τοῦ κώνου, ἔστω ἡ ΖΗ πρὸς ὀρθὰς οὖσα τῇ ΒΓ, ἡ δὲ διάμετρος τῆς τομῆς ἔστω ἡ ΕΔ, καὶ ἀπὸ τοῦ Ε τῇ ΕΔ πρὸς ὀρθὰς ἤχθω ἡ ΕΘ, καὶ διὰ τοῦ Α τῇ ΕΔ παράλληλος ἤχθω ἡ ΑΚ, καὶ πεποιήσθω ὡς τὸ ἀπὸ τῆς ΑΚ πρὸς τὸ ὑπὸ ΒΚΓ οὕτως ἡ ΔΕ πρὸς τὴν ΕΘ, καὶ εἰλήφθω τι σημεῖον ἐπὶ τῆς τομῆς, τὸ Λ, καὶ διὰ τοῦ Λ τῇ ΖΗ παράλληλος ἤχθω ἡ ΛΜ· λέγω ὅτι ἡ ΛΜ δύναταί τι χωρίον, ὃ παράκειται ἐπὶ τὴν ΕΘ, πλάτος ἔχον τὴν ΕΜ, ἐλλεῖπον εἴδει ὁμοίῳ τῷ ὑπὸ τῶν ΔΕΘ.

Ἐπεζεύχθω γὰρ ἡ ΔΘ, καὶ διὰ μὲν τοῦ Μ τῇ ΕΘ παράλληλος ἤχθω ἡ ΜΞΝ, διὰ δὲ τῶν Θ, Ξ τῇ ΕΜ παράλληλοι ἤχθωσαν αἱ ΘΝ, ΞΟ, καὶ διὰ τοῦ Μ τῇ ΒΓ παράλληλος ἤχθω ΠΜΡ. ἐπεὶ οὖν ἡ ΠΡ τῇ ΒΓ παράλληλός ἐστιν, ἔστι δὲ καὶ ἡ ΛΜ τῇ ΖΗ παράλληλος· τὸ ἄρα διὰ τῶν ΛΜ, ΠΡ ἐπίπεδον παράλληλόν ἐστι τῷ διὰ τῶν ΖΗ, ΒΓ ἐπιπέδῳ, τουτέστι τῇ




catur, fiet [per 4. huj.] ſectio circulus, cujus diameter ΠΡ; & eſt ΛΜ ad ipſam perpendicularis: ergo [per 35. 3.] rectangulum ΠΜΡ æquale eſt quadrato ex ΛΜ. Et quoniam eſt [ex hyp.] ut quadratum ex ΑΚ ad rectangulum ΒΚΓ ita ΔΕ ad ΕΘ, & ratio quadrati ex ΑΚ ad rectangulum ΒΚΓ [per 23. 6.] componitur ex ratione quam habet ΑΚ ad ΚΒ, & ex ea quam ΑΚ habet ad ΚΓ. ut autem ΑΚ ad ΚΒ ita [per 4. 6.] ΕΗ ad ΗΒ, hoc eſt ΕΜ ad ΜΠ; & ut ΑΚ ad ΚΓ ita ΔΗ ad ΗΓ, hoc eſt ΔΜ ad ΜΡ: erit igitur ratio ΔΕ ad ΕΘ compoſita ex ratione ΕΜ ad ΜΠ, & ratione ΔΜ ad ΜΡ. ſed ratio compoſita ex rationibus ΕΜ ad ΜΠ, & ΔΜ ad ΜΡ, eſt ea quam ΕΜΔ rectangulum habet ad rectangulum ΠΜΡ: igitur ut rectangulum ΕΜΔ ad ipſum rectangulum ΠΜΡ ita ΔΕ ad ΕΘ, ſive ΔΜ ad ΜΞ. ut autem ΔΜ ad ΜΞ (ſumpta ΜΕ com-

βάσει τοῦ κώνου. ἐὰν ἄρα ἐκβληθῇ διὰ τῶν ΛΜ, ΠΡ ἐπίπεδον, ἡ τομὴ κύκλος ἔσται, οὗ διάμετρος ἡ ΠΡ, καὶ ἐστι κάθετος ἐπ' αὐτὴν ἡ ΛΜ· τὸ ἄρα ὑπὸ τῶν ΠΜΡ ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς ΛΜ. καὶ ἐπεί ἐστιν ὡς τὸ ἀπὸ τῆς ΑΚ πρὸς τὸ ὑπὸ τῶν ΒΚΓ οὕτως ἡ ΔΕ πρὸς τὴν ΕΘ, λόγος δὲ τοῦ ἀπὸ τῆς ΑΚ πρὸς τὸ ὑπὸ τῶν ΒΚΓ σύγκειται ἐκ τοῦ ὃν ἔχει ἡ ΑΚ πρὸς ΚΒ, καὶ ἡ ΑΚ πρὸς ΚΓ. ἀλλ' ὡς μὲν ἡ ΑΚ πρὸς ΚΒ οὕτως ἡ ΕΗ πρὸς ΗΒ, τουτέστιν ἡ ΕΜ πρὸς ΜΠ, ὡς δὲ ἡ ΑΚ πρὸς ΚΓ οὕτως ἡ ΔΗ πρὸς ΗΓ, τουτέστιν ἡ ΔΜ πρὸς ΜΡ· ὁ ἄρα τῆς ΔΕ πρὸς τὴν ΕΘ λόγος σύγκειται ἐκ τε τοῦ τῆς ΕΜ πρὸς ΜΠ, καὶ τοῦ τῆς ΔΜ πρὸς ΜΡ. ὁ δὲ συγκείμενος λόγος ἔκ τε τοῦ ὃν ἔχει ἡ ΕΜ πρὸς ΜΠ, καὶ ἡ ΔΜ πρὸς ΜΡ, ὁ τοῦ ὑπὸ τῶν ΕΜΔ ἐστὶ πρὸς τὸ ὑπὸ τῶν ΠΜΡ· ἔστιν ἄρα ὡς τὸ ὑπὸ τῶν ΕΜΔ πρὸς τὸ ὑπὸ τῶν ΠΜΡ οὕτως ἡ ΔΕ πρὸς τὴν ΕΘ, τουτέστιν ἡ ΔΜ πρὸς τὴν ΜΞ. ὡς δὲ ἡ ΔΜ πρὸς ΜΞ, τῆς ΜΕ κοιτοῦ ὕψους λαμβανομένης, οὕτως τὸ ὑπὸ ΔΜΕ πρὸς τὸ ὑπὸ ΞΜΕ· καὶ ὡς ἄρα τὸ ὑπὸ ΔΜΕ πρὸς τὸ ὑπὸ ΠΜΡ οὕτως τὸ ὑπὸ ΔΜΕ πρὸς τὸ ὑπὸ ΞΜΕ· ἴσον ἄρα ἐστὶ τὸ ὑπὸ ΠΜΡ τῷ ὑπὸ ΞΜΕ. τὸ δὲ ὑπὸ ΠΜΡ ἴσον ἐδείχθη τῷ ἀπὸ τῆς ΛΜ· καὶ τὸ ὑπὸ ΞΜΕ ἄρα ἐστὶν ἴσον τῷ ἀπὸ τῆς ΛΜ· ἡ ΛΜ ἄρα δύναται τὸ ΜΟ, ὃ παράκειται παρὰ τὴν ΘΕ, πλάτος ἔχον τὴν ΕΜ, ἐλλεῖπον εἴδει τῷ ΟΝ ὁμοίῳ ὄντι τῷ ὑπὸ ΔΕΘ.

Καλείσθω μὲν ἡ τοιαύτη τομὴ Ἔλλειψις· ἡ δὲ ΕΘ, ἡ παρ' ἣν δύνανται αἱ καταγόμεναι ἐπὶ τὴν ΔΕ τεταγμένως, ἡ δὲ αὐτὴ καὶ Ὀρθία· Πλαγία δὲ ἡ ΕΔ.

muni altitudine) ita [per 1. 6.] rectangulum ΔΜΕ ad rectangulum ΞΜΕ: ergo ut ΔΜΕ rectangulum ad rectangulum ΠΜΡ ita erit ΔΜΕ rectangulum ad ipsum ΞΜΕ: æquale igitur est [per 9. 5.] rectangulum ΠΜΡ rectangulo ΞΜΕ. sed rectangulum ΠΜΡ demonstratum est æquale quadrato ex ΛΜ; quare & ipsum rectangulum ΞΜΕ quadrato ex ΛΜ æquale erit: recta igitur ΛΜ potest spatium ΜΟ, quod quidem rectæ ΘΕ adjacet, latitudinem habens ΕΜ, deficiensque figura ΟΝ simili ei quæ sub ΔΕΘ continetur.

Vocetur autem hujusmodi sectio *Ellipsis*: & recta ΕΘ, *Ea juxta quam possunt quæ ad diametrum* ΔΕ *ordinatim applicantur*; quæ & *Latus Rectum* vocetur; ΕΔ vero *Transversum*.

## EUTOCIUS.

Δεῖ σημειώσασθαι, ὅτι τοῦτο τὸ θεώρημα τρεῖς ἔχει καταγραφάς, ὡς καὶ πολλάκις εἴρηται ἐπὶ τῆς ἐλλείψεως. ἡ γὰρ ΔΕ ἢ ἀνωτέρω τοῦ Γ συμπίπτει τῇ ΑΓ, ἢ κατ' αὐτὸ Γ, ἢ ἐξωτέρω ἐκβαλλομένῃ τῇ ΑΓ συμπίπτει.

Notari oportet hoc theorema tres habere descriptiones, ut sæpius dictum est in ellipsi. vel enim ΔΕ concurrit cum latere ΑΓ supra Γ punctum, vel in ipso Γ, vel infra cum ΑΓ producta conveniet.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιδ'.

Ἐὰν αἱ κατὰ κορυφὴν ἐπιφάνειαι ἐπιπέδῳ τμηθῶσι μὴ διὰ τῆς κορυφῆς· ἔσται ἐν ἑκατέρᾳ τῶν ἐπιφανειῶν τομὴ ἡ καλουμένη Ὑπερβολή, καὶ τῶν δύο τομῶν ἥ τε διάμετρος αὐτὴ ἔσται, καὶ παρ' ἃς δύνανται αἱ ἐπὶ τὴν διάμετρον καταγόμεναι παράλληλοι τῇ ἐν τῇ βάσει τοῦ κώνου εὐθείᾳ ἴσαι, καὶ τοῦ εἴδους ἡ πλαγία πλευρὰ κοινὴ ἡ μεταξὺ τῶν κορυφῶν τῶν τομῶν. καλείσθωσαν δὲ αἱ τοιαῦται τομαὶ ἈΝΤΙΚΕΙΜΕΝΑΙ.

## PROP. XIV. *Theor.*

Si superficies conicæ quæ ad verticem plano non per verticem secentur: erit in utraque superficie sectio quæ vocatur Hyperbola, & duarum sectionum eadem erit diameter; rectæ vero, juxta quas possunt applicatæ ad diametrum parallelæ ei quæ est in basi coni, inter se æquales erunt; & figuræ transversum latus utrisque commune, quod scilicet inter sectionum vertices interjicitur. vocentur autem hujusmodi SECTIONES OPPOSITÆ.

ΕΣΤΩΣΑΝ αἱ κατὰ κορυφὴν ἐπιφάνειαι, ὧν κορυφὴ τὸ Α σημεῖον, καὶ τετμήσθωσαν ἐπιπέδῳ μὴ διὰ τῆς κορυφῆς, καὶ ποιείτωσαν ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ τομὰς τὰς ΔΕΖ, ΗΘΚ· λέγω ὅτι ἑκατέρα τῶν ΔΕΖ, ΗΘΚ τομῶν ἐστιν ἡ καλουμένη ὑπερβολή.

Ἔστω γὰρ ὁ κύκλος, καθ' οὗ φέρεται ἡ τὴν ἐπιφάνειαν γράφουσα εὐθεῖα, ὁ ΒΔΓΖ, καὶ ἤχθω ἐν τῇ κατὰ κορυφὴν ἐπιφανείᾳ παράλληλον αὐτῷ ἐπίπεδον τὸ ΞΗΟΚ, κοιναὶ δὲ τομαὶ τῶν ΖΕΔ, ΗΘΚ τομῶν καὶ τῶν κύκλων αἱ ΖΔ, ΗΚ· ἔσονται δὴ παράλληλοι, ἄξων δὲ ἔστω τῆς κωνικῆς ἐπιφανείας ἡ ΛΑΥ εὐθεῖα, κέντρα δὲ τῶν κύκλων τὰ Λ, Υ, καὶ ἀπὸ τοῦ Λ ἐπὶ τὴν ΖΔ κάθετος ἀχθεῖσα ἐκβεβλήσθω ἐπὶ τὰ




SINT ad verticem superficies, quarum vertex Α punctum; & secentur plano non per verticem, atque sectiones faciat in superficie lineas ΔΕΖ, ΗΘΚ: dico utramque sectionum ΔΕΖ, ΗΘΚ esse eam quæ Hyperbola appellatur.

Sit enim circulus ΒΔΓΖ, in quo fertur recta linea superficiem describens, ducaturque in superficie, quæ est ad verticem, planum ipsi æquidistans ΞΗΟΚ, & communes intersectiones sectionum ΖΕΔ, ΗΘΚ & circulorum sint ΖΔ, ΗΚ, quæ [per 16. 11.] etiam parallelæ erunt; axis autem conicæ superficiei sit recta ΛΑΥ, & circulorum centra Λ, Υ; & à Λ ad ΖΔ perpendicularis ducta producatur ad Β, Γ puncta;

puncta; perque ΒΓ & axem planum ducatur, quod sectiones faciat in circulis quidem rectas ΞΟ, ΒΓ parallelas; in superficie vero ipsas ΒΑΟ, ΓΑΞ: & erit [per 10.11.] ΞΟ ad ΗΚ perpendicularis; quoniam & ΒΓ perpendicularis est ad ΖΔ, & utraque utrique est parallela. & quoniam planum per axem ductum sectionibus occurrit ad puncta Μ, Ν, quæ sunt intra lineas: plane constat ipsum etiam lineas secare. secet autem in Θ, Ε: ergo puncta Μ, Ε, Θ, Ν erunt & in plano per axem, & in eo in quo sunt lineæ ipsæ; & propterea [per 5.11.] ΜΕΘΝ recta erit. constat etiam [per 3. huj.] puncta Ξ, Θ, Α, Γ in eadem recta esse, itemque Β, Ε, Α, Ο; quoniam sunt & in superficie conica & in plano per axem. ducantur ergo à punctis Θ, Ε ipsi ΘΕ ad rectos angulos rectæ ΘΡ, ΕΠ; perque Α rectæ ΜΕΘΝ parallela ducatur ΣΑΤ, & fiat ut quadratum ex ΑΣ ad rectangulum ΒΣΓ sic ΘΕ ad ΕΠ, & ut quadratum ex ΑΤ ad rectangulum ΟΤΞ sic ΕΘ ad ΘΡ. itaque quoniam conus, cujus vertex Α & basis ΒΓ circulus, secatur plano per axem, quod sectionem facit triangulum ΑΒΓ; secatur autem & altero plano secante basim coni secundum ΔΜΖ ad ΒΓ perpendicularem, quod sectionem facit in superficie lineam ΔΕΖ, diameterque ΜΕ producta cum uno latere trianguli per axem extra coni verticem convenit, & per punctum Α diametro sectionis ΕΜ parallela ducitur ΑΣ, ab Ε vero ducitur ΕΠ ad rectos angulos ipsi ΕΜ, atque est ut quadratum ex ΑΣ ad rectangulum ΒΣΓ ita ΕΘ ad ΕΠ: erit [per 12. huj.] ipsa ΔΕΖ sectio hyperbola, & recta ΕΜ ea juxta quam possunt quæ ad ΕΜ ordinatim applicantur; transversum vero figuræ latus est recta ΘΕ. eadem ratione & ΗΘΚ hyperbola erit, cujus diameter ΘΝ; recta ΘΡ ea juxta quam possunt ordinatim ad ΘΝ applicatæ; ΘΕ vero transversum figuræ latus.




Dico ΘΡ ipsi ΕΠ æqualem esse

Quoniam enim parallelæ sunt ΒΓ, ΞΟ: ut ΑΣ ad ΣΓ ita erit [per 4.6.] ΑΤ ad ΤΞ; & ut ΑΣ ad ΣΒ ita ΑΤ ad ΤΟ. sed [per 23.6.] ratio ΑΣ ad ΣΓ, una cum ratione ΑΣ ad ΣΒ, est ea quam habet quadratum ex ΑΣ ad rectangulum ΒΣΓ, & ratio ΑΤ ad ΤΞ, una cum ratione ΑΤ ad ΤΟ, est quam habet quadratum ex ΑΤ ad rectangulum ΞΤΟ: ergo ut quadratum ex

Β, Γ σημεῖα, καὶ διὰ τῆς ΒΓ καὶ τοῦ ἄξονος ἐπίπεδον ἐκβεβλήσθω· ποιήσει δὴ τομὰς ἐν μὲν τοῖς κύκλοις παραλλήλους εὐθείας τὰς ΞΟ, ΒΓ, ἐν δὲ τῇ ἐπιφανείᾳ τὰς ΒΑΟ, ΓΑΞ· ἔσται δὴ καὶ ἡ ΞΟ τῇ ΗΚ πρὸς ὀρθάς, ἐπειδὴ καὶ ἡ ΒΓ τῇ ΖΔ ἐστὶ πρὸς ὀρθάς καὶ ἔστιν ἑκατέρα παράλληλος. καὶ ἐπεὶ τὸ διὰ τοῦ ἄξονος ἐπίπεδον ταῖς τομαῖς συμβάλλει κατὰ Μ, Ν σημεῖα ἐντὸς τῶν γραμμῶν· δῆλον ὡς τὰς γραμμὰς τέμνει τὸ ἐπίπεδον. τεμνέτω κατὰ τὰ Θ, Ε· τὰ ἄρα Μ, Ε, Θ. Ν σημεῖα ἔντε τῷ διὰ τοῦ ἄξονός ἐστιν ἐπιπέδῳ, καὶ ἐν τῷ ἐπιπέδῳ ἐν ᾧ εἰσιν αἱ γραμμαί· εὐθεῖα ἄρα ἐστὶν ἡ ΜΕΘΝ γραμμή. καὶ φανερὸν ὅτι τά τε Ξ, Θ, Α, Γ ἐπ᾽ εὐθείας ἐστί, καὶ τὰ Β, Ε, Α, Ο, ἔντε γὰρ τῇ κωνικῇ ἐπιφανείᾳ ἐστί, καὶ ἐν τῷ διὰ τοῦ ἄξονος ἐπιπέδῳ. ἤχθωσαν δὴ ἀπὸ μὲν τῶν Θ, Ε τῇ ΘΕ πρὸς ὀρθὰς αἱ ΘΡ, ΕΠ, διὰ δὲ τοῦ Α τῇ ΜΕΘΝ παράλληλος ἤχθω ἡ ΣΑΤ, καὶ πεποιήσθω ὡς μὲν τὸ ἀπὸ τῆς ΑΣ πρὸς τὸ ὑπὸ ΒΣΓ οὕτως ἡ ΘΕ πρὸς ΕΠ, ὡς δὲ τὸ ἀπὸ τῆς ΑΤ πρὸς τὸ ὑπὸ ΟΤΞ οὕτως ἡ ΕΘ πρὸς ΘΡ. ἐπεὶ οὖν κῶνος, οὗ κορυφὴ μὲν τὸ Α σημεῖον, βάσις δὲ ὁ ΒΓ κύκλος, τέτμηται ἐπιπέδῳ διὰ τοῦ ἄξονος, καὶ πεποίηκε τομὴν τὸ ΑΒΓ τρίγωνον, τέτμηται δὲ καὶ ἑτέρῳ ἐπιπέδῳ τέμνοντι τὴν βάσιν τοῦ κώνου κατ᾽ εὐθεῖαν τὴν ΔΜΖ πρὸς ὀρθὰς οὖσαν τῇ ΒΓ, καὶ πεποίηκε τομὴν ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ τὴν ΔΕΖ, ἡ δὲ διάμετρος ἡ ΜΕ ἐκβαλλομένη συμπέπτωκε μιᾷ πλευρᾷ τοῦ διὰ τοῦ ἄξονος τριγώνου ἐκτὸς τῆς κορυφῆς τοῦ κώνου, καὶ διὰ τοῦ Α σημείου τῇ διαμέτρῳ τῆς τομῆς τῇ ΕΜ παράλληλος ἦκται ἡ ΑΣ, καὶ ἀπὸ τοῦ Ε τῇ ΕΜ πρὸς ὀρθὰς ἦκται ἡ ΕΠ, καὶ ἔστιν ὡς τὸ ἀπὸ ΑΣ πρὸς τὸ ὑπὸ ΒΣΓ οὕτως ἡ ΕΘ πρὸς ΕΠ· ἡ μὲν ΔΕΖ ἄρα τομὴ ὑπερβολή ἐστιν, ἡ δὲ ΕΠ παρ᾽ ἣν δύνανται αἱ ἐπὶ τὴν ΕΜ καταγόμεναι τεταγμένως, πλαγία δὲ τοῦ εἴδους πλευρὰ ἡ ΘΕ. ὁμοίως δὴ καὶ ἡ ΗΘΚ ὑπερβολή ἐστιν, ἧς διάμετρος μὲν ἡ ΘΝ, ἡ δὲ ΘΡ παρ᾽ ἣν δύνανται αἱ ἐπὶ τὴν ΘΝ καταγόμεναι τεταγμένως, πλαγία δὲ τοῦ εἴδους πλευρὰ ἡ ΘΕ.

Λέγω ὅτι ἴση ἐστὶν ἡ ΘΡ τῇ ΕΠ.

Ἐπεὶ γὰρ παράλληλός ἐστιν ἡ ΒΓ τῇ ΞΟ· ἔστιν ὡς ἡ ΑΣ πρὸς ΣΓ οὕτως ἡ ΑΤ πρὸς ΤΞ, καὶ ὡς ἡ ΑΣ πρὸς ΣΒ οὕτως ἡ ΑΤ πρὸς ΤΟ. ἀλλ᾽ ὁ τῆς ΑΣ πρὸς ΣΓ λόγος μετὰ τοῦ τῆς ΑΣ πρὸς ΣΒ, ὁ τοῦ ἀπὸ τῆς ΑΣ πρὸς τὸ ὑπὸ ΒΣΓ· ὁ δὲ τῆς ΑΤ πρὸς ΤΞ μετὰ τοῦ τῆς ΑΤ πρὸς ΤΟ, ὁ τοῦ ἀπὸ τῆς ΑΤ πρὸς τὸ ὑπὸ ΞΤΟ· ἔστιν ἄρα ὡς τὸ ἀπὸ ΑΣ πρὸς τὸ ὑπὸ

ὑπὸ ΒΣΓ οὕτως τὸ ἀπὸ ΑΤ πρὸς τὸ ὑπὸ ΞΤΟ. καὶ ἔστιν ὡς μὲν τὸ ἀπὸ ΑΣ πρὸς τὸ ἀπὸ ΒΣΓ οὕτως ἡ ΘΕ πρὸς ΕΠ, ὡς δὲ τὸ ἀπὸ ΑΤ πρὸς τὸ ὑπὸ ΞΤΟ οὕτως ἡ ΘΕ πρὸς ΘΡ· καὶ ὡς ἄρα ΘΕ πρὸς ΕΠ οὕτως ἡ ΕΘ πρὸς ΘΡ· ἴση ἄρα ἐστὶν ἡ ΕΠ τῇ ΘΡ.

ΑΣ ad rectangulum ΒΣΓ ita quadratum ex ΑΤ ad rectangulum ΞΤΟ. ut autem quadratum ex ΑΣ ad ΒΣΓ rectangulum ita [per constr.] ΘΕ ad ΕΠ; & ut quadratum ex ΑΤ ad rectangulum ΞΤΟ ita ΘΕ ad ΘΡ: ergo ut ΘΕ ad ΕΠ ita ΕΘ ad ΘΡ: æqualis igitur est [per 9. 5.] ΕΠ ipsi ΘΡ.

## EUTOCIUS.

*Δυνατὸν δὲ καὶ οὕτως δεῖξαι. ἐπεὶ γὰρ παράλληλός ἐστιν ἡ ΒΓ τῇ ΞΟ, ἔστιν ὡς ἡ ΓΣ πρὸς ΣΑ ἡ ΞΤ πρὸς ΤΑ, καὶ διὰ τὰ αὐτὰ ὡς ἡ ΑΣ πρὸς ΣΒ ἡ ΑΤ πρὸς ΤΟ· δι' ἴσου ἄρα ὡς ἡ ΓΣ πρὸς ΣΒ ἡ ΞΤ πρὸς ΤΟ· καὶ ὡς ἄρα τὸ ἀπὸ ΓΣ πρὸς τὸ ὑπὸ ΓΣΒ τὸ ἀπὸ ΞΤ πρὸς τὸ ὑπὸ ΞΤΟ. ἔστι δὲ διὰ τὴν ὁμοιότητα τῶν τριγώνων, ὡς τὸ ἀπὸ ΑΣ πρὸς τὸ ἀπὸ ΣΓ τὸ ἀπὸ ΑΤ πρὸς τὸ ἀπὸ ΞΤ· δι' ἴσου ἄρα ὡς τὸ ἀπὸ ΑΣ πρὸς τὸ ὑπὸ ΒΣΓ τὸ ἀπὸ ΑΤ πρὸς τὸ ὑπὸ ΞΤΟ. καὶ ἔστιν ὡς μὲν τὸ ἀπὸ ΑΣ πρὸς τὸ ὑπὸ ΒΣΓ ἡ ΘΕ πρὸς ΕΠ, ὡς δὲ τὸ ἀπὸ ΑΤ πρὸς τὸ ὑπὸ ΞΤΟ ἡ ΘΕ πρὸς ΘΡ· καὶ ὡς ἄρα ἡ ΘΕ πρὸς ΕΠ ἡ ΕΘ πρὸς ΘΡ· ἴση ἄρα ἐστὶν ἡ ΕΠ τῇ ΘΡ.*

*Πτῶσιν μὲν οὐκ ἔχει. φανερὸς δέ ἐστιν ὁ σκοπός, συνεχὴς ὢν τοῖς πρὸ αὐτοῦ τρισίν· ὁμοίως γὰρ ἐκείνοις τὴν διάμετρον τῶν ἀντικειμένων ζητεῖ τὴν ἀρχικήν, καὶ τὰς παρ' ἃς δύνανται.*

Poterat etiam hoc modo ostendi. quoniam enim parallelæ sunt ΒΓ, ΞΟ; erit [per 4. 6.] ut ΓΣ ad ΣΑ ita ΞΤ ad ΤΑ, & eadem ratione ut ΑΣ ad ΣΒ ita ΑΤ ad ΤΟ; ergo ex æquali [per 22. 5.] ut ΓΣ ad ΣΒ ita ΞΤ ad ΤΟ: & ideo [per 1. 6.] ut quadratum ex ΓΣ ad rectangulum ΓΣΒ ita quadratum ex ΞΤ ad rectangulum ΞΤΟ. sed, propter similitudinem triangulorum, ut quadratum ex ΑΣ ad quadratum ex ΣΓ ita quadratum ex ΑΤ ad quadratum ex ΞΤ: quare ex æquali, ut quadratum ex ΑΣ ad rectangulum ΒΣΓ ita quadratum ex ΑΤ ad rectangulum ΞΤΟ. atque est [per constr.] ut quadratum ex ΑΣ ad rectangulum ΒΣΓ ita ΘΕ ad ΕΠ, & ut quadratum ex ΑΤ ad rectangulum ΞΤΟ ita ΘΕ ad ΘΡ; ergo ut ΘΕ ad ΕΠ ita ΕΘ ad ΘΡ: æqualis igitur est [per 9. 5.] ΕΠ ipsi ΘΡ.

Hoc theorema casum non habet. propositum autem manifestum est, utpote idem quod in tribus superioribus; similiter enim atque in illis, & oppositarum sectionum principalem diametrum inquirit, & lineas juxta quas possunt quæ ad ipsam ordinatim applicantur.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιε'.

**Ἐὰν ἐν ἐλλείψει ἀπὸ τῆς διχοτομίας τῆς διαμέτρου ἀχθεῖσα εὐθεῖα τεταγμένως ἐκβληθῇ ἐφ' ἑκάτερα ἕως τῆς τομῆς, καὶ ποιηθῇ ὡς ἡ ἐκβληθεῖσα πρὸς τὴν διάμετρον οὕτως ἡ διάμετρος πρός τινα εὐθεῖαν· ἥτις ἂν ἀπὸ τῆς τομῆς ἀχθῇ ἐπὶ τὴν ἐκβληθεῖσαν παράλληλος τῇ διαμέτρῳ δυνήσεται τὸ παρακείμενον παρὰ τὴν τρίτην ἀνάλογον, πλάτος ἔχον τὴν ὑπ' αὐτῆς ἀπολαμβανομένην πρὸς τῇ τομῇ, ἐλλεῖπον εἴδει ὁμοίῳ τῷ περιεχομένῳ ὑπό τε τῆς ἐφ' ἣν ἄγονται καὶ τῆς παρ' ἣν δύνανται. καὶ προσεκβαλλομένη ἕως τοῦ ἑτέρου μέρους τῆς τομῆς δίχα τμηθήσεται ὑπὸ τῆς ἐφ' ἣν κατῆκται.**

## Prop. XV. *Theor.*

**Si in ellipsi, à puncto quod diametrum bifariam dividit, recta ordinatim ducta ex utraque parte ad sectionem producatur, & fiat ut producta ad diametrum ita diameter ad aliam: recta linea, quæ à sectione ducitur ad productam diametro parallela, poterit spatium adjacens tertiæ proportionali, latitudinem habens rectam quæ inter ipsam & sectionem interjicitur, deficiensque figura simili ei quæ continetur sub rectâ ad quam ducuntur & eâ juxta quam possunt. & si ulterius producatur ad alteram partem sectionis, bifariam secabitur ab ea ad quam applicata fuerit.**

Ἔστω ἔλλειψις, ἧς διάμετρος ἡ ΑΒ, καὶ τετμήσθω ἡ ΑΒ δίχα κατὰ τὸ Γ, καὶ διὰ τοῦ Γ ἤχθω τεταγμένως καὶ ἐκβεβλήσθω ἐφ' ἑκάτερα ἕως τῆς τομῆς ἡ ΔΓΕ, καὶ ἀπὸ Δ σημείου τῇ ΔΕ πρὸς ὀρθὰς ἤχθω ἡ ΔΖ, καὶ πεποιήσθω ὡς ἡ ΔΕ πρὸς ΑΒ οὕτως ἡ ΑΒ πρὸς τὴν ΔΖ, καὶ εἰλήφθω τι σημεῖον ἐπὶ τῆς τομῆς τὸ Η, καὶ διὰ τοῦ Η τῇ ΑΒ παράλληλος ἤχθω ἡ ΗΘ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΕΖ, καὶ διὰ μὲν τοῦ Θ τῇ ΔΖ παράλληλος ἤχθω ἡ ΘΛ, διὰ δὲ τῶν Ζ, Λ τῇ ΘΔ παράλληλοι ἤχθωσαν αἱ ΖΚ, ΛΜ· λέγω ὅτι ἡ ΗΘ δύναται τὸ ΔΛ, ὃ παράκειται παρὰ τὴν ΔΖ, πλάτος ἔχον τὴν ΔΘ, ἐλλεῖπον εἴδει τῷ ΛΖ ὁμοίῳ ὄντι τῷ ὑπὸ ΕΔΖ.

Ἔστω γὰρ παρ' ἣν δύνανται αἱ ἐπὶ τὴν ΑΒ καταγόμεναι τεταγμένως ἡ ΑΝ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΒΝ, καὶ διὰ μὲν τοῦ

Sit ellipsis, cujus diameter ΑΒ, seceturque ΑΒ bifariam in Γ puncto, & per Γ ordinatim applicata ex utraque parte ad sectionem producatur, quæ sit ΔΓΕ; à puncto autem Δ ipsi ΔΕ ad rectos angulos ducatur ΔΖ, fiatque ut ΔΕ ad ΑΒ ita ΑΒ ad ΔΖ; & sumpto quolibet puncto Η in sectione, per Η ducatur ΗΘ ipsi ΑΒ parallela, & jungatur ΕΖ; deinde per Θ ipsi ΔΖ parallela ducatur ΘΛ, & per Ζ, Λ puncta ducantur ipsi ΘΔ parallelæ ΖΚ, ΛΜ: dico ΗΘ posse spatium ΔΛ, quod quidem adjacet rectæ ΔΖ, latitudinem habens ΔΘ, deficiensque figura ΛΖ simili ei quæ sub ΕΔΖ continetur.

Sit enim ΑΝ ea juxta quam possunt ordinatim applicatæ ad ΑΒ, jungaturque ΒΝ; & per

Η quidem

H quidem ipsi ΔΒ parallela ducatur ΗΞ, perque Ξ,Γ ipsi ΑΝ parallelæ ΞΟ, ΓΠ; per Ν,Ο,Π vero ducantur ΝΥΡ, ΟΣ, ΤΠ parallelæ ipsi ΑΒ: æquale igitur est [per 13.huj.] quadratum ex ΔΓ rectangulo ΑΠ; & quadratum ex ΗΞ rectangulo ΑΟ. & quoniam ut ΒΑ ad ΑΝ ita est ΒΓ ad ΓΠ, & ΠΤ ad ΤΝ; æqualis autem ΒΓ ipsi ΓΑ, hoc est ipsi ΤΠ: & ΓΠ ipsi ΤΝ æqualis erit: ergo [per 36.1.] ΑΠ rectangulum æquale est rectangulo ΤΡ, & rectangulum ΞΤ ipsi ΤΥ. & quoniam [per 43.1.] rectangulum ΟΤ rectangulo ΟΡ æquale est, commune autem ΟΝ; erit rectangulum ΤΥ ipsi ΝΣ æquale. sed ΤΥ est æquale ipsi ΤΞ: ergo ΤΞ æquale est ipsi ΝΣ. commune vero ΤΣ: totum igitur ΝΠ rectangulum, hoc est ΠΑ, æquale erit

Η τῇ ΔΒ παράλληλος ἤχθω ἡ ΗΞ, διὰ δὲ τῶν Ξ, Γ τῇ ΑΝ παράλληλοι ἤχθωσαν αἱ ΞΟ, ΓΠ, διὰ δὲ τῶν Ν, Ο, Π τῇ ΑΒ παράλληλοι ἤχθωσαν αἱ ΝΥΡ, ΟΣ, ΤΠ· ἴσον ἄρα ἐστὶ τὸ μὲν ἀπὸ τῆς ΔΓ τῷ ΑΠ, τὸ δὲ ἀπὸ τῆς ΗΞ τῷ ΑΟ. καὶ ἐπεί ἐστιν ὡς ἡ ΒΑ πρὸς ΑΝ οὕτως ἡ ΒΓ πρὸς ΓΠ, καὶ ἡ ΠΤ πρὸς ΤΝ, ἴση δὲ ἡ ΒΓ τῇ ΓΑ, τουτέστι τῇ ΤΠ· καὶ ἡ ΓΠ τῇ ΤΝ ἐστὶν ἴση· ἴσον ἄρα ἐστὶ τὸ μὲν ΑΠ τῷ ΤΡ, τὸ δὲ ΞΤ τῷ ΤΥ. καὶ ἐπεὶ τὸ ΟΤ τῷ ΟΡ ἐστὶν ἴσον, κοινὸν δὲ τὸ ΟΝ· τὸ ΤΥ ἄρα ἴσον ἐστὶ τῷ ΝΣ. ἀλλὰ τὸ ΤΥ τῷ ΤΞ ἐστὶν ἴσον· τὸ ΤΞ ἄρα ἴσον ἐστὶ τῷ ΝΣ. κοινὸν δὲ τὸ ΤΣ· ὅλον ἄρα τὸ ΝΠ, τουτέστι τὸ ΠΑ, ἴσον ἐστὶ τῷ







rectangulo ΑΟ una cum ΠΟ rectangulo: quare ΠΑ rectangulum superat rectangulum ΑΟ ipso ΟΠ. est autem [per 13.huj.] ΑΠ rectangulum æquale quadrato ex ΓΔ: rectangulumq; ΑΟ æquale quadrato ex ΞΗ, & ΟΠ ei quod sub ΟΣΠ continetur: ergo quadratum ex ΓΔ superat quadratum ex ΗΞ ipso ΟΣΠ rectangulo. & quoniam recta ΔΕ secatur in partes æquales in Γ puncto, & in partes inæquales in Θ: rectangulum ΕΘΔ una cum quadrato ex ΓΘ, hoc est ex ΞΗ, æquale erit [per 5.2.] quadrato ex ΓΔ: quadratum igitur ex ΓΔ superat quadratum ex ΞΗ rectangulo ΕΘΔ. superabat autem quadratum ex ΓΔ ipsum quadratum ex ΗΞ rectangulo ΘΣΠ: rectangulum igitur ΕΘΔ rectangulo ΟΣΠ est æquale. &

ΑΟ μετὰ τοῦ ΠΟ· ὥστε ΠΑ τοῦ ΑΟ ὑπερέχει τῷ ΟΠ. καί ἐστι τὸ μὲν ΑΠ ἴσον τῷ ἀπὸ τῆς ΓΔ, τὸ δὲ ΑΟ ἴσον τῷ ἀπὸ τῆς ΞΗ, τὸ δὲ ΘΠ ἴσον τῷ ὑπὸ ΟΣΠ· τὸ ἄρα ἀπὸ τῆς ΓΔ τοῦ ἀπὸ τῆς ΗΞ ὑπερέχει τῷ ὑπὸ τῶν ΟΣΠ. καὶ ἐπεὶ ἡ ΔΕ τέτμηται εἰς μὲν ἴσα κατὰ τὸ Γ, εἰς δὲ ἄνισα κατὰ τὸ Θ· τὸ ἄρα ὑπὸ τῶν ΕΘΔ μετὰ τοῦ ἀπὸ τῆς ΓΘ, τουτέστι τῆς ΞΗ, ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς ΓΔ· τὸ ἄρα ἀπὸ τῆς ΓΔ τοῦ ἀπὸ τῆς ΞΗ ὑπερέχει τῷ ὑπὸ τῶν ΕΘΔ. ὑπερεῖχε δὲ τὸ ἀπὸ τῆς ΓΔ τοῦ ἀπὸ τῆς ΗΞ τῷ ὑπὸ τῶν ΟΣΠ· τὸ ἄρα ὑπὸ τῶν ΕΘΔ ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ τῶν ΘΣΠ. καὶ ἐπεί

ἐπεί ἐστιν ὡς ἡ ΔΕ πρὸς ΑΒ οὕτως ἡ ΑΒ πρὸς τὴν ΔΖ· ἔστιν ἄρα καὶ ὡς ἡ ΔΕ πρὸς τὴν ΔΖ οὕτω καὶ τὸ ἀπὸ τῆς ΔΕ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς ΑΒ, τουτέστι τὸ ἀπὸ ΓΔ πρὸς τὸ ἀπὸ ΓΒ. καὶ ἔστι τῷ ἀπὸ ΓΔ ἴσον τὸ ΠΓΑ, τουτέστι τὸ ὑπὸ ΠΓΒ· καὶ ὡς ἄρα ἡ ΔΕ πρὸς ΔΖ, τουτέστιν ὡς ἡ ΕΘ πρὸς ΘΛ, τουτέστι τὸ ὑπὸ τῶν ΕΘΔ πρὸς τὸ ὑπὸ τῶν ΔΘΛ, οὕτως τὸ ὑπὸ τῶν ΠΓΒ πρὸς τὸ ἀπὸ ΓΒ, τουτέστι τὸ ὑπὸ ΠΣΟ πρὸς τὸ ἀπὸ ΟΣ. καὶ ἔστιν ἴσον τὸ ὑπὸ ΕΘΔ τῷ ὑπὸ ΠΣΟ· ἴσον ἄρα καὶ τὸ ὑπὸ ΔΘΛ τῷ ἀπὸ τῆς ΟΣ, τουτέστι τῷ ἀπὸ τῆς ΗΘ· ἡ ΗΘ ἄρα δύναται τὸ ΔΛ, ὃ παράκειται παρὰ τὴν ΔΖ, πλάτος ἔχον τὴν ΔΘ, ἐλλεῖπον εἴδει τῷ ΖΛ, ὁμοίῳ ὄντι τῷ ὑπὸ τῶν ΕΔΖ.

Λέγω δὴ ὅτι καὶ ἐκβαλλομένη ἡ ΘΗ ἕως τοῦ ἑτέρου μέρους τῆς τομῆς δίχα τμηθήσεται ὑπὸ τῆς ΔΕ.

Ἐκβεβλήσθω γάρ, καὶ συμβαλλέτω τῇ τομῇ κατὰ τὸ Φ, καὶ διὰ τοῦ Φ τῇ ΗΞ παράλληλος ἤχθω ἡ ΦΧ, διά τε τοῦ Χ τῇ ΑΤ παράλληλος ἤχθω ἡ ΧΨ. καὶ ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ ΗΞ τῇ ΦΧ· ἴσον ἄρα καὶ τὸ ἀπὸ τῆς ΗΞ τῷ ἀπὸ τῆς ΦΧ. ἀλλὰ τὸ μὲν ἀπὸ τῆς ΗΞ ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ τῶν ΑΞΟ, τὸ δὲ ἀπὸ τῆς ΦΧ ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ τῶν ΑΧΨ· τὸ ἄρα ὑπὸ τῶν ΑΞΟ τῷ ΑΧΨ ἴσον ἐστίν· ἀνάλογον ἄρα ἐστὶν ὡς ἡ ΟΞ πρὸς τὴν ΨΧ οὕτως ἡ ΧΑ πρὸς ΑΞ. καὶ ἔστιν ὡς ἡ ΟΞ πρὸς τὴν ΨΧ οὕτως ἡ ΞΒ πρὸς ΒΧ· καὶ ὡς ἄρα ἡ ΧΑ πρὸς ΑΞ οὕτως ἡ ΞΒ πρὸς ΒΧ· καὶ διελόντι, ὡς ἡ ΧΞ πρὸς ΞΑ οὕτως ἡ ΧΞ πρὸς ΧΒ· ἴση ἄρα ἐστὶν ἡ ΑΞ τῇ ΧΒ. ἔστι δὲ καὶ ἡ ΑΓ τῇ ΓΒ ἴση· καὶ λοιπὴ ἄρα ἡ ΞΓ τῇ ΓΧ ἐστὶν ἴση· ὥστε καὶ ΗΘ τῇ ΘΦ. ἡ ἄρα ΗΘ ἐκβαλλομένη ἕως τοῦ ἑτέρου μέρους τῆς τομῆς δίχα τέμνεται ὑπὸ τῆς ΔΘ.

quoniam [per constr.] est ut ΔΕ ad ΑΒ ita ΑΒ ad ΔΖ: erit [per cor. 1. 20. 6.] ut ΔΕ ad ΔΖ ita quadratum ex ΔΕ ad quadratum ex ΑΒ; hoc est quadratum ex ΓΔ ad quadratum ex ΓΒ. atque est quadrato ex ΓΔ æquale ΠΓΑ rectangulum, hoc est ΠΓΒ: ut ergo ΔΕ ad ΔΖ, hoc est ut ΕΘ ad ΘΛ, hoc est [per 1. 6.] ut ΕΘΔ rectangulum ad rectangulum ΔΘΛ, ita rectangulum ΠΓΒ ad quadratum ex ΓΒ; hoc est [ob similia triangula] rectangulum ΠΣΟ ad quadratum ex ΟΣ. sed [ex modo ostensis] rectangulum ΕΘΔ æquale est ipsi ΠΣΟ: rectangulum igitur ΔΘΛ quadrato ex ΟΣ, hoc est quadrato ex ΗΘ, est æquale: & idcirco recta ΗΘ potest spatium ΔΛ, quod adjacet rectæ ΔΖ, latitudinem habens ΔΘ, deficiensque figura ΖΛ, simili ei quæ sub ΕΔΖ continetur.

Dico insuper ΘΗ, productam ad alteram partem sectionis, ab ipsa ΔΕ bifariam secari.

Producatur enim, occurratque sectioni in puncto Φ, & per Φ ipsi ΗΞ parallela ducatur ΦΧ, & per Χ ducatur ipsi ΑΤ parallela ΧΨ. quoniam igitur ΗΞ ipsi ΦΧ est æqualis, erit quadratum ex ΗΞ æquale quadrato ex ΦΧ. quadratum autem ex ΗΞ [per 13. huj.] æquale est ΑΞΟ rectangulo; & quadratum ex ΦΧ æquale rectangulo ΑΧΨ: & igitur rectangulum ΑΞΟ æquale est rectangulo ΑΧΨ: ergo [per 16. 6.] ut ΟΞ ad ΨΧ ita ΧΑ ad ΑΞ. & est ut ΟΞ ad ΨΧ ita ΞΒ ad ΒΧ: ut ergo ΧΑ ad ΑΞ ita ΞΒ ad ΒΧ; & [per 17. 5.] dividendo, ut ΧΞ ad ΞΑ ita ΞΧ ad ΧΒ: æqualis igitur est [per 9. 5.] ΑΞ ipsi ΧΒ. est autem ΑΓ æqualis ΓΒ: quare & reliqua ΞΓ reliquæ ΓΧ: & idcirco ΗΘ ipsi ΘΦ est æqualis. recta igitur ΗΘ producta ad alteram sectionis partem ab ipsa ΔΘ bifariam secabitur.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιϛʹ.

**Ἐὰν διὰ τῆς διχοτομίας τῆς πλαγίας πλευρᾶς τῶν ἀντικειμένων ἀχθῇ τις εὐθεῖα παρὰ τεταγμένως κατηγμένην· διάμετρος ἔσται τῶν ἀντικειμένων συζυγὴς τῇ προϋπαρχούσῃ διαμέτρῳ.**

ΕΣΤΩΣΑΝ ἀντικείμεναι, ὧν διάμετρος ἡ ΑΒ, καὶ τετμήσθω δίχα ἡ ΑΒ κατὰ τὸ Γ, καὶ διὰ τοῦ Γ ἤχθω παρὰ τεταγμένως κατηγμένην ἡ ΓΔ· λέγω ὅτι διάμετρός ἐστιν ἡ ΓΔ συζυγὴς τῇ ΑΒ.

Ἔστωσαν γὰρ παρ' ἃς δύνανται αἱ τεταγμένως καταγόμεναι, αἱ ΑΕ, ΒΖ εὐθεῖαι, καὶ ἐπιζευχθεῖσαι αἱ ΑΖ, ΒΕ ἐκβεβλήσθωσαν, καὶ εἰλήφθω τι ἐπὶ τῆς ἑτέρας τῶν τομῶν τυχὸν σημεῖον τὸ Η, καὶ διὰ μὲν τοῦ Η τῇ ΑΒ παράλληλος ἤχθω ἡ ΗΘ, ἀπὸ δὲ τῶν Η, Θ κατήχθωσαν τεταγμένως αἱ ΗΚ, ΘΛ, διὰ δὲ τῶν Κ, Λ ταῖς ΑΕ, ΒΖ παράλληλοι ἤχθωσαν αἱ ΚΜ, ΛΝ. ἐπεὶ οὖν ἴση ἐστὶν ἡ ΗΚ τῇ ΘΛ· ἴσον ἄρα καὶ τὸ ἀπὸ τῆς ΗΚ τῷ ἀπὸ τῆς ΘΛ. ἀλλὰ τὸ μὲν ἀπὸ τῆς ΗΚ ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ τῶν ΑΚΜ, τὸ δὲ ἀπὸ τῆς ΘΛ ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ τῶν ΒΛΝ· τὸ ἄρα ὑπὸ ΑΚΜ ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ

## PROP. XVI. *Theor.*

**Si per punctum, quod transversum latus oppositarum sectionum bifariam dividit, recta ducatur ordinatim applicatæ parallela; erit hæc ipsarum diameter, priori diametro conjugata.**

SINT oppositæ sectiones, quarum diameter ΑΒ; seceturque ΑΒ bifariam in Γ puncto, & per Γ ordinatim applicatæ parallela ducatur ΓΔ: dico ΓΔ diametrum esse conjugatam ipsi ΑΒ.

Sint enim ΑΕ, ΒΖ juxta quas possunt ordinatim applicatæ, & junctæ ΑΖ, ΒΕ producantur, sumpto autem in altera sectione quovis puncto Η, ducatur per Η ipsi ΑΒ parallela ΗΘ, & à punctis Η, Θ ordinatim applicentur ΗΚ, ΘΛ; deinde à punctis Κ, Λ ipsis ΑΕ, ΒΖ parallelæ ducantur ΚΜ, ΛΝ. quoniam igitur æqualis est [per 34. 1.] ΗΚ ipsi ΘΛ: erit quadratum ex ΗΚ quadrato ex ΘΛ æquale. sed [per 12. hujus] quadratum ex ΗΚ æquale est rectangulo ΑΚΜ, & quadratum ex ΘΛ rectangulo ΒΛΝ: ergo ΑΚΜ rectangulum rectangulo

B Λ N æquale erit. & quia æquales sunt A E, B Z; erit [per 7. 5.] ut A E ad A B ita B Z ad B A. ut autem A E ad A B sic M K [per 4. 6.] ad K B; & ut B Z ad B A sic N Λ ad Λ A: quare ut M K ad K B sic N Λ ad Λ A. sed ut M K ad K B (sumpta K A communi altitudine) ita [per 1. 6.] rectangulum M K A ad rectangulum B K A; & ut N Λ ad Λ A (sumpta B Λ communi altitudine) ita N Λ B rectangulum ad rectangulum A Λ B: ergo ut rectangulum M K A ad

ΒΛΝ. καὶ ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ ΑΕ τῇ ΒΖ· ἔστιν ἄρα ὡς ἡ ΑΕ πρὸς ΑΒ οὕτως ἡ ΒΖ πρὸς ΒΑ. ἀλλὰ ὡς ἡ ΑΕ πρὸς ΑΒ οὕτως ἡ ΜΚ πρὸς ΚΒ, καὶ ὡς ἡ ΒΖ πρὸς ΒΑ οὕτως ἡ ΝΛ πρὸς ΛΑ· καὶ ὡς ἄρα ἡ ΜΚ πρὸς ΚΒ οὕτως ἡ ΝΛ πρὸς ΛΑ. ἀλλ᾽ ὡς ἡ ΜΚ πρὸς τὴν ΚΒ, τῆς ΚΑ κοινοῦ ὕψους λαμβανομένης, οὕτως τὸ ὑπὸ ΜΚΑ πρὸς τὸ ὑπὸ ΒΚΑ, ὡς δὲ ἡ ΝΛ πρὸς ΛΑ, τῆς ΒΛ κοινοῦ ὕψους λαμβανομένης, οὕτως τὸ ὑπὸ ΝΛΒ πρὸς τὸ ὑπὸ ΑΛΒ·




rectangulum B K A ita rectangulum N Λ B ad ipsum A Λ B; & [per 16. 5.] permutando ut M K A rectangulum ad rectangulum N Λ B ita B K A rectangulum ad rectangulum A Λ B. est autem [ut modo ostensum] rectangulum M K A æquale rectangulo N Λ B: a quare & B K A rectangulum æquale rectangulo A Λ B; & propterea A K ipsi Λ B æqualis erit. estque A Γ æqualis Γ B: ergo & tota K Γ toti Γ Λ: & ideo H Ξ ipsi Ξ Θ æqualis. recta igitur H Θ ab ipsa Ξ Γ Δ bifariam secabitur, atque est ipsi A B parallela: ergo [per 17. def.] diameter erit & Ξ Γ Δ conjugata ipsi A B.

καὶ ὡς ἄρα τὸ ὑπὸ ΜΚΑ πρὸς τὸ ὑπὸ ΒΚΑ οὕτως τὸ ὑπὸ ΝΛΒ πρὸς τὸ ὑπὸ ΑΛΒ· καὶ ἐναλλὰξ ὡς τὸ ὑπὸ ΜΚΑ πρὸς τὸ ὑπὸ ΝΛΒ οὕτως τὸ ὑπὸ ΒΚΑ πρὸς τὸ ὑπὸ ΑΛΒ. καὶ ἔστιν ἴσον τὸ ὑπὸ ΜΚΑ τῷ ὑπὸ ΝΛΒ· a ἴσον ἄρα ἐστὶ καὶ τὸ ὑπὸ ΒΚΑ τῷ ὑπὸ ΑΛΒ· ἴση ἄρα ἡ ΑΚ τῇ ΛΒ. ἔστι δὲ καὶ ἡ ΑΓ τῇ ΓΒ ἴση· καὶ ὅλη ἄρα ἡ ΚΓ ὅλῃ τῇ ΓΛ ἴση ἐστίν· ὥστε καὶ ἡ ΗΞ τῇ ΞΘ. ἡ ΗΘ ἄρα δίχα τέμνεται ὑπὸ τῆς ΞΓΔ, καὶ ἔστι παράλληλος τῇ ΑΒ· διάμετρος ἄρα ἐστί, καὶ ἡ ΞΓΔ συζυγὴς τῇ ΑΒ.

## EUTOCIUS.

a Quare & B K A rectangulum æquale rectangulo A Λ B; & propterea A K ipsi Λ B æqualis erit.] Quoniam enim rectangulum B K A ipsi A Λ B rectangulo est æquale; erit [per 16. 6.] ut K B ad A Λ ita Λ B ad A K, permutandoque ut K B ad B Λ ita Λ A ad A K, & componendo ut K Λ ad Λ B ita K Λ ad K A: æqualis igitur est K A ipsi B Λ.

Scire autem oportet, in quintodecimo & sexto decimo theoremate *Apollonio* propositum fuisse, ut secundas, & conjugatas quas vocant, diametros inquireret ellipsis, & hyperbolæ, & oppositarum sectionum: parabola enim ejusmodi diametrum non habet. sed & illud notatu dignum est, diametros ellipsis intra recipi; hyperbolæ vero & oppositarum sectionum diametros describi extra. oportet autem rectas juxta quas possunt ordinatim applicatæ, seu recta latera, & quæ ipsis æquidistant ad rectos angulos aptare; ordinatim vero applicatas, & secundas diametros non semper. maxime tamen debent in acuto angulo applicari, ut longe aliæ & diversæ ab eis quæ recto lateri sunt parallelæ, deprehendantur.

a Ἴσον ἄρα τὸ ὑπὸ ΒΚΑ τῷ ὑπὸ ΑΛΒ· ἴση ἄρα ἐστὶν ἡ ΑΚ τῇ ΛΒ.] Ἐπεὶ γὰρ τὸ ὑπὸ ΒΚΑ τῷ ὑπὸ ΑΛΒ ἐστὶν ἴσον· ἀνάλογον ἔσται ὡς ἡ ΚΒ πρὸς ΑΛ ἡ ΛΒ πρὸς ΑΚ, καὶ ἐναλλὰξ ὡς ἡ ΚΒ πρὸς ΒΛ ἡ ΛΑ πρὸς ΑΚ, καὶ συνθέντι ὡς ἡ ΚΛ πρὸς ΛΒ ἡ ΚΛ πρὸς ΚΑ· ἴση ἄρα ἡ ΚΑ τῇ ΒΛ.

Δεῖ ἐπιστῆσαι, ὅτι ἐν τῷ πέμπτῳ καὶ δεκάτῳ καὶ ἑκκαιδεκάτῳ θεωρήματι σκοπὸν ἔχει ζητῆσαι τὰς καλουμένας δευτέρας καὶ συζυγεῖς διαμέτρους τῆς ἐλλείψεως, καὶ τῆς ὑπερβολῆς, καὶ τῶν ἀντικειμένων· ἡ γὰρ παραβολὴ οὐκ ἔχει τοιαύτην διάμετρον. παρατηρητέον δέ, ὅτι αἱ μὲν τῆς ἐλλείψεως διάμετροι ἐντὸς ἀπολαμβάνονται, αἱ δὲ τῆς ὑπερβολῆς καὶ τῶν ἀντικειμένων ἐκτὸς καταγράφονται. δεῖ δὲ τὰς μὲν παρ᾽ ἃς δύνανται, ἤτοι τὰς ὀρθὰς πλευράς, πρὸς ὀρθὰς τάττειν, καὶ δηλονότι καὶ τὰς παραλλήλους αὐταῖς· τὰς δὲ τεταγμένως καταγομένας, καὶ τὰς δευτέρας διαμέτρους, οὐ πάντως. μάλιστα γὰρ ἐν ὀξείᾳ γωνίᾳ δεῖ κατάγειν αὐτάς, ἵνα σαφεῖς ὦσιν τοῖς ἐντυγχάνουσιν ἕτεραι οὖσαι τῶν παραλλήλων τῇ ὀρθίᾳ πλευρᾷ.

## DEFINITIONES SECUNDÆ.

1. PUNCTUM, quod hyperbolæ & ellipsis diametrum bifariam dividit, centrum sectionis dicatur.

## ΟΡΟΙ ΔΕΥΤΕΡΟΙ.

α'. ΤΗΣ ὑπερβολῆς καὶ τῆς ἐλλείψεως ἑκατέρας ἡ διχοτομία τῆς διαμέτρου, κέντρον τῆς τομῆς καλείσθω.

*

β'. Η δὲ

β'. Η δὲ ἀπὸ τοῦ κέντρου πρὸς τὴν τομὴν προσπίπτουσα, ἐκ τοῦ κέντρου τῆς τομῆς.

γ'. Ομοίως δὲ καὶ τῶν ἀντικειμένων ἡ διχοτομία τῆς πλαγίας πλευρᾶς, κέντρον καλείσθω.

δ'. Η δὲ ἀπὸ τοῦ κέντρου ἠγμένη παρὰ τεταγμένως κατηγμένην, μέσον τε λόγον ἔχουσα τῶν τοῦ εἴδους πλευρῶν, καὶ δίχα τεμνομένη ὑπὸ τοῦ κέντρου, δευτέρα διάμετρος καλείσθω.

2. Et quæ à centro ad ſectionem perducitur, vocetur ex centro ſectionis.

3. Similiter & quod tranſverſum latus oppoſitarum ſectionum bifariam dividit, centrum vocetur.

4. Quæ autem à centro ducitur parallela ordinatim applicatæ, mediamque proportionem habet inter latera figuræ, & bifariam ſecatur à centro, ſecunda diameter appelletur.

## EUTOCIUS.

Μετὰ τὸ ἑκκαιδέκατον θεώρημα, ὅρους ἐκτίθεται περὶ τῆς καλουμένης δευτέρας διαμέτρου τῆς ὑπερβολῆς καὶ τῆς ἐλλείψεως, οὓς διὰ καταγραφῆς σαφεῖς ποιήσομεν. ἔστω ὑπερβολὴ ἡ Α Β, διάμετρος δὲ αὐτῆς ἔστω ἡ Γ Η Β Δ, παρ' ἣν δὲ δύνανται αἱ ἐπὶ τὴν Β Γ καταγόμεναι, ἡ Β Ε· φανερὸν οὖν ὅτι ἡ μὲν Β Γ εἰς ἄπειρον αὔξεται, διὰ τὴν τομὴν, ὡς δέδεικται ἐν τῷ ὀγδόῳ θεωρήματι. ἡ δὲ Β Δ, ἥτις ἐστὶν ἡ ὑποτείνουσα τὴν ἐκτὸς τοῦ διὰ τοῦ ἄξονος τριγώνου γωνίαν, πεπέρασται· ταύτην δὴ διχοτομοῦντες κατὰ τὸ Ζ, καὶ ἀγαγόντες ἀπὸ τοῦ Α τεταγμένως κατηγμένην τὴν Α Η, διὰ δὲ τοῦ Ζ τῇ Α Η παράλληλον τὴν Θ Ζ Κ, καὶ ποιήσαντες τὴν Θ Ζ τῇ Ζ Κ ἴσην, καὶ τὸ ἀπὸ Θ Κ ἴσον τῷ ὑπὸ Δ Β Ε, ἕξομεν τὴν Θ Κ δευτέραν διάμετρον. τοῦτο γὰρ δυνατὸν, διὰ τὸ τὴν Θ Κ ἐκτὸς οὖσαν τῆς τομῆς εἰς ἄπειρον ἐκβάλλεσθαι, καὶ δυνατὸν εἶναι ἀπὸ τῆς ἀπείρου προτεθείσῃ εὐθείᾳ ἀφελεῖν ἴσην. τὸ δὲ Ζ κέντρον καλεῖ, τὴν δὲ Ζ Β καὶ τὰς ὁμοίας αὐτῇ, ἀπὸ τῆς Ζ πρὸς τὴν τομὴν φερομένας, ἐκ τοῦ κέντρου. ταῦτα μὲν ἐπὶ τῆς ὑπερβολῆς καὶ τῶν ἀντικειμένων. καὶ φανερὸν ὅτι πεπερασμένη ἐστὶν ἑκατέρα τῶν διαμέτρων, ἡ μὲν πρώτη αὐτόθεν ἐκ τῆς γενέσεως τῆς τομῆς, ἡ δὲ δευτέρα διότι μέση ἀνάλογόν ἐστι πεπερασμένων εὐθειῶν, τῆς τε πρώτης διαμέτρου καὶ τῆς παρ' ἣν δύνανται αἱ καταγόμεναι ἐπ' αὐτὴν τεταγμένως.

Ἐπὶ δὲ τῆς ἐλλείψεως οὔπω δῆλον τὸ λεγόμενον. ἐπειδὴ γὰρ εἰς ἑαυτὴν συννεύει καθάπερ ὁ κύκλος, καὶ ἐντὸς ἀπολαμβάνει πάσας τὰς διαμέτρους, καὶ ὡρισμένας αὐτὰς ἀπεργάζεται· ὥστε οὐ πάντως ἐπὶ τῆς ἐλλείψεως ἡ μέση ἀνάλογον τῶν τοῦ εἴδους πλευρῶν, καὶ διὰ τοῦ κέντρου τῆς τομῆς ἀγομένη καὶ ὑπὸ τῆς διαμέτρου διχοτομουμένη ὑπὸ τῆς τομῆς περατοῦται. δυνατὸν δὲ αὐτὴν συλλογίσασθαι δι' αὐτῶν τῶν εἰρημένων ἐν τῷ δεκάτῳ πέμπτῳ θεωρήματι. ἐπεὶ γὰρ, ὡς ἐκεῖ δέδεικται, αἱ ἐπὶ τὴν Δ Ε καταγόμεναι, παράλληλοι τῇ Α Β, δύνανται τὰ παρακείμενα παρὰ τὴν τρίτην αὐταῖς ἀνάλογον γινομένην, τουτέστι τὴν Ζ Δ· ἔστιν ὡς ἡ Δ Ε πρὸς τὴν Α Β ἡ Α Β πρὸς Δ Ζ· ὥστε μέση ἀνάλογόν ἐστιν ἡ Α Β τῶν Ε Δ, Δ Ζ· καὶ διὰ τοῦτο καὶ αἱ καταγόμεναι ἐπὶ τὴν Α Β, παράλληλοι τῇ Δ Ε, δυνήσονται τὰ παρὰ τὴν τρίτην ἀνάλογον παρακείμενα τῶν Δ Ε, Α Β, τουτέστι τὴν Α Ν. διὰ δὴ τοῦτο μέση ἀνάλογον γίνεται ἡ Δ Ε δευτέρα διάμετρος τῶν ΒΑ, ΑΝ,




Poſt ſextum decimum theorema, definitiones tradit ejus quæ ſecunda diameter appellatur hyperbolæ & ellipſis; quibus quidem nos ex figuris lucem afferre conabimur. ſit hyperbola A B, cujus diameter Γ H B Δ, recta vero, juxta quam poſſunt quæ ad ipſam B Γ applicantur, ſit B E: patet igitur B Γ in infinitum augeri propter ſectionem, ut oſtenſum eſt in octavo theoremate. ſed ipſa B Δ, quæ ſubtenditur angulo extra triangulum per axem, terminata eſt: itaque ſi bifariam ſecta B Δ in Z, & à puncto A ordinatim applicatâ A H, per Z rectæ A H parallelam duxerimus Θ Z K, ita ut ſit Θ Z ipſi Z K æqualis, & quadratum ex Θ K æquale rectangulo Δ B E; erit Θ K ſecunda diameter. hoc enim fieri poſſe perſpicuum eſt: quippe cum Θ K extra ſectionem cadens in infinitum produci poſſit, atque à recta infinita cuilibet datæ rectæ æqualis facile abſcindatur. punctum autem Z vocat centrum, & rectam Z B & alias quæ ſimiliter à puncto Z ad ſectionem ducuntur, ex centro appellat; atque hæc in hyperbola & oppoſitis ſectionibus. conſtat ergo utramque diametrum terminatam eſſe; primam quidem per ſe ex generatione ſectionis; ſecundam vero, quod media proportionalis ſit inter rectas terminatas, videlicet inter primam diametrum, & eam juxta quam poſſunt quæ ad diametrum ordinatim applicantur.

Sed in ellipſi id quod dictum eſt nondum apparet. quoniam enim illa in ſeipſam vergat inſtar circuli, & omnes diametros intra recipiat atque terminet: non ſemper in ellipſi, media proportionalis inter figuræ latera, ducta per centrum ſectionis, & à diametro bifariam diviſa, ab ipſa ſectione terminatur. hoc autem ex iis quæ dicta ſunt in quinto decimo theoremate oſtendere poſſumus. quoniam enim, ut demonſtratum eſt, quæ ad rectam Δ E applicantur, parallelæ ipſi A B, poſſunt ſpatia tertiæ proportionali ipſis, videlicet rectæ Z Δ adjacentia: erit ut Δ E ad A B ita A B ad Δ Z: quare A B media proportionalis eſt inter E Δ, Δ Z: & idcirco, quæ applicantur ad A B, ipſi Δ E parallelæ, poterunt ſpatia adjacentia tertiæ proportionali ipſis Δ E, A B, hoc eſt rectæ A N. ergo ſecunda diameter Δ E eſt media proportionalis inter figuræ



guræ latera B A, A N. oportet autem hoc ſcire etiam ob commodam figurarum deſcriptionem. nam cum inæquales ſint A B, Δ E diametri (in ſolo enim circulo ſunt æquales) conſtat rectam, quæ minori earum ad rectos angulos ducitur, ut hoc in loco Δ Z, eo quod ſit tertia proportionalis ipſis Δ E, A B, utravis majorem eſſe: eam vero, quæ ad angulos rectos ducitur majori ut A N, eo quod ſit tertia proportionalis ipſis A B, Δ E, utravis eſſe minorem; ita ut quatuor continue proportionales ſint, ut enim A N ad Δ E ſic eſt Δ E ad A B & A B ad Δ Z.

τῶν εἴδους πλευρῶν. δεῖ δὲ εἰδέναι καὶ τοῦτο, διὰ τὸ εὔχρηστον τῶν καταγραφῶν. ἐπεὶ γὰρ ἄνισοί εἰσιν αἱ Α Β, Δ Β διάμετροι, ἐν μόνῳ γὰρ κύκλῳ εἰσὶν ἴσαι, δῆλον ὅτι ἡ μὲν πρὸς ὀρθὰς ἀγομένη τῇ ἐλάσσονι αὐτῶν, ὡς ἐνταῦθα ἡ Δ Ζ, ἅτε τρίτη ἀνάλογον οὖσα τῶν Δ Ε, Α Β, μείζων ἐστὶν ἀμφοῖν· ἡ δὲ πρὸς ὀρθὰς ἀγομένη τῇ μείζονι, ὡς ἐνταῦθα ἡ Α Ν, διὰ τὸ τρίτην ἀνάλογον εἶναι τῶν Α Β, Δ Ε, ἐλάσσων ἐστὶν ἀμφοῖν· ὥστε καὶ συνεχῶς εἶναι τὰς τέσσαρας ἀνάλογον, ὡς γὰρ ἡ Α Ν πρὸς Δ Ε ἡ Δ Ε πρὸς Α Β καὶ ἡ Α Β πρὸς Δ Ζ.

## PROP. XVII. *Theor.*

Si in coni ſectione à vertice ipſius ducatur recta linea parallela ordinatim applicatæ: extra ſectionem cadet.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιζ'.

Ἐὰν ἐν κώνου τομῇ ἀπὸ τῆς κορυφῆς τῆς τομῆς ἀχθῇ εὐθεῖα παρὰ τεταγμένως κατηγμένην· ἐκτὸς πεσεῖται τῆς τομῆς.

SIT coni ſectio, cujus diameter A B: dico rectam, quæ à vertice, hoc eſt à puncto A, ducitur parallela ei quæ ordinatim applicatur, extra ſectionem cadere.

Si enim fieri poteſt, cadat intra, ut A Γ. quoniam igitur in coni ſectione ſumptum eſt quoddam punctum Γ; recta, quæ ab ipſo Γ intra ſectionem ducitur, ordinatim applicatæ parallela, [per 7. huj.] diametro A B occurrit, atque ab ipſa bifariam ſecatur: quare A Γ producta bifariam ſecabitur à recta A B; quod eſt abſurdum: A Γ enim producta [per 10. huj.] extra ſectionem cadit. non igitur recta, quæ à puncto A ducitur ordinatim applicatæ parallela, cadet intra ſectionem: ergo extra cadet; & propterea ſectionem ipſam neceſſario continget.




ΕΣΤΩ κώνου τομή, ἧς διάμετρος ἡ Α Β· λέγω ὅτι ἡ ἀπὸ τῆς κορυφῆς, τουτέστι τοῦ Α σημείου, παρὰ τεταγμένως κατηγμένην ἀγομένη εὐθεῖα ἐκτὸς πεσεῖται τῆς τομῆς.

Εἰ γὰρ δυνατόν, πιπτέτω ἐντός, ὡς ἡ Α Γ. ἐπεὶ οὖν ἐν κώνου τομῇ εἴληπται τυχὸν σημεῖον τὸ Γ· ἡ ἄρα ἀπὸ τοῦ Γ σημείου ἐντὸς τῆς τομῆς ἀγομένη παρὰ τεταγμένως κατηγμένην συμβαλεῖ τῇ Α Β διαμέτρῳ, καὶ δίχα τμηθήσεται ὑπ' αὐτῆς· ἡ Α Γ ἄρα ἐκβαλλομένη δίχα τμηθήσεται ὑπὸ τῆς Α Β, ὅπερ ἄτοπον· ἐκβαλλομένη γὰρ ἡ Α Γ ἐκτὸς πίπτει τῆς τομῆς. οὐκ ἄρα ἡ ἀπὸ τοῦ Α σημείου παρὰ τεταγμένως κατηγμένην ἀγομένη εὐθεῖα ἐντὸς πεσεῖται τῆς γραμμῆς· ἐκτὸς ἄρα πεσεῖται, διόπερ ἐφάπτεται τῆς τομῆς.

## EUTOCIUS.

*Euclides* in quinto decimo theoremate tertii libri elementorum oſtendit rectam, quæ ab extremitate diametri ad rectos angulos ducitur, cadere extra atque circulum ipſum contingere: *Apollonius* autem hoc loco univerſale quoddam demonſtrat, quod tum tribus coni ſectionibus, tum circulo convenit. hoc enim differt circulus à coni ſectionibus, quod in circulo ordinatim applicatæ perpendiculares ſunt ad diametrum; neque enim aliæ rectæ parallelæ à diametro circuli bifariam dividuntur: at in tribus ſectionibus, perpendiculares non ſemper ducuntur, præterquam ad ſolos axes.

Ὁ μὲν Εὐκλείδης ἐν τῷ δεκάτῳ πέμπτῳ θεωρήματι τοῦ τρίτου βιβλίου τῆς στοιχειώσεως ἔδειξεν, ὅτι ἡ πρὸς ὀρθὰς ἀγομένη ἀπ' ἄκρας τῆς διαμέτρου ἐκτός τε πίπτει καὶ ἐφάπτεται τοῦ κύκλου· ὁ δὲ Ἀπολλώνιος ἐν τούτῳ καθολικόν τι δεικνὺς δυνάμενον ἐφαρμόσαι ταῖς τρισὶ τοῦ κώνου τομαῖς καὶ τῷ κύκλῳ. τούτῳ γὰρ διαφέρει ὁ κύκλος τῶν τοῦ κώνου τομῶν, ὅτι ἐπ' ἐκείνου μὲν αἱ τεταγμέναι πρὸς ὀρθὰς ἄγονται τῇ διαμέτρῳ, οὐδὲ γὰρ ἄλλαι εὐθεῖαι παράλληλοι ἑαυταῖς ὑπὸ τῆς διαμέτρου τοῦ κύκλου διχοτομοῦνται· ἐπὶ δὲ τῶν τριῶν τομῶν οὐ πάντως πρὸς ὀρθὰς ἄγονται, εἰ μὴ ἐπὶ μόνους τοὺς ἄξονας.

## PROP. XVIII. *Theor.*

Si recta linea coni ſectioni occurrat, productaque in utramque partem extra ſectionem cadat; ſumatur autem aliquod punctum intra ſectionem, & per ipſum ei quæ ſectioni occurrit parallela ducatur: ducta recta & producta ex utraque parte ſectioni occurret.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιη'.

Ἐὰν κώνου τομῇ εὐθεῖα συμπίπτουσα, ἐκβαλλομένη ἐφ' ἑκάτερα ἐκτὸς πίπτῃ τῆς τομῆς, ληφθῇ δέ τι σημεῖον ἐντὸς τῆς τομῆς, καὶ δι' αὐτοῦ παράλληλος ἀχθῇ τῇ συμπιπτούσῃ· ἡ ἀχθεῖσα ἐκβαλλομένη ἐφ' ἑκάτερα συμπεσεῖται τῇ τομῇ.

SIT coni ſectio, atque ipſi occurrens recta A B Z, quæ producta in utramque partem extra ſectionem cadat; ſumpto autem intra ſe-

ΕΣΤΩ κώνου τομή, καὶ συμπίπτουσα αὐτῇ ἡ Α Β Ζ εὐθεῖα, καὶ ἐκβαλλομένη ἐφ' ἑκάτερα ἐκτὸς πιπτέτω τῆς τομῆς, καὶ εἰλήφθω τι σημεῖον ἐντὸς τῆς τομῆς

τομῆς τὸ Γ, καὶ διὰ τοῦ Γ τῇ Α Ζ Β παράλληλος ἤχθω ἡ Γ Δ· λέγω ὅτι ἡ Γ Δ ἐκβαλλομένη ἐφ' ἑκάτερα συμπεσεῖται τῇ τομῇ.

Εἰλήφθω γάρ τι σημεῖον ἐπὶ τῆς τομῆς τὸ Ε, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ Ε Ζ. καὶ ἐπεὶ παράλληλός ἐστιν ἡ Α Β τῇ Γ Δ, καὶ τῇ Α Β συμπίπτει τις εὐθεῖα ἡ Ε Ζ, καὶ ἡ Γ Δ ἄρα ἐκβαλλομένη συμπεσεῖται τῇ Ε Ζ. καὶ εἰ μὲν μεταξὺ τῶν Ε, Ζ, φανερὸν ὅτι καὶ τῇ τομῇ συμπίπτει· ἐὰν δὲ ἐκτὸς τοῦ Ε σημείου, πρότερον τῇ τομῇ συμπεσεῖται. ἡ ἄρα Γ Δ ἐκβαλλομένη, ὡς ἐπὶ τὰ Δ μέρη, συμπίπτει τῇ τομῇ. ὁμοίως δὴ δείξομεν, ὅτι καὶ ὡς ἐπὶ Γ ἐκβαλλομένη συμπίπτει· ἡ Γ Δ ἄρα ἐκβαλλομένη ἐφ' ἑκάτερα συμπεσεῖται τῇ τομῇ.





ctionem puncto aliquo Γ; per Γ ipsi A Z B parallela ducatur Γ Δ: dico Γ Δ productam ex utraque parte sectioni occurrere.

Sumatur enim aliquod punctum in ipsa sectione, quod sit E, & jungatur E Z. & quoniam recta A B rectæ Γ Δ est parallela, ipsique A B occurrit recta E Z, Γ Δ quoq; producta ipsi E Z occurret. & siquidem cadat [ut in fig. 1.] inter E, Z puncta, perspicuum est ipsam sectioni occurrere; si vero [ut in fig. 2.] extra E, sectioni prius occurret: ergo Γ Δ producta, ut ad partes Δ, occurrit sectioni. similiter demonstrabitur, & ut ad partes Γ eidem occurrere: recta igitur Γ Δ producta ex utraque parte sectioni occurret.

## EUTOCIUS.

Ἐν τισὶν ἀντιγράφοις τὸ θεώρημα τοῦτο ἐπὶ μόνης παραβολῆς καὶ ὑπερβολῆς ἐστι. κάλλιον δὲ καθολικώτερον ἔχειν τὴν πρότασιν, εἰ καὶ ὅτι ἐπὶ τῆς ἐλλείψεως ἐν ἐκείνοις ὡς ἐκ ἀμφίβολον παραλέλειπται· ἡ γὰρ Γ Δ, ἐντὸς οὖσα τῆς τομῆς πεπερασμένης οὔσης, καὶ αὐτὴ ἐκβαλλομένη κατ' ἀμφότερα τέμνει τὴν τομήν. δεῖ δὲ ἐπιστῆσαι, ὅτι, κἂν ἡ Α Ζ Β τέμνῃ τὴν τομήν, ἡ αὐτὴ ἀπόδειξις ἁρμόζει.

In aliquibus exemplaribus hoc theorema in parabola & hyperbola tantummodo propositum ostendit. sed tamen præstat propositionem universaliorem esse; quamquam de ellipsi, ut minime dubium, in illis prætermissum videri potest; nam recta Γ Δ, intra sectionem terminatam existens, si producatur ex utraque parte, necessario ipsam secabit. sciendum autem est eandem congruere demonstrationem, etiam si A Z B secet ipsam sectionem.

### ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιθʹ.

Ἐν πάσῃ κώνου τομῇ, ἥτις ἂν ἀπὸ τῆς διαμέτρου παρὰ τεταγμένως κατηγμένη ἀχθῇ, συμπεσεῖται τῇ τομῇ.

Ἔστω κώνου τομή, ἧς διάμετρος ἡ Α Β, καὶ εἰλήφθω τι σημεῖον ἐπὶ τῆς διαμέτρου τὸ Β, καὶ διὰ τοῦ Β παρὰ τεταγμένως κατηγμένην ἤχθω ἡ Β Γ· λέγω ὅτι ἡ Β Γ ἐκβαλλομένη συμπεσεῖται τῇ τομῇ.

Εἰλήφθω γάρ τι σημεῖον ἐπὶ τῆς τομῆς τὸ Δ, ἔστι δὲ καὶ τὸ Α ἐπὶ τῆς τομῆς· ἡ ἄρα ἀπὸ τοῦ Α ἐπὶ τὸ Δ ἐπιζευγνυμένη εὐθεῖα ἐντὸς πεσεῖται τῆς τομῆς. καὶ ἐπεὶ ἡ ἀπὸ τοῦ Α παρὰ τεταγμένως κατηγμένην ἀγομένη εὐθεῖα ἐκτὸς πίπτει τῆς τομῆς, καὶ συμπίπτει αὐτῇ ἡ Α Δ, καὶ ἔστι τῇ κατηγμένῃ παράλληλος ἡ Β Γ· καὶ ἡ Β Γ ἄρα συμπεσεῖται τῇ Α Δ. καὶ εἰ μὲν μεταξὺ τῶν Α, Δ σημείων, φανερὸν ὅτι καὶ τῇ τομῇ συμπεσεῖται. εἰ δὲ ἐκτὸς τοῦ Δ, ὡς κατὰ τὸ Ε, πρότερον τῇ τομῇ συμπεσεῖται. ἡ ἄρα ἀπὸ τοῦ Β παρὰ τεταγμένως κατηγμένην ἀγομένη εὐθεῖα συμπεσεῖται τῇ τομῇ.





### PROP. XIX. *Theor.*

**In omni sectione coni, recta linea, quæ à diametro ducitur ordinatim applicatæ parallela, cum sectione conveniet.**

SIT coni sectio, cujus diameter A B, sumaturque aliquod punctum B in diametro; & per B ducatur B Γ parallela ordinatim applicatæ: dico B Γ productam cum sectione convenire.

Sumatur enim quodlibet punctum Δ in sectione; est autem & punctum A in sectione: ergo [per 10. huj.] à puncto A ad Δ ducta recta intra sectionem cadet. & quoniam [per 17. huj.] quæ ab A ducta est ordinatim applicatæ parallela, cadit extra sectionem, & cum ipsa convenit recta A Δ, itemque B Γ parallela est ordinatim applicatæ: sequitur quod B Γ etiam cum A Δ conveniet. & si quidem convenit inter puncta A, Δ; perspicuum est eam cum sectione quoque convenire. si vero extra Δ, ut ad punctum E, prius conveniet cum sectione. ergo recta linea, quæ à puncto B ducitur ordinatim applicatæ parallela, cum sectione conveniet.

### Prop. XX. *Theor.*

Si in parabola duæ rectæ à sectione ad diametrum ordinatim applicentur: ut eorum quadrata inter sese, ita erunt & rectæ, quæ ab ipsis ex diametro ad verticem abscinduntur.

### ΠΡΟΤΑΣΙΣ κ'.

Ἐὰν ἐν παραβολῇ ἀπὸ τῆς τομῆς καταχθῶσι δύο εὐθεῖαι ἐπὶ τὴν διάμετρον τεταγμένως· ἔσται ὡς τὰ ἀπ' αὐτῶν τετράγωνα πρὸς ἄλληλα, οὕτως αἱ ἀποτεμνόμεναι ὑπ' αὐτῶν ἀπὸ τῆς διαμέτρου πρὸς τῇ κορυφῇ τῆς τομῆς.

SIT parabola, cujus diameter AB; & in ipsa sumantur puncta quæpiam Γ, Δ, à quibus ad AB ordinatim applicentur ΓE, ΔZ: dico ZA ad ipsam AE ita esse ut quadratum rectæ ΔZ ad quadratum rectæ ΓE.




Sit enim AH, juxta quam possunt ordinatim applicatæ; erit [per 11. huj.] quadratum ex ΔZ rectangulo ZAH æquale. at quadratum ex ΓE æquale rectangulo EAH: quare ut quadratum ex ΔZ ad quadratum ex ΓE ita rectangulum ZAH ad rectangulum EAH. ut autem rectangulum ZAH ad rectangulum EAH, ita [per 1.6.] linea ZA ad lineam AE: ergo ut quadratum ex ΔZ ad quadratum ex ΓE, ita erit ZA ad AE.

ΕΣΤΩ παραβολή, ἧς διάμετρος ἡ AB, καὶ εἰλήφθω τινὰ σημεῖα ἐπ' αὐτῆς τὰ Γ, Δ, καὶ ἀπ' αὐτῶν Γ, Δ τεταγμένως κατήχθωσαν ἐπὶ τὴν AB αἱ ΓE, ΔZ· λέγω ὅτι ἐστὶν ὡς τὸ ἀπὸ ΔZ πρὸς τὸ ἀπὸ ΓE, οὕτως ἡ ZA πρὸς AE.

Ἔστω γὰρ παρ' ἣν δύνανται αἱ τεταγμένως καταγόμεναι ἡ AH· ἴσον ἄρα ἐστὶ τὸ μὲν ἀπὸ τῆς ΔZ τῷ ὑπὸ ZAH. τὸ δὲ ἀπὸ τῆς ΓE ἴσον τῷ ὑπὸ τῶν EAH· ἔστιν ἄρα ὡς τὸ ἀπὸ ΔZ πρὸς τὸ ἀπὸ ΓE, οὕτως τὸ ὑπὸ ZAH πρὸς τὸ ὑπὸ EAH. ὡς δὲ τὸ ὑπὸ ZAH πρὸς τὸ ὑπὸ EAH, οὕτως ἡ ZA πρὸς AE· καὶ ὡς ἄρα τὸ ἀπὸ ΔZ πρὸς τὸ ἀπὸ ΓE, οὕτως ἡ ZA πρὸς AE.

## EUTOCIUS.

Ab hoc theoremate incipiens *Apollonius* deinceps in omnibus accidentia, quæ ipsi parabolæ insunt & non alii cuipiam, ostendit: sicut plerumque eadem hyperbolæ, ellipsi, & circulo convenire demonstrat. Quoniam autem non inutile visum est iis qui mechanica tradunt, ob instrumentorum penuriam, sæpenumero per continuata puncta coni sectiones in plano describere: ex hoc theoremate suppeditatur modus sumendi ea puncta continuata, per quæ parabola regulæ adminiculo designabitur. si enim exponamus rectam ut AB, & in ea sumamus puncta continuata E, Z, à quibus ad rectos angulos ipsi AB rectas EΓ, ZΔ ducamus *, sumpto in EΓ quolibet puncto Γ, longius quidem ab E si latiorem parabolam facere libuerit, si vero angustiorem propius; & fiat ut AE ad AZ ita quadratum ex EΓ ad quadratum ex ZΔ: puncta Γ, Δ in sectione erunt. Pari modo sumentur & alia puncta per quæ parabola describetur.

Ἀπὸ τούτου τοῦ θεωρήματος ἀρχόμενος ἐφεξῆς ἐν πᾶσι τὰ συμπτώματα τῆς παραβολῆς αὐτῇ δείκνυσιν ὑπάρχοντα καὶ οὐκ ἄλλῃ τινί· ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τῇ ὑπερβολῇ, καὶ τῇ ἐλλείψει, καὶ τῷ κύκλῳ τὰ αὐτὰ δείκνυσιν ὑπάρχοντα. Ἐπεὶ δὲ οὐκ ἄχρηστον φαίνεται τοῖς τὰ μηχανικὰ γράφουσι, διὰ τὴν ἀπορίαν τῶν ὀργάνων, καὶ πολλάκις διὰ συνεχῶν σημείων γράφειν τὰς τοῦ κώνου τομὰς ἐν ἐπιπέδῳ, διὰ τούτου τοῦ θεωρήματός ἐστι πορίσασθαι συνεχῆ σημεῖα, δι' ὧν γραφήσεται ἡ παραβολὴ κανόνος παραθέσει. ἐὰν γὰρ ἐκθῶμαι εὐθεῖαν, ὡς τὴν AB, καὶ ἐπ' αὐτῆς λάβω συνεχῆ σημεῖα, ὡς τὰ E, Z, καὶ ἀπ' αὐτῶν πρὸς ὀρθὰς τῇ AB, καὶ ποιήσω ὡς τὰς EΓ, ZΔ, λαβὼν ἐπὶ τῆς EΓ τυχὸν σημεῖον τὸ Γ, εἰ μὲν εὐρυτέραν βουληθείην ποιῆσαι παραβολὴν, πόρρω τοῦ E, εἰ δὲ στενοτέραν, ἐγγύτερον, καὶ ποιήσω ὡς τὴν AE πρὸς AZ οὕτως τὸ ἀπὸ EΓ πρὸς τὸ ἀπὸ ZΔ· τὰ Γ, Δ σημεῖα ἐπὶ τῆς τομῆς ἔσται. ὁμοίως δὲ καὶ ἄλλα ληψόμεθα δι' ὧν γραφήσεται ἡ παραβολή.

### Prop. XXI. *Theor.*

Si in hyperbola, vel ellipsi, vel circuli circumferentia rectæ lineæ ordinatim ad diametrum applicentur: erunt quadrata earum ad spatia contenta sub rectis, quæ inter ipsas & vertices transversi lateris figuræ interjiciuntur, ut figuræ rectum latus ad transversum inter sese vero, ut spatia quæ interjectis, ut diximus, rectis continentur.

### ΠΡΟΤΑΣΙΣ κα'.

Ἐὰν ἐν ὑπερβολῇ, ἢ ἐλλείψει, ἢ κύκλου περιφερείᾳ εὐθεῖαι ἀχθῶσι τεταγμένως ἐπὶ τὴν διάμετρον· ἔσται τὰ ἀπ' αὐτῶν τετράγωνα πρὸς μὲν τὰ περιεχόμενα χωρία ὑπὸ τῶν ἀπολαμβανομένων ὑπ' αὐτῶν πρὸς τοῖς πέρασι τῆς πλαγίας πλευρᾶς τοῦ εἴδους, ὡς τοῦ εἴδους ἡ ὀρθία πλευρὰ πρὸς τὴν πλαγίαν πρὸς ἄλληλα δὲ, ὡς τὰ περιεχόμενα χωρία ὑπὸ τῶν, ὡς εἴρηται, ἀπολαμβανομένων εὐθειῶν.

* Non opus est ut rectæ EΓ, ZΔ, &c. sint ad rectos angulos ipsi AB, sufficit ut sint inter se parallelæ.

Ἔστω

ΕΣΤΩ ὑπερβολὴ, ἢ ἔλλειψις, ἢ κύκλου περιφέρεια, ἧς διάμετρος μὲν ἡ ΑΒ, παρ' ἣν δὲ δύνανται αἱ καταγόμεναι ἡ ΑΓ, καὶ κατήχθωσαν ἐπὶ τὴν διάμετρον τεταγμένως αἱ ΔΕ, ΖΗ· λέγω ὅτι ἐστὶν ὡς μὲν τὸ ἀπὸ τῆς ΖΗ πρὸς τὸ ὑπὸ τῶν ΑΗΒ οὕτως ἡ ΑΓ πρὸς ΑΒ, ὡς δὲ τὸ ἀπὸ τῆς ΖΗ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς ΔΕ οὕτω τὸ ὑπὸ τῶν ΑΗΒ πρὸς τὸ ὑπὸ τῶν ΑΕΒ.

Επεζεύχθω γὰρ ἡ ΒΓ διορίζουσα τὸ εἶδος, καὶ διὰ τῶν Ε, Η τῇ ΑΓ παράλληλοι ἤχθωσαν αἱ ΕΘ, ΗΚ· ἴσον ἄρα ἐστὶ τὸ μὲν ἀπὸ τῆς ΖΗ τῷ ὑπὸ ΚΗΑ, τὸ δὲ ἀπὸ τῆς ΔΕ τῷ ὑπὸ ΘΕΑ. καὶ ἐπεί ἐστιν ὡς ἡ ΚΗ πρὸς ΗΒ οὕτως ἡ ΓΑ πρὸς ΑΒ, ὡς δὲ ἡ ΚΗ πρὸς ΗΒ, τῆς ΑΗ κοινοῦ ὕψους λαμβανομένης, οὕτως τὸ ὑπὸ ΚΗΑ

SIT hyperbola, vel ellipsis, vel circuli circumferentia, cujus diameter AB, recta autem juxta quam possunt applicatæ ΑΓ, & ad diametrum applicentur ordinatim ΔΕ, ΖΗ: dico ut quadratum ex ΖΗ ad rectangulum ΑΗΒ, ita esse ΑΓ ad ΑΒ; ut vero quadratum ex ΖΗ ad quadratum ex ΔΕ, ita rectangulum ΑΗΒ ad rectangulum ΑΕΒ.

Jungatur enim ΒΓ figuram determinans, & per Ε, Η puncta ipsi ΑΓ parallelæ ducantur ΕΘ, ΗΚ: quadratum igitur ex ΖΗ æquale est [per 12, aut 13. huj.] rectangulo ΚΗΑ, & quadratum ex ΔΕ rectangulo ΘΕΑ. quoniam autem ut ΚΗ ad ΗΒ, ita est [per 4.6.] ΓΑ ad ΑΒ; & ut ΚΗ ad ΗΒ sumptâ ΑΗ communi altitudine, ita [per 1. 6.] rectangulum ΚΗΑ ad rectangulum




πρὸς τὸ ὑπὸ ΒΗΑ· ὡς ἄρα ἡ ΓΑ πρὸς ΑΒ οὕτως τὸ ὑπὸ ΚΗΑ, τουτέστι τὸ ἀπὸ ΖΗ, πρὸς τὸ ὑπὸ ΒΗΑ. διὰ τὰ αὐτὰ δὴ ἔσται καὶ ὡς τὸ ἀπὸ ΔΕ πρὸς τὸ ὑπὸ ΒΕΑ, οὕτως ΓΑ πρὸς ΑΒ· καὶ ὡς ἄρα τὸ ἀπὸ τῆς ΖΗ πρὸς τὸ ὑπὸ ΒΗΑ, οὕτως τὸ ἀπὸ ΔΕ πρὸς τὸ ὑπὸ ΒΕΑ· καὶ ἐναλλὰξ ὡς τὸ ἀπὸ ΖΗ πρὸς τὸ ἀπὸ ΔΕ, οὕτως τὸ ὑπὸ ΒΗΑ πρὸς τὸ ὑπὸ ΒΕΑ.

ΒΗΑ: erit [per 11.5.] ut ΓΑ ad ΑΒ, ita rectangulum ΚΗΑ (hoc est quadratum ex ΖΗ) ad rectangulum ΒΗΑ. eadem ratione demonstrabitur etiam ut quadratum ex ΔΕ ad rectangulum ΒΕΑ, ita ΓΑ ad ΑΒ: ergo [per 11.5.] ut quadratum ex ΖΗ ad rectangulum ΒΗΑ, ita quadratum ex ΔΕ ad ΒΕΑ rectangulum; & permutando, ut quadratum ex ΖΗ ad quadratum ex ΔΕ, ita rectangulum ΒΗΑ ad rectangulum ΒΕΑ.

## EUTOCIUS.

Τὸ θεώρημα σαφῶς ἔκκειται, καὶ πτῶσιν οὐκ ἔχει. δεῖ μέντοι ἐπιστῆσαι, ὅτι ἡ παρ' ἣν δύνανται, τουτέστιν ὀρθία πλευρὰ, ἐπὶ τοῦ κύκλου ἴση ἐστὶ τῇ διαμέτρῳ. εἰ γάρ ἐστιν ὡς τὸ ἀπὸ ΔΕ πρὸς τὸ ὑπὸ ΑΕΒ οὕτως ἡ ΓΑ πρὸς ΑΒ, ἴσον δὲ τὸ ἀπὸ ΔΕ τῷ ὑπὸ ΑΕΒ ἐπὶ τοῦ κύκλου· ἴση ἄρα καὶ ἡ ΓΑ τῇ ΑΒ. δεῖ δὲ καὶ τοῦτο εἰδέναι, ὅτι αἱ καταγόμεναι ἐν τῇ τοῦ κύκλου περιφερείᾳ πρὸς ὀρθάς εἰσι πάντως τῇ διαμέτρῳ, καὶ ἐπ' εὐθείας γίνονται ταῖς παραλλήλοις τῇ ΑΓ.

Διὰ δὲ τούτου τοῦ θεωρήματος, τῷ αὐτῷ τρόπῳ τοῖς ἐπὶ τῆς παραβολῆς εἰρημένοις προσέχοντες, γράφομεν ὑπερβολὴν καὶ ἔλλειψιν κανόνος παραθέσει. ἐκκείσθω γὰρ εὐθεῖα ἡ ΑΒ, καὶ προσεκβεβλήσθω ἐπ' ἄπειρον ἐπὶ τὸ Η, καὶ ἀπὸ τοῦ Α ταύτῃ πρὸς ὀρθὰς ἤχθω ἡ ΑΓ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΒΓ καὶ ἐκβεβλήσθω, καὶ εἰλήφθω τινὰ σημεῖα ἐπὶ τῆς ΑΗ τὰ Ε, Η, καὶ ἀπὸ τῶν Ε, Η τῇ ΑΓ παράλληλοι ἤχθωσαν αἱ ΕΘ, ΗΚ, καὶ γινέσθω τὸ μὲν ὑπὸ ΑΗΚ ἴσον τῷ ἀπὸ ΖΗ, τὸ δὲ ὑπὸ ΑΕΘ ἴσον τῷ ἀπὸ ΔΕ· διὰ γὰρ τῶν Α, Δ, Ζ ἥξει ἡ ὑπερβολή. ὁμοίως δὲ κατασκευάσομεν καὶ τὰ ἐπὶ τῆς ἐλλείψεως.

Theorema manifeste exponitur, & casum non habet. oportet autem scire lineam juxta quam possunt, videlicet rectum figuræ latus, in circulo quidem diametro æquale esse. quoniam enim ut quadratum ex ΔΕ ad rectangulum ΑΕΒ ita est ΓΑ ad ΑΒ; quadratum autem ex ΔΕ rectangulo ΑΕΒ in circulo est æquale; sequitur quod & ΓΑ æqualis sit ipsi ΑΒ. Sed illud quoque sciendum est, lineas, quæ in circuli circumferentia ordinatim applicantur, ad diametrum perpendiculares esse, atque in iisdem rectis lineis in quibus sunt parallelæ ipsi ΑΓ.

Per hoc autem theorema, eo modo quo dictum est in parabola, hyperbolam & ellipsim regulæ adminiculo describemus. exponatur enim recta linea ΑΒ, & in infinitum producatur ad Η; à puncto autem Α ad rectos angulos ipsi ΑΒ ducatur ΑΓ: junctaque ΒΓ & producta, sumantur in linea ΑΗ puncta quædam Ε, Η, & à punctis Ε, Η ipsi ΑΓ parallelæ ducantur ΕΘ, ΗΚ, & fiat ΑΗΚ rectangulum æquale quadrato ex ΖΗ, & rectangulum ΑΕΘ æquale ipsi quadrato ex ΔΕ; & transibit hyperbola per puncta Α, Δ, Ζ. similiter eadem & in ellipsi construemus.

PROP.

### Prop. XXII. *Theor.*

**Si parabolam vel hyperbolam recta linea in duobus punctis ſecet, non conveniens cum diametro ſectionis intra ſectionem: producta cum eadem diametro extra ſectionem conveniet.**

SIT parabola, vel hyperbola, cujus diameter A B; & ſecet quæpiam recta linea ſectionem in duobus punctis Γ, Δ: dico rectam Γ Δ productam convenire cum ipſa A B extra ſectionem.

Applicentur enim à punctis Γ, Δ ordinatim rectæ Γ E, Δ B, & ſit primum ſectio parabola. quoniam igitur in parabola, ut quadratum ex Γ E ad quadratum ex Δ B, ita eſt [per 20. huj.] E A ad A B; major autem E A quam A B: erit quadratum ex Γ E quadrato ex Δ B majus; quare & linea Γ E major ipſa Δ B. & ſunt inter ſeſe parallelæ: ergo recta Γ Δ producta cum diametro A B extra ſectionem conveniet. ſed ſit ſectio hyperbola. itaq; quoniam [per 21. huj.] in hyberbola ut quadratum ex Γ E ad quadratum ex Δ B, ita eſt rectangulum Z E A ad rectangulum Z B A; quadratum ex Γ E majus erit quadrato ex Δ B. & ſunt parallelæ: igitur Γ Δ producta cum diametro ſectionis extra ſectionem conveniet.




### ΠΡΟΤΑΣΙΣ κβ'.

**Ἐὰν παραβολὴν ἢ ὑπερβολὴν εὐθεῖα τέμνῃ κατὰ δύο σημεῖα, μὴ συμπίπτουσα τῇ διαμέτρῳ τῆς τομῆς ἐντὸς τῆς τομῆς· συμπεσεῖται ἐκβαλλομένη τῇ διαμέτρῳ τῆς τομῆς ἐκτὸς τῆς τομῆς.**

ΕΣΤΩ παραβολὴ ἢ ὑπερβολὴ, ἧς διάμετρος ἡ A B, καὶ τεμνέτω τις εὐθεῖα τὴν τομὴν κατὰ δύο σημεῖα τὰ Γ, Δ, μὴ συμπίπτουσα τῇ διαμέτρῳ ἐντός· λέγω ὅτι ἡ Γ Δ ἐκβαλλομένη συμπεσεῖται ἐκτὸς τῆς τομῆς τῇ A B.

Κατήχθωσαν ἀπὸ τῶν Γ, Δ τεταγμένως αἱ Γ E, Δ B, ἔστω δὲ πρῶτον ἡ τομὴ παραβολή. ἐπεὶ οὖν ἐν τῇ παραβολῇ ἐστιν ὡς τὸ ἀπὸ τῆς Γ E πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς Δ B οὕτως ἡ E A πρὸς A B, μείζων δὲ ἡ E A τῆς A B· μεῖζον ἄρα καὶ τὸ ἀπὸ τῆς Γ E τοῦ ἀπὸ τῆς Δ B, ὥστε καὶ ἡ Γ E τῆς Δ B μείζων ἐστί. καί εἰσι παράλληλοι· ἡ Γ Δ ἄρα ἐκβαλλομένη συμπεσεῖται τῇ A B διαμέτρῳ ἐκτὸς τῆς τομῆς. ἀλλὰ δὲ ἔστω ὑπερβολή. ἐπεὶ οὖν ἐν τῇ ὑπερβολῇ ἐστιν ὡς τὸ ἀπὸ τῆς Γ E πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς Δ B, οὕτως τὸ ὑπὸ Z E A πρὸς τὸ ὑπὸ Z B A· μεῖζον ἄρα καὶ τὸ ἀπὸ τῆς Γ E τοῦ ἀπὸ τῆς Δ B. καί εἰσι παράλληλοι· ἡ Γ Δ ἄρα ἐκβαλλομένη συμπεσεῖται τῇ διαμέτρῳ τῆς τομῆς ἐκτὸς τῆς τομῆς.




### Prop. XXIII. *Theor.*

**Si ellipſim recta linea ſecet inter duas diametros ſita: producta cum utraque earum extra ſectionem conveniet.**

SIT ellipſis, cujus diametri A B, Γ Δ; & ſecet quædam recta ſectionem, videlicet ipſa E Z, inter duas diametros A B, Γ Δ interjecta: dico E Z productam convenire cum utraque earum extra ſectionem.

Applicentur enim à punctis E, Z ordinatim ad diametrum quidem A B rectæ H E, Z Θ; ad Δ Γ vero E K, Z Λ: eſt igitur [per 21. huj.] ut quadratum ex E H ad quadratum ex Z Θ, ita rectangulum B H A ad rectangulum B Θ A. ut autem quadratum ex Z Λ ad quadratum ex E K, ita rectangulum Δ Λ Γ ad




### ΠΡΟΤΑΣΙΣ κγ'.

**Ἐὰν ἔλλειψιν εὐθεῖα τέμνῃ μεταξὺ κειμένη τῶν διαμέτρων ἐκβαλλομένη συμπεσεῖται ἑκατέρᾳ τῶν διαμέτρων ἐκτὸς τῆς τομῆς.**

ΕΣΤΩ ἔλλειψις, ἧς διάμετροι A B, Γ Δ, καὶ τεμνέτω τις εὐθεῖα τὴν τομὴν ἡ E Z μεταξὺ κειμένη τῶν A B, Γ Δ διαμέτρων· λέγω ὅτι ἡ E Z ἐκβαλλομένη συμπεσεῖται ἑκατέρᾳ τῶν A B, Γ Δ ἐκτὸς τῆς τομῆς.

Κατήχθωσαν γὰρ ἀπὸ τῶν E, Z τεταγμένως ἐπὶ μὲν A B αἱ H E, Z Θ, ἐπὶ δὲ τὴν Δ Γ αἱ E K, Z Λ· ἔστιν ἄρα ὡς μὲν τὸ ἀπὸ τῆς E H πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς Z Θ, οὕτως τὸ ὑπὸ B H A πρὸς τὸ ὑπὸ B Θ A. ὡς δὲ τὸ ἀπὸ Z Λ πρὸς τὸ ἀπὸ E K, οὕτως τὸ ὑπὸ Δ Λ Γ πρὸς τὸ ὑπὸ Δ K Γ, ΔΚΓ, καὶ ἔστι τὸ μὲν ὑπὸ ΒΗΑ μεῖζον τοῦ ὑπὸ ΒΘΑ, ἔγγιον γὰρ τὸ Η τῆς τῆς διχοτομίας, τὸ δὲ ὑπὸ ΔΛΓ τοῦ ὑπὸ ΔΚΓ μεῖζον· μεῖζον ἄρα καὶ τὸ μὲν ἀπὸ τῆς ΗΕ τοῦ ἀπὸ ΖΘ. τὸ δὲ ἀπὸ ΖΛ τοῦ ἀπὸ ΕΚ μεῖζόν ἐστι· μείζων ἄρα καὶ ἡ μὲν ΗΕ τῆς ΖΘ, ἡ δὲ ΖΛ τῆς ΕΚ. καὶ ἔστι παράλληλος ἡ μὲν ΗΕ τῇ ΖΘ, ἡ δὲ ΖΛ τῇ ΕΚ· ἡ ΕΖ ἄρα ἐκβαλλομένη συμπεσεῖται ἑκατέρᾳ τῶν ΑΒ, ΓΔ διαμέτρων ἐκτὸς τῆς τομῆς.

rectangulum ΔΚΓ, atque est [per 5. 2.] rectangulum ΒΗΑ majus rectangulo ΒΘΑ; etenim Η propius accedit ad punctum quo diameter ΑΒ bifariam secatur; & rectangulum ΔΛΓ majus est rectangulo ΔΚΓ: quadratum igitur ex ΗΕ majus est quadrato ex ΖΘ, & quadratum ex ΖΛ majus quadrato ex ΕΚ: idcirco linea ΗΕ major est quam ipsa ΖΘ, & ΖΛ major quam ΕΚ. parallela autem est ΗΕ ipsi ΖΘ, itemque ΖΛ ipsi ΕΚ: ergo ΕΖ producta cum utraque diametro ΑΒ, ΓΔ extra sectionem conveniet.

## EUTOCIUS.

Δεῖ δὲ ἐπιστῆσαι, ὅτι ἐν τῇ προτάσει δύο διαμέτρους λέγει, οὐχ ἁπλῶς τὰς τυχούσας, ἀλλὰ τὰς καλουμένας συζυγεῖς, ὧν ἑκατέρα παρὰ τεταγμένως κατηγμένην ἦκται, καὶ μέσον λόγον ἔχει τῶν εἴδους πλευρῶν τῆς ἑτέρας διαμέτρου, καὶ διὰ τοῦτο δίχα τέμνουσι τὰς ἀλλήλων παραλλήλους, ὡς δέδεικται ἐν τῷ δεκάτῳ πέμπτῳ θεωρήματι. εἰ γὰρ μὴ οὕτως ληφθῇ, συμβήσεται τὴν μεταξὺ εὐθεῖαν τῶν δύο διαμέτρων τῇ ἑτέρᾳ αὐτῶν παράλληλον εἶναι, ὅπερ οὐχ ὑπόκειται. ἐπειδὴ δὲ τὸ Η ἔγγιόν ἐστι τοῦ Μ, τοῦ τῆς διχοτομίας τῆς ΑΒ, ὅπερ τὸ Θ, καὶ ἔστι τὸ μὲν ὑπὸ ΒΗΑ μετὰ τοῦ ἀπὸ ΗΜ ἴσον τῷ ἀπὸ τῆς ΑΜ, τὸ δὲ ὑπὸ ΒΘΑ μετὰ τοῦ ἀπὸ τῆς ΘΜ ἴσον τῷ αὐτῷ, τὸ δὲ ἀπὸ ΘΜ τοῦ ἀπὸ ΗΜ μεῖζον· τὸ ἄρα ὑπὸ ΒΗΑ μεῖζον τοῦ ὑπὸ ΒΘΑ.

Attendendum est in propositione *Apollonium* duas diametros intelligere, non simpliciter quascunque, sed quæ conjugatæ diametri appellantur; quarum utraque ordinatim applicatæ parallela ducitur, mediamque proportionem habet inter latera figuræ alterius diametri; & idcirco rectas invicem parallelas bifariam dividunt, ut in decimo-quinto theoremate est demonstratum. nisi enim ita sit, continget, lineam inter duas diametros inter-mediam alteri ipsarum esse parallelam, quod fieri non potest. quoniam autem Η propius accedit ad Μ medium punctum rectæ ΑΒ quam ipsum Θ, rectangulum quidem ΒΗΑ una cum quadrato ex ΗΜ æquale est quadrato ex ΑΜ, rectangulum vero ΒΘΑ una cum quadrato ex ΘΜ eidem est æquale; & quadratum ex ΘΜ majus est quadrato ex ΗΜ: erit igitur rectangulum ΒΗΑ rectangulo ΒΘΑ majus.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ κδ'.

Ἐὰν παραβολῇ ἢ ὑπερβολῇ εὐθεῖα, καθ' ἓν σημεῖον συμπίπτουσα, ἐκβαλλομένη ἐφ' ἑκάτερα ἐκτὸς πίπτῃ τῆς τομῆς· συμπεσεῖται τῇ διαμέτρῳ.

Ἔστω παραβολὴ ἢ ὑπερβολή, ἧς διάμετρος ἡ ΑΒ, καὶ συμπιπτέτω αὐτῇ εὐθεῖα ἡ ΓΔΕ κατὰ τὸ Δ, καὶ ἐκβαλλομένη ἐφ' ἑκάτερα ἐκτὸς πιπτέτω τῆς τομῆς· λέγω ὅτι συμπεσεῖται τῇ ΑΒ διαμέτρῳ.




Εἰλήφθω γάρ τι σημεῖον ἐπὶ τῆς τομῆς τὸ Ζ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΔΖ· ἡ ΔΖ ἄρα ἐκβαλλομένη συμπεσεῖται τῇ διαμέτρῳ ἐκτὸς τῆς τομῆς. συμπιπτέτω κατὰ τὸ Α, καὶ ἔστι μεταξὺ τῆς τε τομῆς καὶ τῆς ΔΑ ἡ ΔΕ· ἡ ΓΔΕ ἄρα ἐκβαλλομένη συμπεσεῖται τῇ διαμέτρῳ ἐκτὸς τῆς τομῆς.

## PROP. XXIV. *Theor.*

Si parabolæ vel hyperbolæ recta linea, in uno puncto occurrens, producta ex utraque parte extra sectionem cadat: cum diametro conveniet.

SIT parabola vel hyperbola, cujus diameter ΑΒ; occurratque ipsi recta ΓΔΕ in puncto Δ, quæ producta ex utraque parte extra sectionem cadat: dico ΓΔΕ cum diametro ΑΒ convenire.




Sumatur enim aliquod punctum Ζ in sectione; & jungatur ΔΖ: ergo [per 22. hujus] ΔΖ producta conveniet cum diametro extra sectionem. conveniat autem in Α puncto, & recta ΔΕ est inter sectionem & ΔΑ. recta igitur ΓΔΕ producta cum diametro extra sectionem conveniet.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ κε'.

Ἐὰν ἐλλείψει εὐθεῖα συμπίπτουσα μεταξὺ τῶν δύο διαμέτρων, ἐκβαλλομένη ἐφ' ἑκάτερα ἐκτὸς

## PROP. XXV. *Theor.*

Si ellipsi recta linea occurrens inter duas diametros *, producta ex utraque

* Nempe conjugatos ut in XXIII.



parte

parte cadat extra sectionem: cum utraque diametro conveniet.

SIT ellipsis, cujus diametri AB, ΓΔ; & ipsi occurrat recta EZ inter duas diametros in puncto H; & producta in utramque partem extra sectionem cadat: dico EZ cum utraque diametro AB, ΓΔ convenire.




Applicentur enim à puncto H ordinatim ad diametros AB, ΓΔ rectæ HΘ, HK. itaque quoniam HK est parallela ipsi AB, convenit autem quædam EZ cum HK; cum ipsa quoque AB conveniet. eodem modo & EZ cum diametro ΓΔ convenire demonstrabitur.

πίπτῃ τῆς τομῆς· συμπεσεῖται ἑκατέρᾳ τῶν διαμέτρων.

Ἔστω ἔλλειψις, ἧς διάμετροι αἱ ΑΒ, ΓΔ, καὶ ταύτῃ συμπιπτέτω τις εὐθεῖα μεταξὺ τῶν δύο διαμέτρων ἡ ΕΖ κατὰ τὸ Η, καὶ ἐκβαλλομένη ἐφ' ἑκάτερα ἐκτὸς πιπτέτω τῆς τομῆς· λέγω ὅτι ἡ ΕΖ συμπεσεῖται ἑκατέρᾳ τῶν ΑΒ, ΓΔ.

Κατήχθωσαν ἀπὸ τοῦ Η ἐπὶ τὰς ΑΒ, ΓΔ τεταγμένως αἱ ΗΘ, ΗΚ. ἐπεὶ παράλληλός ἐστιν ἡ ΗΚ τῇ ΑΒ, συμπέπτωκε δέ τις τῇ ΗΚ ἡ ΕΖ· καὶ τῇ ΑΒ ἄρα συμπεσεῖται. ὁμοίως δὴ καὶ τῇ ΓΔ συμπεσεῖται ΕΖ.

## Prop. XXVI. *Theor.*

Si in parabola vel hyperbola recta linea ducatur diametro sectionis parallela: in uno tantum puncto cum sectione conveniet.

SIT primum parabola, cujus diameter ABΓ, rectum autem latus AΔ; & ipsi AB parallela ducatur EZ: dico EZ productam cum sectione convenire.

Sumatur enim in ipsa EZ aliquod punctum E, à quo ducatur EH ordinatim applicatæ parallela, & quadrato ex HE majus sit rectangulum ΔAΓ; à puncto autem Γ ordinatim applicetur ΓΘ: ergo [per 11. huj.] quadratum ex ΘΓ æquale est rectangulo ΔAΓ. atque est rectangulum ΔAΓ majus quadrato ex EH: quadratum igitur ex ΘΓ quadrato ex EH majus erit; & idcirco linea ΘΓ major linea EH. & sunt parallelæ inter se: ergo EZ producta secabit ΘΓ; propterea que conveniet cum sectione. conveniat in K. dico in uno tantum puncto K convenire. si enim fieri potest, conveniat etiam in Λ. quoniam igitur parabolam recta linea secat in duobus punctis, si producatur [per 22. huj.] conveniet cum diametro sectionis; quod est absurdum. positum enim est ipsi esse parallelam. ergo EZ producta in uno tantum puncto cum sectione conveniet.




## ΠΡΟΤΑΣΙΣ κϛ'.

Ἐὰν ἐν παραβολῇ ἢ ὑπερβολῇ εὐθεῖα ἀχθῇ παρὰ τὴν διάμετρον τῆς τομῆς· συμπεσεῖται τῇ τομῇ καθ' ἓν μόνον σημεῖον.

Ἔστω πρότερον παραβολή, ἧς διάμετρος ΑΒΓ, ὀρθία δὲ ἡ ΑΔ, καὶ τῇ ΑΒ παράλληλος ἤχθω ἡ ΕΖ· λέγω ὅτι ἡ ΕΖ ἐκβαλλομένη συμπεσεῖται τῇ τομῇ.

Εἰλήφθω γάρ τι σημεῖον ἐπὶ τῆς ΕΖ, τὸ Ε, καὶ ἀπὸ τοῦ Ε παρὰ τεταγμένως κατηγμένην ἤχθω ἡ ΕΗ, καὶ τοῦ ἀπὸ τῆς ΗΕ μεῖζον ἔστω τὸ ὑπὸ ΔΑΓ, καὶ ἀπὸ τοῦ Γ τεταγμένως ἀνήχθω ἡ ΓΘ· τὸ ἄρα ἀπὸ τῆς ΘΓ ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ τῶν ΔΑΓ. μεῖζον δὲ τὸ ὑπὸ ΔΑΓ τοῦ ἀπὸ ΕΗ· μεῖζον ἄρα καὶ τὸ ἀπὸ ΘΓ τοῦ ἀπὸ ΕΗ· μείζων ἄρα καὶ ἡ ΘΓ τῆς ΕΗ. καί εἰσι παράλληλοι· ἡ ΕΖ ἄρα ἐκβαλλομένη τέμνει τὴν ΘΓ, ὥστε καὶ τῇ τομῇ συμπεσεῖται. συμπιπτέτω κατὰ τὸ Κ. λέγω δὴ ὅτι καὶ καθ' ἓν μόνον σημεῖον τὸ Κ συμπεσεῖται. εἰ γὰρ δυνατόν, συμπιπτέτω καὶ κατὰ τὸ Λ. ἐπεὶ οὖν παραβολὴν εὐθεῖα τέμνει κατὰ δύο σημεῖα, ἐκβαλλομένη συμπεσεῖται τῇ διαμέτρῳ τῆς τομῆς· ὅπερ ἄτοπον. ὑπόκειται γὰρ παράλληλος. ἡ ΕΖ ἄρα ἐκβαλλομένη καθ' ἓν μόνον σημεῖον συμπίπτει τῇ τομῇ.

Ἔστω

Ἔστω δὴ ἡ τομὴ ὑπερβολή, πλαγία δὲ τοῦ εἴδους πλευρὰ ἡ ΑΒ, ὀρθία δὲ ἡ ΑΔ, καὶ ἐπιζεύχθω ἡ ΔΒ, καὶ ἐκβεβλήσθω· τῶν αὐτῶν δὴ κατασκευασθέντων, ἤχθω ἀπὸ τοῦ Γ τῇ ΑΔ παράλληλος ἡ ΓΜ. ἐπεὶ οὖν τὸ ὑπὸ ΜΓΑ μεῖζόν ἐστι τοῦ ὑπὸ ΔΑΓ, καὶ ἔστι τῷ μὲν ΜΓΑ ἴσον τὸ ἀπὸ ΓΘ, τὸ δὲ ὑπὸ ΔΑΓ μεῖζον τοῦ ἀπὸ ΗΕ· μεῖζον ἄρα καὶ τὸ ἀπὸ ΓΘ τοῦ ἀπὸ ΕΗ· ὥστε καὶ ἡ ΓΘ τῆς ΕΗ μείζων ἐστί, καὶ τὰ αὐτὰ τοῖς πρότερον συμβήσεται.




Sit deinde sectio hyperbola; transversum vero figuræ latus AB, & AΔ rectum; jungaturque ΔB & producatur: iisdem igitur, quæ supra, dispositis, ducatur à puncto Γ ipsi AΔ parallela ΓM. & quoniam rectangulum MΓA majus est rectangulo ΔAΓ; ipsique MΓA æquale est [per 12.huj.] quadratum ex ΓΘ; & ΔAΓ rectangulum majus est quadrato ex HE: erit & quadratum ex ΓΘ quadrato ex EH majus; & ideo linea ΓΘ major linea EH; hinc eadem quæ supra in parabola consequentur.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ κζ.

**Ἐὰν παραβολῆς τὴν διάμετρον εὐθεῖα τέμνῃ, ἐκβαλλομένη ἐφ' ἑκάτερα συμπεσεῖται τῇ τομῇ.**

Ἔστω παραβολή, ἧς διάμετρος ἡ ΑΒ, καὶ ταύτην τεμνέτω τις εὐθεῖα ἐντὸς τῆς τομῆς ἡ ΓΔ· λέγω ὅτι ἡ ΓΔ ἐκβαλλομένη ἐφ' ἑκάτερα τὰ μέρη συμπεσεῖται τῇ τομῇ.

Ἤχθω γάρ τις ἀπὸ τοῦ Α παρὰ τεταγμένως κατηγμένην ἡ ΑΕ· ἡ ΑΕ ἄρα ἐκτὸς πεσεῖται τῆς τομῆς· ἤτοι δὴ ἡ ΓΔ τῇ ΑΕ παράλληλός ἐστιν, ἢ οὔ. εἰ μὲν οὖν παράλληλός ἐστιν αὐτῇ, τεταγμένως κατῆκται· ὥστε ἐκβαλλομένη ἐφ' ἑκάτερα συμπεσεῖται τῇ τομῇ.

Μὴ ἔστω δὲ παράλληλος τῇ ΑΕ, ἀλλ' ἐκβαλλομένη συμπιπτέτω τῇ ΑΕ κατὰ τὸ Ε. ὅτι μὲν οὖν τῇ τομῇ συμπίπτει, ἐπὶ τὰ μέρη ἐφ' ἅ ἐστι τὸ Ε, φανερόν. εἰ γὰρ τῇ ΑΕ συμβάλλει, πολὺ πρότερον τέμνει τὴν τομήν. λέγω πάλιν ὅτι καὶ ἐπὶ τὰ ἕτερα μέρη ἐκβαλλομένη συμπίπτει τῇ τομῇ. ἔστω γὰρ παρ' ἣν δύνανται ἡ ΜΑ, καὶ τεταγμένως κατηγμένη ἡ ΗΖ, καὶ τὸ ἀπὸ ΑΔ ἴσον ἔστω τῷ ὑπὸ ΒΑΖ, καὶ παρὰ τεταγμένως κατηγμένην ἡ ΓΒ συμπιπτέτω τῇ ΔΓ κατὰ τὸ Γ. ἐπεὶ οὖν ἴσον ἐστὶ τὸ ὑπὸ ΖΑΒ τῷ ἀπὸ ΑΔ· ἔστιν ὡς ἡ ΑΒ πρὸς ΑΔ ἡ ΔΑ πρὸς ΑΖ· καὶ λοιπὴ ἄρα ἡ ΒΔ πρὸς λοιπὴν τὴν ΔΖ ἐστὶν ὡς ἡ ΒΑ πρὸς ΑΔ· καὶ ὡς ἄρα τὸ ἀπὸ ΒΔ πρὸς τὸ ἀπὸ ΖΔ οὕτως τὸ ἀπὸ ΒΑ πρὸς τὸ ἀπὸ ΑΔ. ἐπειδὴ δὲ ἴσον τὸ ἀπὸ ΑΔ τῷ ὑπὸ




## Prop. XXVII. *Theor.*

**Si parabolæ diametrum secet recta linea: producta in utramque partem cum sectione conveniet.**

SIT parabola, cujus diameter AB; & ipsam AB secet quæpiam recta ΓΔ intra sectionem: dico ΓΔ productam in utramque partem cum sectione convenire.

Ducatur enim à puncto A ordinatim applicatæ parallela AE; ergo [per 17. huj.] AE extra sectionem cadet: itaque vel ΓΔ ipsi AE parallela est, vel non. & si quidem sit parallela, ordinatim applicata est: quare [per 19.huj.] producta in utramque partem conveniet cum sectione.

Sed non sit parallela, verum producatur & conveniat cum AE in E puncto. constat igitur ipsam cum sectione convenire ad partes E. si enim convenit cum AE, multo prius sectioni occurrit. dico rursus eandem & ad alteras partes productam convenire cum sectione. sit enim MA linea juxta quam possunt, & HZ ordinatim applicetur, quadratum autem ex AΔ æquale sit rectangulo BAZ; & ordinatim applicatæ parallela BΓ conveniat cum ΔΓ in Γ puncto. quoniam igitur rectangulum ZAB æquale est quadrato ex AΔ; erit [per 17. 6.] ut AB ad AΔ ita ΔA ad AZ: quare [per 19. 5.] & reliqua BΔ ad reliquam ΔZ est ut BA ad AΔ: & propterea [per 22. 6.] ut quadratum ex BΔ ad quadratum ex ZΔ, ita quadratum ex BA ad quadratum ex AΔ. rursus quoniam quadratum ex AΔ æquale est rectangulo BAZ,

BAZ, ut BA ad AZ sic [per cor. 20. 6.] erit quadratum ex BA ad quadratum ex AΔ; hoc est quadratum ex BΔ ad quadratum ex ΔZ. ut autem quadratum ex BΔ ad quadratum ex ΔZ, sic quadratum ex BΓ ad quadratum ex ZH; & [per 1. 6.] ut BA ad AZ sic rectangulum BAM ad rectangulum ZAM: igitur ut quadratum ex BΓ ad quadratum ex ZH ita rectangulum BAM ad ipsum ZAM, & permutando [per 16. 5.] ut quadratum ex BΓ ad rectangulum BAM ita quadratum ex ZH ad rectangulum ZAM. at [per 11. huj.] quadratum ex ZH æquale est rectangulo ZAM, propter sectionem: ergo & quadratum ex BΓ rectangulo BAM æquale erit. est autem [per constr.] AM rectum figuræ latus, & BΓ ordinatim applicatæ parallela: sectio igitur transit per Γ punctum, & ΓΔ cum sectione necessario convenit in puncto Γ.




BAZ, ἔστιν ὡς ἡ BA πρὸς AZ οὕτως τὸ ἀπὸ BA πρὸς τὸ ἀπὸ AΔ, τουτέστι τὸ ἀπὸ BΔ πρὸς τὸ ἀπὸ ΔZ. ὡς δὲ τὸ ἀπὸ BΔ πρὸς τὸ ἀπὸ ΔZ οὕτως τὸ ἀπὸ BΓ πρὸς τὸ ἀπὸ ZH· ὡς δὲ ἡ BA πρὸς AZ οὕτως τὸ ὑπὸ BAM πρὸς τὸ ὑπὸ ZAM· ὡς ἄρα τὸ ἀπὸ BΓ πρὸς τὸ ἀπὸ ZH οὕτως τὸ ὑπὸ BAM πρὸς τὸ ὑπὸ ZAM· καὶ ἐναλλὰξ, ὡς τὸ ἀπὸ BΓ πρὸς τὸ ὑπὸ BAM οὕτως τὸ ἀπὸ ZH πρὸς τὸ ὑπὸ ZAM. τὸ δὲ ἀπὸ ZH ἴσον τῷ ὑπὸ ZAM, διὰ τὴν τομήν· καὶ τὸ ἀπὸ BΓ ἄρα ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ BAM. πλαγία δὲ ἡ AM, παρὰ τεταγμένως δὲ κατηγμένην ἡ BΓ· ἡ ἄρα τομὴ ἔρχεται διὰ τοῦ Γ, καὶ συμπίπτει τῇ τομῇ ἡ ΓΔ κατὰ τὸ Γ.

## EUTOCIUS.

In aliquibus exemplaribus vigesimiseptimi theorematis talis legitur demonstratio.

SIT parabola cujus diameter AB, & hanc secet recta quædam HΔ intra sectionem: dico HΔ productam ad utrasque partes cum sectione convenire.

Ducatur enim per A punctum ordinatim applicatæ parallela AE: ergo [per 17. huj.] AE cadet extra sectionem; itaque vel HΔ ipsi AE parallela erit, vel non. & siquidem HE sit parallela, ipsa ordinatim applicata est, ideoque [per 19. huj.] si producatur ad utrasque partes, bifariam secta à diametro conveniet cum sectione. sed non sit ipsi AE parallela, sed producta conveniat cum AE in E puncto. perspicuum est ipsam, si cum AE convenit, multo prius sectioni occurrere.

Dico etiam ad alteras partes productam cum sectione convenire. sit enim MA linea juxta quam possunt, & in directum ipsi producatur AZ: ergo MA ad AB est perpendicularis. fiat ut quadratum ex AE ad triangulum AEΔ sic linea MA ad AZ; & per puncta M, Z ipsi AB parallelæ ducantur ZHK, MN. cum igitur quadrilaterum sit ΛAΔH, & positione datur ΛA; ducatur ΓKB ipsi ΛA parallela, quæ abscindat ΓKH triangulum quadrilatero ΛAΔH æquale, & per B ipsi ZAM parallela ducatur ΞBN. itaque quoniam [per constr.] ut quadratum ex AE ad triangulum AEΔ ita est MA ad AZ, & ut quadratum ex AE ad AEΔ triangulum ita quadratum ex ΓB ad triangulum ΔΓB; ete-

Ἐν τισιν ἀντιγράφοις τοῦ εἰκόστου ἑβδόμου θεωρήματος φέρεται τοιαύτη ἀπόδειξις.

Ἔστω παραβολὴ ἧς διάμετρος ἡ AB, καὶ ταύτην τεμνέτω εὐθεῖά τις ἡ HΔ ἐντὸς τῆς τομῆς· λέγω ὅτι ἡ HΔ ἐκβαλλομένη ἐφ' ἑκάτερα τὰ μέρη συμπεσεῖται τῇ τομῇ.

Ἤχθω γάρ τις διὰ τοῦ A παρὰ τεταγμένως κατηγμένην ἡ AE· ἡ AE ἄρα ἐκτὸς πεσεῖται τῆς τομῆς· ἤτοι δὴ ἡ HΔ τῇ AE παράλληλός ἐστιν, ἢ οὔ. εἰ μὲν οὖν παράλληλός ἐστιν τεταγμένως κατῆκται· ὥστε ἐκβαλλομένη ἐφ' ἑκάτερα, ἐπεὶ δίχα τέμνεται ὑπὸ τῆς διαμέτρου, συμπεσεῖται τῇ τομῇ. ἔστω δὴ μὴ παράλληλος τῇ AE, ἀλλὰ ἐκβαλλομένη συμπιπτέτω τῇ AE κατὰ τὸ E. δῆλον εἰ μὲν τῇ AE συμβάλλει, ὅτι πολὺ πρότερον τεμεῖ τὴν τομήν.




Λέγω ὅτι καὶ ἐπὶ τὰ ἕτερα μέρη ἐκβαλλομένη συμπίπτει τῇ τομῇ. ἔστω γὰρ παρ' ἣν δύνανται ἡ MA, καὶ ἐκβεβλήσθω ἐπ' εὐθείας αὐτῇ ἡ AZ· ἡ MA ἄρα τῇ AB πρὸς ὀρθάς ἐστι. πεποιήσθω ὡς τὸ ἀπὸ AE πρὸς τὸ AEΔ τρίγωνον οὕτως ἡ MA πρὸς τὴν AZ, καὶ διὰ τῶν M, Z τῇ AB παράλληλοι ἤχθωσαν αἱ ZK, MN. τετραπλεύρου οὖν ὄντος τοῦ ΛAΔH, καὶ θέσει οὔσης τῆς ΛA, ἤχθω τῇ ΛA παράλληλος ἡ ΓKB, ἀποτέμνουσα τὸ ΓKH τρίγωνον τῷ ΛAΔH τετραπλεύρῳ ἴσον, καὶ διὰ τοῦ B τῇ ZAM παράλληλος ἤχθω ἡ ΞBN. καὶ ἐπεί ἐστι ὡς τὸ ἀπὸ AE πρὸς τὸ AEΔ τρίγωνον οὕτως ἡ MA πρὸς AZ· καὶ ὡς μὲν τὸ ἀπὸ AE πρὸς τὸ AEΔ τρίγωνον οὕτως τὸ ἀπὸ ΓB πρὸς ΔΓB τρίγωνον, παράλληλος

γάρ

γάρ ἐστιν ἡ ΑΕ τῇ ΓΒ, καὶ ἐπιζευγνύουσιν αὐτὰς αἱ ΓΕ, ΑΒ. ὡς δὲ ἡ ΜΑ πρὸς ΑΖ οὕτως τὸ ΑΜΝΒ παραλληλόγραμμον πρὸς τὸ ΑΖΞΒ παραλληλόγραμμον· ὡς ἄρα τὸ ἀπὸ ΓΒ πρὸς τὸ ΓΔΒ τρίγωνον οὕτως τὸ ΑΜΝΒ παραλληλόγραμμον πρὸς τὸ ΑΖΞΒ παραλληλόγραμμον· καὶ ἐναλλὰξ ὡς τὸ ἀπὸ τῆς ΓΒ πρὸς τὸ ΑΜΝΒ παραλληλόγραμμον οὕτως τὸ ΓΔΒ τρίγωνον πρὸς τὸ ΑΖΞΒ παραλληλόγραμμον. ἴσον δέ ἐστι τὸ ΑΖΞΒ παραλληλόγραμμον τῷ ΓΔΒ τριγώνῳ· (ἐπεὶ γὰρ τὸ ΓΗΚ τρίγωνον τῷ ΑΛΗΔ τετραπλεύρῳ ἐστὶν ἴσον, κοινὸν δὲ τὸ ΗΔΒΚ τετράπλευρον· τὸ ΛΑΒΚ παραλληλόγραμμον τῷ ΓΔΒ τριγώνῳ ἐστὶν ἴσον. τὸ δὲ ΛΑΒΚ παραλληλόγραμμον τῷ ΖΑΒΞ παραλληλογράμμῳ ἐστὶν ἴσον, ἐπί γὰρ τῆς αὐτῆς βάσεώς ἐστι τῆς ΑΒ, καὶ ἐν ταῖς αὐταῖς παραλλήλοις ταῖς ΑΒ, ΛΚ· ἴσον ἄρα ἐστὶ τὸ ΓΔΒ τρίγωνον τῷ ΞΖΑΒ παραλληλογράμμῳ.) ὥστε καὶ τὸ ἀπὸ ΓΒ τῷ ΑΜΝΒ παραλληλογράμμῳ ἐστὶν ἴσον. τὸ δὲ ΑΜΝΒ παραλληλόγραμμον ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ ΜΑΒ, ἡ γὰρ ΜΑ πρὸς ὀρθάς ἐστι τῇ ΑΒ· τὸ ἄρα ὑπὸ ΜΑΒ ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ ΓΒ. καὶ ἔστιν ἡ ΜΑ ὀρθία τοῦ εἴδους πλευρά, ἡ δὲ ΑΒ διάμετρος, καὶ ἡ ΓΒ τεταγμένως κατηγμένη, παράλληλος γάρ ἐστι τῇ ΑΕ· τὸ Γ ἄρα πρὸς τῇ τομῇ ἐστιν· ἡ ΔΗΓ ἄρα συμβάλλει τῇ τομῇ κατὰ τὸ Γ. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

nim ΑΕ, ΓΒ sunt parallelæ, & ipsas conjungunt ΓΕ, ΑΒ. ut autem ΜΑ ad ΑΖ ita [per 1. 6.] ΑΜΝΒ parallelogrammum ad parallelogrammum ΑΖΞΒ: erit ut quadratum ex ΓΒ ad triangulum ΓΔΒ ita ΑΜΝΒ parallelogrammum ad parallelogrammum ΑΖΞΒ; & permutando ut quadratum ex ΓΒ ad parallelogrammum ΑΜΝΒ ita ΓΔΒ triangulum ad parallelogrammum ΑΖΞΒ. parallelogrammum autem ΑΖΞΒ triangulo ΓΔΒ est æquale: (quoniam enim ΓΗΚ triangulum æquale est [per constr.] quadrilatero ΑΛΗΔ, & quadrilaterum ΗΔΒΚ utrique commune; erit ΛΑΒΚ parallelogrammum æquale triangulo ΓΔΒ. sed [per 35. 1.] ΛΑΒΚ parallelogrammum æquale est parallelogrammo ΖΑΒΞ, quia est super eadem basi ΑΒ & in eisdem parallelis ΑΒ, ΛΚ: ergo ΓΔΒ triangulum parallelogrammo ΞΖΑΒ æquale erit.) quare [per 14. 5.] & quadratum ex ΓΒ æquale parallelogrammo ΑΜΝΒ: parallelogrammum autem ΑΜΝΒ rectangulo ΜΑΒ æquale, quia ΜΑ ad ΑΒ est perpendicularis; ergo rectangulum ΜΑΒ est æquale quadrato ex ΓΒ. atque est ΜΑ rectum figuræ latus, ΑΒ diameter & ΓΒ ordinatim applicata, quia ipsi ΑΕ est parallela: ex quibus sequitur punctum Γ esse in sectione: ergo ΔΗΓ cum sectione convenit in Γ. quod erat demonstrandum.

### *Commentarius in Præcedentem Demonstrationem.*

[a] Πεποιήσθω δὲ ὡς τὸ ἀπὸ ΑΕ πρὸς τὸ ΑΕΔ τρίγωνον οὕτως ἡ ΜΑ πρὸς ΑΖ.] Τοῦτο δέδεικται ἐν σχολίῳ τοῦ ἑνδεκάτου θεωρήματος. ἀναγράψας γὰρ τὸ ἀπὸ ΑΕ, καὶ τῇ πλευρᾷ αὐτοῦ χωρίον τῷ ΑΕΔ τριγώνῳ ἴσον παραβαλών, ἕξω τὸ ζητούμενον.

[b] Τετραπλεύρου ὄντος τοῦ ΛΑΔΗ, καὶ θέσει οὔσης τῆς ΛΑ, ἤχθω τῇ ΛΑ παράλληλος ἡ ΓΚΒ, ἀποτέμνουσα τὸ ΓΚΗ τρίγωνον τῷ ΛΑΔΗ τετραπλεύρῳ ἴσον.] Τοῦτο δὴ ποιήσομεν οὕτως. ἐὰν γάρ, ὡς ἐν τοῖς στοιχείοις ἐμάθομεν, τῷ δοθέντι εὐθυγράμμῳ τῷ ΛΑΔΗ τετραπλεύρῳ ἴσον καὶ ἄλλῳ τῷ δοθέντι τῷ ΑΕΔ τριγώνῳ ὅμοιον τὸ αὐτὸ συστησόμεθα τὸ ΣΤΥ, ὥστε ὁμόλογον εἶναι τὴν ΣΥ τῇ ΑΔ, καὶ ἀπολάβωμεν τῇ μὲν ΥΣ ἴσην τὴν ΗΚ, τῇ δὲ ΤΥ ἴσην τὴν ΗΓ, καὶ ἐπιζεύξωμεν τὴν ΓΚ, ἔσται τὸ ζητούμενον. ἐπεὶ γὰρ ἡ πρὸς τῷ Υ γωνία ἴση ἐστὶ τῇ Δ γωνίᾳ, τουτέστι τῇ Η· διὰ τοῦτο ἴσον καὶ ὅμοιον τὸ ΓΗΚ τῷ ΣΤΥ. καὶ ἴση ἡ Γ γωνία τῇ Ε, καί εἰσιν ἐναλλάξ· παράλληλος ἄρα ἐστὶν ἡ ΓΚ τῇ ΑΕ. φανερὸν δὲ ὅτι ὅταν ἡ ΑΒ ἄξων ἐστίν, ἡ ΜΑ ἐφάπτεται τῆς τομῆς· ὅταν δὲ μὴ ἄξων, τέμνει, καὶ πρὸς ὀρθὰς ἄγεται πάντως τῇ διαμέτρῳ.




[a] Fiat ut quadratum ex ΑΕ ad triangulum ΑΕΔ sic ΜΑ ad ΑΖ.] Demonstratum est hoc in commentariis in undecimum theorema. si enim, describentes quadratum lineæ ΑΕ, ipsius lateri apposuerimus [per 44. 1.] spatium triangulo ΑΕΔ æquale, factum jam erit quod quæritur.

[b] Cum igitur quadrilaterum sit ΛΑΔΗ, & positione data ΛΑ, ducatur ΓΚΒ ipsi ΛΑ parallela, quæ abscindat ΓΚΗ triangulum quadrilatero ΛΑΔΗ æquale.] Hoc ita faciemus. Si enim, ut in elementis [ad 25. 6.] didicimus, dato rectilineo, videlicet quadrilatero ΛΑΔΗ, æquale & triangulo dato ΑΕΔ simile constituerimus triangulum ΣΤΥ, ita ut latus ΣΥ lateri ΑΔ respondeat, & [per 3. 1.] fecerimus ΗΚ ipsi ΥΣ æqualem, & ΗΓ æqualem ΤΥ, & junxerimus ΓΚ; factum erit quod quæritur. quoniam enim angulus ad Υ æqualis est angulo ad Δ, hoc est ei qui ad Η; erit triangulum ΓΗΚ æquale ac simile triangulo ΣΤΥ, & angulus Γ angulo Ε æqualis, & alterni sunt: linea igitur ΓΚ [per 27. 1.] est parallela ipsi ΑΕ. perspicuum autem est, quod, quando ΑΒ sit axis, linea ΜΑ tangit sectionem; quando vero non sit axis, secat, & ad diametrum omnino perpendicularis ducitur.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ κη'.

**Ἐὰν εὐθεῖα ἐφάπτηται μιᾶς τῶν ἀντικειμένων, ληφθῇ δέ τι σημεῖον ἐντὸς τῆς ἑτέρας τομῆς, καὶ δι' αὐτοῦ παράλληλος ἀχθῇ τῇ ἐφαπτομένῃ εὐθεῖα, ἐκβαλλομένη ἐφ' ἑκάτερα συμπεσεῖται τῇ τομῇ.**

ΕΣΤΩΣΑΝ ἀντικείμεναι ὧν ἡ ΑΒ διάμετρος, καὶ τῆς Α τομῆς ἐφαπτέσθω τις εὐθεῖα

## Prop. XXVIII. *Theor.*

**Si recta linea unam oppositarum sectionum contingat, sumatur autem punctum intra alteram sectionem, & per ipsum recta contingenti parallela ducatur: producta ad utrasque partes cum sectione conveniet.**

SINT oppositæ sectiones, quarum diameter ΑΒ; & sectionem, in qua est Α, contingat quævis recta ΓΔ; sumatur autem aliquod punctum E intra alteram sectionem; & per E ducatur EZ ipsi ΓΔ parallela: dico EZ productam ad utrasque partes cum sectione convenire.

Quoniam enim ostensum est [ad 24. huj.] ΓΔ productam convenire cum diametro AB; atque est EZ ipsi parallela: EZ producta cum diametro conveniet. conveniat autem in H; & ipsi HB æqualis ponatur AΘ. deinde per Θ ducatur ΘK parallela ipsi EZ; & sit KΛ ordinatim applicata: ponatur HM æqualis ΛΘ, ducaturque MN ordinatim applicatæ parallela: &

ἡ ΓΔ, καὶ εἰλήφθω τι σημεῖον ἐντὸς τῆς ἑτέρας τομῆς τὸ E, καὶ διὰ τοῦ E τῇ ΓΔ παράλληλος ἤχθω ἡ EZ· λέγω ὅτι ἡ EZ ἐκβαλλομένη ἐφ' ἑκάτερα συμπεσεῖται τῇ τομῇ.

Ἐπεὶ οὖν δέδεικται ὅτι ἡ ΓΔ ἐκβαλλομένη συμπεσεῖται τῇ AB διαμέτρῳ, καὶ ἔστι παράλληλος αὐτῇ ἡ EZ· ἡ EZ ἄρα ἐκβαλλομένη συμπεσεῖται τῇ διαμέτρῳ. συμπιπτέτω κατὰ τὸ H, καὶ τῇ HB ἴση κείσθω ἡ AΘ, καὶ διὰ τοῦ Θ τῇ ZE παράλληλος ἤχθω ἡ ΘK, καὶ τεταγμένως κατήχθω ἡ KΛ, καὶ τῇ ΛΘ ἴση κείσθω ἡ HM, καὶ παρὰ τεταγμέ-




HN in directum producatur. itaque quoniam KΛ ipsi MN est parallela; & KΘ ipsi HN; & est ΛM una eademque recta: triangulum KΘΛ [per 9.1.& 4.6.] simile est triangulo HMN. est autem ΛΘ æqualis HM: quare & KΛ ipsi MN æqualis erit: ideoque quadratum ex KΛ æquale quadrato ex MN. rursus quoniam ΛΘ æqualis est HM & AΘ ipsi BH, communis autem AB; erit BΛ æqualis AM; & propterea rectangulum BΛA rectangulo AMB æquale: ut igitur rectangulum BΛA ad quadratum ex KΛ, ita rectangulum AMB ad quadratum ex MN. sed [per 21. huj.] ut rectangulum BΛA ad quadratum ex AK, ita transversum figuræ latus ad rectum: quare ut rectangulum AMB ad quadratum ex MN ita erit latus transversum ad rectum. ex quibus colligitur, punctum N in sectione esse: ergo EZ producta cum sectione conveniet in puncto N. similiter ostendemus, si ex altera parte producatur, cum sectione convenire.

νως κατηγμένην ἤχθω ἡ MN, καὶ προσεκβεβλήσθω ἐπ' εὐθείας ἡ HN. καὶ ἐπεὶ παράλληλός ἐστιν ἡ KΛ τῇ MN, ἡ δὲ KΘ τῇ HN, καὶ μία εὐθεῖά ἐστιν ἡ ΛM, ὅμοιόν ἐστι τὸ KΘΛ τρίγωνον τῷ HMN τριγώνῳ. καὶ ἴση ἐστὶν ἡ ΛΘ τῇ HM· ἴση ἄρα ἐστὶν ἡ KΛ τῇ MN· ὥστε καὶ τὸ ἀπὸ KΛ τῷ ἀπὸ MN ἴσον ἐστί. καὶ ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ ΛΘ τῇ HM, ἡ δὲ AΘ τῇ BH, κοινὴ δὲ ἡ AB· ἴση ἄρα ἐστὶν ἡ BΛ τῇ AM· ἴσον ἄρα ἐστὶ τὸ ὑπὸ BΛA τῷ ὑπὸ AMB· ὡς ἄρα τὸ ὑπὸ BΛA πρὸς τὸ ἀπὸ KΛ οὕτως τὸ ὑπὸ AMB πρὸς τὸ ἀπὸ MN. καὶ ἔστιν ὡς τὸ ὑπὸ BΛA πρὸς τὸ ἀπὸ ΛK οὕτως ἡ πλαγία πρὸς τὴν ὀρθίαν· καὶ ὡς ἄρα τὸ ὑπὸ AMB πρὸς τὸ ἀπὸ MN οὕτως ἡ πλαγία πρὸς τὴν ὀρθίαν· τὸ N ἄρα πρὸς τῇ τομῇ ἐστιν· ἡ EZ ἄρα ἐκβαλλομένη συμπεσεῖται τῇ τομῇ κατὰ τὸ N. ὁμοίως δὴ δειχθήσεται ὅτι καὶ ἐπὶ τὰ ἕτερα μέρη ἐκβαλλομένη συμπεσεῖται τῇ τομῇ.

## EUTOCIUS.

Quod si ΓΔ hyperbolam secet, eadem sequentur, quemadmodum in decimo octavo theoremate.

Ὅτι κἂν ἡ ΓΔ τέμνῃ τὴν ὑπερβολὴν τὰ αὐτὰ συμβήσεται, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ δεκάτου ὀγδόου.

### Prop. XXIX. Theor.

Si in oppositis sectionibus recta linea per centrum ducta occurrat uni sectioni; ulterius producta alteram quoque secabit sectionem.

### ΠΡΟΤΑΣΙΣ κθ'.

Ἐὰν ἐν ἀντικειμέναις εὐθεῖα προσπίπτῃ διὰ τοῦ κέντρου πρὸς ὁποτέραν τῶν τομῶν· ἐκβαλλομένη τέμνει τὴν ἑτέραν τομήν.

Sint sectiones oppositæ, quarum diameter AB, centrum autem Γ; & recta ΓΔ sectionem AΔ secet: dico sectionem ΓΔ alteram quoque secare.

ΕΣΤΩΣΑΝ ἀντικείμεναι ὧν διάμετρος ἡ AB, κέντρον δὲ τὸ Γ, καὶ ἡ ΓΔ τεμνέτω τὴν AΔ τομήν· λέγω ὅτι καὶ τὴν ἑτέραν τομὴν τεμεῖ.

Τεταγμένως

Τεταγμένως γὰρ κατήχθω ἡ ΕΔ, καὶ τῇ ΑΕ ἴση κείσθω ἡ ΒΖ, καὶ τεταγμένως ἤχθω ἡ ΖΗ. ἐπεὶ οὖν ἴση ἐστὶν ἡ ΕΑ τῇ ΒΖ, κοινὴ δὲ ἡ ΑΒ· ἴσον ἄρα τὸ ὑπὸ ΒΕΑ τῷ ὑπὸ ΑΖΒ. καὶ ἐπεί ἐστιν ὡς τὸ ὑπὸ ΒΕΑ πρὸς τὸ ἀπὸ ΔΕ οὕτως ἡ πλαγία πρὸς τὴν ὀρθίαν, ἀλλὰ καὶ ὡς τὸ ὑπὸ ΑΖΒ πρὸς τὸ ἀπὸ ΖΗ οὕτως ἡ πλαγία πρὸς τὴν ὀρθίαν· ὡς ἄρα τὸ ὑπὸ ΒΕΑ πρὸς τὸ ἀπὸ ΔΕ οὕτως τὸ ὑπὸ ΑΖΒ πρὸς τὸ ἀπὸ ΖΗ. ἴσον δὲ τὸ ὑπὸ ΒΕΑ τῷ ὑπὸ ΑΖΒ· ἴσον ἄρα καὶ τὸ ἀπὸ ΕΔ τῷ ἀπὸ ΖΗ. ἐπεὶ οὖν ἴση ἐστὶν ἡ μὲν ΕΓ τῇ ΓΖ, ἡ δὲ ΔΕ τῇ ΖΗ, καὶ εὐθεῖά ἐστιν ἡ ΕΖ, καὶ παράλληλος ἡ ΕΔ τῇ ΖΗ· καὶ ἡ ΔΗ ἄρα εὐθεῖά ἐστι, καὶ ἡ ΓΔ ἄρα τεμεῖ καὶ τὴν ἑτέραν τομήν.




Ordinatim enim applicetur ΒΔ; ipsique ΑΕ ponatur æqualis ΒΖ; & ΖΗ ordinatim ducatur. quoniam igitur ΕΑ, ΒΖ æquales sunt, & ΑΒ utrique communis; rectangulum ΒΕΑ rectangulo ΑΖΒ est æquale. & quoniam [per 21. huj.] ut rectangulum ΒΕΑ ad quadratum ex ΔΕ ita est transversum latus ad rectum: ut autem rectangulum ΑΖΒ ad quadratum ex ΖΗ ita latus transversum ad rectum: ergo ut rectangulum ΒΕΑ ad quadratum ex ΔΕ sic rectangulum ΑΖΒ ad quadratum ex ΖΗ. sed æquale est rectangulum ΒΕΑ rectangulo ΑΖΒ: quadratum igitur ex ΔΕ [per 14. 5.] quadrato ex ΖΗ ex æquale. quod cum ΕΓ æqualis sit ipsi ΓΖ; & ΔΕ ipsi ΖΗ; sitque ΕΖ recta, & ΕΔ ipsi ΖΗ parallela; erit [per 32. 6.] & ΔΗ recta: ergo ΓΔ sectionem quoque alteram secabit.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ λ΄.

Ἐὰν ἐν ἐλλείψει ἢ ἀντικειμέναις εὐθεῖα ἀχθῇ, ἐφ' ἑκάτερα τοῦ κέντρου συμπίπτουσα τῇ τομῇ· δίχα τμηθήσεται κατὰ τὸ κέντρον.

Ἔστω ἔλλειψις, ἢ ἀντικείμεναι, διάμετρος δὲ αὐτῶν ἡ ΑΒ, κέντρον δὲ τὸ Γ, καὶ διὰ τοῦ Γ ἤχθω τις εὐθεῖα ἡ ΔΓΕ· λέγω ὅτι ἴση ἐστὶν ἡ ΓΔ τῇ ΓΕ.

Ἤχθωσαν γὰρ τεταγμένως αἱ ΔΖ, ΕΗ. καὶ ἐπεί ἐστιν ὡς τὸ ὑπὸ ΒΖΑ πρὸς τὸ ἀπὸ ΖΔ οὕτως ἡ πλαγία πρὸς τὴν ὀρθίαν, ἀλλὰ καὶ ὡς τὸ ὑπὸ ΑΗΒ πρὸς τὸ ἀπὸ ΗΕ οὕτως ἡ πλαγία πρὸς τὴν ὀρθίαν· καὶ ὡς ἄρα τὸ ὑπὸ ΒΖΑ πρὸς τὸ ἀπὸ ΖΔ οὕτως τὸ ὑπὸ ΑΗΒ πρὸς τὸ ἀπὸ ΗΕ· καὶ ἐναλλάξ, ὡς τὸ ὑπὸ ΒΖΑ πρὸς τὸ ὑπὸ ΑΗΒ οὕτως τὸ ἀπὸ ΔΖ πρὸς τὸ ἀπὸ ΗΕ. ὡς δὲ τὸ ἀπὸ ΔΖ πρὸς τὸ ἀπὸ ΕΗ




οὕτως τὸ ἀπὸ ΖΓ πρὸς τὸ ἀπὸ ΓΗ· ἐναλλὰξ ἄρα ὡς τὸ ὑπὸ ΒΖΑ πρὸς τὸ ἀπὸ ΓΖ οὕτως τὸ ὑπὸ ΑΗΒ πρὸς τὸ ἀπὸ ΓΗ· καὶ [a] ὡς ἄρα (ἐπὶ μὲν τῆς ἐλλείψεως συνθέντι, ἐπὶ δὲ τῶν ἀντικειμένων ἀνάπαλιν καὶ ἀναστρέψαντι) τὸ ἀπὸ ΑΓ πρὸς τὸ

## PROP. XXX. *Theor.*

Si in ellipsi, vel oppositis sectionibus, recta linea ducatur, ad utrasque centri partes sectioni occurrens: ad centrum bifariam secabitur.

SIT ellipsis, vel oppositæ sectiones, quarum diameter ΑΒ, centrum Γ; & per Γ ducatur recta ΔΓΕ: dico ΓΔ ipsi ΓΕ æqualem esse.

Ordinatim enim applicentur ΔΖ, ΕΗ. & quoniam ut rectangulum ΒΖΑ ad quadratum ex ΖΔ ita est [per 21. huj.] transversum latus ad rectum; & ut rectangulum ΑΗΒ ad quadratum ex ΗΕ, ita latus transversum ad rectum: erit [per 11. 5.] ut rectangulum ΒΖΑ ad quadratum ex ΖΔ, ita rectangulum ΑΗΒ ad quadratum ex ΗΕ; & permutando [per 16. 5.] ut rectangulum ΒΖΑ ad rectangulum ΑΗΒ ita quadratum ex ΔΖ ad quadratum ex ΗΕ. ut autem quadratum ex ΔΖ ad quadratum ex ΕΗ ita [per 4. & 22. 6.] quadrarum ex ΖΓ ad quadratum ex ΓΗ: ergo permutando, ut rectangulum ΒΖΑ ad quadratum ex ΓΖ ita rectangulum ΑΗΒ ad quadratum ex ΓΗ. * ut igitur (in ellipsi componendo, in oppositis vero sectionibus invertendo & per conversionem rationis) quadratum ex ΑΓ ad quadratum




ex

ex Γ Z, ita quadratum ex B Γ ad quadratum ex Γ H; quadratum autem ex A Γ æquale est quadrato ex Γ B: ergo & quadratum ex Z Γ quadrato ex Γ H æquale erit: idcircoque Z Γ ipsi Γ H æqualis. & cum Δ Z, H E inter se sint parallelæ, necesse est [per 4.1.] Δ Γ ipsi Γ E æqualem esse.

ἀπὸ Γ Z οὕτως τὸ ἀπὸ B Γ πρὸς τὸ ἀπὸ Γ H. ἴσον δὲ τὸ ἀπὸ A Γ τῷ ἀπὸ Γ B· ἴσον ἄρα καὶ τῷ ἀπὸ Z Γ τὸ ἀπὸ Γ H· ἴση ἄρα ἡ Z Γ τῇ Γ H. καί εἰσι παράλληλοι αἱ Δ Z, H E· ἴση ἄρα καὶ ἡ Δ Γ τῇ Γ E.

## EUTOCIUS.

[a] Ut igitur in ellipsi componendo, in oppositis vero invertendo & per conversionem rationis.] In ellipsi quidem ita dicemus. quoniam ut rectangulum A Z B ad quadratum ex Δ Z ita est rectangulum A H B ad quadratum ex H E. ut autem quadratum ex Δ Z ad quadratum ex Z Γ ita quadratum ex H E ad quadratum ex H Γ; erit igitur ex æquali [per 22. 5.] ut rectangulum A Z B ad quadratum ex Z Γ ita rectangulum A H B ad quadratum ex H Γ, & componendo ut rectangulum A Z B una cum quadrato ex Z Γ ad quadratum ex Z Γ, hoc est [per 5. 2.] quadratum ex A Γ ad quadratum ex Z Γ (etenim recta A B secatur in partes æquales ad punctum Γ & in partes inæquales ad Z) ita rectangulum A H B una cum quadrato ex H Γ ad quadratum ex H Γ; hoc est, propter eandem causam, quadratum ex B Γ ad quadratum ex H Γ. & [per 16.5.] permutando ut quadratum ex A Γ ad quadratum ex Γ B ita quadratum ex Z Γ ad quadratum ex H Γ. At vero in sectionibus oppositis: quoniam est ut rectangulum B Z A ad quadratum ex Z Γ ita rectangulum A H B ad quadratum ex H Γ; erit invertendo ut quadratum ex Z Γ ad rectangulum B Z A ita quadratum ex H Γ ad rectangulum A H B, & per conversionem rationis, ut quadratum ex Z Γ ad quadratum ex Γ A ita quadratum ex H Γ ad quadratum ex Γ B. nam cum linea A B bifariam secetur in Γ, atque ei adjiciatur Z A, erit [per 6. 2.] rectangulum B Z A una cum quadrato ex A Γ æquale quadrato ex Γ Z: quare quadratum ex Γ Z superat rectangulum B Z A ipso quadrato ex A Γ. pulchre igitur dictum est sequi illud per conversionem rationis.







[a] Ὡς ἄρα ἐπὶ τῆς ἐλλείψεως συνθέντι, ἐπὶ δὲ τῶν ἀντικειμένων ἀνάπαλιν καὶ ἀναστρέψαντι.] Ἐπὶ μὲν οὖν τῆς ἐλλείψεως ἐροῦμεν. ἐπειδή ἐστιν ὡς τὸ ὑπὸ A Z B πρὸς τὸ ἀπὸ Δ Z οὕτως τὸ ὑπὸ A H B πρὸς τὸ ἀπὸ H E, ὡς δὲ τὸ ἀπὸ Δ Z πρὸς τὸ ἀπὸ Z Γ οὕτως τὸ ἀπὸ H E πρὸς τὸ ἀπὸ H Γ· δι' ἴσου ἄρα ὡς τὸ ἀπὸ A Z B πρὸς τὸ ἀπὸ Z Γ οὕτως τὸ ὑπὸ A H B πρὸς τὸ ἀπὸ H Γ, καὶ συνθέντι ὡς τὸ ὑπὸ A Z B μετὰ τοῦ ἀπὸ Z Γ πρὸς τὸ ἀπὸ Z Γ, τουτέστι τὸ ἀπὸ A Γ πρὸς τὸ ἀπὸ Z Γ· ἡ γὰρ A B τέτμηται εἰς μὲν ἴσα κατὰ τὸ Γ, εἰς δὲ ἄνισα κατὰ τὸ Z· οὕτως τὸ ὑπὸ A H B μετὰ τοῦ ἀπὸ H Γ πρὸς τὸ ἀπὸ H Γ, τουτέστιν τὸ ἀπὸ Γ B πρὸς τὸ ἀπὸ H Γ· καὶ ἐναλλάξ, ὡς τὸ ἀπὸ A Γ πρὸς τὸ ἀπὸ Γ B οὕτως τὸ ἀπὸ Z Γ πρὸς τὸ ἀπὸ H Γ. ἐπὶ δὲ τῶν ἀντικειμένων, ἐπεί ἐστιν ὡς τὸ ὑπὸ B Z A πρὸς τὸ ἀπὸ Z Γ οὕτως τὸ ὑπὸ A H B πρὸς τὸ ἀπὸ Γ H· ἀνάπαλιν ὡς τὸ ἀπὸ Z Γ πρὸς τὸ ὑπὸ B Z A οὕτως τὸ ἀπὸ H Γ πρὸς τὸ ὑπὸ A H B, καὶ ἀναστρέψαντι ὡς τὸ ἀπὸ Z Γ πρὸς τὸ ἀπὸ Γ A οὕτως τὸ ἀπὸ H Γ πρὸς τὸ ἀπὸ Γ B. εὐθεῖα γὰρ ἡ A B τέτμηται δίχα κατὰ τὸ Γ, καὶ πρόσκειται ἡ Z A, καὶ τὸ ὑπὸ B Z A μετὰ τοῦ ἀπὸ A Γ ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ Γ Z· ὥστε τὸ ἀπὸ Γ Z τοῦ ὑπὸ B Z A ὑπερέχει τῷ ἀπὸ A Γ. καὶ καλῶς εἴρηται τὸ ἀναστρέψαντι.

### PROP. XXXI. *Theor.*

**Si in transverso figuræ latere hyperbolæ sumatur aliquod punctum, non minorem abscindens ad verticem sectionis quam sit dimidia transversi lateris figuræ, & ab ipso ducta recta sectioni occurrat: si producatur cadet intra sectionem, versus ulteriora ejus.**

SIT hyperbola, cujus diameter A B; & in ipsa sumatur punctum aliquod Γ, non minorem abscindens rectam Γ B, quam sit ipsius A B dimidia; & occurrat sectioni quævis recta Γ Δ: dico Γ Δ productam intra sectionem cadere.

### ΠΡΟΤΑΣΙΣ λα'.

**Ἐὰν ὑπερβολῆς ἐπὶ τῆς πλαγίας πλευρᾶς τοῦ εἴδους ληφθῇ τι σημεῖον, μὴ ἐλάττονα ἀπολαμβάνον πρὸς τῇ κορυφῇ τῆς τομῆς τῆς ἡμισείας τῆς πλαγίας τοῦ εἴδους πλευρᾶς, καὶ ἀπ' αὐτοῦ προσπέσῃ εὐθεῖα πρὸς τὴν τομήν· ἡ προσβληθεῖσα ἐντὸς πεσεῖται τῆς τομῆς, κατὰ τὰ ἑπόμενα μέρη τῆς τομῆς.**

ΕΣΤΩ ὑπερβολὴ ἧς διάμετρος ἡ A B, καὶ εἰλήφθω ἐπ' αὐτῆς σημεῖόν τι τὸ Γ, μὴ ἐλάττονα ἀπολαμβάνον τὴν Γ B τῆς ἡμισείας τῆς A B, καὶ προσπιπτέτω τις εὐθεῖα πρὸς τὴν τομήν· λέγω ὅτι ἡ Γ Δ ἐκβαλλομένη ἐντὸς πεσεῖται τῆς τομῆς.

Εἰ

Εἰ γὰρ δυνατὸν, ἐκτὸς πιπτέτω τῆς τομῆς, ὡς ἡ ΓΔΕ, καὶ ἀπὸ τυχόντος σημείου τοῦ Ε τεταγμένως κατήχθω ἡ ΕΗ, καὶ ἡ ΔΘ. καὶ ἔστω πρότερον ἴση ἡ ΑΓ τῇ ΓΒ· καὶ ἐπεὶ τὸ ἀπὸ ΕΗ πρὸς τὸ ἀπὸ ΔΘ μείζονα λόγον ἔχει ἤπερ τὸ ἀπὸ ΖΗ πρὸς τὸ ἀπὸ ΔΘ, καὶ ὡς τὸ ἀπὸ ΕΗ πρὸς τὸ ἀπὸ ΔΘ οὕτως τὸ ἀπὸ ΗΓ πρὸς τὸ ἀπὸ ΓΘ, διὰ τὸ ΕΗ παράλληλον εἶναι τῇ ΔΘ. ὡς δὲ τὸ ἀπὸ ΖΗ πρὸς τὸ ἀπὸ ΔΘ οὕτως τὸ ὑπὸ ΑΗΒ πρὸς τὸ ὑπὸ ΑΘΒ, διὰ τὴν τομήν· τὸ ἄρα ἀπὸ ΗΓ πρὸς τὸ ἀπὸ ΘΓ μείζονα λόγον ἔχει ἤπερ τὸ ὑπὸ ΑΗΒ πρὸς τὸ ὑπὸ ΑΘΒ· ἐναλλὰξ ἄρα τὸ ἀπὸ ΓΗ πρὸς τὸ ὑπὸ ΑΗΒ μείζονα λόγον ἔχει ἤπερ τὸ ἀπὸ ΓΘ πρὸς τὸ ὑπὸ ΑΘΒ. [a] διελόντι ἄρα, τὸ ἀπὸ ΓΒ πρὸς τὸ ὑπὸ ΑΗΒ μείζονα λόγον ἔχει ἤπερ τὸ ἀπὸ ΓΒ πρὸς τὸ ὑπὸ ΑΘΒ· ὅπερ ἀδύνατον. οὐκ ἄρα ἡ ΓΔΕ ἐκτὸς πεσεῖται τῆς τομῆς, ἐντὸς ἄρα· καὶ διὰ τοῦτο, ἡ ἀπό τινος τῶν ἐπὶ τῆς ΑΓ σημείων πολλῷ μᾶλλον ἐντὸς πεσεῖται, ἐπειδὴ καὶ ἡ ΓΔ ἐντὸς πεσεῖται.

Si enim fieri potest, cadat extra sectionem, ut ΓΔΕ; & à quovis puncto E ordinatim applicetur EH, itemque ipsa ΔΘ. sit autem primum linea ΑΓ æqualis ΓΒ. & quoniam [per 8.5.] quadratum ex EH ad quadratum ex ΔΘ majorem rationem habet quam quadratum ex ZH ad quadratum ex ΔΘ, & ut quadratum ex EH ad quadratum ex ΔΘ ita [per 4. & 22. 6.] quadratum ex HΓ ad quadratum ex ΓΘ; propterea quod EH ipsi ΔΘ sit parallela. ut vero [per 12. huj.] quadratum ex ZH ad quadratum ex ΔΘ ita rectangulum AHB ad rectangulum AΘB, propter sectionem: quadratum igitur ex HΓ ad quadratum ex ΘΓ rationem majorem habet quam rectangulum AHB ad rectangulum AΘB: & permutando, quadratum ex ΓH ad rectangulum AHB habet majorem rationem, quam quadratum ex ΓΘ ad rectangulum AΘB. [a] ergo dividendo, quadratum ex ΓB ad rectangulum AHB majorem habet rationem quam quadratum ex ΓB ad rectangulum AΘB: quod [per 8.5.] fieri non potest: igitur linea ΓΔE non cadet extra sectionem: quare intra cadet: & idcirco quæ ab aliquo puncto rectæ AΓ ad sectionem ducitur, multo magis cadet intra, quoniam & ΓΔ intra cadit.




## EUTOCIUS.

SIT parabola cujus diameter Μ Β Γ; & Γ Δ sectionem contingat; per Δ vero ipsi Β Γ parallela ducatur Ζ Δ Ν; & Ζ Β ordinatim applicetur; fiatque ut Ε Δ ad Δ Ζ ita quædam recta Η ad duplam ipsius Γ Δ; &, sumpto in sectione puncto Κ, ducatur per Κ ipsi Γ Δ parallela Κ Λ Π: dico quadratum ex Κ Λ æquale esse rectangulo sub Η & Δ Λ; hoc est, diametro existente Δ Λ, lineam Η esse rectum latus.



Applicentur enim ordinatim Δ Ξ, Κ Ν Μ. & quoniam Γ Δ sectionem contingit, ordinatim vero applicata est Δ Ξ; erit [per 4.6.] Γ Β æqualis Β Ξ. sed [per 35. huj.] Β Ξ est æqualis Ζ Δ: ergo Γ Β ipsi Ζ Δ æqualis erit; & propterea [per 33. 1.] triangulum Ε Γ Β æquale triangulo Ε Ζ Δ. commune addatur, figura scilicet Δ Ε Β Μ Ν: quadrilaterum igitur Δ Γ Μ Ν æquale est parallelogrammo Ζ Μ, hoc est [per 42.huj.] triangulo Κ Π Μ. commune auferatur quadrilaterum ΛΠΜΝ: [a] ergo reliquum triangulum Κ Λ Ν parallelogrammo Λ Γ est æquale. angulus autem Δ Λ Π [per 15.1.] æqualis est angulo Κ Λ Ν: quare [per *Pappi* lem.8.] rectangulum ΚΛΝ duplum est rectanguli Λ Δ Γ: quoniam igitur [ex hyp.] ut Ε Δ ad Δ Ζ ita est linea Η ad duplam ipsius Γ Δ, & [per 4. 6.] ut Ε Δ ad Δ Ζ ita Κ Λ ad Λ Ν; erit ut Η ad duplam Γ Δ ita Κ Λ ad Λ Ν. sed [per 1. 6.] ut Κ Λ ad Λ Ν ita quadratum ex Κ Λ ad rectangulum Κ Λ Ν; & ut Η ad duplam Γ Δ ita rectangulum sub Η & Δ Λ ad duplum rectanguli Γ Δ Λ: quare ut quadratum ex Κ Λ ad rectangulum Κ Λ Ν ita rectangulum sub Η & Δ Λ ad duplum ipsius Γ Δ Λ rectanguli; & [per 16. 5.] permutando. est autem [ex modo ostensis] Κ Λ Ν rectangulum æquale duplo rectanguli Γ Δ Λ: ergo [per 14. 5.] quadratum ex Κ Λ rectangulo sub Η & Δ Λ æquale erit.

## EUTOCIUS.

[a] Λοιπὸν ἄρα Κ Λ Ν τρίγωνον τῷ Δ Λ Π Γ παραλληλογράμμῳ ἐστὶν ἴσον. καὶ ἴση ἐστὶν ἡ ὑπὸ Δ Λ Π γωνία τῇ ὑπὸ Κ Λ Ν γωνίᾳ· διπλάσιον ἄρα ἐστὶ τὸ ὑπὸ Κ Λ Ν τοῦ ὑπὸ Λ Δ Γ.] ἐκκείσθω γὰρ χωρὶς τὸ Κ Λ Ν τρίγωνον, καὶ τὸ Δ Λ Π Τ παραλληλόγραμμον. καὶ ἐπεὶ ἴσον ἐστὶ τὸ Κ Λ Ν τρίγωνον τῷ Δ Π παραλληλογράμμῳ, ἤχθω διὰ τοῦ Ν τῇ Λ Κ παράλληλος ἡ Ν Ρ, διὰ δὲ τοῦ Κ τῇ Λ Ν ἡ Κ Ρ· παραλλη-



[a] Ergo reliquum triangulum Κ Λ Ν parallelogrammo Δ Λ Π Γ est æquale. angulus autem Δ Λ Π æqualis est angulo Κ Λ Ν: quare rectangulum Κ Λ Ν duplum est rectanguli Λ Δ Γ.] Triangulum enim Κ Λ Ν seorsim describatur, itemque parallelogrammum Δ Λ Π Γ. & quoniam triangulum Κ Λ Ν æquale est parallelogrammo Δ Π, ducatur per Ν ipsi Λ Κ parallela Ν Ρ, & per Κ ducatur Κ Ρ parallela ipsi Λ Ν: parallelogrammum igitur

tur est ΛΡ, & duplum trianguli ΚΛΝ; quare & parallelogrammi ΔΠ duplum. producantur ΔΓ, ΛΠ ad puncta Σ, Τ, ponaturque ipsi ΔΓ æqualis ΓΣ, & ΠΤ æqualis ipsi ΛΠ, & jungatur ΣΤ: ergo ΔΤ parallelogrammum est duplum ipsius ΔΠ, & idcirco ΛΡ parallelogrammum æquale parallelogrammo ΛΣ. est autem & æquiangulum, quoniam anguli ad Λ secundum verticem sunt æquales. sed [per 14.6.] æqualium & æquiangulorum parallelogrammorum latera quæ circa æquales angulos sunt reciproce proportionalia. ergo ut ΚΛ ad ΛΤ, hoc est ad ΔΣ, ita ΔΛ ad ΛΝ; proptereaque [per 16.6.] rectangulum ΚΛΝ æquale est rectangulo ΛΔΣ. & cum ΔΣ dupla sit ipsius ΔΓ, rectangulum ΚΛΝ rectanguli ΛΔΓ duplum erit.

λόγραμμον ἄρα ἐστὶ τὸ ΛΡ, καὶ διπλάσιον τοῦ ΚΛΝ τριγώνου· ὥστε καὶ τοῦ ΔΠ παραλληλογράμμου. ἐκβεβλήσθωσαν δὴ αἱ ΔΓ, ΛΠ ἐπὶ τὰ Σ, Τ, καὶ κείσθω τῇ ΔΓ ἴση ἡ ΓΣ, τῇ δὲ ΛΠ ἡ ΠΤ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΣΤ· παραλληλόγραμμον ἄρα ἐστὶ τὸ ΔΤ διπλάσιον τοῦ ΔΠ· ὥστε ἴσον τὸ ΛΡ τῷ ΛΣ. ἔστι δὲ τοῦτο καὶ ἰσογώνιον, διὰ τὸ τὰς πρὸς τῷ Λ γωνίας κατὰ κορυφὴν οὔσας ἴσας εἶναι. τῶν δὲ ἴσων ἰσογωνίων παραλληλογράμμων ἀντιπεπόνθασιν αἱ ὑπὸ τὰς ἴσας γωνίας πλευραί· ἔστιν ἄρα ὡς ἡ ΚΛ πρὸς τὴν ΛΤ, τουτέστι πρὸς τὴν ΔΣ, οὕτως ἡ ΔΛ πρὸς ΛΝ, καὶ τὸ ὑπὸ ΚΛΝ ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ ΛΔΣ. καὶ ἐπεὶ διπλῆ ἐστιν ἡ ΔΣ τῆς ΔΓ, τὸ ὑπὸ ΚΛΝ διπλάσιόν ἐστι τοῦ ΛΔΓ.

At si recta quidem ΔΓ ipsi ΛΠ sit parallela, ΓΠ vero non sit parallela ipsi ΛΔ; erit ΔΓΠΛ trapezium: & tunc dico rectangulum ΚΛΝ æquale esse ei quod sub ΔΛ & utraque ipsarum ΓΔ, ΛΠ continetur. si enim parallelogrammum ΛΡ compleatur sicuti prius, producanturque ΔΓ, ΛΠ, ita ut ipsi ΛΠ æqualis ponatur ΓΣ, & ipsi ΔΓ æqualis ΠΤ, & jungatur ΣΤ; fiet ΔΤ parallelogrammum duplum ipsius ΔΠ, & eadem erit demonstratio. hoc autem utile est ad ea quæ sequuntur.




Ἐὰν δὲ ἡ μὲν ΔΓ τῇ ΛΠ ἐστὶ παράλληλος, ἡ δὲ ΓΠ τῇ ΛΔ μὴ ἐστὶ παράλληλος, τραπέζιον μὲν δηλονότι ἐστὶ τὸ ΔΓΠΛ· καὶ οὕτως δή φημι, ὅτι τὸ ὑπὸ ΚΛΝ ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ ΔΛ καὶ συναμφοτέρου τῆς ΓΔ, ΛΠ. ἐὰν γὰρ τὸ μὲν ΛΡ ἀναπληρωθῇ, ὡς προείρηται, ἐκβληθῶσι δὲ καὶ ΔΓ, ΛΠ, καὶ τεθῇ τῇ μὲν ΛΠ ἴση ἡ ΓΣ, τῇ δὲ ΔΓ ἡ ΠΤ, καὶ ἐπιζευχθῇ ἡ ΣΤ· παραλληλόγραμμον ἔσται τὸ ΔΤ διπλάσιον τοῦ ΔΠ, καὶ ἡ ἀπόδειξις ἡ αὐτή. ἁρμόττει χρησίμως δὲ τοῦτο εἰς τὰ ἑξῆς.

## Prop. L. *Theor.*

Si hyperbolam, vel ellipsim, vel circuli circumferentiam recta linea contingens cum diametro conveniat; & per tactum & centrum recta producatur; à vertice autem ordinatim applicata conveniat cum ea quæ ducitur per tactum & centrum; fiatque ut portio contingentis inter tactum & applicatam interjecta ad portionem ductæ per tactum & centrum, quæ itidem inter tactum & applicatam interjicitur, ita quædam recta ad duplam contingentis: quæ à sectione ducitur contingenti parallela ad rectam per tactum & centrum ductam, poterit spatium rectangulum quod adjacet inventæ rectæ, latitudinem habens interjectam inter ipsam & tactum; in hyperbola quidem excedens figurâ simili contentæ sub duplâ ejus quæ est inter centrum & tactum & inventâ lineâ; in ellipsi vero & circulo, eâdem deficiens.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ ν'.

Ἐὰν ὑπερβολῆς, ἢ ἐλλείψεως, ἢ κύκλου περιφερείας εὐθεῖα ἐπιψαύουσα συμπίπτῃ τῇ διαμέτρῳ, καὶ διὰ τῆς ἁφῆς καὶ τοῦ κέντρου εὐθεῖα ἐκβληθῇ, ἀπὸ δὲ τῆς κορυφῆς ἀναχθεῖσα εὐθεῖα παρὰ τεταγμένως κατηγμένην συμπίπτῃ τῇ διὰ τῆς ἁφῆς καὶ τοῦ κέντρου ἠγμένῃ εὐθείᾳ, καὶ ποιηθῇ ὡς τὸ τμῆμα τῆς ἐφαπτομένης τὸ μεταξὺ τῆς ἁφῆς καὶ τῆς ἀνηγμένης πρὸς τὸ τμῆμα τῆς ἠγμένης διὰ τῆς ἁφῆς καὶ τοῦ κέντρου τὸ μεταξὺ τῆς ἁφῆς καὶ τῆς ἀνηγμένης, οὕτως εὐθεῖά τις πρὸς τὴν διπλασίαν τῆς ἐφαπτομένης· ἥτις ἂν ἀπὸ τῆς τομῆς ἀχθῇ παράλληλος τῇ ἐφαπτομένῃ, ἐπὶ τὴν διὰ τῆς ἁφῆς καὶ τοῦ κέντρου ἠγμένην, δυνήσεται τὸ χωρίον ὀρθογώνιον παρακείμενον παρὰ τὴν ποριοθεῖσαν, πλάτος ἔχον τὴν ἀπολαμβανομένην ὑπ᾽ αὐτῆς πρὸς τῇ ἁφῇ, ἐπὶ μὲν τῆς ὑπερβολῆς, ὑπερβάλλον εἴδει ὁμοίῳ τῷ περιεχομένῳ ὑπὸ τῆς διπλασίας τῆς μεταξὺ τοῦ κέντρου καὶ τῆς ἁφῆς καὶ τῆς ποριοθείσης εὐθείας, ἐπὶ δὲ τῆς ἐλλείψεως καὶ τοῦ κύκλου, ἐλλεῖπον.

SIT hyperbola, vel ellipsis, vel circuli circumferentia, cujus diameter ΑΒ, centrum Γ; & ΔΕ sectionem contingat; juncta vero ΓΕ producatur ad utrasque partes; ponaturque ΓΚ ipsi ΕΓ æqualis; & per Β ordinatim applicetur ΒΖΗ; deinde per Ε ad rectos angulos ipsi ΕΓ ducatur ΒΘ; fiatque ut ΖΕ ad ΕΗ ita ΕΘ ad duplam ipsius ΕΔ, & juncta ΘΚ

ΕΣΤΩ ὑπερβολή, ἢ ἔλλειψις, ἢ κύκλου περιφέρεια, ἧς διάμετρος ἡ ΑΒ, κέντρον δὲ τὸ Γ, ἐφαπτομένη δὲ ἡ ΔΕ, καὶ ἐπιζευχθεῖσα ἡ ΓΕ ἐκβεβλήσθω ἐφ᾽ ἑκάτερα, καὶ κείσθω τῇ ΕΓ ἴση ἡ ΓΚ, καὶ διὰ τοῦ Β τεταγμένως ἀνήχθω ἡ ΒΖΗ, διὰ δὲ τοῦ Ε τῇ ΕΓ πρὸς ὀρθὰς ἤχθω ἡ ΕΘ, καὶ γινέσθω ὡς ἡ ΖΕ πρὸς ΕΗ οὕτως ἡ ΕΘ πρὸς τὴν διπλασίαν τῆς ΕΔ, καὶ ἐπιζευχθεῖσα

ἐπιζευχθεῖσα ἡ ΘΚ ἐκβεβλήσθω, καὶ εἰλήφθω τι ἐπὶ τῆς τομῆς σημεῖον τὸ Λ, καὶ δι' αὐτοῦ τῇ ΕΔ παράλληλος ἤχθω ἡ ΛΜΞ, τῇ ΒΗ ἡ ΛΝΡ, τῇ δὲ ΕΘ ἡ ΜΠ· λέγω ὅτι τὸ ἀπὸ ΛΜ ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ ΕΜΠ.

Ἤχθω γὰρ διὰ τοῦ Γ τῇ ΚΠ παράλληλος ἡ ΓΣΟ. καὶ ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ ΕΓ τῇ ΚΓ, ὡς δὲ ἡ ΕΓ πρὸς ΚΓ οὕτως ἡ ΕΣ πρὸς ΣΘ· ἴση ἄρα καὶ ἡ ΕΣ τῇ ΣΘ. καὶ ἐπεί ἐστιν ὡς ἡ ΖΕ πρὸς ΕΗ οὕτως ἡ ΘΕ πρὸς τὴν διπλασίαν τῆς ΕΔ, καὶ ἔστι τῆς ΕΘ ἡμίσεια ἡ ΕΣ· ἔστιν ἄρα ὡς ἡ ΖΕ πρὸς ΕΗ οὕτως ἡ ΣΕ πρὸς ΕΔ. ὡς δὲ ἡ ΖΕ πρὸς ΕΗ οὕτως ἡ ΛΜ πρὸς ΜΡ· ὡς ἄρα

producatur; sumpto denique in sectione puncto Λ, per ipsum ducatur ΛΜΞ ipsi quidem ΕΔ parallela; ΛΝΡ vero parallela ipsi ΒΗ; ipsique ΕΘ parallela ΜΠ: dico quadratum ex ΛΜ rectangulo ΕΜΠ æquale esse.

Ducatur enim per Γ recta ΓΣΟ parallela ipsi ΚΠ. itaque quoniam ΕΓ æqualis est ipsi ΚΓ, & [per 2. 6.] ut ΕΓ ad ΓΚ ita ΕΣ ad ΣΘ; erit ΕΣ ipsi ΣΘ æqualis. & quoniam [ex hyp.] ut ΖΕ ad ΕΗ ita ΘΕ ad duplam ΕΔ, atque est ipsius ΕΘ dimidia ΕΣ: erit ut ΖΕ ad ΕΗ ita ΣΕ ad ΕΔ. ut autem ΖΕ ad ΕΗ ita [per 4. 6.] ΛΜ ad ΜΡ: ergo ut ΛΜ ad ΜΡ ita




ἡ ΛΜ πρὸς ΜΡ οὕτως ἡ ΣΕ πρὸς ΕΔ. καὶ ἐπεὶ τὸ ΡΝΓ τρίγωνον τοῦ ΗΒΓ τριγώνου, τουτέστι τοῦ ΓΔΕ, ἐπὶ μὲν τῆς ὑπερβολῆς μεῖζον ἐδείχθη, ἐπὶ δὲ τῆς ἐλλείψεως καὶ τοῦ κύκλου ἔλασσον τῷ ΛΝΞ· κοινῶν ἀφαιρεθέντων, ἐπὶ μὲν τῆς ὑπερβολῆς τοῦ τε ΕΓΔ τριγώνου καὶ τοῦ ΝΡΜΞ τετραπλεύρου, ἐπὶ δὲ τῆς ἐλλείψεως καὶ τοῦ κύκλου τοῦ ΜΞΓ τριγώνου· τὸ ΛΜΡ τρίγωνον τῷ ΜΕΔΞ τετραπλεύρῳ ἐστὶν ἴσον. καὶ ἔστι παράλληλος ἡ ΜΞ τῇ ΔΕ, ἡ δὲ ὑπὸ ΛΜΡ γωνία τῇ ὑπὸ ΕΜΞ ἐστὶν ἴση· ἴσον ἄρα ἐστὶ τὸ ὑπὸ ΛΜΡ τῷ ὑπὸ τῆς ΕΜ καὶ συναμφοτέρου τῆς ΕΔ, ΜΞ. καὶ ἐπεί ἐστιν ὡς ἡ ΜΓ πρὸς ΓΕ οὕτως ἥ τε ΜΞ πρὸς ΔΕ καὶ ἡ ΜΟ πρὸς ΕΣ· ὡς ἄρα ἡ ΜΟ πρὸς ΕΣ οὕτως ἡ ΜΞ πρὸς ΔΕ· καὶ συνθέντι, ὡς συναμφότερος ἡ ΜΟ, ΕΣ πρὸς ΕΣ οὕτω συναμφότερος ἡ ΜΞΕΔ πρὸς ΕΔ· ἐναλλὰξ ἄρα ὡς συναμφότερος ἡ ΜΟ, ΣΕ πρὸς συναμφότερον τὴν ΞΜ, ΕΔ οὕτως ἡ ΣΕ πρὸς ΕΔ. ἀλλ' ὡς μὲν συναμφότερος ἡ ΜΟ, ΕΣ πρὸς συναμφότερον τὴν ΜΞ, ΔΕ οὕτως τὸ ὑπὸ συναμφοτέρου τῆς ΜΟ, ΕΣ καὶ τῆς ΕΜ πρὸς τὸ ὑπὸ

ΣΕ ad ΕΔ. sed cum demonstratum sit [in 43. 1. huj.] triangulum ΡΝΓ in hyperbola quidem majus esse quam triangulum ΗΒΓ, hoc est quam triangulum ΓΔΕ; in ellipsi vero & circulo minus, ipso ΛΝΞ triangulo: communibus ablatis, in hyperbola scilicet triangulo ΕΓΔ & ΝΡΜΞ quadrilatero, in ellipsi autem & circulo, triangulo ΜΞΓ; erit ΛΜΡ triangulum quadrilatero ΜΕΔΞ æquale. atque est [ex hyp.] ΜΞ parallela ipsi ΔΕ, & [per 15. 1.] angulus ΛΜΡ æqualis angulo ΕΜΞ; ergo [ex lem. *Pappi* 8.] rectangulum ΛΜΡ æquale est rectangulo sub ΕΜ & utraque ipsarum ΕΔ, ΜΞ contento. & quoniam [per 4. 6.] ut ΜΓ ad ΓΕ ita & ΜΞ ad ΔΕ & ΜΟ ad ΕΣ: ut igitur ΜΟ ad ΕΣ ita ΜΞ ad ΔΕ; & componendo [per 18. 5.] ut utraque ΜΟ, ΣΕ ad ΕΣ ita utraque ΜΞ, ΔΕ ad ΕΔ: quare permutando, ut utraque ΜΟ, ΣΕ ad utramque ΞΜ, ΕΔ ita ΣΕ ad ΕΔ. sed ut utraque ΜΟ, ΣΕ ad utramque ΜΞ, ΔΕ ita [per. 1. 6.] rectangulum sub utraque ΜΟ, ΣΕ & ipsa ΕΜ ad contentum sub utraque

MΞ, EΔ & EM. ut autem ΣE ad EΔ ita [ut supra ostensum] ZE ad EH, hoc est [per 4. 6.] ΛM ad MP; atque adeo [per 1. 6.] quadratum ex ΛM ad rectangulum ΛMP: quare ut rectangulum contentum sub utraque MO, EΣ & ME ad contentum sub utraque MΞ, ΔE & EM, ita quadratum ex ΛM ad rectangulum ΛMP; & permutando, ut rectangulum contentum sub utraque MO, EΣ & EM ad quadratum ex MΛ, ita contentum sub utraque MΞ, ΔE & EM ad ΛMP rectangulum: est autem [ut supra ostensum] rectangulum ΛMP æquale rectangulo sub ME & utraque MΞ, ΔE: ergo quadratum ex ΛM æquale est rectangulo sub EM & utraque MO, ΣE. est autem ΣE ipsi ΣΘ æqualis, & [per 33. 1.] ΣΘ ipsi OΠ: quadratum igitur ex ΛM rectangulo EMΠ æquale erit.

συναμφοτέρου τῆς ΜΞ, ΕΔ καὶ τῆς ΕΜ. ὡς δὲ ἡ ΣΕ πρὸς ΕΔ οὕτως ἡ ΖΕ πρὸς ΕΗ, τουτέστιν ἡ ΛΜ πρὸς ΜΡ, τουτέστι τὸ ἀπὸ ΛΜ πρὸς τὸ ὑπὸ ΛΜΡ· ὡς ἄρα τὸ ὑπὸ συναμφοτέρου τῆς ΜΟ, ΕΣ καὶ τῆς ΜΕ πρὸς τὸ ὑπὸ συναμφοτέρου τῆς ΜΞ, ΔΕ καὶ τῆς ΕΜ οὕτως τὸ ἀπὸ ΛΜ πρὸς τὸ ὑπὸ ΛΜΡ· καὶ ἐναλλὰξ ὡς τὸ ὑπὸ συναμφοτέρου τῆς ΜΟ, ΕΣ καὶ τῆς ΜΕ πρὸς τὸ ἀπὸ ΛΜ, οὕτως τὸ ὑπὸ συναμφοτέρου τῆς ΜΞ, ΕΔ καὶ τῆς ΜΕ πρὸς τὸ ὑπὸ ΛΜΡ. ἴσον δὲ τὸ ὑπὸ ΛΜΡ τῷ ὑπὸ τῆς ΜΕ καὶ συναμφοτέρου τῆς ΜΞ, ΕΔ· ἴσον ἄρα καὶ τὸ ἀπὸ ΛΜ τῷ ὑπὸ ΕΜ καὶ συναμφοτέρου τῆς ΜΟ, ΕΣ. καί ἐστιν ἡ μὲν ΣΕ τῇ ΣΘ ἴση, ἡ δὲ ΣΘ τῇ ΟΠ· ἴσον ἄρα τὸ ἀπὸ ΛΜ τῷ ὑπὸ ΕΜΠ.

## EUTOCIUS.

Casus hujus theorematis ita se habent ut in quadragesimo tertio, sicut & casus subsequentis theorematis quinquagesimi primi.

Πτώσεις τούτου τοῦ θεωρήματος ὡσαύτως ἔχουσι τῷ τοῦ μγ΄. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ να΄.

### PROP. LI. Theor.

Si quamlibet oppositarum sectionum recta linea contingens cum diametro conveniat, & per tactum & centrum recta producatur usque ad alteram sectionem; à vertice vero ducatur recta parallela ordinatim applicatæ, conveniensque cum recta per tactum & centrum ducta; & fiat ut portio contingentis inter applicatam & tactum ad portionem ductæ per tactum & centrum quæ inter tactum & applicatam interjicitur, ita quædam recta ad duplam contingentis: quæ in altera sectione ducitur parallela contingenti ad rectam per tactum & centrum ductam, poterit rectangulum quod adjacet inventæ lineæ, latitudinem habens interceptam inter ipsam & tactum, excedens vero figura simili ei quæ sub linea inter oppositas sectiones interjectâ & inventâ rectâ continetur.

### ΠΡΟΤΑΣΙΣ να΄.

Ἐὰν ὁποτέρας οὖν τῶν ἀντικειμένων εὐθεῖα ἐπιψαύουσα συμπίπτῃ τῇ διαμέτρῳ, καὶ διὰ τῆς ἁφῆς καὶ τοῦ κέντρου ἐκβληθῇ τις εὐθεῖα ἕως τῆς ἑτέρας τομῆς, ἀπὸ δὲ τῆς κορυφῆς εὐθεῖα ἀναχθῇ παρὰ τεταγμένως κατηγμένην, καὶ συμπίπτῃ τῇ διὰ τῆς ἁφῆς καὶ τοῦ κέντρου ἠγμένῃ εὐθείᾳ, καὶ γενηθῇ ὡς τὸ τμῆμα τῆς ἐφαπτομένης τὸ μεταξὺ τῆς ἀνηγμένης καὶ τῆς ἁφῆς πρὸς τὸ τμῆμα τῆς ἠγμένης διὰ τῆς ἁφῆς καὶ τοῦ κέντρου τὸ μεταξὺ τῆς ἁφῆς καὶ τῆς ἀνηγμένης, οὕτως εὐθεῖά τις πρὸς τὴν διπλασίαν τῆς ἐφαπτομένης· ἥτις ἂν ἐν τῇ ἑτέρᾳ τῶν τομῶν ἀχθῇ ἐπὶ τὴν διὰ τῆς ἁφῆς καὶ τοῦ κέντρου ἠγμένην εὐθεῖαν παράλληλος τῇ ἐφαπτομένῃ, δυνήσεται τὸ παρακείμενον ὀρθογώνιον παρὰ τὴν πορισθεῖσαν, πλάτος ἔχον τὴν ἀπολαμβανομένην ὑπ' αὐτῆς πρὸς τῇ ἁφῇ, ὑπερβάλλον εἴδει ὁμοίῳ τῷ περιεχομένῳ ὑπὸ τῆς μεταξὺ τῶν ἀντικειμένων καὶ τῆς πορισθείσης εὐθείας.

SINT oppositæ sectiones, quarum diameter AB, centrum E; & ducatur ΓΔ sectionem B contingens, junctaque ΓE producatur; ordinatim vero applicetur BΛH, & fiat ut ΛΓ ad ΓH ita quædam recta K ad duplam ΓΔ: itaque perspicuum est [ex præced.] in sectione BΓ lineas parallelas ipsi ΓΔ, quæ ducuntur ad rectam EΓ productam, posse spatia adjacentia rectæ K, latitudinemque habentia lineam quæ est inter ipsas & tactum, & excedentia figura simili contentæ sub linea ΓZ & K; dupla est enim ZΓ ipsius ΓE. dico igitur idem evenire in sectione ZA.

ΕΣΤΩΣΑΝ ἀντικείμεναι, ὧν διάμετρος ἡ ΑΒ, κέντρον δὲ τὸ Ε, καὶ ἤχθω τῆς Β τομῆς ἐφαπτομένη ἡ ΓΔ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΓΕ καὶ ἐκβεβλήσθω, καὶ ἤχθω τεταγμένως ἡ ΒΛΗ, καὶ πεποιήσθω ὡς ἡ ΛΓ πρὸς ΓΗ οὕτως εὐθεῖά τις ἡ Κ πρὸς τὴν διπλασίαν τῆς ΓΔ· ὅτι μὲν οὖν αἱ ἐν τῇ ΒΓ τομῇ παράλληλοι τῇ ΓΔ ἐπὶ τὴν ἐπ' εὐθείας τῇ ΕΓ δύνανται τὰ παρὰ τὴν Κ παρακείμενα χωρία, πλάτη ἔχοντα τὰς ἀπολαμβανομένας ὑπ' αὐτῶν πρὸς τῇ ἁφῇ, ὑπερβάλλοντα εἴδει ὁμοίῳ τῷ ὑπὸ ΓΖ, Κ, φανερόν· διπλασία γάρ ἐστιν ἡ ΖΓ τῆς ΓΕ. λέγω δὴ ὅτι καὶ ἐν τῇ ΖΑ τομῇ τὸ αὐτὸ συμβήσεται.

Ἤχθω

Ἤχθω γὰρ διὰ τοῦ Z ἐφαπτομένη τῆς A Z τομῆς ἡ M Z, καὶ τεταγμένως ἀνήχθω ἡ A Ξ N. καὶ ἐπεὶ ἀντικείμεναί εἰσιν αἱ B Γ, A Z, ἐφαπτόμεναι δὲ αὐτῶν αἱ Γ Δ, M Z· ἴση ἄρα καὶ παράλληλός ἐστιν ἡ Γ Δ τῇ M Z. ἴση δὲ καὶ ἡ Γ E τῇ E Z· καὶ ἡ E Δ ἄρα τῇ E M ἐστὶν ἴση. καὶ ἐπεί ἐστιν ὡς ἡ Λ Γ πρὸς Γ H οὕτως ἡ K πρὸς τὴν διπλασίαν τῆς Γ Δ, τουτέστι τῆς M Z· καὶ ὡς ἄρα ἡ Ξ Z πρὸς Z N οὕτως ἡ K πρὸς τὴν διπλασίαν τῆς M Z. ἐπεὶ οὖν ὑπερβολή ἐστιν ἡ A Z, ἧς διάμετρος ἡ A B, ἐφαπτομένη δὲ ἡ M Z, καὶ τεταγμένως ἦκται ἡ A N, καί ἐστιν ὡς ἡ Ξ Z πρὸς Z N οὕτως ἡ K πρὸς τὴν διπλασίαν τῆς Z M· ὅσαι ἂν ἀπὸ τῆς τομῆς παράλληλοι τῇ Z M ἀχθῶσιν ἐπὶ τὴν ἐπ' εὐθείας τῇ E Z, δυνήσονται τὸ περιεχόμενον ὀρθογώνιον ὑπὸ τῆς K εὐθείας καὶ τῆς ἀπολαμβανομένης ὑπ' αὐτῶν πρὸς τῷ Z σημείῳ, ὑπερβάλλον εἴδει ὁμοίῳ τῷ ὑπὸ Γ Z, K.




Ducatur per Z linea M Z quæ sectionem A Z contingat; ordinatimque applicetur A Ξ N. & quoniam oppositæ sectiones sunt B Γ, A Z, atque ipsas contingunt Γ Δ, M Z; erit [ex 30. huj.] Γ Δ ipsi M Z æqualis & parallela. est autem Γ E æqualis ipsi E Z: ergo & E Δ ipsi E M. sed quoniam ut Λ Γ ad Γ H ita [ex hyp.] linea K ad duplam ipsius Γ Δ, sive M Z; erit ut Ξ Z ad Z N ita K ad duplam M Z. cum autem A Z hyperbola est, cujus diameter A B, & M Z ipsam contingit; ordinatim vero applicata est A N; & ut Ξ Z ad Z N ita K ad duplam Z M: ergo [per 50. huj.] quæcunque à sectione ducuntur parallelæ ipsi M Z ad E Z in directum productam, poterunt rectangulum contentum sub linea K & interjecta inter ipsas & punctum Z, excedensque figura simili ei quæ sub Γ Z & K continetur.

### Πόρισμα.

Δεδειγμένων δὲ τούτων συμφανὲς ὅτι ἐν μὲν τῇ παραβολῇ ἑκάστη τῶν παρὰ τὴν ἐκ τῆς γεννήσεως διάμετρον ἀγομένων εὐθειῶν διάμετρός ἐστιν· ἐν δὲ τῇ ὑπερβολῇ, καὶ τῇ ἐλλείψει, καὶ ταῖς ἀντικειμέναις ἑκάστη τῶν διὰ τοῦ κέντρου ἀγομένων εὐθειῶν· καὶ διότι ἐν μὲν τῇ παραβολῇ, αἱ καταγόμεναι ἐφ' ἑκάστην τῶν διαμέτρων παρὰ τὰς ἐφαπτομένας τὰ παρὰ τὴν αὐτὴν παρακείμενα ὀρθογώνια δυνήσονται· ἐν τῇ ὑπερβολῇ καὶ ταῖς ἀντικειμέναις τὰ παρὰ τὴν αὐτὴν παρακείμενα χωρία καὶ ὑπερβάλλοντα τῷ αὐτῷ εἴδει· ἐν δὲ τῇ ἐλλείψει τὰ παρὰ τὴν αὐτὴν παρακείμενα καὶ ἐλλείποντα τῷ αὐτῷ εἴδει· καὶ διότι πάντα ὅσα προδέδεικται περὶ τὰς τομὰς συμβαίνοντα, συμπαραλαμβανομένων τῶν ἀρχικῶν διαμέτρων, καὶ τῶν ἄλλων διαμέτρων παραλαμβανομένων τὰ αὐτὰ συμβήσεται.

### *Corollarium.*

Itaque his demonstratis perspicuum est [per 46. huj.] in parabola unamquamque rectarum, quæ diametro ex generatione ducuntur parallelæ, diametrum esse; in hyperbola vero, ellipsi, & oppositis sectionibus, [per 47. & 48. huj.] unamquamque earum quæ per centrum ducuntur: ideoq; in parabola quidem [per 49.huj.] applicatas ad unamquamque diametrum parallelas contingentibus posse rectangula ipsi adjacentia; in hyperbola & oppositis sectionibus [per 50. & 51. huj.] posse rectangula adjacentia ipsi quæ excedunt eâdem figurâ; in ellipsi autem [per 50. huj.] quæ eâdem deficiunt: igitur quæcunque circa sectiones adhibitis principalibus diametris demonstrata sunt, & aliis diametris assumptis eadem quoque contingent.

## EUTOCIUS.

Τὴν ἐκ τῆς γεννήσεως διάμετρον λέγει τὴν γινομένην ἐν τῷ κώνῳ κοινὴν τομὴν τοῦ τέμνοντος ἐπιπέδου καὶ τοῦ διὰ τοῦ ἄξονος τριγώνου· ταύτην δὲ καὶ ἀρχικὴν διάμετρον λέγει. καί φησιν ὅτι πάντα τὰ δεδειγμένα συμπτώματα τῶν τομῶν ἐν τοῖς προειρημένοις θεωρήμασιν, ὑποτεθειμένων τῶν ἀρχικῶν διαμέτρων, συμβαίνειν δύναται καὶ τῶν ἄλλων πασῶν διαμέτρων ὑποτιθεμένων.

Diametrum ex generatione vocat communem sectionem plani secantis & trianguli per axem quæ in ipso cono efficitur; quam & principalem diametrum appellat. dicit autem omnia accidentia sectionum, quæ in superioribus theorematibus demonstrata sunt competere principalibus diametris, & aliis quibuscunque diametris assumptis etiam contingere.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ νβ'.

Εὐθείας δοθείσης ἐν ἐπιπέδῳ καθ' ἓν σημεῖον πεπερασμένης, εὑρεῖν ἐν τῷ ἐπιπέδῳ κώνου τομὴν τὴν καλουμένην παραβολήν, ἧς διάμετρος ἡ δοθεῖσα εὐθεῖα, κορυφὴ δὲ τὸ πέρας τῆς εὐθείας· ἥτις δὲ ἂν ἀπὸ τῆς τομῆς καταχθῇ ἐπὶ τὴν διάμετρον ἐν δοθείσῃ γωνίᾳ, δυνήσεται τὸ πε-

## Prop. LII. *Probl.*

**Rectâ datâ in plano ad unum punctum terminatâ, invenire in plano coni sectionem quæ parabola appellatur, cujus diameter erit data recta & vertex rectæ terminus; quæ vero à sectione ad diametrum in dato angulo applicatur, poterit rectangulum**

gulum contentum sub rectâ quæ est inter ipsam & verticem sectionis & alterâ quadam data rectâ.

SIT recta data positione A B ad A punctum terminata, altera autem magnitudine data sit Γ Δ; & datus angulus primum sit rectus: oporteat autem in subjecto plano invenire parabolam, ita ut ejus diameter sit A B; & vertex A, rectum autem figuræ latus Γ Δ, ordinatim ductis in recto angulo applicatis, hoc est, ut A B sit axis.

Producatur A B ad E, sumaturque ipsius Γ Δ quarta pars Γ H; & sit B A major quam Γ H, inter ipsas autem Γ Δ, E A media proportionalis sit Θ: est igitur [per cor. 20. 6.] ut Γ Δ ad E A ita quadratum ex Θ ad quadratum ex E A. sed Γ Δ est minor quam quadrupla ipsius E A: ergo & quadratum ex Θ quadrati ex E A minus est quam quadruplum; & propterea Θ minor quam dupla ipsius E A. cum igitur duæ rectæ E A majores sint quam Θ; fieri potest [per 22. 1.] ut ex Θ & duabus E A triangulum constituatur. igitur [per 22.1.] super E A constituatur triangulum E A Z [per prop. 12.11.] rectum ad subjectum planum, ita ut E A æqualis sit A Z & Θ æqualis Z E; ducaturque [per 31. 1.] A K parallela ipsi E Z, & Z K ipsi E A. deinde intelligatur conus, cujus vertex Z punctum, basis autem circulus circa diametrum K A, rectus ad planum quod per A Z K transit: erit igitur conus ille rectus, quoniam A Z æqualis est Z K. itaque secetur conus plano quod circulo K A æquidistet; faciatque [per 4. huj.] sectionem circulum M N Ξ, rectum videlicet ad planum transiens per M Z N: & sit circuli M N Ξ & trianguli M Z N communis sectio M N: quare M N circuli diameter est. communis autem sectio plani subjecti & circuli sit Ξ Λ. quoniam igitur circulus MNΞ rectus est ad triangulum MNΞ, rectumque est subjectum planum ad triangulum M Z N; communis ipsorum sectio Ξ Λ [per 19. 11.] ad triangulum M Z N, hoc est ad K Z A, perpendicularis erit: quare & ad omnes rectas lineas quæ in triangulo ipsam contingunt, adeoque ad utramque ipsarum M N, A B. rursus quoniam conus basim habens circulum M N Ξ, verticem vero punctum Z, secatur plano ad triangulum M Z N recto, quod sectionem facit circulum MNΞ; & secatur altero plano subjecto secante basim coni secundum rectam Ξ Λ perpendicularem ipsi M N, quæ communis est sectio circuli M N Ξ & trianguli M Z N: communis autem sectio subjecti plani & trianguli M Z N, videlicet A B, parallela est lateri coni Z K M: erit [per 11. huj.] coni sectio in subjecto plano facta parabola, cujus diameter A B, & rectæ à sectione




περιεχόμενον ὀρθογώνιον ὑπὸ τῆς ἀπολαμβανομένης ὑπ' αὐτῆς πρὸς τῇ κορυφῇ τῆς τομῆς καὶ ἑτέρας τινὸς δοθείσης εὐθείας.

ΕΣΤΩ θέσει δοθεῖσα ἡ A B πεπερασμένη κατὰ τὸ A, ἑτέρα δὲ ἡ Γ Δ τῷ μεγέθει, ἡ δὲ δοθεῖσα γωνία ἔστω πρότερον ὀρθή· δεῖ δὴ εὑρεῖν ἐν τῷ ὑποκειμένῳ ἐπιπέδῳ παραβολήν, ἧς διάμετρος μὲν ἡ A B, κορυφὴ δὲ τὸ A, ὀρθία δὲ ἡ Γ Δ, αἱ δὲ καταγόμεναι τεταγμένως ἐν ὀρθῇ γωνίᾳ καταχθῶσιν, τουτέστιν ἵνα ἄξων ᾖ ἡ A B.

Ἐκβεβλήσθω ἡ A B ἐπὶ τὸ E, καὶ εἰλήφθω τῆς Γ Δ τέταρτον μέρος ἡ Γ H, τῆς δὲ Γ H μείζων ἔστω ἡ E A, καὶ τῶν Γ Δ, E A μέση ἀνάλογον εἰλήφθω ἡ Θ· ἔστιν ἄρα ὡς ἡ Γ Δ πρὸς E A οὕτως τὸ ἀπὸ Θ πρὸς τὸ ἀπὸ E A. ἡ δὲ Γ Δ τῆς E A ἐλάττων ἐστὶν ἢ τετραπλασία, καὶ τὸ ἀπὸ Θ τοῦ ἀπὸ E A ἔλαττόν ἐστιν ἢ τετραπλάσιον· ἡ Θ ἄρα τῆς E A ἐλάττων ἐστὶν ἢ διπλῆ. ἐπεὶ οὖν δύο αἱ E A τῆς Θ μείζονές εἰσι· δυνατὸν ἄρα ἐστὶν ἐκ τῆς Θ καὶ δύο τῶν E A τρίγωνον συστήσασθαι. συνεστάτω τοίνυν ἐπὶ τῆς E A τρίγωνον τὸ E A Z ὀρθὸν πρὸς τὸ ὑποκείμενον ἐπίπεδον, ὥστε ἴσην εἶναι τὴν μὲν E A τῇ A Z, τὴν δὲ Θ τῇ Z E· καὶ ἤχθω τῇ μὲν Z E παράλληλος ἡ A K, τῇ δὲ E A ἡ Z K. νοείσθω κῶνος, οὗ κορυφὴ τὸ Z σημεῖον, βάσις δὲ ὁ περὶ διάμετρον τὴν K A κύκλος, ὀρθὸς ὢν πρὸς τὸ διὰ τῶν A Z K ἐπίπεδον· ἔσται δὴ ὀρθὸς ὁ κῶνος, ἴση γὰρ ἡ A Z τῇ Z K. τετμήσθω δὲ ὁ κῶνος ἐπιπέδῳ παραλλήλῳ τῷ K A κύκλῳ, καὶ ποιείτω τομὴν τὸν M N Ξ κύκλον, ὀρθὸν δηλονότι πρὸς τὸ διὰ τῶν M Z N ἐπίπεδον, καὶ ἔστω τοῦ M N Ξ κύκλου καὶ τοῦ M Z N τριγώνου κοινὴ τομὴ ἡ M N· διάμετρος ἄρα ἐστὶ τοῦ κύκλου. ἔστω δὲ τοῦ ὑποκειμένου ἐπιπέδου καὶ τοῦ κύκλου κοινὴ τομὴ ἡ Ξ Λ. ἐπεὶ οὖν ὁ M N Ξ κύκλος ὀρθός ἐστι πρὸς τὸ M Z N τρίγωνον, ὀρθὸν δὲ καὶ τὸ ὑποκείμενον ἐπίπεδον πρὸς τὸ M Z N τρίγωνον· ἡ κοινὴ ἄρα αὐτῶν τομὴ ἡ Ξ Λ ὀρθή ἐστι πρὸς τὸ M Z N τρίγωνον, τουτέστι τὸ K Z A· καὶ πρὸς πάσας ἄρα τὰς ἁπτομένας αὐτῆς εὐθείας, καὶ οὔσας ἐν τῷ τριγώνῳ, ὀρθή ἐστιν· ὥστε καὶ πρὸς ἑκατέραν τῶν M N, A B. πάλιν ἐπεὶ κῶνος, οὗ βάσις μὲν ὁ M N Ξ κύκλος, κορυφὴ δὲ τὸ Z σημεῖον, τέτμηται ἐπιπέδῳ ὀρθῷ πρὸς τὸ M Z N τρίγωνον, καὶ ποιεῖ τομὴν τὸν M N Ξ κύκλον, τέτμηται δὲ καὶ ἑτέρῳ ἐπιπέδῳ τῷ ὑποκειμένῳ τέμνοντι τὴν βάσιν τοῦ κώνου κατ' εὐθεῖαν τὴν Ξ Λ πρὸς ὀρθὰς οὖσαν τῇ M N, ἣ κοινή ἐστι τομὴ τοῦ τε M N Ξ κύκλου καὶ τοῦ M Z N τριγώνου· ἡ δὲ κοινὴ τομὴ τοῦ ὑποκειμένου ἐπιπέδου καὶ τοῦ M Z N τριγώνου ἡ A B παράλληλός ἐστι τῇ Z K M πλευρᾷ τοῦ κώνου· ἡ ἄρα γινομένη ἐν τῷ ὑποκειμένῳ ἐπιπέδῳ τομὴ τοῦ κώνου παραβολή ἐστι, διάμετρος δὲ αὐτῆς ἡ A B, αἱ δὲ καταγόμεναι

γόμεναι ἀπὸ τῆς τομῆς ἐπὶ τὴν ΑΒ τεταγμένως, ἐν ὀρθῇ καταχθήσονται γωνίᾳ, παράλληλοι γάρ εἰσι τῇ ΖΛ πρὸς ὀρθὰς οὔσῃ τῇ ΑΒ. καὶ ἐπεὶ αἱ τρεῖς ἀνάλογόν εἰσιν, αἱ ΓΔ, Θ, ΕΑ, ἴση δὲ ἡ μὲν ΕΑ τῇ ΑΖ καὶ τῇ ΖΚ, ἡ δὲ Θ τῇ ΕΖ καὶ τῇ ΑΚ· ἔστιν ἄρα ὡς ἡ ΓΔ πρὸς ΑΚ οὕτως ἡ ΑΚ πρὸς ΑΖ· καὶ ὡς ἄρα ἡ ΓΔ πρὸς ΑΖ οὕτως τὸ ἀπὸ ΑΚ πρὸς τὸ ἀπὸ ΑΖ, τουτέστι τὸ ὑπὸ ΑΖΚ· ὀρθία ἄρα ἐστὶν ἡ ΓΔ τῆς τομῆς, τοῦτο γὰρ δέδεικται ἐν τῷ ἑνδεκάτῳ θεωρήματι.

ΤΩΝ αὐτῶν ὑποκειμένων, μὴ ἔστω ἡ δοθεῖσα γωνία ὀρθὴ, καὶ κείσθω αὐτῇ ἴση ἡ ὑπὸ ΘΑΕ, καὶ τῆς ΓΔ ἔστω ἡμίσεια ΑΘ, καὶ ἀπὸ τοῦ Θ ἐπὶ τὴν ΑΕ κάθετος ἤχθω ἡ ΘΕ, καὶ διὰ τοῦ Ε τῇ ΒΘ παράλληλος ἡ ΕΛ, καὶ ἀπὸ τοῦ Α ἐπὶ τὴν ΕΛ κάθετος ἤχθω ἡ ΑΛ, καὶ τετμήσθω ἡ ΕΛ δίχα κατὰ τὸ Κ, καὶ ἀπὸ τοῦ Κ τῇ ΕΛ πρὸς ὀρθὰς ἤχθω ἡ ΚΜ, καὶ ἐκβεβλήσθω ἐπὶ τὰ Ζ, Η, καὶ τῷ ἀπὸ τῆς ΑΛ ἴσον ἔστω τὸ ὑπὸ ΛΚΜ, καὶ δύο δοθεισῶν εὐθειῶν τῶν ΛΚ, ΚΜ, τῆς μὲν ΚΛ θέσει πεπερασμένης κατὰ τὸ Κ, τῆς δὲ ΚΜ μεγέθει, καὶ γωνίας ὀρθῆς, γεγράφθω παραβολὴ, ἧς διάμετρος ἡ ΚΛ, κορυφὴ δὲ τὸ Κ, ὀρθία δὲ ἡ ΚΜ, ὡς προδέδεικται· ἥξει δὲ διὰ τοῦ Α, διὰ τὸ ἴσον εἶναι τὸ ἀπὸ ΑΛ τῷ ὑπὸ ΛΚΜ, καὶ ἐφάψεται τῆς τομῆς ἡ ΕΑ, διὰ τὸ ἴσην εἶναι τὴν ΕΚ τῇ ΚΛ, καὶ ἔστιν ἡ ΘΑ τῇ ΕΚΛ παράλληλος· ἡ ΘΑΒ ἄρα διάμετρός ἐστι τῆς τομῆς, καὶ αἱ ἐπ' αὐτὴν ἀπὸ τῆς τομῆς καταγόμεναι παράλληλοι τῇ ΑΕ δίχα τμηθήσονται ὑπὸ τῆς ΑΒ, καταχθήσονται δὲ ἐν γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ΘΑΕ. καὶ ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ ὑπὸ ΑΕΘ γωνία τῇ ὑπὸ ΑΗΖ, κοινὴ δὲ ἡ πρὸς τὸ Α· ὅμοιον ἄρα ἐστὶ τὸ ΑΘΕ τρίγωνον τῷ ΑΗΖ· ὡς ἄρα ἡ ΘΑ πρὸς ΕΑ οὕτως ἡ ΖΑ πρὸς ΑΗ· ὡς ἄρα ἡ διπλασία τῆς ΑΘ πρὸς τὴν διπλασίαν τῆς ΑΕ οὕτως ἡ ΖΑ πρὸς ΑΗ. ἡ δὲ ΓΔ τῆς ΘΑ διπλῆ· ὡς ἄρα ἡ ΖΑ πρὸς ΑΗ οὕτως ἡ ΓΔ πρὸς τὴν διπλασίαν τῆς ΑΕ, διὰ δὴ τὰ δεδειγμένα ἐν τῷ τεσσαρακοστῷ ἐννάτῳ θεωρήματι ὀρθία ἐστὶν ἡ ΓΔ.

ad ipsam AB ordinatim ductæ, in recto angulo applicabuntur; parallelæ enim sunt rectæ ZA quæ est ad AB perpendicularis. & quoniam tres rectæ ΓΔ, Θ, EA proportionales sunt; æqualis autem [per 33. 1.] EA ipsi AZ & ipsi ZK, atque Θ æqualis EZ & AK: erit ut ΓΔ ad AK ita AK ad AZ: quare [per cor. 20. 6.] ut ΓΔ ad AZ ita quadratum ex AK ad quadratum ex AZ, hoc est ad id quod sub AZK continetur: ergo rectum sectionis latus est ΓΔ; illud enim in undecimo theoremate demonstratum fuit.

IISDEM positis, non sit datus angulus rectus; ponaturque illi æqualis ΘAE angulus; & [per 2. & 10. 1.] sit AΘ dimidia ipsius ΓΔ; à Θ vero [per 12. 1.] ducatur ΘE ad AE perpendicularis, perque E [per 31. 1.] ipsi BΘ parallela ducatur EΛ, & ab A ad EΛ perpendicularis AΛ: deinde [per 10. 1.] secta EΛ bifariam in K, ab ipso K ducatur KM [per 11. 1.] ad rectos angulos ipsi EΛ; & ad puncta Z, H producatur; & [ope 11. 6.] quadrato ex AΛ æquale fit rectangulum ΛKM, atque duabus rectis lineis ΛK, KM datis, ΛK quidem positione & ad K terminata, KM vero magnitudine; &, dato angulo recto, describatur parabola, ut superius dictum est, cujus diameter KΛ, vertex K, & rectum latus KM: transibit autem ea per A [per 11. huj.] propterea quod quadratum ex AΛ rectangulo ΛKM est æquale; & [per 33. huj.] linea EA sectionem continget, quoniam KΛ æqualis est EK, & ΘA est parallela ipsi EKΛ: ergo [per 46. huj.] ΘAB diameter erit sectionis; & à sectione ad eam applicatæ ipsi AE parallelæ bifariam dividentur à linea AB; & [per 29. 1.] in angulo ΘAE applicabuntur. quoniam igitur angulus AEΘ æqualis est angulo AHZ, & communis qui ad A; triangulum AΘE simile est [per 4. 6.] AHZ triangulo: ut ergo ΘA ad EA ita ZA ad AH; & ideo ut dupla AΘ ad duplam AE ita ZA ad AH. sed cum ΓΔ sit dupla ipsius ΘA, erit ut ZA ad AH ita ΓΔ ad duplam ipsius AE: quare, per ea quæ in theoremate quadragesimo nono ostensa sunt, erit ΓΔ rectum sectionis latus.




## ΠΡΟΤΑΣΙΣ νγ'.

Δύο δοθεισῶν εὐθειῶν πεπερασμένων πρὸς ὀρθὰς ἀλλήλαις, τῆς ἑτέρας ἐκβαλλομένης ἐπὶ ταὐτὰ τῇ ὀρθῇ γωνίᾳ· εὑρεῖν ἐπὶ τῆς προσεκβληθείσης κώνου τομὴν τὴν καλουμένην ὑπερβολὴν ἐν τῷ αὐτῷ ἐπιπέδῳ ταῖς εὐθείαις, ὅπως ἡ μὲν προσεκβληθεῖσα διάμετρος ἐῇ τῆς τομῆς, κορυφὴ δὲ τὸ πρὸς τῇ γωνίᾳ σημεῖον, ἥτις δὲ ἂν καταχθῇ ἀπὸ τῆς τομῆς ἐπὶ τὴν διάμετρον, γωνίαν ποιοῦσα ἴσην τῇ δοθείσῃ, δυνήσεται παρακείμενον

## Prop. LIII. *Probl.*

Datis duabus rectis terminatis quæ ad rectos inter se angulos constituantur, & altera producta ad easdem partes ad quas angulus rectus: invenire in recta producta coni sectionem quæ hyperbola dicitur, in eodem plano in quo sunt datæ rectæ, ita ut producta diameter sectionis sit, & vertex punctum quod ad angulum consistit; quæ vero à sectione ad diametrum applicatur, angulum faciens æqualem dato, possit ctangulum quod adjaceat alteri rectæ, latitudinem habens rectam interjectam inter applicatam & verticem sectionis, excedens vero figura simili & similiter posita ei quæ datis à principio rectis continetur.

ὀρθογώνιον παρὰ τὴν ἑτέραν εὐθεῖαν, πλάτος ἔχον τὴν ἀπολαμβανομένην ὑπὸ τῆς κατηγμένης πρὸς τῇ κορυφῇ, ὑπερβάλλον εἴδει ὁμοίῳ καὶ ὁμοίως κειμένῳ τῷ ὑπὸ τῶν ἐξ ἀρχῆς εὐθειῶν.

SINT datæ rectæ terminatæ AB, BΓ ad rectos inter se angulos, & producatur AB ad Δ: oportet igitur in plano, quod per ABΓ transit, invenire hyperbolam; ita ut ejus diameter sit ABΔ, vertex B punctum, & rectum figuræ latus BΓ; quæ vero à sectione ad BΔ in dato angulo applicentur, possint rectangula adjacentia ipsi BΓ, quæ latitudines habeant lineas interjectas inter ipsas & punctum B, excedantque figura simili & similiter posita ei quæ sub rectis AB, BΓ continetur.

Sit datus angulus primum rectus, * & super AB planum erigatur [ope 12. 11.] rectum ad subjectum planum, in quo circa AB circulus describatur AEBZ; ita ut pars diametri circuli, quæ in portione AEB comprehenditur ad partem comprehensam in portione AZB non majorem rationem habeat quam AB ad BΓ; & [per 30.3.] secetur AEB circumferentia bifariam in E; ducaturque [per 10. 1.] à puncto E ad AB perpendicularis EK, quæ ad Λ producatur: ergo EΛ diameter est circuli. quod si ut AB ad BΓ ita fuerit EK ad KΛ, usi essemus puncto Λ: sin minus, fiat [per 12.6.] ut AB ad BΓ ita EK ad minorem ipsâ KΛ, quæ sit KM; & per M [per 31. 1.] ducatur MZ parallela ipsi AB; junctisque AZ, EZ, ZB, per B ducatur BΞ ipsi ZE parallela. itaque quoniam angulus AZE æqualis est [per 27. 3.] angulo EZB; angulus autem AZE [per 29. 1.] angulo AΞB, & EZB ipsi ΞBZ: erit & ΞBZ ipsi ZΞB æqualis; quare [per 6. 1.] & ZB æqualis ipsi ZΞ. intelligatur conus cujus vertex Z, & basis circulus circa diametrum BΞ, rectus ad ZBΞ triangulum: erit itaque is conus rectus, quia ZB æqualis est ZΞ. producantur ZB, ZΞ, MZ; & secetur conus plano, quod circulo BΞ æquidistet; erit igitur [per 4. huj.] ea sectio circulus, qui sit HΠΘP, cujus circuli diameter est HΘ. communis autem sectio circuli HΘ & subjecti plani sit ΠΔP: erit igitur ΠΔP ad utramque ipsarum HΘ, ΔB perpendicularis: (uterque enim circulorum ΞB, ΘH rectus est ad triangulum ZHΘ; sed & subjectum planum ad ZHΘ rectum est: ergo [per 19. 11.] communis ipsorum sectio ΠΔP erit & ad ZHΘ perpendicularis, ac proinde ad omnes rectas,

*




ΕΣΤΩΣΑΝ αἱ δοθεῖσαι δύο εὐθεῖαι πεπερασμέναι πρὸς ὀρθὰς ἀλλήλαις αἱ ΑΒ, ΒΓ, καὶ ἐκβεβλήσθω ἡ ΑΒ ἐπὶ τὸ Δ· δεῖ δὴ εὑρεῖν ἐν τῷ διὰ τῆς ΑΒΓ ἐπιπέδῳ ὑπερβολήν, ἧς διάμετρος μὲν ἔσται ἡ ΑΒΔ, κορυφὴ δὲ τὸ Β, ὀρθία δὲ ἡ ΒΓ, αἱ δὲ καταγόμεναι ἀπὸ τῆς τομῆς ἐπὶ τὴν ΒΔ ἐν τῇ δοθείσῃ γωνίᾳ δυνήσονται τὰ παρὰ τὴν ΒΓ παρακείμενα, πλάτη ἔχοντα τὰς ἀπολαμβανομένας ὑπ' αὐτῶν πρὸς τῷ Β, ὑπερβάλλοντα εἴδει ὁμοίῳ καὶ ὁμοίως κειμένῳ τῷ ὑπὸ τῶν ΑΒ, ΒΓ.

Ἔστω ἡ δοθεῖσα γωνία πρότερον ὀρθή, [a] καὶ ἀνεστάτω ἀπὸ τῆς ΑΒ ἐπίπεδον ὀρθὸν πρὸς τὸ ὑποκείμενον ἐπίπεδον, καὶ ἐν αὐτῷ περὶ τὴν ΑΒ κύκλος γεγράφθω ὁ ΑΕΒΖ, ὥστε τὸ τμῆμα τῆς διαμέτρου τοῦ κύκλου, τὸ ἐν τῷ ΑΕΒ τμήματι, πρὸς τὸ τμῆμα τῆς διαμέτρου, τὸ ἐν τῷ ΑΖΒ, μὴ μείζονα λόγον ἔχειν οὗ ὃν ἔχει ἡ ΑΒ πρὸς ΒΓ· καὶ τετμήσθω ἡ ΑΕΒ δίχα κατὰ τὸ Ε, καὶ ἤχθω ἀπὸ τοῦ Ε ἐπὶ τὴν ΑΒ κάθετος ἡ ΕΚ, καὶ ἐκβεβλήσθω ἐπὶ τὸ Λ· διάμετρος ἄρα ἐστὶν ἡ ΕΛ. εἰ μὲν οὖν ἐστιν ὡς ἡ ΑΒ πρὸς ΒΓ οὕτως ἡ ΕΚ πρὸς ΚΛ, τῷ Λ ἂν ἐχρησάμεθα· εἰ δὲ μή, γινέσθω ὡς ἡ ΑΒ πρὸς ΒΓ οὕτως ἡ ΕΚ πρὸς ἐλάσσονα τῆς ΚΛ τὴν ΚΜ, καὶ διὰ τοῦ Μ τῇ ΑΒ παράλληλος ἤχθω ἡ ΜΖ, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΑΖ, ΕΖ, ΖΒ, καὶ διὰ τοῦ Β τῇ ΖΕ παράλληλος ἡ ΒΞ. ἐπεὶ οὖν ἴση ἐστὶν ἡ ὑπὸ ΑΖΕ γωνία τῇ ὑπὸ ΕΖΒ, ἀλλ' ἡ μὲν ὑπὸ ΑΖΕ τῇ ὑπὸ ΑΞΒ ἐστιν ἴση, ἡ δὲ ὑπὸ ΕΖΒ τῇ ΞΒΖ ἐστιν ἴση· καὶ ἡ ὑπὸ ΞΒΖ ἄρα τῇ ὑπὸ ΖΞΒ ἐστιν ἴση· καὶ ἄρα ἡ ΖΒ τῇ ΖΞ. νενοήσθω κῶνος, οὗ κορυφὴ μὲν τὸ Ζ σημεῖον, βάσις δὲ ὁ περὶ τὴν ΒΞ διάμετρον κύκλος, ὀρθὸς ὢν πρὸς τὸ ΒΖΞ τρίγωνον· ἔσται δὴ ὁ κῶνος ὀρθός, ἴση γὰρ ἡ ΖΒ τῇ ΖΞ. ἐκβεβλήσθωσαν δὲ αἱ ΖΒ, ΖΞ, ΜΖ, καὶ τετμήσθω ὁ κῶνος ἐπιπέδῳ παραλλήλῳ τῷ ΒΞ κύκλῳ· ἔσται δὴ ἡ τομὴ κύκλος. ἔστω ὁ ΗΠΘΡ· ὥστε διάμετρός ἐστι τοῦ κύκλου ἡ ΗΘ· κοινὴ δὲ τομὴ τοῦ ΗΘ κύκλου καὶ τοῦ ὑποκειμένου ἐπιπέδου ἔστω ἡ ΠΔΡ· ἔσται δὴ ἡ ΠΔΡ πρὸς ἑκατέραν τῶν ΗΘ, ΑΒΔ ὀρθή· (ἑκάτερος γὰρ τῶν ΞΒ, ΘΗ κύκλος ὀρθός ἐστι πρὸς τὸ ΖΗΘ τρίγωνον, ἔστι δὲ καὶ τὸ ὑποκείμενον ἐπίπεδον ὀρθὸν πρὸς τὸ ΖΗΘ· καὶ ἡ κοινὴ ἄρα αὐτῶν τομὴ ἡ ΠΔΡ ὀρθή ἐστι πρὸς τὸ ΖΗΘ, καὶ πρὸς πάσας

ἄρα

ἄρα τὰς ἀπτομένας αὐτῆς εὐθείας, καὶ οὔσας ἐν τῷ αὐτῷ ἐπιπέδῳ, ὀρθὰς ποιεῖ γωνίας· τέτμηται ἄρα ἐπιπέδῳ ὀρθῷ πρὸς τὸ ΖΗΘ τρίγωνον, καὶ ποιεῖ τομὴν τὸν ΗΠΘΡ κύκλον.) καὶ ἐπεὶ κῶνος, οὗ βάσις μὲν ὁ ΗΘ κύκλος, κορυφὴ δὲ τὸ Ζ, τέτμηται καὶ ἑτέρῳ ἐπιπέδῳ τῷ ὑποκειμένῳ τέμνοντι τὴν βάσιν τοῦ κώνου κατ' εὐθεῖαν τὴν ΠΔΡ πρὸς ὀρθὰς τῇ ΗΔΘ, ἡ δὲ κοινὴ τομὴ τούτου ὑποκειμένου ἐπιπέδου καὶ τοῦ ΗΖΘ, τουτέστιν ἡ ΔΒ, ἐκβαλλομένη ἐπὶ τὸ Β συμπίπτει τῇ ΗΖ κατὰ τὸ Α· ὑπερβολὴ ἄρα ἐστὶν, διὰ τὰ προδεδειγμένα, ἡ τομὴ ἡ ΠΒΡ, ἧς κορυφὴ μὲν ἔσται τὸ Β σημεῖον, αἱ δὲ καταγόμεναι ἐπὶ τὴν ΒΔ τεταγμένως ἐν ὀρθῇ γωνίᾳ καταχθήσονται), παράλληλοι γάρ εἰσι τῇ ΠΔΡ.

Καὶ ἐπεὶ ἐστιν ὡς ἡ ΑΒ πρὸς ΒΓ οὕτως ἡ ΕΚ πρὸς ΚΜ, ὡς δὲ ἡ ΕΚ πρὸς ΚΜ οὕτως ἡ ΕΝ πρὸς ΝΖ, τουτέστι τὸ ὑπὸ ΕΝΖ πρὸς τὸ ἀπὸ ΝΖ· ὡς ἄρα ἡ ΑΒ πρὸς ΒΓ οὕτως τὸ ὑπὸ ΕΝΖ πρὸς τὸ ἀπὸ ΝΖ. ἴσον δὲ τὸ ὑπὸ ΕΝΖ τῷ ὑπὸ ΑΝΒ· ὡς ἄρα ἡ ΑΒ πρὸς ΓΒ οὕτως τὸ ὑπὸ ΑΝΒ πρὸς τὸ ἀπὸ ΝΖ. τὸ δὲ ὑπὸ ΑΝΒ πρὸς τὸ ἀπὸ ΝΖ τὸν συγκείμενον ἔχει λόγον, ἐκ τοῦ τῆς ΑΝ πρὸς ΝΖ καὶ τῆς ΒΝ πρὸς ΝΖ· ἀλλ' ὡς μὲν ἡ ΑΝ πρὸς ΝΖ οὕτως ἡ ΑΔ πρὸς ΔΗ καὶ ἡ ΖΟ πρὸς ΟΗ, ὡς δὲ ἡ ΒΝ πρὸς ΝΖ οὕτως ἡ ΖΟ πρὸς ΟΘ· ἡ ἄρα ΑΒ πρὸς ΒΓ τὸν συγκείμενον ἔχει λόγον, ἐκ τοῦ ὃν ἔχει ἡ ΖΟ πρὸς ΟΗ καὶ ἡ ΖΟ πρὸς ΟΘ, τουτέστι τὸ ἀπὸ ΖΟ πρὸς τὸ ὑπὸ ΗΟΘ· ἔστιν ἄρα ὡς ἡ ΑΒ πρὸς ΒΓ οὕτως τὸ ἀπὸ ΖΟ πρὸς τὸ ὑπὸ ΗΟΘ. καὶ ἔστι παράλληλος ἡ ΖΟ τῇ ΑΔ· πλαγία ἄρα πλευρά ἐστιν ἡ ΑΒ, ὀρθία δὲ ἡ ΒΓ· ταῦτα γὰρ ἐν τῷ δωδεκάτῳ θεωρήματι δέδεικται.

ΜΗ ἔστω δὴ ἡ δεδομένη γωνία ὀρθή, καὶ ἔστωσαν αἱ δοθεῖσαι εὐθεῖαι ἡ ΑΒ, ΑΓ, ἡ δὲ δοθεῖσα γωνία ἔστω ἴση τῇ ὑπὸ τῶν ΒΑΘ· δεῖ δὴ γράψαι ὑπερβολὴν, ἧς διάμετρος μὲν ἔσται ἡ ΑΒ, ὀρθία δὲ ἡ ΑΓ, αἱ δὲ καταγόμεναι ἐν τῇ ὑπὸ ΘΑΒ γωνίᾳ τεταγμένως καταχθήσονται.

Τετμήσθω ἡ ΑΒ δίχα κατὰ τὸ Δ, [h] καὶ ἐπὶ τῆς ΑΔ γεγράφθω ἡμικύκλιον τὸ ΑΖΔ, καὶ ἤχθω εἰς τὸ ἡμικύκλιον παράλληλος τῇ ΑΘ ἡ ΖΗ, ποιοῦσα τὸν τοῦ ἀπὸ ΖΗ πρὸς τὸ ὑπὸ ΔΗΑ λόγον τὸν αὐτὸν τῷ τῆς ΑΓ πρὸς ΑΒ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΖΘΔ καὶ ἐκβεβλήσθω, καὶ τῶν ΖΔ, ΔΘ μέση ἀνάλογον ἔστω ἡ ΔΛ, καὶ κείσθω τῇ ΛΔ ἴση ἡ ΔΚ, τὸ δὲ ἀπὸ τῆς ΑΖ ἴσον ἔστω τῷ ὑπὸ ΛΖΜ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΚΜ, καὶ διὰ τοῦ Λ πρὸς ὀρθὰς ἤχθω τῇ ΚΖ ἡ ΛΝ, καὶ ἐκβεβλήσθω ἐπὶ τὰ Ο, Ξ· καὶ δύο δοθεισῶν εὐθειῶν




quæ ipſam contingunt atque in eodem plano conſiſtunt, rectos facit angulos; ſecatur igitur plano triangulo ΖΗΘ recto, ſectionemque facit circulum ΗΠΘΡ.) quoniam vero conus, cujus baſis eſt circulus ΗΘ & vertex Ζ, ſecatur plano ſubjecto ſecante baſim coni ſecundum rectam lineam ΠΔΡ perpendicularem ad ΗΔΘ: & communis ſectio ſubjecti plani & trianguli ΗΖΘ, videlicet ΔΒ, producta ad partes Β convenit cum ΗΖ in puncto Α: erit ex iis, quæ [ad 12. huj.] demonſtrata ſunt, ſectio ΠΒΡ hyperbola, cujus vertex Β, & ordinatim ductæ ad diametrum ΒΔ in recto angulo applicabuntur; parallelæ etenim ſunt ipſi ΠΔΡ.

Quoniam autem ut ΑΒ ad ΒΓ ita [per conſtr.] eſt ΕΚ ad ΚΜ; & [per 2. 6.] ut ΕΚ ad ΚΜ ita ΕΝ ad ΝΖ, hoc eſt [per 1.6.] rectangulum ΕΝΖ ad quadratum ex ΝΖ: erit ut ΑΒ ad ΒΓ ita ΕΝΖ rectangulum ad quadratum ex ΝΖ. ſed [per 35. 3.] ΕΝΖ rectangulum æquale eſt rectangulo ΑΝΒ: ergo ut ΑΒ ad ΓΒ ita rectangulum ΑΝΒ ad quadratum ex ΝΖ. rectangulum autem ΑΝΒ ad quadratum ex ΝΖ rationem habet compoſitam ex ratione ΑΝ ad ΝΖ & ex ratione ΒΝ ad ΝΖ; ſed [per 4. 6.] ut ΑΝ ad ΝΖ, ita ΑΔ ad ΔΗ ut & ΖΟ ad ΟΗ; & ut ΒΝ ad ΝΖ ita ΖΟ ad ΟΘ: quare ΑΒ ad ΒΓ rationem compoſitam habet ex ratione ΖΟ ad ΟΗ & ex ratione ΖΟ ad ΟΘ; hoc eſt [per 23. 6.] ex ratione quadrati ex ΖΟ ad rectangulum ΗΟΘ: eſt igitur ut ΑΒ ad ΒΓ ita quadratum ex ΖΟ ad ΗΟΘ rectangulum. atque [per conſtr.] eſt ΖΟ parallela ipſi ΑΔ: ſequitur ergo ΑΒ eſſe tranſverſum figuræ latus & ΒΓ rectum; etenim hæc in duodecimo theoremate oſtenſa ſunt.

Non ſit autem datus angulus rectus, ſintque rectæ datæ ΑΒ, ΑΓ; & datus angulus æqualis ſit angulo ΒΑΘ: oportet igitur deſcribere hyperbolam, ita ut ejus diameter ſit ΑΒ, & rectum latus ΑΓ, ductæ vero ordinatim ad diametrum in angulo ΘΑΒ applicentur.

Secetur [per 10. 1.] ΑΒ bifariam in Δ: & [b] ſuper ΑΔ deſcribatur ſemicirculus ΑΖΔ, & ducatur quædam recta ΖΗ ad ſemicirculum parallela ipſi ΑΘ; ita ut fiat ratio quadrati ex ΖΗ ad rectangulum ΔΗΑ eadem quam habet recta ΑΓ ad rectam ΑΒ; & juncta ΖΘΔ producatur; inter ipſas autem ΖΔ, ΔΘ media proportionalis ſit [per 13. 6.] recta ΔΛ, ponaturque ipſi ΛΔ æqualis ΔΚ; & [ope 11.6.] quadrato ex ΑΖ æquale fiat rectangulum ΛΖΜ, & jungatur ΚΜ; deinde per Λ ad rectos angulos ipſi ΚΖ ducatur ΛΝ ad quæ Ο, Ξ producatur: datis autem duabus rectis

rectis terminatis ΚΛ, ΛΝ, ad rectos inter se angulos, describatur [ex superius ostensis] hyperbola, cujus transversum quidem latus sit ΚΛ, rectum vero ΛΝ; & à sectione ad diametrum ductæ in recto angulo applicentur, & possint rectangula adjacentia lineæ ΛΝ, quæ latitudines habeant interjectas inter ipsas & punctum Λ, excedantque figura simili ipsi ΚΛΝ: transibit igitur sectio per Α, cum [ex hyp.] quadratum ex ΑΖ æquale sit rectangulo ΛΖΜ; & linea ΑΘ [per 37. huj.] sectionem continget, rectangulum enim ΖΔΘ quadrato ex ΔΛ est æquale: ac propterea ΑΒ diameter est sectionis. quoniam vero [ex constr.] ut ΓΑ ad duplam ΑΔ, hoc est ad ΑΒ, ita quadratum ex ΖΗ ad rectangulum ΔΗΑ; & ΓΑ ad duplam ΑΔ compositam rationem habet ex ratione ΓΑ ad duplam ΑΘ & ex ratione duplæ ΑΘ ad duplam ΔΑ, hoc est ex ratione ΑΘ ad ΔΑ sive [per 4. 6.] ΖΗ ad ΗΔ: habebit ΓΑ ad ΑΒ rationem compositam ex ratione ΓΑ ad duplam ΑΘ & ex ratione ΖΗ ad ΗΔ. habet autem & quadratum ex ΖΗ ad rectangulum ΔΗΑ rationem compositam ex ratione ΖΗ ad ΗΔ & ex ratione ΖΗ ad ΗΑ: ratio igitur composita ex ratione ΓΑ ad duplam ΑΘ & ex ratione ΖΗ ad ΗΔ, eadem est ac ratio composita ex ratione ΖΗ ad ΗΔ & ex ratione ΖΗ ad ΗΑ. communis auferatur ratio ΖΗ ad ΗΔ: ergo ut ΓΑ ad duplam ΑΘ ita ΖΗ ad ΗΑ, & [per 4. 6.] ut ΖΗ ad ΗΑ ita ΟΑ ad ΑΞ: ut igitur ΓΑ ad duplam ΑΘ ita ΟΑ ad ΑΞ. quod cum ita sit, erit ΑΓ ea juxta quam possunt quæ à sectione ducuntur: hoc enim in quinquagesimo theoremate demonstratum est.




πεπερασμένων, πρὸς ὀρθὰς τε ἀλλήλαις, τῶν ΚΛ, ΛΝ, γεγράφθω ὑπερβολή, ἧς πλαγία πλευρὰ ἔστω ἡ ΚΛ, ὀρθία δὲ ἡ ΛΝ, αἱ δὲ καταγόμεναι ἐπὶ τὴν διάμετρον ἀπὸ τῆς τομῆς ἐν ὀρθῇ γωνίᾳ καταχθήσονται, καὶ δυνήσονται τὰ παρὰ τὴν ΛΝ παρακείμενα ὀρθογώνια, πλάτη ἔχοντα τὰς ἀπολαμβανομένας ὑπ' αὐτῶν πρὸς τὸ Λ, ὑπερβάλλοντα εἴδει ὁμοίῳ τῷ ὑπὸ ΚΛΝ· ἥξει δὴ ἡ τομὴ διὰ τοῦ Α, ἴσον γάρ ἐστι τὸ ἀπὸ ΑΖ τῷ ὑπὸ ΛΖΜ, καὶ ἐφάψεται αὐτῆς ἡ ΑΘ, τὸ γὰρ ὑπὸ ΖΔΘ ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ ΔΛ· ὥστε ἡ ΑΒ διάμετρός ἐστι τῆς τομῆς. καὶ ἐπεί ἐστιν ὡς ἡ ΓΑ πρὸς τὴν διπλασίαν τῆς ΑΔ, τουτέστι τὴν ΑΒ, οὕτως τὸ ἀπὸ ΖΗ πρὸς τὸ ὑπὸ ΔΗΑ· ἀλλ' ἡ μὲν ΓΑ πρὸς τὴν διπλασίαν τῆς ΑΔ τὸν συγκείμενον ἔχει λόγον, ἔκ τε οὗ ἔχει ἡ ΓΑ πρὸς τὴν διπλασίαν τῆς ΑΘ καὶ ἐκ τοῦ ὃν ἔχει ἡ διπλασία τῆς ΑΘ πρὸς τὴν διπλασίαν τῆς ΔΑ, τουτέστιν ἡ ΑΘ πρὸς ΔΑ, τουτέστιν ἡ ΖΗ πρὸς ΗΔ· ἡ ΓΑ ἄρα πρὸς ΑΒ τὸν συγκείμενον ἔχει λόγον, ἔκ τε τοῦ τῆς ΓΑ πρὸς τὴν διπλασίαν τῆς ΑΘ καὶ τοῦ τῆς ΖΗ πρὸς ΗΔ. ἔχει δὲ καὶ τὸ ἀπὸ ΖΗ πρὸς τὸ ὑπὸ ΔΗΑ τὸν συγκείμενον λόγον, ἐκ τοῦ ὃν ἔχει ἡ ΖΗ πρὸς ΗΔ καὶ ἡ ΖΗ πρὸς ΗΑ· ὁ ἄρα συγκείμενος λόγος, ἔκ τε τοῦ τῆς ΓΑ πρὸς τὴν διπλασίαν τῆς ΑΘ καὶ τοῦ τῆς ΖΗ πρὸς ΗΔ, ὁ αὐτός ἐστι τῷ συγκειμένῳ, ἔκ τε τοῦ τῆς ΖΗ πρὸς ΗΑ καὶ τοῦ τῆς ΖΗ πρὸς ΗΔ. κοινὸς ἀφῃρήσθω ὁ τῆς ΖΗ πρὸς ΗΔ λόγος· ἔστιν ἄρα ὡς ἡ ΓΑ πρὸς τὴν διπλασίαν τῆς ΑΘ οὕτως ἡ ΖΗ πρὸς ΗΑ. ὡς δὲ ἡ ΖΗ πρὸς ΗΑ οὕτως ἡ ΟΑ πρὸς ΑΞ· ὡς ἄρα ἡ ΓΑ πρὸς τὴν διπλασίαν τῆς ΑΘ οὕτως ἡ ΟΑ πρὸς ΑΞ. ὅταν δὲ τοῦτο ᾖ, παρ' ἣν δύνανται ἔσται ἡ ΑΓ· τοῦτο γὰρ δέδεικται ἐν τῷ ν'. θεωρήματι.

## EUTOCIUS.

a Et super ΑΒ planum erigatur, rectum ad subjectum planum, in quo circa ΑΒ describatur circulus ΑΕΒΖ, ita ut pars diametri circuli, quæ in portione ΑΕΒ comprehenditur, ad partem comprehensam in portione ΑΖΒ non majorem rationem habeat quam ΑΒ ad ΒΓ.] Sint duæ rectæ lineæ ΑΒ, ΒΓ, & oporteat circa ΑΒ circulum describere, cujus diameter à linea ΑΒ ita dividatur, ut pars ipsius, quæ est ad Γ, ad reliquam partem non majorem rationem habeat, quam ΑΒ ad ΒΓ. ponatur jam eandem habere; feceturque ΑΒ bifariam in Δ, & per Δ ad rectos angulos ipsi ΑΒ ducatur ΕΔΖ, & fiat ut ΑΒ ad ΒΓ ita ΕΔ ad ΔΖ; atque ΕΖ bifariam secetur: constat ergo, si




a Καὶ ἀνεστάτω ἀπὸ τῆς ΑΒ ἐπίπεδον ὀρθὸν πρὸς τὸ ὑποκείμενον ἐπίπεδον, καὶ ἐν αὐτῷ περὶ τὴν ΑΒ γεγράφθω κύκλος ὁ ΑΕΒΖ, ὥστε τὸ τμῆμα τῆς διαμέτρου τοῦ κύκλου, τὸ ἐν τῷ ΑΕΒ τμήματι, πρὸς τὸ τμῆμα τῆς διαμέτρου τοῦ κύκλου, τὸ ἐν τῷ ΑΖΒ τμήματι, μὴ μείζονα λόγον ἔχειν ὃν ἔχει ἡ ΑΒ πρὸς ΒΓ.] Ἔστωσαν δύο εὐθεῖαι αἱ ΑΒ, ΒΓ, καὶ δέον ἔστω περὶ τὴν ΑΒ κύκλον γράψαι, ὥστε τὴν διάμετρον αὐτοῦ τέμνεσθαι ὑπὸ τῆς ΑΒ οὕτως ὥστε τὸ πρὸς τὸ Γ μέρος αὐτῆς πρὸς τὸ λοιπὸν μὴ μείζονα λόγον ἔχειν τοῦ τῆς ΑΒ πρὸς ΒΓ. ὑποκείσθω μὲν νῦν τὸν αὐτὸν ἔχειν, καὶ τετμήσθω ἡ ΑΒ δίχα κατὰ τὸ Δ, καὶ δι' αὐτοῦ Δ πρὸς ὀρθὰς τῇ ΑΒ ἤχθω ἡ ΕΔΖ, καὶ γεγονέτω ὡς ἡ ΑΒ πρὸς ΒΓ οὕτως ἡ ΕΔ πρὸς ΔΖ, καὶ δίχα τετμήσθω ἡ ΕΖ· δῆλον

λον δῆλον, ὅτι, εἰ μὲν ἡ ΑΒ τῇ ΒΓ ἐστὶν ἴση, καὶ ἡ ΕΗ τῇ ΔΖ, ἡ διχοτομία ἔσται τῆς ΕΖ τὸ Δ· εἰ δὲ ἡ ΑΒ τῆς ΒΓ μείζων καὶ ἡ ΕΔ τῆς ΔΖ, ἡ διχοτομία κατωτέρω ἐστὶ τοῦ Δ· εἰ δὲ ἡ ΑΒ τῆς ΒΓ ἐλάσσων, ἀνωτέρω. ἔστω νῦν πρότερον κατωτέρω ὡς τὸ Η, καὶ κέντρῳ τῷ Η, διαστήματι τῷ ΗΖ κύκλος γεγράφθω. δεῖ δὲ διὰ τῶν Α, Β σημείων ἥξειν, ἢ ἐξωτέρω, ἢ ἐσωτέρω. καὶ εἰ μὲν διὰ τῶν Α, Β σημείων ἔρχεται, γεγονὸς ἂν εἴη τὸ ἐπιταχθέν. ὑπερπιπτέτω δὲ τὰ Α, Β, καὶ ἐκβληθεῖσα ἐφ' ἑκάτερα ἡ ΑΒ συμπιπτέτω τῇ περιφερείᾳ κατὰ τὰ Θ, Κ, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΖΘ, ΘΕ, ΕΚ, ΚΖ, καὶ ἤχθω διὰ τοῦ Β τῇ μὲν ΖΚ παράλληλος ἡ ΜΒ, τῇ δὲ ΚΕ ἡ ΒΛ, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΜΑ, ΑΛ· ἔσονται δὴ καὶ αὗται παράλληλοι ταῖς ΖΘ, ΘΕ, διὰ τὸ ἴσην εἶναι τὴν μὲν ΑΔ τῇ ΔΒ, τὴν δὲ ΔΘ τῇ ΔΚ, καὶ πρὸς ὀρθὰς εἶναι τὴν ΕΔΖ τῇ ΘΚ. καὶ ἐπεὶ ὀρθή ἐστιν ἡ πρὸς τῷ Κ γωνία καὶ παράλληλοι αἱ ΜΒ, ΒΛ ταῖς ΖΚ, ΚΕ, ὀρθὴ ἄρα καὶ ἡ πρὸς τῷ Β, διὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ ἡ πρὸς τῷ Α· ὥστε ὁ περὶ τὴν ΜΛ κύκλος γραφόμενος ἥξει διὰ τῶν Α, Β. γεγράφθω, ὡς ὁ ΜΑΛΒ. καὶ ἐπεὶ παράλληλός ἐστιν ἡ ΜΒ τῇ ΖΚ, ἔστιν ὡς ἡ ΖΔ πρὸς ΔΜ οὕτως ἡ ΚΔ πρὸς ΔΒ, ὁμοίως δὴ καὶ ὡς ἡ ΚΔ πρὸς ΔΒ οὕτως ἡ ΕΔ πρὸς ΔΛ, καὶ ἐναλλὰξ ὡς ἡ ΕΔ πρὸς ΔΖ οὕτως ἡ ΛΔ πρὸς ΔΜ· ὡς ἄρα ἡ ΑΒ πρὸς ΒΓ οὕτως ἡ ΛΔ πρὸς ΔΜ. ὁμοίως δὴ καὶ εἰ ὁ γραφόμενος περὶ τὴν ΖΕ κύκλος τέμνει τὴν ΑΒ, τὸ αὐτὸ δειχθήσεται.

quidem ΑΒ sit æqualis ΒΓ, & ΕΔ ipsi ΔΖ æqualem esse, & ideo punctum Δ rectam ΕΖ bifariam secare: si vero ΑΒ sit major ΒΓ & ΕΔ ipsâ ΔΖ, punctum quod bifariam secat ΕΖ infra Δ cadet: & si minor sit, cadet supra. jam cadat infra ut in Η; & centro quidem Η, intervallo autem ΗΖ circulus describatur. necessarium autem est eum vel per puncta Α, Β transire, vel extra, vel intra. & si transeat per Α, Β, factum jam erit quod oportebat. verum cadat extra Α, Β, & producatur ΑΒ in utramque partem, ut conveniat cum circumferentia circuli in punctis Θ, Κ; junctisque ΖΘ, ΘΕ, ΕΚ, ΚΖ, ducatur per Β linea ΜΒ parallela ΖΚ, & ΒΛ parallela ipsi ΚΕ, & jungantur ΜΑ, ΑΛ: quæ ipsis ΖΘ, ΘΕ parallelæ erunt, propterea quod æquales inter se sint ΑΔ, ΔΒ, itemque ΔΘ, ΔΚ, & ΕΔΖ sit ad rectos angulos ipsi ΘΚ. quoniam igitur [per 31. 3.] angulus Κ rectus est, & ΜΒ, ΒΛ parallelæ ipsis ΖΚ, ΚΕ; erit & qui ad Β rectus, & eadem ratione qui ad Α: quare circulus circa ΜΛ descriptus per puncta Α, Β transibit. describatur ille, sitque ΜΑΛΒ. & quoniam ΜΒ parallela est ipsi ΖΚ; erit [per 4. 6.] ut ΖΔ ad ΔΜ ita ΚΔ ad ΔΒ, & similiter ut ΚΔ ad ΔΒ ita ΕΔ ad ΔΛ, & permutando ut ΕΔ ad ΔΖ ita ΛΔ ad ΔΜ: ergo ut ΑΒ ad ΒΓ ita ΛΔ ad ΔΜ. quod si circulus circa ΖΕ descriptus secet ΑΒ, idem nihilominus demonstrabitur.

ᵇ Καὶ ἐπὶ τῆς ΑΔ γεγράφθω ἡμικύκλιον τὸ ΑΖΔ, καὶ ἤχθω εἰς τὸ ἡμικύκλιον παράλληλος τῇ ΑΘ ἡ ΖΗ, ποιοῦσα τὸν τοῦ ἀπὸ ΖΗ πρὸς τὸ ὑπὸ ΔΗΑ λόγον τὸν αὐτὸν τῷ τῆς ΓΑ πρὸς τὴν ΑΒ.] Ἔστω ἡμικύκλιον τὸ ΑΒΓ ἐπὶ διαμέτρου τῆς ΑΓ, ὁ δὲ δοθεὶς λόγος ὁ τῆς ΕΖ πρὸς ΖΗ, καὶ δέον ἔστω ποιῆσαι τὰ προκείμενα. κείσθω τῇ ΕΖ ἴση ἡ ΖΘ, καὶ τετμήσθω ἡ ΘΗ δίχα κατὰ τὸ Κ, καὶ ἤχθω ἐν τῷ ἡμικυκλίῳ τυχοῦσα εὐθεῖα ἡ ΓΒ ἐν γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ΑΓΒ· καὶ ἀπὸ τοῦ Λ κέντρου ἤχθω ἐπ' αὐτὴν κάθετος, καὶ ἐκβληθεῖσα συμβαλλέτω τῇ περιφερείᾳ κατὰ τὸ Ν, καὶ διὰ τοῦ Ν τῇ ΓΒ παράλληλος ἤχθω ἡ ΝΜ· ἐφάψεται ἄρα τοῦ κύκλου. καὶ πεποιήσθω ὡς ἡ ΖΘ πρὸς ΘΚ οὕτως ἡ ΜΞ πρὸς ΝΞ, καὶ κείσθω τῇ ΝΞ ἴση ἡ ΝΟ, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΛΞ, ΛΟ τέμνουσαι τὸ ἡμικύκλιον κατὰ τὰ Ρ, Π, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΠΡΔ. ἐπεὶ οὖν ἴση ἐστὶν ἡ ΝΞ τῇ ΝΟ, κοινή τε καὶ πρὸς ὀρθὰς ἡ ΝΛ· ἴση ἄρα καὶ ἡ ΛΟ τῇ ΛΞ. ἔστι δὲ καὶ ἡ ΛΠ ἴση τῇ ΛΡ· καὶ λοιπὴ ἄρα ἡ ΠΟ τῇ ΡΞ ἐστὶν ἴση· παράλληλος ἄρα ἐστὶν ἡ ΠΡΔ τῇ ΜΟ. καὶ ἔστιν ὡς ἡ ΖΘ πρὸς ΘΚ οὕτως ἡ ΜΞ πρὸς ΝΞ, ὡς δὲ ἡ ΘΚ πρὸς ΘΗ οὕτως ἡ ΝΞ πρὸς ΞΟ· δι' ἴσου ἄρα ὡς ἡ ΘΖ πρὸς ΘΗ οὕτως ἡ ΜΞ πρὸς ΞΟ. καὶ ἀνάπαλιν ὡς ἡ ΗΘ πρὸς ΘΖ οὕτως ἡ ΟΞ πρὸς ΞΜ· καὶ συνθέντι ὡς ἡ ΗΖ πρὸς ΖΘ, τουτέστι πρὸς ΖΕ, οὕτως ἡ ΟΜ πρὸς ΜΞ, τουτέστιν ἡ ΠΔ πρὸς ΔΡ. ὡς δὲ ἡ ΠΔ πρὸς ΔΡ οὕτως τὸ ὑπὸ ΠΔΡ πρὸς τὸ ἀπὸ ΔΡ. ἴσον δὲ τὸ ὑπὸ ΠΔΡ τῷ ὑπὸ ΑΔΓ· ὡς ἄρα ἡ ΗΖ πρὸς ΖΕ οὕτως τὸ ὑπὸ ΑΔΓ πρὸς τὸ ἀπὸ ΔΡ· ἀνάπαλιν ἄρα ὡς ἡ ΖΕ πρὸς ΖΗ οὕτως τὸ ἀπὸ ΔΡ πρὸς τὸ ὑπὸ ΑΔΓ.




ᵇ Et super ΑΔ describatur semicirculus ΑΖΔ, & ducatur quædam recta ΖΗ ad semicirculum parallela ipsi ΑΘ; faciens rationem quadrati ex ΖΗ ad rectangulum ΔΗΑ eandem quam habet ΓΑ ad ΑΒ.] Sit semicirculus ΑΒΓ circa diametrum ΑΓ, data autem ratio sit ΕΖ ad ΖΗ, & oporteat facere ea quæ proposita sunt. ponatur ipsi ΕΖ æqualis ΖΘ, & ΘΗ in puncto Κ bifariam dividatur, ducaturque in semicirculo quæpiam recta ΓΒ in angulo ΑΓΒ, & à centro Λ ad ipsam perpendicularis ducatur, quæ producta occurrat circuli circumferentiæ in Ν, & per Ν ipsi ΓΒ parallela sit ΝΜ: ergo [per 16.3.] ΝΜ circulum continget. itaque fiat [per 10. 6.] ut ΖΘ ad ΘΚ ita ΜΞ ad ΝΞ, & ipsi ΝΞ æqualis ponatur ΝΟ; jungantur autem ΛΞ, ΛΟ quæ semicirculum in punctis Ρ, Π secent, & ducatur ΠΡΔ. quoniam igitur ΝΞ æqualis est ΝΟ, communisque & ad rectos angulos ΝΛ; erit [per 4.1.] ΛΟ ipsi ΛΞ æqualis. sed ΛΠ est æqualis ΛΡ; ergo & reliqua ΠΟ reliquæ ΡΞ; & propterea [per 2.6.] ΠΡΔ ipsi ΜΟ est parallela. est autem ut ΖΘ ad ΘΚ ita ΜΞ ad ΞΝ, & ut ΘΚ ad ΘΗ ita ΝΞ ad ΞΟ; ex æquali igitur ut ΘΖ ad ΘΗ ita ΜΞ ad ΞΟ, invertendoque ut ΗΘ ad ΘΖ ita ΟΞ ad ΞΜ; & componendo erit ut ΗΖ ad ΖΘ, hoc est ad ΖΕ, ita ΟΜ ad ΜΞ, hoc est ΠΔ ad ΔΡ. ut autem ΠΔ ad ΔΡ ita [per 1. 6.] rectangulum ΠΔΡ ad quadratum ex ΔΡ. sed [per 36. 3.] rectangulum ΠΔΡ æquale est rectangulo ΑΔΓ: ergo ut ΗΖ ad ΖΕ ita ΑΔΓ rectangulum ad quadratum ex ΔΡ, & invertendo ut ΖΕ ad ΖΗ ita quadratum ex ΔΡ ad rectangulum ΑΔΓ.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ νδ.

**Δύο δοθεισῶν εὐθειῶν πεπερασμένων, καὶ πρὸς ὀρθὰς ἀλλήλαις· εὑρεῖν περὶ διάμετρον τὴν ἑτέραν αὐτῶν κώνου τομὴν τὴν καλουμένην ἔλλειψιν, ἐν τῷ αὐτῷ ἐπιπέδῳ ταῖς εὐθείαις, ἧς κορυφὴ**

## Prop. LIV. *Probl.*

**Datis duabus rectis lineis terminatis, atque ad rectos inter se angulos: invenire, circa alteram ipsarum tanquam diametrum coni, sectionem quæ ellipsis appellatur, in eodem plano in**

quo sunt datæ rectæ; ita ut vertex sit punctum ad rectum angulum, & rectæ à sectione ad diametrum sub angulo dato possint applicatæ rectangula adjacentia alteri datæ, quæ latitudinem habeant rectam inter ipsas & verticem sectionis interjectam, deficiantque figurâ simili & similiter positâ ei quæ sub datis rectis continetur.

SINT datæ rectæ A B, A Γ ad rectos angulos constitutæ, quarum major A B: oportet vero in subjecto plano describere ellipsim, ita ut ejus diameter sit A B, vertex A, & rectum latus A Γ; ductæ vero à sectione ad A B in dato angulo applicentur, & possint spatia adjacentia ipsi A Γ, quæ latitudines habeant lineas interjectas inter ipsas & punctum A, deficiantque figurâ simili & similiter positâ ei quæ sub B A, A Γ continetur.

Sit datus angulus primum rectus; & [ope 12.11.] juxta A B planum attollatur rectum ad subjectum planum, atque in ipso super A B circuli portio A Δ B descripta [per 30. 3.] bifariam dividatur in Δ, & jungantur Δ A, Δ B: ponatur autem ipsi A Γ æqualis A Ξ, & [per 31.1.] per Ξ ducatur Ξ O parallela ipsi B Δ; &

ἔσται τὸ πρὸς τῇ ὀρθῇ γωνίᾳ σημεῖον, αἱ δὲ καταγόμεναι ἀπὸ τῆς τομῆς ἐπὶ τὴν διάμετρον ἐν γωνίᾳ δοθείσῃ δυνήσονται τὰ παρακείμενα ὀρθογώνια παρὰ τὴν ἑτέραν εὐθεῖαν, πλάτος ἔχοντα τὴν ἀπολαμβανομένην ὑπ' αὐτῶν πρὸς τῇ κορυφῇ τῆς τομῆς, ἐλλείποντα εἴδει ὁμοίῳ τε καὶ ὁμοίως κειμένῳ τῷ ὑπὸ τῶν δοθεισῶν εὐθειῶν περιεχομένῳ.

ΕΣΤΩΣΑΝ αἱ δοθεῖσαι δύο εὐθεῖαι αἱ A B, A Γ πρὸς ὀρθὰς ἀλλήλαις, ὧν μείζων ἡ A B· δεῖ δὴ ἐν τῷ ὑποκειμένῳ ἐπιπέδῳ γράψαι ἔλλειψιν, ἧς διάμετρος μὲν ἔσται ἡ A B, κορυφὴ δὲ τὸ A, ὀρθία δὲ ἡ A Γ, αἱ δὲ καταγόμεναι καταχθήσονται ἀπὸ τῆς τομῆς ἐπὶ τὴν A B ἐν δεδομένῃ γωνίᾳ, καὶ δυνήσονται τὰ παρὰ τὴν A Γ παρακείμενα, πλάτη ἔχοντα τὰς ἀπολαμβανομένας ὑπ' αὐτῶν πρὸς τῷ A, ἐλλείποντα εἴδει ὁμοίῳ τε καὶ ὁμοίως κειμένῳ τῷ ὑπὸ τῶν B A, A Γ.

Ἔστω δὲ ἡ δοθεῖσα γωνία πρότερον ὀρθή, καὶ ἀνεστάτω ἀπὸ τῆς A B ἐπίπεδον ὀρθὸν πρὸς τὸ ὑποκείμενον, καὶ ἐν αὐτῷ ἐπὶ τῆς A B τμῆμα κύκλου γεγράφθω τὸ A Δ B, οὗ διχοτομία ἔστω τὸ Δ, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ Δ A, Δ B, καὶ κείσθω τῇ A Γ ἴση ἡ A Ξ, καὶ διὰ τοῦ Ξ τῇ Δ B παράλληλος ἤχθω ἡ Ξ O, διὰ δὲ τοῦ O τῇ A B




per O ipsi A B parallela O Z; junctaque Δ Z conveniat cum A B producta in puncto E: erit igitur [per 7. 5.] ut B A ad A Γ ita B A ad A Ξ, hoc est Δ A ad A O, hoc est [per 2. 6.] Δ E ad E Z; deinde jungantur A Z, Z B & producantur, sumaturque in Z A quodvis punctum H, & [per 31. 1.] per H ipsi Δ E parallela ducatur H Λ, quæ cum A B producta conveniat in K; denique producatur Z O, & conveniat cum H K in Λ. quoniam igitur circumferentia A Δ æqualis est ipsi Δ B; & [per 27. 3.] angulus A B Δ angulo Δ Z B æqualis erit. & quo-

παράλληλος ἡ O Z, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ Δ Z, καὶ συμπιπτέτω τῇ A B ἐκβληθείσῃ κατὰ τὸ E· ἔσται δὴ ὡς ἡ B A πρὸς A Γ οὕτως ἡ B A πρὸς A Ξ, τουτέστιν ἡ Δ A πρὸς A O, τουτέστιν ἡ Δ E πρὸς E Z· καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ A Z, Z B καὶ ἐκβεβλήσθωσαν, καὶ εἰλήφθω ἐπὶ τῆς Z A τυχὸν σημεῖον τὸ H, καὶ δι' αὐτοῦ τῇ Δ E παράλληλος ἤχθω ἡ H Λ, καὶ συμπιπτέτω τῇ A B ἐκβληθείσῃ κατὰ τὸ K· ἐκβεβλήσθω δὲ ἡ Z O καὶ συμπιπτέτω τῇ H K κατὰ τὸ Λ. ἐπεὶ οὖν ἴση ἐστὶν ἡ A Δ περιφέρεια τῇ Δ B, ἴση ἐστὶν ἡ ὑπὸ A B Δ γωνία τῇ ὑπὸ Δ Z B.

Εἰ γὰρ δυνατὸν, ἐν ἐλλείψει ἢ κύκλου περιφερείᾳ, δύο εὐθεῖαι, αἱ Γ Δ, Ε Ζ, μὴ διὰ τοῦ κέντρου οὖσαι, τεμνέτωσαν ἀλλήλας δίχα κατὰ τὸ Η, καὶ ἔστω κέντρον τῆς τομῆς τὸ Θ, καὶ ἐπιζευχθεῖσα ἡ Η Θ ἐκβεβλήσθω ἐπὶ τὰ Α, Β.



Ἐπεὶ οὖν διάμετρός ἐστιν ἡ Α Β, τὴν Ε Ζ δίχα τέμνουσα· ἡ ἄρα κατὰ τὸ Α ἐφαπτομένη παράλληλός ἐστι τῇ Ε Ζ. ὁμοίως δὲ δείξομεν ὅτι καὶ τῇ Γ Δ. ὥστε καὶ ἡ Ε Ζ παράλληλός ἐστι τῇ Γ Δ, ὅπερ ἀδύνατον. οὐκ ἄρα αἱ Γ Δ, Ε Ζ δίχα τέμνουσιν ἀλλήλας.

## Prop. XXVI. *Theor.*

**Si in ellipsi vel circuli circumferentia duæ rectæ lineæ non transeuntes per centrum se invicem secent; bifariam sese non secabunt.**

SI enim fieri potest, in ellipsi vel circuli circumferentia, duæ rectæ Γ Δ, E Z non transeuntes per centrum sese bifariam secent in H; sitque Θ centrum sectionis, & juncta H Θ ad A, B puncta producatur.



Quoniam igitur A B diameter est, ipsam E Z bifariam secans; quæ ad A sectionem contingit [per 6. 2.huj.] parallela erit ipsi E Z. similiter demonstrabimus eandem etiam ipsi Γ Δ esse parallelam: ergo [per 30. 1.] E Z est parallela ipsi Γ Δ, quod est absurdum. non igitur E Z, Γ Δ sese bifariam secant.

## Prop. XXVII. *Theor.*

**Si ellipsim vel circuli circumferentiam duæ rectæ lineæ contingant: si quidem ea quæ tactus conjungit per centrum sectionis transeat, contingentes rectæ sibi ipsis erunt parallelæ; sin minus, convenient inter sese ad easdem centri partes.**

SIT ellipsis, vel circuli circumferentia A B, quam contingant duæ rectæ Γ A Δ, E B Z, jungaturque A B, & primo transeat per centrum: dico Γ Δ ipsi E Z parallelam esse.





Quoniam enim A B est diameter sectionis, & Γ Δ ipsam in A contingit; erit [per 17. 1. huj.] Γ Δ parallela rectis quæ ad diametrum A B ordinatim applicantur. simili ratione E Z erit eisdem parallela: ergo [per 30. 1.] Γ Δ parallela est ipsi E Z.

Sed A B per centrum non transeat, ut fit in secunda figura, & ducatur A Θ diameter, & per Θ contingens K Θ Λ: parallela est igitur [per cas. 1.] K Λ ipsi Γ Δ: ergo E Z producta ad easdem partes centri, in quibus est A B, cum Γ Δ conveniet.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ κζ'.

**Ἐὰν ἐλλείψεως ἢ κύκλου περιφερείας δύο εὐθεῖαι ἐπιψαύωσιν· ἐὰν μὲν ἡ τὰς ἁφὰς ἐπιζευγνύουσα διὰ τοῦ κέντρου τῆς τομῆς ᾖ, παράλληλοι ἔσονται αἱ ἐφαπτόμεναι· ἐὰν δὲ μή, συμπεσοῦνται ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη τοῦ κέντρου.**

ΕΣΤΩ ἔλλειψις, ἢ κύκλου περιφέρεια ἡ A B, καὶ ἐφαπτέσθωσαν αὐτῆς αἱ Γ A Δ, E B Z, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ A B, καὶ ἔστω πρότερον διὰ τοῦ κέντρου· λέγω ὅτι παράλληλός ἐστιν ἡ Γ Δ τῇ E Z.





Ἐπεὶ γὰρ διάμετρός ἐστιν ἡ A B τῆς τομῆς, καὶ ἐφάπτεται αὐτῆς κατὰ τὸ A ἡ Γ Δ· ἡ Γ Δ ἄρα παράλληλός ἐστι ταῖς ἐπὶ τὴν A B τεταγμένως κατηγμέναις. διὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ E Z παράλληλός ἐστι ταῖς αὐταῖς· καὶ ἡ Γ Δ ἄρα τῇ E Z παράλληλός ἐστι.

Μὴ ἐρχέσθω δὲ ἡ A B διὰ τοῦ κέντρου, ὡς ἔχει ἐπὶ τῆς δευτέρας καταγραφῆς, καὶ ἤχθω διάμετρος ἡ A Θ, καὶ διὰ τοῦ Θ ἐφαπτομένη ἡ K Θ Λ· παράλληλος ἄρα ἐστὶν ἡ K Λ τῇ Γ Δ· ἡ ἄρα E Z ἐκβαλλομένη συμπεσεῖται τῇ Γ Δ ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη τῷ κέντρῳ, ἐν οἷς ἐστιν ἡ A B.

## Prop. XXVIII. *Theor.*

**Si in coni sectione vel circuli circumferentia, duas rectas parallelas recta linea bifariam secet: erit illa diameter sectionis.**

IN sectione enim coni duæ rectæ parallelæ A B, Γ Δ in punctis E, Z bifariam secentur, & juncta B Z producatur: dico illam esse sectionis diametrum.

Si enim non est, sit H Θ Z diameter, si fieri possit: ergo [per 5. vel 6. 2. huj.] quæ in H contingit sectionem parallela est ipsi A B: quare [per 30. 1.] & ipsi Γ Δ. est autem H Θ diameter: ergo [per defin. 10.] Γ Θ, Θ Δ æquales sunt, quod est absurdum; posuimus enim Γ E æqualem E Δ. non igitur H Θ diameter est sectionis. similiter demonstrabimus neque aliam quampiam esse diametrum præter ipsam E Z: ergo E Z sectionis diameter erit.





## ΠΡΟΤΑΣΙΣ κη'.

**Ἐὰν ἐν κώνου τομῇ ἢ κύκλου περιφερείᾳ δύο παραλλήλους εὐθείας εὐθεῖά τις δίχα τέμνῃ· διάμετρος ἔσται τῆς τομῆς.**

ΕΝ γὰρ κώνου τομῇ δύο εὐθεῖαι παράλληλοι αἱ A B, Γ Δ δίχα τεμνέσθωσαν κατὰ τὰ E, Z, καὶ ἐπιζευχθεῖσα ἡ E Z ἐκβεβλήσθω· λέγω ὅτι διάμετρός ἐστι τῆς τομῆς.

Εἰ γὰρ μή, ἔστω, εἰ δυνατόν, ἡ H Θ Z· ἡ ἄρα κατὰ τὸ H ἐφαπτομένη παράλληλός ἐστι τῇ A B· ὥστε ἡ αὐτὴ παράλληλός ἐστι τῇ Γ Δ. καὶ ἔστι διάμετρος ἡ H Θ· ἴση ἄρα ἡ Γ Θ τῇ Θ Δ, ὅπερ ἄτοπον· ὑπόκειται γὰρ ἡ Γ E τῇ E Δ ἴση. οὐκ ἄρα διάμετρός ἐστιν ἡ H Θ. ὁμοίως δὴ δείξομεν ὅτι οὐδὲ ἄλλη τις πλὴν τῆς E Z· ἡ E Z ἄρα διάμετρος ἔσται τῆς τομῆς.

EU-

## EUTOCIUS.

Ἄξιον ἐπισκέψασθαι τὴν δοθεῖσαν ἐν ἐπιπέδῳ καμπύλην γραμμήν, πότερον κύκλου ἐστὶ περιφέρεια, ἢ τις ἑτέρα τῶν τριῶν τῶν κώνου τομῶν, ἢ παρὰ ταύτας. ἔστω δὴ ἡ Α Β Γ, καὶ προκείσθω τὸ εἶδος αὐτῆς ἐπισκέψασθαι τὸν εἰρημένον τρόπον. Εἰλήφθω τινὰ σημεῖα ἐπὶ τῆς γραμμῆς τὰ Γ, Δ, καὶ ἤχθωσαν διὰ τῶν Γ, Δ σημείων παράλληλοι ἀλλήλαις εὐθεῖαί τινες αἱ Γ Β, Δ Ε, ἐντὸς ἀπολαμβανόμεναι τῆς γραμμῆς· καὶ πάλιν ἀπὸ τῶν Γ, Δ ἕτεραι παράλληλοι αἱ Γ Η, Δ Ζ, καὶ τετμήσθωσαν δίχα αἱ μὲν Γ Β, Δ Ε κατὰ τὰ Θ, Κ, αἱ δὲ Γ Η, Δ Ζ κατὰ τὰ Λ, Μ, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ Θ Κ, Λ Μ. εἰ μὲν οὖν πᾶσαι αἱ τῇ Β Γ παράλληλοι ὑπὸ τῆς Θ Κ διχοτομοῦνται, πᾶσαι δὲ αἱ τῇ Γ Η ὑπὸ τῆς

Non inutile erit, datâ in plano curvâ lineâ, investigare utrum circuli circumferentia sit, vel una è coni sectionibus, necne. sit ea Α Β Γ, & oporteat speciem ejus investigare. Sumantur in proposita linea puncta quævis Γ, Δ, per quæ ducantur intra lineam rectæ parallelæ Γ Β, Δ Ε: & rursus ab iisdem punctis aliæ parallelæ ducantur Γ Η, Δ Ζ, bifariamque secentur Γ Β, Δ Ε quidem in Θ, Κ punctis, Γ Η, Δ Ζ vero in Λ, Μ; & jungantur Θ Κ, Λ Μ. si igitur omnes rectæ quæ ipsi Γ Β parallelæ sunt, à Θ Κ bifariam dividantur; & quæ parallelæ sunt ipsi Γ Η à recta Μ Λ; erit Α Β Γ una è coni sectionibus, cujus diametri Θ Κ, Μ Λ; sin minus, non erit. Rursus quænam sit ex quatuor se-



Μ Λ, μία ἐστὶ τῶν τῆς κώνου τομῶν ἡ Α Β Γ, διαμέτρους ἔχουσα τὰς Θ Κ, Μ Λ· εἰ γὰρ μή, οὔ. Πάλιν ἥτις τῶν τεσσάρων ἐστὶν εὑρίσκομεν ἐκβάλλοντες εἰς ἄπειρον ἐφ' ἑκάτερα τὰ μέρη τὰς Θ Κ, Λ Μ. ἤτοι γὰρ παράλληλοί εἰσιν, καὶ ἔστι παραβολή· ἢ ἐπὶ τὰ Θ, Λ μέρη συμπίπτουσι, καὶ ἔστιν ἔλλειψις ἢ κύκλος· ἢ ἐπὶ τὰ ἕτερα, καὶ ἔστιν ὑπερβολή. τὴν δὲ ἔλλειψιν τοῦ κύκλου διακρινοῦμεν ἀπὸ τοῦ Ξ σημείου τῆς συμπτώσεως τῶν ΚΘ, ΜΛ, ὅπερ κέντρον γίνεται. εἰ γὰρ ἴσαι εἰσὶν αἱ ἀπ' αὐτοῦ πρὸς τὴν γραμμὴν προσπίπτουσαι, δηλονότι κύκλου ἐστὶ περιφέρεια ἡ Α Β Γ· εἰ δὲ μή, ἔλλειψις.

Ἔστι δὲ αὐτὰς διακρῖναι καὶ ἄλλως, ἀπὸ τῶν τεταγμένως ἐπὶ τὴν διάμετρον καταγομένων, οἷον τῶν Γ Θ, Δ Κ. εἰ μὲν γὰρ εἴη ὡς τὸ ἀπὸ Γ Θ πρὸς τὸ ἀπὸ Δ Κ οὕτως ἡ Θ Α πρὸς Α Κ, παραβολή ἐστιν· εἰ δὲ τὸ ἀπὸ Θ Γ πρὸς τὸ ἀπὸ Δ Κ μείζονα λόγον ἔχῃ ἤπερ ἡ Θ Α πρὸς Α Κ, ὑπερβολή· εἰ δὲ ἐλάσσονα, ἔλλειψις.

Καὶ ἀπὸ τῶν ἐφαπτομένων δυνατόν ἐστιν αὐτὰς διακρῖναι ἀναμνησθέντας τῶν ἀνωτέρω εἰρημένων αὐταῖς ὑπάρχειν.

ctionibus comperiemus, rectas Θ Κ, Λ Μ in infinitum producentes ex utraque parte. vel enim parallelæ sunt, & est [per 46. 1. huj.] parabola; vel ad partes quidem Θ, Λ inter se conveniunt, & [per 47. 1. huj.] est ellipsis, aut circulus; vel ad alteras partes, & est hyperbola. ellipsim vero à circulo distinguemus ex puncto Ξ, quo concurrunt rectæ Κ Θ, Μ Λ, quod est centrum. si enim rectæ ab eo ad curvam ductæ sint æquales, constat Α Β Γ circuli circumferentiam esse; sin minus, ellipsim.

Possumus & aliter ipsas cognoscere ex iis quæ ad diametrum ordinatim applicantur, videlicet Γ Θ, Δ Κ. nam si fuerit ut quadratum ex Γ Θ ad quadratum ex Δ Κ ita Θ Α ad Α Κ, parabola erit; at si quadratum ex Γ Θ ad quadratum ex Δ Κ majorem quidem habuerit rationem quam Θ Α ad Α Κ, hyperbola; si vero minorem, ellipsis.

Et etiam ex rectis contingentibus easdem discernere licebit, si ea, quæ superius dicta sunt, ipsis competere meminerimus.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ κθ'.

Ἐὰν ἐν κώνου τομῇ ἢ κύκλου περιφερείᾳ δύο εὐθεῖαι ἐφαπτόμεναι συμπίπτωσιν· ἡ ἀπὸ τῆς συμπτώσεως αὐτῶν ἐπὶ τὴν διχοτομίαν τῆς τὰς ἁφὰς ἐπιζευγνυούσης ἀγομένη εὐθεῖα διάμετρός ἐστι τῆς τομῆς.

## Prop. XXIX. *Theor.*

Si duæ rectæ coni sectionem vel circuli circumferentiam contingentes occurrant inter se; recta connectens punctum concursûs earundem & illud in quo ea quæ conjungit tactus bifariam dividitur sectionis diameter erit.

ΕΣΤΩ κώνου τομή, ἢ κύκλου περιφέρεια, ἧς ἐφαπτόμεναι εὐθεῖαι ἤχθωσαν αἱ Α Β, Α Γ, συμπίπτουσαι κατὰ τὸ Α, καὶ ἐπιζευχθεῖσα ἡ Β Γ δίχα τετμήσθω κατὰ τὸ Δ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ Α Δ· λέγω ὅτι διάμετρός ἐστι τῆς τομῆς.

Εἰ γὰρ δυνατόν, ἔστω διάμετρος ἡ Δ Ε, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ Ε Γ· τεμεῖ δὴ τὴν τομήν. τεμνέτω κατὰ τὸ Ζ, καὶ διὰ τοῦ Ζ τῇ Γ Δ Β παράλληλος ἤχθω ἡ Ζ Κ Η, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ Ε Λ Θ Δ. ἐπεὶ οὖν ἴση ἐστὶν ἡ Γ Δ τῇ Δ Β· ἴση ἄρα καὶ ἡ



SIT coni sectio, vel circuli circumferentia, quam contingant Α Β, Α Γ, in puncto Α convenientes, & ducta Β Γ secetur bifariam in Δ, & jungatur Α Δ: dico Α Δ esse diametrum sectionis.

Si enim fieri potest, sit Δ Ε diameter, & jungatur Γ Ε, quæ [per 35. & 36. 1. huj.] sectionem ipsam secabit. secet autem in Ζ, & per Ζ ipsi Γ Δ Β ducatur parallela Ζ Κ Η, & jungatur Ε Λ Θ Δ: itaque quoniam Γ Δ æqualis est ipsi Δ Β, erit

erit [per 4. 6.] ZΘ quoque ipsi ΘH æqualis. & quoniam recta, quæ in A contingit sectionem, parallela est ipsi BΓ, & est ZH eidem parallela: ergo ZH parallela est rectæ sectionem in A tangenti: & idcirco [per 46 & 47. 1] ZΘ est æqualis ipsi ΘK, quod fieri minime potest: non igitur diameter est ΔE. similiter demonstrabimus nullam aliam esse diametrum præter AΔ.

ZΘ τῇ ΘH. καὶ ἐπεὶ ἡ κατὰ τὸ A ἐφαπτομένη παράλληλός ἐστι τῇ BΓ, καὶ ἔστι δὲ καὶ ἡ ZH τῇ BΓ παράλληλος· καὶ ἡ ZH ἄρα παράλληλός ἐστι τῇ κατὰ τὸ A ἐφαπτομένῃ· ἴση ἄρα ἡ ZΘ τῇ ΘK, ὅπερ ἀδύνατον· οὐκ ἄρα διάμετρός ἐστιν ἡ ΔE. ὁμοίως δὴ δείξομεν ὅτι οὐδὲ ἄλλη τις, πλὴν τῆς AΔ.

## Prop. XXX. *Theor.*

**Si duæ rectæ lineæ coni sectionem vel circuli circumferentiam contingentes concurrant: diameter, quæ à puncto concursus ducitur, rectam tactus conjungentem bifariam secabit.**

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ λ'.

Ἐὰν κώνου τομῆς ἢ κύκλου περιφερείας δύο εὐθεῖαι ἐφαπτόμεναι συμπίπτωσιν· ἡ ἀπὸ τῆς συμπτώσεως ἀγομένη διάμετρος δίχα τεμεῖ τὴν τὰς ἁφὰς ἐπιζευγνύουσαν εὐθεῖαν.

SIT coni sectio, vel circuli circumferentia BΓ, & ducantur duæ rectæ BA, AΓ ipsam contingentes, quæ conveniant in A, & jungatur BΓ, & per A ducatur sectionis diameter AΔ: dico BΔ ipsi ΔΓ æqualem esse.

ΕΣΤΩ κώνου τομή, ἢ κύκλου περιφέρεια ἡ BΓ, καὶ ἤχθωσαν αὐτῆς δύο ἐφαπτόμεναι αἱ BA, AΓ συμπίπτουσαι κατὰ τὸ A, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ BΓ, καὶ ἤχθω διὰ τοῦ A διάμετρος τῆς τομῆς ἡ AΔ· λέγω ὅτι ἐστὶν ἴση ἡ BΔ τῇ ΔΓ.




Non enim, sed, si fieri potest, sit BE æqualis EΓ, & jungatur AE: ergo [per præc.] AB diameter est sectionis. est autem & AΔ, quod est absurdum. sive enim sectio sit ellipsis, punctum A, in quo conveniunt diametri, centrum erit sectionis extra ipsam, quod fieri non potest: sive sit parabola, diametri ipsius [contra corol. 51.1.huj.] inter se convenient: si vero hyperbola sit, lineæ BA, AΓ sectioni occurrunt, & unius occursus alterius occursu non continetur, quare convenient inter sese [per 25. 2. huj.] intra angulum hyperbolam continentem. sed & in ipso angulo, (punctum enim A supponitur centrum, cum ΔA, AB diametri sint) quod est absurdum: non igitur BE ipsi EΓ æqualis erit.

Μὴ γάρ, ἀλλ', εἰ δυνατόν, ἔστω ἴση ἡ BE τῇ EΓ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ AE· ἡ AE ἄρα διάμετρός ἐστι τῆς τομῆς. ἔστι δὲ καὶ ἡ AΔ, ὅπερ ἄτοπον. ἐπεὶ γὰρ ἔλλειψίς ἐστιν ἡ τομή, τὸ A, καθ' ὃ συμβάλλουσιν ἀλλήλαις αἱ διάμετροι, κέντρον ἔσται τῆς τομῆς ἐκτός, ὅπερ ἀδύνατον· ἐπεὶ παραβολή ἐστιν ἡ τομή, συμπίπτουσιν ἀλλήλαις αἱ διάμετροι· ἐπεὶ ὑπερβολή ἐστι, καὶ συμπίπτουσι τῇ τομῇ αἱ BA, AΓ, μὴ περιέχουσαι τὰς ἑαυτῶν συμπτώσεις· ἐντὸς ἄρα ἔσται τῆς περιεχούσης τὴν ὑπερβολὴν γωνίας. ἀλλὰ καὶ ἐπ' αὐτῆς, (κέντρον γὰρ ὑπόκειται τὸ A, διαμέτρων οὐσῶν τῶν ΔA, AE) ὅπερ ἄτοπον· οὐκ ἄρα ἡ BE τῇ EΓ ἐστὶν ἴση.

## Prop. XXXI. *Theor.*

**Si utramque oppositarum sectionum duæ rectæ lineæ contingant: si quidem recta tactus conjungens per centrum transeat, contingentes rectæ parallelæ erunt; sin minus, convenient inter se ad partes centri.**

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ λα'.

Ἐὰν ἑκατέρας τῶν ἀντικειμένων δύο εὐθεῖαι ἐφάπτωνται· ἐὰν μὲν ἡ τὰς ἁφὰς ἐπιζευγνύουσα διὰ τοῦ κέντρου πίπτῃ, παράλληλοι ἔσονται αἱ ἐφαπτόμεναι· ἐὰν δὲ μή, συμπεσοῦνται ἐπὶ ταὐτὰ τοῦ κέντρου.

SINT oppositæ sectiones A, B, & ipsas contingant ΓAΔ, EBZ in A, B; recta vero, quæ ex A ad B ducitur, primum transeat per centrum sectionum: dico ΓΔ ipsi EZ parallelam esse.

ΕΣΤΩΣΑΝ ἀντικείμεναι τομαὶ αἱ A, B, καὶ ἐφαπτόμεναι αὐτῶν ἔστωσαν αἱ ΓAΔ, EBZ κατὰ τὰ A, B, ἡ δὲ ἀπὸ τοῦ A ἐπὶ τὸ B ἐπιζευγνυμένη πιπτέτω πρότερον διὰ τοῦ κέντρου τῶν τομῶν· λέγω ὅτι παράλληλός ἐστιν ἡ ΓΔ τῇ EZ.

Quoniam enim oppositæ sectiones sunt, quarum diameter AB, & unam earum contingit ΓΔ in puncto A: igitur quæ per B ipsi ΓΔ parallela ducitur, [per 48. & 50. 1.huj.] sectionem continget. contingit autem EZ: ergo ΓΔ ipsi EZ est parallela.

Ἐπεὶ γὰρ ἀντικείμεναί εἰσι τομαί, ὧν διάμετρός ἐστιν ἡ AB, καὶ μιᾶς αὐτῶν ἐφάπτεται ἡ ΓΔ κατὰ τὸ A· ἡ ἄρα διὰ τοῦ B τῇ ΓΔ παράλληλος ἀγομένη ἐφάπτεται τῆς τομῆς. ἐφάπτεται δὲ καὶ ἡ EZ· παράλληλός ἐστιν ἄρα ἡ ΓΔ τῇ EZ.

Μὴ ἔστω δὴ ἡ ἀπὸ τοῦ Α ἐπὶ τὸ Β διὰ τοῦ κέντρου τῶν τομῶν, καὶ ἤχθω διάμετρος τῶν τομῶν ἡ ΛΗ, καὶ ἐφαπτομένη τῆς τομῆς ἤχθω ἡ ΘΚ· ἡ ΘΚ ἄρα παράλληλός ἐστι τῇ ΓΔ. καὶ ἐπεὶ ὑπερβολῆς εὐθεῖαι ἐφάπτονται αἱ ΕΖ, ΘΚ· συμπεσοῦνται ἄρα. καὶ ἔστι παράλληλος ἡ ΘΚ τῇ ΓΔ· καὶ αἱ ΓΔ, ΕΖ ἄρα ἐκβαλλόμεναι συμπεσοῦνται. καὶ φανερὸν, ὅτι ἐπὶ ταὐτὰ τῷ κέντρῳ.







Sed non transeat per centrum sectionum quæ ex Λ ad B ducitur, ducaturque sectionum diameter ΛH, & ΘK sectionem in H contingens: ergo ΘK parallela est ipsi ΓΔ. & quoniam hyperbolam duæ rectæ contingunt EZ, ΘK; [per 25. 2.huj.] convenient inter sese. est autem ΘK ipsi ΓΔ parallela: quare & ΓΔ, EZ productæ inter se convenient. & patet concursum fieri ad easdem partes rectæ EZ ad quas est centrum.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ λβ'.

Ἐὰν ἑκατέρᾳ τῶν ἀντικειμένων εὐθεῖαι συμπίπτωσι καθ' ἓν ἐφαπτόμεναι, ἢ κατὰ δύο τέμνουσαι, ἐκβληθεῖσαι δὲ αἱ εὐθεῖαι συμπίπτωσιν· ἡ σύμπτωσις αὐτῶν ἔσται ἐν τῇ ἐφεξῆς γωνίᾳ τῆς περιεχούσης τὴν τομὴν γωνίας.

Ἔστωσαν ἀντικείμεναι τομαὶ, καὶ τῶν ἀντικειμένων ἤτοι καθ' ἓν ἐφαπτόμεναι, ἤτοι κατὰ δύο τέμνουσαι εὐθεῖαι αἱ ΑΒ, ΓΔ. καὶ ἐκβαλλόμεναι συμπιπτέτωσαν· λέγω ὅτι ἡ σύμπτωσις αὐτῶν ἔσται ἐν τῇ ἐφεξῆς γωνίᾳ τῆς περιεχούσης τὴν τομὴν γωνίας.




Ἔστωσαν ἀσύμπτωτοι τῶν τομῶν αἱ ΖΗ, ΘΚ· ἡ ΑΒ ἄρα ἐκβαλλομένη συμπεσεῖται ταῖς ἀσυμπτώτοις. συμπιπτέτω κατὰ τὰ Θ, Η· ὁμοίως καὶ ἡ ΓΔ συμπεσεῖται κατὰ τὰ Ζ, Κ. καὶ ἐπεὶ ὑπόκεινται συμπίπτουσαι αἱ ΖΚ, ΘΗ, φανερὸν ὅτι ἤτοι ἐν τῷ ὑπὸ τῶν ΘΛΖ γωνίᾳ τόπῳ, ἢ ἐν τῷ ὑπὸ τῶν ΚΛΗ συμπεσοῦνται. ὁμοίως δὲ καὶ ἐὰν ἐφάπτωνται.

## Prop. XXXII. *Theor.*

Si utrique oppositarum sectionum rectæ lineæ occurrant, ipsas vel in uno puncto contingentes, vel in duobus secantes, quæ productæ inter se conveniant: punctum, in quo conveniunt, erit in angulo qui deinceps est angulo sectionem continenti.

Sint oppositæ sectiones, quas vel in uno puncto contingant, vel in duobus secent rectæ AB, ΓΔ; & productæ inter se conveniant: dico punctum, in quo conveniunt, esse in angulo qui deinceps est angulo sectionem continenti.

Sint sectionum asymptoti ZH, ΘK: ergo [per 3. vel 8. 2. huj.] AB producta asymptotis occurret. occurrat in Θ, H punctis. similiter ΓΔ occurret asymptotis in Z, K. & quoniam supponimus ZK, ΘH inter se convenire, patet eas occursuras vel in angulo ΘΛZ, vel in KΛH: similiter idem demonstrari potest, si AB, ΓΔ sectiones contingant.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ λγ'.

Ἐὰν μιᾷ τῶν ἀντικειμένων εὐθεῖα συμπίπτουσα, ἐκβληθεῖσα δὲ ἐφ' ἑκάτερα ἐκτὸς πίπτῃ τῆς το-

## Prop. XXXIII. *Theor.*

Si uni oppositarum sectionum recta linea occurrens ex utraque parte producta extra sectionem cadat: cum altera sectione non conveniet, sed transibit per tres locos; quorum unus quidem est sub angulo sectionem continente, duo vero reliqui sub iis angulis qui eidem sunt deinceps.

μῆς· οὐ συμπεσεῖται τῇ ἑτέρᾳ τομῇ, ἀλλὰ πεσεῖται διὰ τῶν τριῶν τόπων, ὧν ἐστιν εἷς μὲν ὁ ὑπὸ τῆς περιεχούσης γωνίας τὴν τομήν, δύο δὲ οἱ ὑπὸ τὰς γωνίας τὰς ἐφεξῆς τῆς περιεχούσης τὴν τομὴν γωνίας.

SINT oppositæ sectiones A, B: & sectionem A secet quævis recta ΓΔ, quæ producta ex utraque parte extra sectionem cadat: dico ΓΔ cum B sectione non convenire.




Ducantur enim asymptoti sectionum EZ, HΘ: ergo [per 8. 2. huj.] ΓΔ producta asymptotis occurret. non occurret autem in aliis punctis quam in E, Θ: ergo non conveniet cum sectione B. & patet eam per tres locos dictos transire. si enim cum utraque oppositarum sectionum conveniret, nulli ipsarum in duobus punctis occurreret: quod si in duobus punctis occurreret; oppositæ sectioni prorsus non occurreret, uti modo est ostensum.

ΕΣΤΩΣΑΝ ἀντικείμεναι τομαὶ αἱ A, B, καὶ τὴν A τεμνέτω τις εὐθεῖα ἡ ΓΔ, καὶ ἐκβαλλομένη ἐφ' ἑκάτερα ἐκτὸς πιπτέτω τῆς τομῆς· λέγω ὅτι ἡ ΓΔ οὐ συμπίπτει τῇ B τομῇ.

Ἤχθωσαν γὰρ ἀσύμπτωτοι τῶν τομῶν αἱ EZ, HΘ· ἡ ΓΔ ἄρα ἐκβαλλομένη συμπεσεῖται ταῖς ἀσυμπτώτοις. οὐ συμπίπτει δὲ κατ' ἄλλα ἢ τὰ E, Θ· ὥστε οὐ συμπεσεῖται οὐδὲ τῇ B τομῇ. καὶ φανερὸν ὅτι διὰ τῶν τριῶν τόπων πεσεῖται. ἐὰν γὰρ ἑκατέρᾳ τῶν ἀντικειμένων συμπίπτῃ τις εὐθεῖα, οὐδεμίᾳ τῶν ἀντικειμένων συμπεσεῖται κατὰ δύο σημεῖα. εἰ γὰρ συμπεσεῖται κατὰ δύο σημεῖα, διὰ τὸ προδεδειγμένον, τῇ ἑτέρᾳ τομῇ οὐ συμπεσεῖται.

## PROP. XXXIV. *Theor.*

Si unam oppositarum sectionum recta quævis contingat, & huic parallela ducatur in altera sectione: quæ à tactu ad medium rectæ parallelæ ducitur, oppositarum sectionum diameter erit.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ λδ'.

Ἐὰν μιᾶς τῶν ἀντικειμένων εὐθεῖά τις ἐπιψαύῃ, καὶ ταύτῃ παράλληλος ἀχθῇ ἐν τῇ ἑτέρᾳ τομῇ· ἡ ἀπὸ τῆς ἁφῆς ἐπὶ μέσην τὴν παράλληλον ἀγομένη εὐθεῖα διάμετρος ἔσται τῶν ἀντικειμένων.

SINT oppositæ sectiones A, B, & earum unam A contingat in A puncto recta ΓΔ, ipsique ΓΔ parallela ducatur EZ in altera sectione, & secetur EZ in H bifariam, & jungatur AH: dico AH oppositarum sectionum diametrum esse.




Si enim fieri potest, sit AΘK diameter: ergo [per 31. 2. huj.] quæ in Θ sectionem contingit, parallela est ipsi ΓΔ. sed [ex hyp.] ΓΔ ipsi EZ est parallela: EK igitur ipsi KZ [per 47. 1. huj.] est æqualis, quod fieri non potest; est enim EH æqualis HZ. igitur AΘ non est diameter oppositarum sectionum: ergo ipsa AB ea est.

ΕΣΤΩΣΑΝ ἀντικείμεναι τομαὶ αἱ A, B, καὶ μιᾶς αὐτῶν τῆς A ἐφαπτέσθω τις εὐθεῖα ἡ ΓΔ κατὰ τὸ A, καὶ τῇ ΓΔ παράλληλος ἤχθω ἐν τῇ ἑτέρᾳ τομῇ ἡ EZ, καὶ τετμήσθω δίχα κατὰ τὸ H, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ AH· λέγω ὅτι ἡ AH διάμετρός ἐστι τῶν ἀντικειμένων.

Εἰ γὰρ δυνατόν, ἔστω ἡ AΘK· ἡ ἄρα κατὰ τὸ Θ ἐφαπτομένη παράλληλός ἐστι τῇ ΓΔ. ἀλλὰ ἡ ΓΔ παράλληλός ἐστι τῇ EZ· ἴση ἄρα ἐστὶν ἡ EK τῇ KZ, ὅπερ ἀδύνατον· ἡ γὰρ EH τῇ HZ ἐστὶν ἴση. οὐκ ἄρα διάμετρός ἐστιν ἡ AΘ τῶν ἀντικειμένων· ἡ AB ἄρα.

## PROP. XXXV. *Theor.*

Si diameter in una oppositarum sectionum rectam lineam bifariam secet: quæ in termino diametri contingit alteram sectionem, rectæ bifariam sectæ erit parallela.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ λε'.

Ἐὰν ἡ διάμετρος ἐν μιᾷ τῶν ἀντικειμένων εὐθεῖάν τινα δίχα τέμνῃ· ἡ ἐπιψαύουσα τῆς ἑτέρας τομῆς κατὰ τὸ πέρας τῆς διαμέτρου παράλληλος ἔσται τῇ δίχα τεμνομένῃ εὐθείᾳ.

ΕΣΤΩ

Ἔστωσαν ἀντικείμεναι τομαὶ αἱ Α, Β, ἡ δὲ διάμετρος αὐτῶν ἡ ΑΒ τεμνέτω ἐν τῇ Β τομῇ δίχα τὴν ΓΔ εὐθεῖαν κατὰ τὸ Ε· λέγω ὅτι ἡ κατὰ τὸ Α ἐφαπτομένη τῆς τομῆς παράλληλός ἐστι τῇ ΓΔ.

Εἰ γὰρ δυνατὸν, ἔστω τῇ κατὰ τὸ Α ἐφαπτομένῃ τῆς τομῆς παράλληλος ἡ ΔΖ· ἴση ἄρα ἡ ΔΗ τῇ ΗΖ. ἔστι δὲ καὶ ἡ ΔΕ τῇ ΕΓ ἴση· παράλληλος ἄρα ἐστὶν ἡ ΓΖ τῇ ΕΗ, ὅπερ ἀδύνατον· ἐκβαλλομένη γὰρ αὐτῇ συμπίπτει. οὐκ ἄρα παράλληλός ἐστιν ἡ ΔΖ τῇ κατὰ τὸ Α ἐφαπτομένῃ τῆς τομῆς, οὐδὲ ἄλλη τις διὰ τοῦ Δ πλὴν τῆς ΓΔ.




SINT oppositæ sectiones A, B, quarum diameter A B, in B sectione, rectam ΓΔ bifariam secet in E: dico rectam, quæ in puncto A sectionem contingit, ipsi ΓΔ parallelam esse.

Si enim fieri potest; sit recta sectionem in A contingenti parallela ΔZ: ergo [per 48. 1.huj.] ΔH ipsi HZ est æqualis. sed ΔE æqualis est ipsi EΓ: parallela igitur [per 2.6.] est ΓZ ipsi EH, quod absurdum: producta enim ΓZ [per 22. 1. huj.] cum ipsa EH conveniet. quare neque ΔZ rectæ ad A contingenti est parallela, neque alia quæpiam per Δ ducta præter ipsam ΓΔ.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ λϛ'.

Ἐὰν ἐν ἑκατέρᾳ τῶν ἀντικειμένων εὐθεῖαι ἀχθῶσι παράλληλοι οὖσαι· ἡ τὰς διχοτομίας αὐτῶν ἐπιζευγνύουσα εὐθεῖα διάμετρος ἔσται τῶν ἀντικειμένων.

## Prop. XXXVI. *Theor.*

Si in utraque oppositarum sectionum rectæ lineæ inter se parallelæ ducantur: ipsarum medium conjungens recta oppositarum sectionum diameter erit.

Ἔστωσαν ἀντικείμεναι τομαὶ αἱ Α, Β, καὶ ἐν ἑκατέρᾳ αὐτῶν ἤχθωσαν εὐθεῖαι αἱ ΓΔ, ΕΖ, καὶ ἔστωσαν παράλληλοι, καὶ τετμήσθω ἑκατέρα αὐτῶν δίχα κατὰ τὰ Η, Θ σημεῖα, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΗΘ· λέγω ὅτι ἡ ΗΘ διάμετρός ἐστι τῶν ἀντικειμένων.

Εἰ γὰρ μὴ, ἔστω ἡ ΗΚ· ἡ ἄρα κατὰ τὸ Α ἐφαπτομένη παράλληλός ἐστι τῇ ΓΔ, ὥστε καὶ τῇ ΕΖ· ἴση ἄρα ἐστὶν ἡ ΕΚ τῇ ΚΖ, ὅπερ ἀδύνατον, ἐπεὶ ἡ ΕΘ τῇ ΘΖ ἐστὶν ἴση. οὐκ ἄρα ἡ ΗΚ διάμετρός ἐστι τῶν ἀντικειμένων· ἡ ΗΘ ἄρα.




SINT oppositæ sectiones A, B, & in earum utraque ducantur rectæ ΓΔ, EZ inter se parallelæ, & in punctis H, Θ bifariam secentur, & jungatur HΘ: dico HΘ diametrum esse oppositarum sectionum.

Si enim non est, sit HK: ergo [per 5.2.huj.] quæ in A sectionem contingit ipsi ΓΔ est parallela; & idcirco ipsi EZ: æquales igitur [per 48. 1. huj.] sunt EK, KZ, quod fieri non potest, quoniam & EΘ, ΘZ sunt æquales. ergo HK non est diameter oppositarum sectionum: quare HΘ ea est.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ λζ'.

Ἐὰν ἀντικειμένας εὐθεῖα τέμνῃ μὴ διὰ τοῦ κέντρου· ἡ ἀπὸ τῆς διχοτομίας αὐτῆς ἐπὶ τὸ κέντρον ἐπιζευγνυμένη διάμετρος ἐστὶ τῶν ἀντικειμένων ἡ λεγομένη ὀρθία· πλαγία δὲ συζυγὴς αὐτῇ ἡ ἀπὸ τοῦ κέντρου ἀγομένη παράλληλος τῇ δίχα τεμνομένῃ.

## Prop. XXXVII. *Theor.*

Si oppositas sectiones recta linea secet, non transiens per centrum: quæ à medio ipsius ad centrum ducitur oppositarum sectionum diameter erit ea quæ recta appellatur; transversa vero diameter ipsi conjugata est ea quæ à centro ducitur parallela rectæ bifariam sectæ.

Ἔστωσαν ἀντικείμεναι τομαὶ αἱ Α, Β, καὶ τὰς Α, Β τεμνέτω τις εὐθεῖα ἡ ΓΔ μὴ διὰ τοῦ κέντρου οὖσα, καὶ τετμήσθω δίχα κατὰ τὸ Ε, καὶ τὸ κέντρον τῶν τομῶν ἔστω τὸ Χ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΧΕ, καὶ διὰ τοῦ

SINT oppositæ sectiones A, B, & ipsas secet recta ΓΔ non transiens per centrum, quæ bifariam in E dividatur, sitque sectionum centrum X, & jungatur XE, & per X ipsi ΓΔ parallela

lela ducatur AB: dico AB, EX diametros esse conjugatas oppositarum sectionum.

Jungatur enim ΔX, & ad Z producatur, & jungatur ΓZ: æqualis igitur est [per 30. 1. huj.] ΔX ipsi XZ. est autem [ex constr.] & ΔE æqualis EΓ: ergo [per 2. 6.] EX est parallela ΓZ. producatur BA ad H. & quoniam ΔX, XZ sunt [per 30. 1. huj.] æquales; & EX, ZH [per 4. 6.] æquales erunt; & propterea ipsæ ΓH, ZH: ergo [per 5. 2. huj.] quæ ad A sectionem contingit parallela est ipsi ΓZ, quare [per 30.1.] & ipsi EX. rectæ igitur AB, EX [per 16. 1. huj.] oppositarum sectionum conjugatæ sunt diametri.




X τῇ ΓΔ παράλληλος ἤχθω ἡ AB· λέγω ὅτι αἱ AB, EX συζυγεῖς εἰσι διάμετροι τῶν τομῶν.

Ἐπεζεύχθω γὰρ ἡ ΔX, καὶ ἐκβεβλήσθω ἐπὶ τὸ Z, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΓZ· ἴση ἄρα ἐστὶν ἡ ΔX τῇ XZ. ἔστι δὲ καὶ ἡ ΔE τῇ EΓ ἴση· παράλληλος ἄρα ἐστὶν ἡ EX τῇ ZΓ. ἐκβεβλήσθω ἡ BA ἐπὶ τὸ H. καὶ ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ ΔX τῇ XZ· ἴση ἄρα καὶ ἡ EX τῇ ZH, ὥστε καὶ ἡ ΓH ἴση τῇ ZH· ἡ ἄρα κατὰ τὸ A ἐφαπτομένη παράλληλός ἐστι τῇ ΓZ, ὥστε καὶ τῇ EX. αἱ AB, EX ἄρα συζυγεῖς εἰσι διάμετροι.

## Prop. XXXVIII. *Theor.*

**Si duæ rectæ oppositas sectiones contingentes concurrant: quæ à puncto concursus ad medium rectæ tactus conjungentis ducitur, oppositarum sectionum diameter erit quæ recta vocatur; transversa vero ipsi conjugata, quæ per centrum ducitur rectæ tactus conjungenti parallela.**

Sint oppositæ sectiones A, B; rectæ sectiones contingentes ΓX, XΔ; & ducatur ΓΔ quæ bifariam dividatur in E, & jungatur EX: dico EX diametrum rectam esse; transversam vero ipsique conjugatam, quæ per centrum ducitur ipsi ΓΔ parallela.

Sit enim, si fieri potest, diameter EZ, & sumatur quodvis punctum Z: ergo ΔX ipsi EZ occurret. occurrat in Z puncto, & jungatur ΓZ: conveniet igitur ΓZ cum sectione. conveniat autem in A, & per A ducatur AB, rectæ ΓΔ parallela. itaque quoniam EZ diameter est & secat ΓΔ bifariam; etiam [per def. 15.] ipsi parallelas rectas bifariam secabit: quare AH ipsi HB est æqualis. & quoniam ΓE est æqualis EΔ; & est in triangulo ΓZΔ: ergo AH [per 4. 6. & 9. 5.] æqualis est HK, unde & HK ipsi HB æqualis est, quod fieri non potest. igitur EZ non est diameter.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ λη'.

**Ἐὰν τῶν ἀντικειμένων δύο εὐθεῖαι ἐπιψαύωσι συμπίπτουσαι· ἡ ἀπὸ τῆς συμπτώσεως ἐπιζευγνυμένη ἐπὶ μέσην τὴν τὰς ἁφὰς ἐπιζευγνύουσαν διάμετρος ἔσται τῶν ἀντικειμένων ἡ λεγομένη ὀρθία· πλαγία δὲ συζυγὴς αὐτῇ ἡ διὰ τοῦ κέντρου ἀγομένη παρὰ τὴν τὰς ἁφὰς ἐπιζευγνύουσαν.**

Ἔστωσαν ἀντικείμεναι τομαὶ αἱ A, B, ἐφαπτόμεναι δὲ τῶν τομῶν αἱ ΓX, XΔ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΓΔ, καὶ τετμήσθω δίχα κατὰ τὸ E, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ EX· λέγω ὅτι ἡ EX διάμετρός ἐστιν ἡ λεγομένη ὀρθία· πλαγία δὲ συζυγὴς αὐτῇ ἡ διὰ τοῦ κέντρου τῇ ΓΔ παράλληλος ἀγομένη.




Ἔστω γὰρ, εἰ δυνατὸν, διάμετρος ἡ EZ, καὶ εἰλήφθω τυχὸν σημεῖον τὸ Z· συμπεσεῖται ἄρα ἡ ΔX τῇ EZ. συμπιπτέτω κατὰ τὸ Z, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΓZ· συμβαλεῖ ἄρα ἡ ΓZ τῇ τομῇ. συμβαλλέτω κατὰ τὸ A, καὶ διὰ τοῦ A τῇ ΓΔ παράλληλος ἤχθω ἡ AB. ἐπεὶ οὖν διάμετρός ἐστιν ἡ EZ καὶ τὴν ΓΔ δίχα τέμνει, καὶ τὰς παραλλήλους αὐτῇ δίχα τεμεῖ· ἴση ἄρα ἐστὶν ἡ AH τῇ HB. καὶ ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ ΓE τῇ EΔ, καί ἐστιν ἐν τριγώνῳ τῷ ΓZΔ· ἴση ἄρα καὶ ἡ AH τῇ HK, ὥστε καὶ ἡ HK τῇ HB ἐστὶν ἴση· ὅπερ ἀδύνατον. οὐκ ἄρα ἡ EZ διάμετρος ἔσται.

## Prop. XXXIX. *Theor.*

**Si duæ rectæ oppositas sectiones contingentes concurrant: quæ per punctum concursus & centrum ducitur, rectam tactus conjungentem bifariam secabit.**

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ λθ'.

**Ἐὰν τῶν ἀντικειμένων δύο εὐθεῖαι ἐφάπτωνται συμπίπτουσαι· ἡ διὰ τοῦ κέντρου καὶ τῆς συμπτώσεως τῆς ἐφαπτομένης ἀγομένη δίχα τέμνει τὴν τὰς ἁφὰς ἐπιζευγνύουσαν εὐθεῖαν.**

ΕΣΤΩ-

ΕΣΤΩΣΑΝ ἀντικείμεναι τομαὶ αἱ Α, Β, καὶ τῶν Α, Β δύο εὐθεῖαι ἤχθωσαν ἐφαπτόμεναι αἱ ΓΕ, ΕΔ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΓΔ, καὶ διάμετρος ἤχθω ἡ ΕΖ· λέγω ὅτι ἴση ἐστὶν ἡ ΓΖ τῇ ΖΔ.

Εἰ γὰρ μή, τετμήσθω ἡ ΓΔ δίχα κατὰ τὸ Η, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΗΕ· ἡ ΗΕ ἄρα διάμετρός ἐστιν. ἔστι δὲ καὶ ἡ ΕΖ· κέντρον ἄρα ἐστὶ τὸ Ε· ἡ ἄρα σύμπτωσις τῶν ἐφαπτομένων ἐπὶ τοῦ κέντρου ἐστὶ τῶν τομῶν, ὅπερ ἄτοπόν ἐστιν. ἡ ΓΖ ἄρα τῇ ΖΔ ἐστὶν ἴση.



SINT oppositae sectiones A, B, & ipsas A, B duae rectae ΓΕ, ΕΔ contingant, & jungatur ΓΔ, & ducatur diameter ΕΖ: dico ΓΖ ipsi ΖΔ esse aequalem.

Si enim non ita sit, secetur ΓΔ bifariam in Η, & jungatur ΗΕ: ergo [per praec.] ΗΕ diameter est. sed & ΕΖ est diameter; punctum igitur Ε centrum erit: idcircoque rectae, quae contingunt sectiones, in centro ipsarum convenient, quod [per 31. 1. huj.] est absurdum. ergo ΓΖ ipsi ΖΔ aequalis est.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ μ'.

Ἐὰν τῶν ἀντικειμένων δύο εὐθεῖαι ἐφαπτόμεναι συμπίπτωσι, καὶ διὰ τῆς συμπτώσεως εὐθεῖα ἀχθῇ παρὰ τὴν τὰς ἁφὰς ἐπιζευγνύουσαν συμπίπτουσα ταῖς τομαῖς· αἱ ἀπὸ τῶν συμπτώσεων ἀγόμεναι ἐπὶ μέσην τὴν τὰς ἁφὰς ἐπιζευγνύουσαν ἐφάπτονται τῶν τομῶν.

ΕΣΤΩΣΑΝ ἀντικείμεναι τομαὶ αἱ Α, Β, καὶ τῶν Α, Β δύο εὐθεῖαι ἤχθωσαν ἐφαπτόμεναι αἱ ΓΕ, ΕΔ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΓΔ, καὶ διὰ τοῦ Ε τῇ ΓΔ παράλληλος ἤχθω ἡ ΖΕΗ, καὶ τετμήσθω ἡ ΓΔ δίχα κατὰ τὸ Θ, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΖΘ, ΘΗ· λέγω ὅτι αἱ ΖΘ, ΘΗ ἐφάπτονται τῶν τομῶν.

Ἐπεζεύχθω ἡ ΕΘ· διάμετρος ἄρα ἐστὶν ἡ ΕΘ ὀρθία, πλαγία δὲ συζυγὴς αὐτῇ ἡ διὰ τοῦ κέντρου τῇ ΓΔ παράλληλος ἀγομένη. εἰλήφθω τὸ κέντρον τὸ Χ, καὶ τῇ ΓΔ παράλληλος ἤχθω ἡ ΑΧΒ· αἱ ΘΕ, ΑΒ ἄρα συζυγεῖς εἰσι διάμετροι, καὶ τεταγμένως ἦκται ἡ ΓΘ ἐπὶ τὴν δευτέραν διάμετρον, ἐφάπτεται δὲ τῆς τομῆς ἡ ΓΕ συμπίπτουσα τῇ δευτέρᾳ διαμέτρῳ· τὸ ἄρα ὑπὸ ΕΧΘ ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τῆς ἡμισείας τῆς δευτέρας διαμέτρου. καὶ ἐπεὶ τεταγμένως μὲν ἦκται ἡ ΖΕ, ἐπέζευκται δὲ ἡ ΖΘ· διὰ τοῦτο ἐφάπτεται ἡ ΖΘ τῆς Α τομῆς. ὁμοίως δὴ καὶ ἡ ΗΘ ἐφάπτεται τῆς Β τομῆς· αἱ ΖΘ, ΘΗ ἄρα ἐφάπτονται τῶν Α, Β τομῶν.



## PROP. XL. Theor.

**Si duae rectae lineae oppositas sectiones contingentes concurrant, & per punctum concursus recta ducatur, tactus conjungenti parallela sectionibusque occurrens: quae ab occursibus ejus ad medium tactus conjungentis ducuntur, sectiones ipsas contingunt.**

SINT oppositae sectiones A, B, & ducantur duae rectae ΓΕ, ΕΔ contingentes A & B, junganturque ΓΔ, & per Ε ducatur ΖΕΗ ipsi ΓΔ parallela, & secetur ΓΔ bifariam in Θ; & jungantur ΖΘ, ΘΗ: dico ΖΘ, ΘΗ sectiones contingere.

Ducatur enim ΕΘ: ergo [per 38. 2. huj.] ΕΘ recta diameter est, transversa vero ipsi conjugata ea est quae per centrum ducitur parallela ipsi ΓΔ. sumatur centrum Χ; & ducatur ΑΧΒ ipsi ΓΔ parallela: ergo ΘΕ, ΑΒ conjugatae diametri sunt, atque ordinatim applicata est ΓΘ ad secundam diametrum; & ΓΕ sectionem contingit secundae diametro occurrens: rectangulum igitur ΕΧΘ [per 38. 1. huj.] aequale est quadrato dimidiae secundae diametri. & quoniam ΖΕ ordinatim applicatur & jungitur ΖΘ; propterea [per 38. 1. huj.] ΖΘ contingit sectionem A. similiter & ΗΘ contingit sectionem B: igitur ΖΘ, ΘΗ sectiones, A, B contingunt.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ μα'.

Ἐὰν ἐν ταῖς ἀντικειμέναις δύο εὐθεῖαι τέμνωσιν ἀλλήλας, μὴ διὰ τοῦ κέντρου· οὐ τέμνουσιν ἀλλήλας δίχα.

ΕΣΤΩΣΑΝ ἀντικείμεναι τομαὶ αἱ Α, Β, καὶ ἐν τῶν Α, Β δύο εὐθεῖαι τεμνέτωσαν ἀλλήλας αἱ

## PROP. XLI. Theor.

**Si in oppositis sectionibus duae rectae lineae se invicem secent, non transeuntes per centrum: sese bifariam non secabunt.**

SINT oppositae sectiones A, B, in quibus duae rectae ΓΒ, ΑΔ, per centrum non transeun-

 tes,

tes, se invicem secent in E: dico eas bifariam sese non secare.

Si enim fieri potest, secent sese bifariam, sitque X sectionum centrum, & jungatur EX: ergo [per 37. 2. huj.] EX diameter est. ducatur per X ipsi BΓ parallela XZ: erit [per 37.2.huj.] XZ diameter ipsi EX conjugata. quæ igitur in Z sectionem contingit [ex def.] est parallela ipsi EX. eadem ratione, si ducatur XΘ parallela AΔ, quæ in Θ contingit sectionem ipsi EX est parallela: ergo quæ contingit sectionem in Z parallela est rectæ in Θ contingenti, quod fieri non potest: conveniunt enim inter sese, ut modo demonstratum est [per 31.2. huj.] igitur ΓB, AΔ, per centrum non transeuntes, sese bifariam non secant.




ΓB, AΔ κατὰ τὸ E, μὴ διὰ τοῦ κέντρου οὖσαι· λέγω ὅτι οὐ τέμνουσιν ἀλλήλας δίχα.

Εἰ γὰρ δυνατὸν, τεμνέτωσαν, καὶ τὸ κέντρον τῶν τομῶν ἔστω τὸ X, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ EX· διάμετρος ἄρα ἐστὶν ἡ EX. ἤχθω διὰ τοῦ X τῇ BΓ παράλληλος ἡ XZ· ἡ XZ ἄρα διάμετρος ἔσται καὶ συζυγὴς τῇ EX· ἡ ἄρα κατὰ τὸ Z ἐφαπτομένη παράλληλός ἐστι τῇ EX. κατὰ τὰ αὐτὰ δὴ, παραλλήλου ἀχθείσης τῆς XΘ τῇ AΔ, ἡ κατὰ τὸ Θ ἐφαπτομένη παράλληλός ἐστι τῇ EX· ὥστε ἡ κατὰ τὸ Z ἐφαπτομένη παράλληλός ἐστι τῇ κατὰ τὸ Θ ἐφαπτομένῃ, ὅπερ ἄτοπον· ἐδείχθη γὰρ καὶ συμπίπτουσαι. οὐκ ἄρα αἱ ΓB, AΔ, μὴ διὰ τοῦ κέντρου οὖσαι, τέμνουσι ἀλλήλας δίχα.

## Prop. XLII. *Theor.*

**Si in oppositis sectionibus conjugatis, duæ rectæ lineæ se invicem secent, non transeuntes per centrum: bifariam sese non secabunt.**

SINT oppositæ sectiones conjugatæ A, B, Γ, Δ, & in sectionibus A, B, Γ, Δ duæ rectæ EZ, HΘ, non transeuntes per centrum, se invicem secent in K: dico EZ, HΘ sese bifariam non secare.

Si enim fieri potest, secent se bifariam, & sit X sectionum centrum, & ducatur quidem AB parallela ipsi EZ, & ΓΔ ipsi HΘ parallela; & jungatur KX: ergo [per 37. 2. huj.] KX, AB conjugatæ diametri sunt. & similiter XK, ΓΔ sunt conjugatæ diametri; quare [per 30. 1.] recta contingens sectionem in A est parallela rectæ in Γ contingenti *, quod fieri non potest: conveniunt enim, quoniam [per 19. 2. huj.] contingens in Γ sectiones A, B secat, & contingens in A secat ipsas Γ,Δ. ac patet [per 21.2.huj.] earum concursum esse in loco qui est sub angulo AXΓ: igitur EZ, HΘ, per centrum non transeuntes, sese bifariam non secant.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ μβʹ.

**Ἐὰν ἐν ταῖς κατὰ συζυγίαν ἀντικειμέναις δύο εὐθεῖαι τέμνωσιν ἀλλήλας, μὴ διὰ τοῦ κέντρου οὖσαι· οὐ τέμνουσιν ἀλλήλας δίχα.**




ΕΣΤΩΣΑΝ κατὰ συζυγίαν ἀντικείμεναι τομαὶ αἱ A, B, Γ, Δ, καὶ ἐν ταῖς A, B, Γ, Δ τομαῖς δύο εὐθεῖαι τεμνέτωσαν ἀλλήλας αἱ EZ, HΘ κατὰ τὸ K, μὴ διὰ τοῦ κέντρου οὖσαι· λέγω ὅτι οὐ τέμνουσιν ἀλλήλας δίχα.

Εἰ γὰρ δυνατὸν, τεμνέτωσαν, καὶ τὸ κέντρον τῶν τομῶν ἔστω τὸ X, καὶ τῇ μὲν EZ ἤχθω παράλληλος ἡ AB, τῇ δὲ ΘH ἡ ΓΔ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ KX· αἱ KX, AB ἄρα συζυγεῖς εἰσι διάμετροι. ὁμοίως καὶ αἱ XK, ΓΔ συζυγεῖς εἰσι διάμετροι· ὥστε ἡ κατὰ τὸ A ἐφαπτομένη τῇ κατὰ τὸ Γ ἐφαπτομένῃ παράλληλός ἐστιν, ὅπερ ἀδύνατον· συμπίπτει γὰρ, ἐπειδὴ ἡ μὲν κατὰ τὸ Γ ἐφαπτομένη τέμνει τὰς A, B τομὰς, ἡ δὲ κατὰ τὸ A τὰς Δ, Γ. καὶ φανερὸν ὅτι ἡ σύμπτωσις αὐτῶν ἐν τῷ ὑπὸ τῆς AXΓ γωνίας τόπῳ ἐστίν· οὐκ ἄρα αἱ EZ, HΘ, μὴ διὰ τοῦ κέντρου οὖσαι, τέμνουσιν ἀλλήλας δίχα.

## Prop. XLIII. *Theor.*

**Si unam oppositarum sectionum conjugatarum recta in duobus punctis secet; & à centro duæ rectæ ducantur, una quidem ad medium rectæ secantis, altera vero ipsi parallela: erunt oppositarum sectionum conjugatæ diametri.**

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ μγʹ.

**Ἐὰν μίαν τῶν κατὰ συζυγίαν ἀντικειμένων εὐθεῖα τέμνῃ κατὰ δύο σημεῖα, διὰ δὲ τοῦ κέντρου ἡ μὲν ἐπὶ μέσην τῆς τεμνούσης ἀχθῇ, ἡ δὲ παρὰ τὴν τεμνομένην· συζυγεῖς ἔσονται διάμετροι τῶν ἀντικειμένων.**

* Cum ex definitione diametri conjugatæ [def. prim. 17.] utraque sit parallela ipsi XK.

ΕΣΤΩ-

ΕΣΤΩΣΑΝ κατὰ συζυγίαν ἀντικείμεναι τομαὶ αἱ Α, Β, Γ, Δ, καὶ τεμνέτω τὴν Α εὐθεῖά τις κατὰ δύο σημεῖα τὰ Ε, Ζ, καὶ τετμήσθω δίχα ἡ ΖΕ τῷ Η, καὶ τὸ κέντρον ἔστω τὸ Χ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΧΗ, παράλληλος δὲ ἤχθω τῇ ΕΖ ἡ ΓΧ· λέγω ὅτι αἱ ΑΧ, ΧΓ συζυγεῖς εἰσι διάμετροι.

Ἐπεὶ γὰρ διάμετρός ἐστιν ἡ ΑΧ, καὶ τὴν ΕΖ δίχα τέμνει· ἡ κατὰ τὸ Α ἐφαπτομένη παράλληλός ἐστι τῇ ΕΖ, ὥστε καὶ τῇ ΓΧ. ἐπεὶ οὖν ἀντικείμεναί εἰσι τομαί, καὶ μιᾶς αὐτῶν τῆς Α ἦκται ἐφαπτομένη κατὰ τὸ Α, ἀπὸ δὲ τοῦ κέντρου τοῦ Χ ἡ μὲν ἐπὶ τὴν ἁφὴν ἐπιζεύγνυται ἡ ΧΑ, ἡ δὲ παρὰ τὴν ἐφαπτομένην ἦκται ἡ ΓΧ· αἱ ΧΑ, ΓΧ ἄρα συζυγεῖς εἰσι διάμετροι· τοῦτο γὰρ προδέδεικται.



SINT oppositæ sectiones conjugatæ Α, Β, Γ, Δ; & sectionem Α quædam recta secet in duobus punctis Β, Ζ, & ΖΕ bifariam dividatur in Η; sit autem Χ centrum; jungaturque ΧΗ, & ΓΧ ipsi ΕΖ parallela ducatur: dico ΑΧ, ΧΓ conjugatas diametros esse.

Quoniam enim ΑΧ diameter est & ΒΖ bifariam secat: quæ in Α contingit sectionem parallela est [per 5. 2.huj.] ipsi ΕΖ; quare & ipsi ΓΧ. quoniam igitur oppositæ sectiones sunt, & unam ipsarum Α quædam recta in Α contingit; à centro vero Χ ducuntur duæ rectæ, una quidem ΧΑ ad tactum, altera vero ΓΧ contingenti parallela: erunt ΧΑ, ΓΧ conjugatæ diametri: hoc enim superius [per 20. 2. huj.] demonstratum est.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ μδʹ.

Τῆς δοθείσης κώνου τομῆς τὴν διάμετρον εὑρεῖν.

ΕΣΤΩ ἡ δοθεῖσα κώνου τομή, ἐφ' ἧς τὰ Α, Β, Γ, Δ, Ε· δεῖ δὴ αὐτῆς τὴν διάμετρον εὑρεῖν.

Γεγονέτω, καὶ ἔστω ἡ ΓΘΖ· ἀχθεισῶν δὴ τεταγμένως τῶν ΔΖ, ΕΘ καὶ ἐκβληθεισῶν, ἔσται ἴση ἡ μὲν ΔΖ τῇ ΖΒ, ἡ δὲ ΕΘ τῇ ΘΑ. ἐὰν οὖν τάξωμεν τὰς ΒΔ, ΕΑ θέσει οὔσας παραλλήλους, ἔσται δοθέντα τὰ Θ, Ζ σημεῖα, ὥστε θέσει ἔσται ἡ ΖΘΓ.

Συντεθήσεται δὴ οὕτως. Ἔστω ἡ δοθεῖσα κώνου τομή, ἐφ' ἧς τὰ Α, Β, Γ, Δ, Ε σημεῖα, καὶ ἤχθωσαν παράλληλοι αἱ ΒΔ, ΑΕ, καὶ τετμήσθωσαν δίχα κατὰ τὰ Ζ, Θ, καὶ ἐπιζευχθεῖσα ἡ ΖΘ διάμετρος ἔσται τῆς τομῆς. τῷ δὲ αὐτῷ τρόπῳ καὶ ἀπείρους εὑρήσομεν διαμέτρους.



## PROP. XLIV. *Probl.*

Datæ coni sectionis diametrum invenire.

SIT data coni sectio in qua puncta Α, Β, Γ, Δ, Ε; oportet ipsius diametrum invenire.

Factum sit, & diameter sit ΓΘΖ: ductis ideo ordinatim applicatis ΔΖ, ΕΘ & productis; erit ΔΖ æqualis ΖΒ, & ΕΘ ipsi ΘΑ. si igitur ordinemus ΒΔ, ΕΑ, ut sint positione parallelæ: data erunt puncta Θ, Ζ; quare & ΖΘΓ positione data erit.

Componetur itaque in hunc modum. Sit data coni sectio in qua Α, Β, Γ, Δ, Ε puncta, ducanturque ΒΔ, ΑΕ inter se parallelæ, & in punctis Ζ, Θ bifariam dividantur: juncta igitur ΖΘ diameter erit sectionis. eâdem ratione & infinitas diametros inveniemus.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ μεʹ.

Τῆς δοθείσης ἐλλείψεως ἢ ὑπερβολῆς τὸ κέντρον εὑρεῖν.

ΤΟΥΤΟ δὴ φανερόν. ἐὰν γὰρ διαχθῶσι δύο διάμετροι τῆς τομῆς αἱ ΑΒ, ΓΔ, τὸ σημεῖον, καθ' ὃ τέμνουσιν ἀλλήλας, ἔσται τῆς τομῆς τὸ κέντρον, ὡς ὑπόκειται.



## PROP. XLV. *Probl.*

Datæ ellipseos vel hyperbolæ centrum invenire.

HOC itaque manifeste constat. Si enim duæ sectionis diametri ΑΒ, ΓΔ ducantur; punctum in quo conveniunt [ex 25.dat.] erit datum, centrumque sectionis, ut jam [in def.centri] positum est.



PROP.

## Prop. XLVI. *Probl.*

### Datæ coni sectionis axem invenire.

SIT coni sectio data primum PARABOLA, in qua puncta Z, Γ, E: itaque oportet ipsius axem invenire.

Ducatur enim diameter A B. & si quidem A B sit axis, factum erit quod proponebatur. sin minus, ponatur factum, & sit axis Γ Δ: ergo [per cor. 51. 1.huj.] axis Γ Δ ipsi A B est parallelus, & quæ ad ipsam ducuntur perpendiculares bifariam dividit. si igitur ordinemus E Z perpendicularem ad A B, erit ea [per 26. dat.] positione data, & idcirco E Δ æqualis Δ Z: quare [per 2.dat.] punctum Δ datum erit: dato igitur Δ puncto, & ductâ Δ Γ ipsi A B positione datæ parallelâ, erit [per 29.dat.] & ipsa Δ Γ positione data.

Componetur autem in hunc modum. Sit data sectio Parabola, in qua puncta Z, A, E, ducaturque [per 44.2.huj.] diameter A B, & [per 11. 1.] B E ad ipsam perpendicularis, quæ ad Z producatur. si ergo E B sit æqualis B Z, constat A B axem esse. sin minus, [per 10. 1.] dividatur E Z in Δ bifariam, & [per 31. 1.] ipsi A B parallela ducatur Γ Δ. patet Γ Δ esse sectionis axem; est enim diametro parallela, adeoque [per cor.51.1.huj.] diameter est, & rectam E Z bifariam & ad rectos angulos secat: datæ igitur parabolæ axis inventus est Γ Δ.




Et patet unicum esse parabolæ axem. nam si alius axis sit, ut A B, erit hic ipsi Γ Δ parallelus; & secabit E Z, idque bifariam: ergo B E est æqualis B Z, quod fieri non potest.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ μϛ'.

### Τῆς δοθείσης κώνου τομῆς τὸν ἄξονα εὑρεῖν.

ΕΣΤΩ ἡ δοθεῖσα κώνου τομὴ πρότερον παραβολή, ἐφ' ἧς τὰ Ζ, Γ, Ε· δεῖ δὴ αὐτῆς τὸν ἄξονα εὑρεῖν.

Ηχθω γὰρ αὐτῆς διάμετρος ἡ Α Β. εἰ μὲν οὖν ἡ Α Β ἄξων ἐστί, γεγονὸς ἂν εἴη τὸ ἐπιταχθέν· εἰ δὲ οὔ, γεγονέτω, καὶ ἔστω ἄξων ὁ Γ Δ· ὁ Γ Δ ἄρα ἄξων παράλληλός ἐστι τῇ Α Β, καὶ τὰς ἀγομένας ἐπ' αὐτὴν καθέτους δίχα τέμνει. ἐὰν οὖν τάξω τὴν Ε Ζ κάθετον ἐπὶ τὴν Α Β, ἔσται θέσει· καὶ διὰ τοῦτο ἴση ἐστὶν ἡ Ε Δ τῇ Δ Ζ· δοθὲν ἄρα ἐστὶ τὸ Δ. δεδομένου ἄρα τοῦ Δ, παρὰ θέσει τὴν Α Β ἦκται ἡ Γ Δ, θέσει ἄρα ἐστὶν ἡ Γ Δ.

Συντεθήσεται δὲ οὕτως. Εστω ἡ δοθεῖσα παραβολή, ἐφ' ἧς τὰ Ζ, Α, Ε, καὶ ἤχθω αὐτῆς διάμετρος ἡ Α Β, καὶ ἐπ' αὐτὴν κάθετος ἤχθω ἡ Β Ε, καὶ ἐκβεβλήσθω ἐπὶ τὸ Ζ. εἰ μὲν οὖν ἴση ἐστὶν ἡ Ε Β τῇ Β Ζ, φανερὸν ὅτι ἡ Α Β ἄξων ἐστίν. εἰ δὲ οὔ, τετμήσθω ἡ Ε Ζ δίχα τῷ Δ, καὶ τῇ Α Β παράλληλος ἤχθω ἡ Γ Δ· φανερὸν δὴ ὅτι ἡ Γ Δ ἄξων ἐστὶ τῆς τομῆς, παράλληλος γὰρ οὖσα τῇ διαμέτρῳ, τουτέστι διάμετρος οὖσα, τὴν Ε Ζ δίχα τε καὶ πρὸς ὀρθὰς τέμνει· τῆς ἄρα δοθείσης παραβολῆς ὁ ἄξων εὕρηται ὁ Γ Δ.

Καὶ φανερόν, ὅτι εἷς ἄξων ἐστὶ τῆς παραβολῆς. εἰ γὰρ ἄλλος ἔσται, ὡς ὁ Α Β, ἔσται τῇ Γ Δ παράλληλος, καὶ τὴν Ε Ζ τέμνει, ὥστε καὶ δίχα· ἴση ἄρα ἐστὶν ἡ Β Ε τῇ Β Ζ, ὅπερ ἄτοπον.

## Prop. XLVII. *Probl.*

### Datæ hyperbolæ vel ellipseos axem invenire.

SIT HYPERBOLA, vel ELLIPSIS A B Γ: oportet igitur ipsius axem invenire.

Pone jam inventum, & sit K Δ, centrum vero sectionis sit K: ergo K Δ rectas ad ipsam ordinatim applicatas bifariam & ad rectos angulos secat. ducatur perpendicularis Γ Δ A, & jungantur K A, K Γ. quoniam igitur Γ Δ æqualis est Δ A; ergo & [per 4.1.] Γ K ipsi K A est æqualis. ergo, si punctum Γ datum sit, erit Γ K data: adeoque circulus centro K & intervallo Γ K descriptus etiam per ipsum A transibit, & [per 6.def. dat.] erit positione datus.




## ΠΡΟΤΑΣΙΣ μζ'.

### Τῆς δοθείσης ὑπερβολῆς ἢ ἐλλείψεως τὸν ἄξονα εὑρεῖν.




ΕΣΤΩ ΥΠΕΡΒΟΛΗ ἢ ΕΛΛΕΙΨΙΣ ἡ Α Β Γ· δεῖ δὴ αὐτῆς τὸν ἄξονα εὑρεῖν.

Εὑρήσθω, καὶ ἔστω ὁ Κ Δ, κέντρον δὲ τῆς τομῆς τὸ Κ· ἡ ἄρα Κ Δ τὰς ἐπ' αὐτὴν τεταγμένως καταγομένας δίχα καὶ πρὸς ὀρθὰς τέμνει. ἤχθω κάθετος ἡ Γ Δ Α, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ Κ Α, Κ Γ. ἐπεὶ οὖν ἴση ἐστὶν ἡ Γ Δ τῇ Δ Α· ἴση ἄρα ἡ Γ Κ τῇ Κ Α. ἐὰν οὖν τάξωμεν δοθὲν τὸ Γ, ἔσται δοθεῖσα ἡ Γ Κ· ὥστε ὁ κέντρῳ τῷ Κ, διαστήματι δὲ τῷ Κ Γ, κύκλος γραφόμενος, ἥξει καὶ διὰ τοῦ Α, καὶ ἔσται θέσει δεδομένος.

δεδομένος. ἔστι δὲ καὶ ἡ ΑΒΓ τομὴ δεδομένη θέσει· δοθὲν ἄρα τὸ Α. ἔστι δὲ καὶ τὸ Γ δοθέν· θέσει ἄρα ἡ ΓΑ. καὶ ἔστιν ἴση ἡ ΓΔ τῇ ΔΑ· δοθὲν ἄρα ἐστὶ τὸ Δ. ἀλλὰ καὶ τὸ Κ δοθέν· δεδομένη ἄρα τῇ θέσει ἡ ΔΚ.

Συντεθήσεται δὲ οὕτως. Ἔστω ἡ δοθεῖσα ὑπερβολὴ ἢ ἔλλειψις ἡ ΑΒΓ, καὶ εἰλήφθω αὐτῆς κέντρον τὸ Κ, εἰλήφθω δὲ ἐπὶ τῆς τομῆς τυχὸν σημεῖον τὸ Γ, καὶ κέντρῳ τῷ Κ, διαστήματι δὲ τῷ ΚΓ, κύκλος γεγράφθω ὁ ΓΕΑ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΓΑ, καὶ δίχα τετμήσθω κατὰ τὸ Δ, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΚΓ, ΚΑ, καὶ διήχθω ἡ ΚΔ ἐπὶ τὸ Β. ἐπεὶ οὖν ἴση ἐστὶν ἡ ΑΔ




τῇ ΔΓ, κοινὴ δὲ ἡ ΔΚ· δύο ἄρα αἱ ΓΔ, ΔΚ δυσὶ ταῖς ΑΔ, ΔΚ ἴσαι εἰσί· καὶ βάσις ἄρα ἡ ΚΑ τῇ ΚΓ ἴση· ἡ ἄρα ΚΒΔ τὴν ΑΔΓ δίχα τε καὶ πρὸς ὀρθὰς τέμνει· ἄξων ἄρα ἐστὶν ἡ ΚΔ. ἤχθω διὰ τοῦ Κ τῇ ΓΑ παράλληλος ἡ ΜΚΝ· ἡ ἄρα ΜΝ ἄξων ἐστὶ τῆς τομῆς συζυγὴς τῷ ΒΚ.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ μη'.

**Δεδειγμένων δὲ τούτων, ἑξῆς ἔστω δεῖξαι ὅτι ἄλλοι ἄξονες τῶν αὐτῶν τομῶν οὐκ εἰσίν.**

Εἰ γὰρ δυνατόν, ἔστω καὶ ἕτερος ἄξων ὁ ΚΗ· κατὰ τὰ αὐτὰ δὴ τοῖς ἔμπροσθεν, ἀχθείσης καθέ-




του τῆς ΑΘ, ἴση ἔσται ἡ ΑΘ τῇ ΘΛ· ὥστε καὶ ἡ ΑΚ τῇ ΚΛ ἴση. ἀλλὰ καὶ τῇ ΚΓ· ἴση ἄρα ἡ ΚΛ τῇ ΚΓ, ὅπερ ἄτοπον. ὅτι μὲν οὖν καὶ ὁ ΑΕΓ κύκλος κατ' ἄλλο σημεῖον μεταξὺ τῶν Α, Γ οὐ συμβάλλει τῇ τομῇ, ἐπὶ μὲν τῆς ὑπερβολῆς φανερόν. ἐπὶ δὲ τῆς ἐλλείψεως κάθετοι ἤχθωσαν αἱ ΓΡ, ΛΣ·

est autem [ex hyp.] & sectio ΑΒΓ positione data: ergo [per 25. dat.] & punctum Α. sed & Γ est datum: [assumptum sc.] data igitur [per 26. dat.] positione est ΓΑ. & est ΓΔ ipsi ΔΑ æqualis: ergo [per 7. dat.] punctum Δ datur. sed & ipsum Κ: igitur ΔΚ [per 26. dat.] positione data erit.

Componetur autem hoc modo. Sit data Hyperbola vel Ellipsis, ΑΒΓ, & sumpto [per 45. 2. huj.] Κ ipsius centro, in sectione capiatur quodlibet punctum Γ, & ex centro Κ, intervalloque ΚΓ circulus describatur ΓΕΑ, & jungatur ΓΑ & [per 10. 1.] bifariam secetur in Δ, & junganturΚΓ, ΚΑ & ΚΔ quæ ad Β producatur. itaque quoniam ΑΔ est æqualis ΔΓ, & ΔΚ com-




munis: erunt duæ lineæ ΓΔ, ΔΚ duabus ΑΔ, ΔΚ æquales: est igitur [per 4. 1.] basis ΚΑ æqualis basi ΚΓ: quare recta ΚΒΔ ipsam ΑΔΓ bifariam & ad rectos angulos secat: & idcirco [per def 18.] ΚΔ est axis. ducatur per Κ ipsi ΓΑ parallela ΜΚΝ: ergo ΜΝ est axis sectionis ipsi ΒΚ conjugatus.

## Prop. XLVIII. *Theor.*

**His autem demonstratis, reliquum est ut ostendamus non esse alios axes ipsarum sectionum.**

Si enim fieri potest, sit axis alius ΚΗ: ergo ducta perpendiculari ΑΘ, ex iis quæ su-




pra diximus, erit ΑΘ æqualis ΘΛ: quare [per 4. 1.] & ΑΚ ipsi ΚΛ, ut & ipsi ΚΓ æquatur: sunt igitur ΚΛ, ΚΓ inter se æquales, quod est absurdum. circulum autem ΑΕΓ non occurrere sectioni in alio puncto inter Α, Γ, in hyperbola quidem perspicuum est. in ellipsi vero ducantur perpendiculares ΓΡ, ΛΣ: & quoniam

ΚΓ est æqualis ΚΛ, ex centro enim sunt: erit & quadratum ex ΚΓ quadrato ex ΚΛ æquale. quadrato autem ex ΚΓ æqualia sunt [per 47. 1.] quadrata ex ΓΡ, ΡΚ; & quadrato ex ΚΛ æqualia quadrata ex ΛΣ, ΣΚ: ergo quadrata ex ΓΡ, ΡΚ quadratis ex ΛΣ, ΣΚ æqualia erunt: quo igitur differt quadratum ex ΓΡ à quadrato ex ΛΣ, eo quadratum ex ΣΚ differt à quadrato ex ΚΡ. Rursus quoniam [per 5. 2.] rectangulum ΜΡΝ una cum quadrato ex ΡΚ æquale est quadrato ex ΚΜ; rectangulum autem ΜΣΝ una cum quadrato ex ΣΚ eidem quadrato ex ΚΜ est æquale: erit rectangulum ΜΡΝ una cum quadrato ex ΡΚ æquale rectangulo ΜΣΝ una cum quadrato ex ΣΚ: ergo quo differt quadratum ex ΣΚ à quadrato ex ΚΡ, eo rectangulum ΜΡΝ differt à

ἐπεὶ οὖν ἴση ἐστὶν ἡ ΚΓ τῇ ΚΛ, (ἐκ κέντρου γάρ·) ἴσον ἐστὶ τὸ ἀπὸ ΚΓ τῷ ἀπὸ ΚΛ. ἀλλὰ τῷ μὲν ἀπὸ ΚΓ ἴσα ἐστὶ τὰ ἀπὸ ΓΡ, ΡΚ, τῷ δὲ ἀπὸ ΚΛ ἴσα τὰ ἀπὸ ΛΣ, ΣΚ· τὰ ἄρα ἀπὸ ΓΡ, ΡΚ τοῖς ἀπὸ ΛΣ, ΣΚ ἐστὶν ἴσα· ᾧ ἄρα διαφέρει τὸ ἀπὸ ΓΡ τοῦ ἀπὸ ΛΣ, τούτῳ διαφέρει τὸ ἀπὸ ΣΚ τοῦ ἀπὸ ΚΡ. Πάλιν ἐπειδὴ τὸ ὑπὸ ΜΡΝ μετὰ τοῦ ἀπὸ ΡΚ ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ ΚΜ, καὶ τὸ ὑπὸ ΜΣΝ μετὰ τοῦ ἀπὸ ΣΚ ἴσον τῷ ἀπὸ ΚΜ· τὸ ἄρα ὑπὸ ΜΡΝ μετὰ τοῦ ἀπὸ ΡΚ ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ ΜΣΝ μετὰ τοῦ ἀπὸ ΣΚ· ᾧ ἄρα διαφέρει τὸ ἀπὸ ΣΚ τοῦ ἀπὸ ΚΡ, τούτῳ διαφέρει τὸ ὑπὸ ΜΡΝ τοῦ ὑπὸ ΜΣΝ. ἐδείχθη δὲ ὅτι ᾧ διαφέρει τὸ ἀπὸ ΣΚ τοῦ ἀπὸ ΚΡ, τούτῳ διαφέρει τὸ ἀπὸ ΓΡ τοῦ ἀπὸ ΛΣ·







rectangulo ΜΣΝ. sed demonstratum est, quo quadratum ex ΣΚ differt à quadrato ex ΚΡ, eo differre quadratum ex ΓΡ à quadrato ex ΛΣ: ᵃ quo igitur differt quadratum ex ΓΡ à quadrato ex ΣΛ, eo rectangulum ΜΡΝ à rectangulo ΜΣΝ differt. itaque cum ordinatim applicatæ sint ΓΡ, ΛΣ; erit [per 21. 1. huj.] ut quadratum ex ΓΡ ad rectangulum ΜΡΝ ita quadratum ex ΛΣ ad rectangulum ΜΣΝ. demonstratum autem est in utrisque eundem esse excessum: ergo quadratum ex ΓΡ rectangulo ΜΡΝ est æquale, & quadratum ex ΛΣ æquale rectangulo ΜΣΝ. igitur linea ΛΓΜ est circulus *, quod est absurdum; posuimus enim ellipsim esse.

ᵃ ᾧ ἄρα διαφέρει τὸ ἀπὸ ΓΡ τοῦ ἀπὸ ΣΛ, τούτῳ διαφέρει τὸ ὑπὸ ΜΡΝ τοῦ ὑπὸ ΜΣΝ. καὶ ἐπεὶ κατηγμέναι εἰσὶν αἱ ΓΡ, ΛΣ, ἔστιν ὡς τὸ ἀπὸ ΓΡ πρὸς τὸ ὑπὸ ΜΡΝ οὕτως τὸ ἀπὸ ΛΣ πρὸς τὸ ὑπὸ ΜΣΝ. ἐδείχθη δὲ καὶ ἐν ἀμφοτέροις ἡ αὐτὴ ὑπεροχή· ἴσον ἄρα τὸ μὲν ἀπὸ ΓΡ τῷ ὑπὸ ΜΡΝ, τὸ δὲ ἀπὸ ΛΣ τῷ ὑπὸ ΜΣΝ· * κύκλος ἄρα ἐστὶν ἡ ΛΓΜ γραμμή, ὅπερ ἄτοπον· ὑπόκειται γὰρ ἔλλειψις.

## EUTOCIUS.

ᵃ Quo igitur differt quadratum ex ΓΡ à quadrato ex ΣΛ, eo rectangulum ΜΡΝ differt à rectangulo ΜΣΝ.] Sint duæ magnitudines æquales ΑΒ, ΓΔ, & dividantur in partes inæquales in punctis Ε, Ζ. dico quo differt ΑΕ à ΖΓ, eo ΕΒ differre à ΖΔ.

Ponatur ipsi ΓΖ æqualis ΑΗ; ergo ΕΗ est differentia magnitudinum ΑΗ, ΑΕ; hoc est ΖΓ, ΑΕ. est enim ΑΗ æqualis ΓΖ. sed & ΑΒ ipsi ΓΔ: reliqua igitur ΗΒ reliquæ ΖΔ est æqualis. quare ΕΗ est differentia ipsarum ΕΒ, ΒΗ, hoc est ipsarum ΕΒ, ΖΔ.

Sed sint quatuor magnitudines ΑΕ, ΕΒ, ΓΖ, ΖΔ, & differat ΑΕ à ΓΖ eo quo ΕΒ differt à ΖΔ. dico utraque simul ΑΕ, ΕΒ utrisque simul ΓΖ, ΖΔ æqualia esse.




Ponatur rursus ΑΗ æqualis ΓΖ: ergo ΕΗ est differentia magnitudinum ΑΕ, ΓΖ. eodem autem differre

ᵃ Ὧ ἄρα διαφέρει τὸ ἀπὸ ΓΡ τοῦ ἀπὸ ΣΛ, τούτῳ διαφέρει τὸ ὑπὸ ΜΡΝ τοῦ ὑπὸ ΜΣΝ.] Ἔστωσαν δύο μεγέθη ἴσα τὰ ΑΒ, ΓΔ, καὶ διῃρήσθω εἰς ἄνισα κατὰ τὰ Ε, Ζ. λέγω ὅτι ᾧ διαφέρει τὸ ΑΕ τοῦ ΖΓ, τούτῳ διαφέρει τὸ ΕΒ τοῦ ΖΔ.

Κείσθω τῷ ΓΖ ἴσον τὸ ΑΗ· τὸ ΕΗ ἄρα ὑπεροχή ἐστι τῶν ΑΗ, ΑΕ, τουτέστι τῶν ΖΓ, ΑΕ, τὸ γὰρ ΑΗ ἴσον ἐστὶ τῷ ΓΖ· ἀλλὰ καὶ τὸ ΑΒ τῷ ΓΔ· καὶ λοιπὸν ἄρα τὸ ΗΒ τῷ ΖΔ ἐστὶν ἴσον· ὥστε τὸ ΕΗ ὑπεροχή ἐστι τῶν ΕΒ, ΒΗ, ἤτοι τῶν ΕΒ, ΖΔ.

Ἀλλὰ δὲ ἔστωσαν τέσσαρα μεγέθη τὰ ΑΕ, ΕΒ, ΓΖ, ΖΔ, καὶ τὸ ΑΕ τοῦ ΓΖ διαφερέτω ᾧ διαφέρει τὸ ΕΒ τοῦ ΖΔ. λέγω ὅτι συναμφότερα τὰ ΑΕ, ΕΒ συναμφοτέροις τοῖς ΓΖ, ΖΔ ἐστὶν ἴσα.

Κείσθω πάλιν τῷ ΓΖ ἴσον τὸ ΑΗ· τὸ ΕΗ ἄρα ὑπεροχή ἐστι τῶν ΑΕ, ΓΖ. τῷ δὲ αὐτῷ διαφέρειν ὑπόκειται ἀλλή-

* Per Lemma II. Pappi ad librum primum.

λοις τὰ Α Ε, Γ Ζ καὶ τὰ Ε Β, Ζ Δ· ἴσον ἄρα τὸ Η Β τῷ Ζ Δ. ἀλλὰ καὶ τὸ Α Η τῷ Γ Ζ· τὸ Α Β ἄρα τῷ Γ Δ ἐστὶν ἴσον. Φανερὸν δὲ ὅτι, ἐὰν τὸ πρῶτον δευτέρου ὑπερέχῃ τινὶ καὶ τὸ τρίτον τετάρτου ὑπερέχῃ τῷ αὐτῷ, τὸ πρῶτον καὶ τὸ τέταρτον ἴσα ἐστὶ τῷ δευτέρῳ καὶ τῷ τρίτῳ, κατὰ τὴν καλουμένην ἀριθμητικὴν μεσότητα. ἐὰν γὰρ, τούτων ὑποκειμένων, ὑπάρχῃ ὡς τὸ πρῶτον πρὸς τὸ τρίτον οὕτως τὸ δεύτερον πρὸς τὸ τέταρτον, ἴσον ἔσται τὸ μὲν πρῶτον τῷ τρίτῳ, τὸ δὲ δεύτερον τῷ τετάρτῳ. δυνατὸν δὲ ἐστὶ ἄλλως τοῦτο δειχθῆναι, διὰ τὸ δεδεῖχθαι ἐν τῷ εἰκοστῷ πέμπτῳ θεωρήματι τοῦ πέμπτου βιβλίου τῆς Εὐκλείδου στοιχειώσεως, ἐὰν τέσσαρα μεγέθη ἀνάλογον ᾖ, τὸ πρῶτον καὶ τὸ τέταρτον δύο τῶν λοιπῶν μείζονα ἔσται.

supponuntur A E, Γ Z, & E B, Z Δ: æquales igitur sunt H B, Z Δ. sed est A H ipsi Γ Z æqualis: ergo A B ipsi Γ Δ æqualis erit. Perspicuum autem est, si prima excedat secundam magnitudine aliqua, & eadem magnitudine tertia quartam excedat: primam & quartam secundæ & tertiæ æquales esse, juxta arithmeticam proportionem. Etenim si, his positis, sit ut prima ad tertiam ita secunda ad quartam: prima quidem tertiæ æqualis erit: secunda vero quartæ. potest etiam hoc aliter demonstrari, ex eo quod in vigesimo quinto theoremate quinti libri elementorum *Euclidis* demonstratum est, nempe, si quatuor magnitudines proportionales fuerint, primam & quartam reliquis duabus majores esse.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ μθ'.

**Κώνου τομῆς δοθείσης, καὶ σημείου μὴ ἐντὸς τῆς τομῆς· ἀγαγεῖν ἀπὸ τοῦ σημείου εὐθεῖαν καθ' ἓν ἐπιψαύουσαν τῆς τομῆς.**

## Prop. XLIX. *Probl.*

**Data coni sectione, & puncto non intra sectionem dato; ab eo rectam ducere quæ sectionem contingat.**

ΕΣΤΩ ἡ δοθεῖσα κώνου τομὴ πρότερον Παραβολὴ, ἧς ἄξων ἡ Β Δ· δεῖ δὲ ἀπὸ τοῦ δοθέντος σημείου, ὃ μή ἐστιν ἐντὸς τῆς τομῆς, ἀγαγεῖν εὐθεῖαν ὡς πρόκειται.

Τὸ δὴ δοθὲν σημεῖον, ἤτοι ἐπὶ τῆς γραμμῆς ἐστιν, ἢ ἐπὶ τοῦ ἄξονος, ἢ ἐν τῷ λοιπῷ ἐκτὸς τόπῳ.

Εστω οὖν ἐπὶ τῆς γραμμῆς, καὶ ἔστω τὸ Α· καὶ γεγονέτω, καὶ ἔστω ἡ Α Ε, καὶ κάθετος ἤχθω ἡ Α Δ· ἔσται δὴ θέσει, καὶ ἴση ἐστὶν ἡ Β Ε τῇ Β Δ. καί ἐστι δοθεῖσα ἡ Β Δ· δοθεῖσα ἄρα ἐστὶ καὶ ἡ Β Ε. καί ἐστι τὸ Β δοθέν· δοθὲν ἄρα καὶ τὸ Ε. ἀλλὰ καὶ τὸ Α· θέσει ἄρα ἡ Α Ε.



Συντεθήσεται δὴ οὕτως. ἤχθω ἀπὸ τοῦ Α κάθετος ἡ Α Δ, καὶ κείσθω τῇ Β Δ ἴση ἡ Β Ε, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ Α Ε· Φανερὸν δὴ ὅτι ἐφάπτεται τῆς τομῆς ἡ Α Ε.

ΕΣΤΩ πάλιν τὸ δοθὲν σημεῖον ἐπὶ τοῦ ἄξονος τὸ Ε· καὶ γεγονέτω, καὶ ἤχθω ἐφαπτομένη ἡ Α Ε, καὶ κάθετος ἤχθω ἡ Α Δ· ἴση ἄρα ἐστὶν ἡ Β Ε τῇ Β Δ. καὶ δοθεῖσα ἡ Β Ε· δοθεῖσα ἄρα καὶ ἡ Β Δ. καὶ ἔστι δοθὲν τὸ Β· δοθὲν ἄρα καὶ τὸ Δ. καὶ ἔστιν ὀρθὴ ἡ Δ Α· θέσει ἄρα ἡ Δ Α· δοθὲν ἄρα τὸ Α. ἀλλὰ καὶ τὸ Ε· θέσει ἄρα ἡ Α Ε.

Συντεθήσεται δὴ οὕτως. κείσθω τῇ Β Ε ἴση ἡ Β Δ, καὶ ἀπὸ τοῦ Δ τῇ Ε Δ ὀρθὴ ἡ Δ Α, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ Α Ε· Φανερὸν δὴ ὅτι ἐφάπτεται ἡ Α Ε. Φανερὸν δὲ καὶ, ἐὰν δοθὲν σημεῖον τὸ αὐτὸ ᾖ τῷ Β, ὅτι ἡ ἀπὸ τοῦ Β ὀρθὴ ἀγομένη ἐφάπτεται τῆς τομῆς.

ΕΣΤΩ δὴ τὸ δοθὲν σημεῖον τὸ Γ· καὶ γεγονέτω, καὶ ἔστω ἡ Γ Α, καὶ διὰ τοῦ Γ τῷ ἄξονι, τουτέστι τῇ Β Δ, παράλληλος ἤχθω ἡ Γ Ζ· θέσει ἄρα ἐστὶν ἡ Γ Ζ. καὶ ἀπὸ τοῦ Α ἐπὶ τὴν Γ Ζ τεταγμένως ἤχθω ἡ Α Ζ· ἔσται δὴ ἴση ἡ Γ Η τῇ Ζ Η· καί ἐστι δοθὲν τὸ Η· δοθὲν ἄρα καὶ τὸ Ζ. καὶ ἀνῆκται

SIT data coni sectio primum Parabola, cujus axis B Δ: oportet vero à puncto non intra sectionem dato rectam ducere, ut ante propositum est.

Itaque datum punctum vel est in linea parabolica, vel in axe, vel in loco quod extra relinquitur.

Sit primum in ipsa linea curva, sitque A. puta factum, & sit A E, ducaturque perpendicularis A Δ, quæ [per 30.dat.] positione data erit, & erit [per 35.1.huj.] B E æqualis B Δ. at B Δ est data: data igitur est B E. estque punctum B datum: ergo & punctum E. sed datum quoque est A punctum: recta igitur A E [per 26. dat.] positione data erit.

Si duæ rectæ lineæ oppositas sectiones contingentes sibi ipsis occurrant, & per occursum ducatur recta jungenti tactus parallela; per tactus vero ducantur contingentibus parallelæ, & à tactibus ad idem alterutræ sectionis punctum ducantur rectæ quæ parallelas secent: rectangulum sub abscissis contentum ad quadratum ejus quæ tactus jungit eandem rationem habebit, quam rectangulum sub contingentibus factum ad quadratum rectæ ab occursu ad sectionem ductæ jungentique tactus parallelæ.

ΕΣΤΩΣΑΝ ἀντικείμεναι αἱ ΑΒΓ, ΔΕΖ, ἐφαπτόμεναι δὲ αὐτῶν αἱ ΑΗ, ΗΔ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΑΔ, καὶ ἀπὸ μὲν τοῦ Η παρὰ τὴν ΑΔ ἤχθω ἡ ΓΗΕ, ἀπὸ δὲ τοῦ Α παρὰ τὴν ΔΗ ἡ ΑΜ,

SInt oppositæ sectiones ΑΒΓ, ΔΕΖ, quas contingant rectæ ΑΗ, ΗΔ; & juncta ΑΔ ducatur per Η recta ΓΗΕ ipsi ΑΔ parallela; & à puncto Α ducatur ΑΜ parallela ipsi ΔΗ, atque

atque à Δ recta ΔΜ ipsi ΑΗ parallela. sumatur autem in sectione ΔΖ aliquod punctum Ζ, & jungantur ΑΖΝ, ΖΔΘ: dico rectangulum sub ΑΘ, ΝΔ esse ad quadratum ex ΑΔ sicut rectangulum ΑΗΔ ad quadratum ex ΓΗ.

ἀπὸ δὲ τοῦ Δ παρὰ τὴν ΑΗ ἡ ΔΜ· εἰλήφθω δέ τι σημεῖον ἐπὶ τῆς ΔΖ τομῆς τὸ Ζ, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΑΖΝ, ΖΔΘ· λέγω ὅτι ἐστὶν ὡς τὸ ὑπὸ ΑΘ, ΝΔ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς ΑΔ οὕτως τὸ ὑπὸ ΑΗΔ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς ΓΗ.




Ducatur per Ζ recta ΖΛΚΒ quæ ipsi ΑΔ æquidistet. quoniam igitur demonstratum est [ad 20.3.huj.] ut quadratum ex ΕΗ ad quadratum ex ΗΔ ita rectangulum ΒΛΖ ad quadratum ex ΛΔ; & est ΓΗ æqualis ΕΗ, & ΚΖ ipsi ΒΛ: erit ut quadratum ex ΓΗ ad quadratum ex ΗΔ ita rectangulum ΚΖΛ ad quadratum ex ΛΔ. est autem ut quadratum ex ΔΗ ad rectangulum ΔΗΑ ita quadratum ex ΔΛ ad rectangulum sub ΔΛ, ΑΚ: ergo ex æquali ut quadratum ex ΓΗ ad rectangulum ΔΗΑ ita rectangulum ΚΖΛ ad rectangulum sub ΔΛ, ΑΚ. sed ratio rectanguli ΚΖΛ ad rectangulum sub ΑΚ, ΔΛ componitur ex ratione ΖΚ ad ΚΑ & ratione ΖΛ ad ΛΔ; ut autem ΖΚ ad ΚΑ ita [per 4. 6.] ΑΔ ad ΔΝ, & ut ΖΛ ad ΛΔ ita ΔΑ ad ΑΘ: ratio igitur quadrati ex ΓΗ ad rectangulum ΔΗΑ composita est ex ratione ΑΔ ad ΔΝ & ratione ΔΑ ad ΑΘ. sed quadrati ex ΑΔ ad rectangulum sub ΑΘ, ΝΔ ratio ex eisdem rationibus componitur: ergo ut quadratum ex ΓΗ ad rectangulum ΑΗΔ ita est quadratum ex ΑΔ ad rectangulum ex ΑΘ, ΝΔ; & invertendo rectangulum sub ΑΘ, ΝΔ erit ad quadratum ex ΑΔ ut rectangulum ΑΗΔ ad quadratum ex ΓΗ.

Ηχθω γὰρ διὰ τοῦ Ζ παρὰ τὴν ΑΔ ἡ ΖΛΚΒ. ἐπεὶ οὖν δέδεικται ὅτι ἐστὶν ὡς τὸ ἀπὸ ΕΗ πρὸς τὸ ἀπὸ ΗΔ οὕτως τὸ ὑπὸ ΒΛΖ πρὸς τὸ ἀπὸ ΛΔ, ἴση δὲ ἡ μὲν ΓΗ τῇ ΕΗ, ἡ δὲ ΚΖ τῇ ΒΛ· ὡς ἄρα τὸ ἀπὸ ΓΗ πρὸς τὸ ἀπὸ ΗΔ οὕτως τὸ ὑπὸ ΚΖΛ πρὸς τὸ ἀπὸ ΛΔ. ἔστι δὲ καὶ ὡς τὸ ἀπὸ ΔΗ πρὸς τὸ ὑπὸ ΔΗΑ οὕτως τὸ ἀπὸ ΔΛ πρὸς τὸ ὑπὸ ΔΛ, ΑΚ· δι᾽ ἴσου ἄρα ὡς τὸ ἀπὸ ΓΗ πρὸς τὸ ὑπὸ ΔΗΑ οὕτως τὸ ὑπὸ ΚΖΛ πρὸς τὸ ὑπὸ ΔΛ, ΑΚ. ὁ δὲ τοῦ ὑπὸ ΚΖΛ πρὸς τὸ ὑπὸ ΑΚ, ΔΛ λόγος ὁ συγκείμενός ἐστιν ἐκ τοῦ τῆς ΖΚ πρὸς ΚΑ καὶ τοῦ τῆς ΖΛ πρὸς ΛΔ· ἀλλ᾽ ὡς μὲν ἡ ΖΚ πρὸς ΚΑ οὕτως ἡ ΑΔ πρὸς ΔΝ, ὡς δὲ ἡ ΖΛ πρὸς ΛΔ οὕτως ἡ ΔΑ πρὸς ΑΘ· ὁ ἄρα τοῦ ἀπὸ ΓΗ πρὸς τὸ ὑπὸ ΔΗΑ λόγος σύγκειται ἐκ τοῦ τῆς ΑΔ πρὸς ΔΝ καὶ τοῦ τῆς ΔΑ πρὸς ΑΘ. σύγκειται δὲ καὶ ὁ τοῦ ἀπὸ ΑΔ πρὸς τὸ ὑπὸ ΑΘ, ΝΔ λόγος ἐκ τῶν αὐτῶν· ἔστιν ἄρα ὡς τὸ ἀπὸ ΓΗ πρὸς τὸ ὑπὸ ΑΗΔ οὕτως τὸ ἀπὸ ΑΔ πρὸς τὸ ὑπὸ ΑΘ, ΝΔ· καὶ ἀνάπαλιν τὸ ὑπὸ ΑΘ, ΝΔ πρὸς τὸ ἀπὸ ΑΔ ἐστὶν ὡς τὸ ὑπὸ ΑΗΔ πρὸς τὸ ἀπὸ ΓΗ.

## Prop. LVI. *Theor.*

Si duæ rectæ lineæ alteram oppositarum sectionum contingentes sibi ipsis occurrant, & per tactus ducantur contingentibus parallelæ; à tactibus vero ad idem alterius sectionis punctum ducantur rectæ, quæ parallelas secent: rectangulum sub abscissis contentum ad quadratum rectæ tactus jungentis rationem habebit, compositam ex ratione quam habet quadratum portionis rectæ ab occursu contingentium ad punctum medium jungentis tactus ductæ inter punctum illud & alteram sectionem interceptæ ad quadratum ejus quæ inter eandem sectionem & occursum, & ex ratione quam habet rectangulum sub contin-

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ νϛ'.

Ἐὰν μιᾶς τῶν ἀντικειμένων δύο εὐθεῖαι ἐφαπτόμεναι συμπίπτωσι, διὰ δὲ τῶν ἁφῶν παράλληλοι ἀχθῶσι ταῖς ἐφαπτομέναις, καὶ ἀπὸ τῶν ἁφῶν πρὸς τὸ αὐτὸ σημεῖον τῆς ἑτέρας τομῆς ἀχθῶσιν εὐθεῖαι τέμνουσαι τὰς παραλλήλους· τὸ περιεχόμενον ὀρθογώνιον ὑπὸ τῶν ἀποτεμνομένων λόγον ἕξει πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς τὰς ἁφὰς ἐπιζευγνυούσης τετράγωνον, τὸν συγκείμενον ἐκ τοῦ ὃν ἔχει (ἐπὶ τῆς ἐπιζευγνυούσης τὴν σύμπτωσιν καὶ τὴν διχοτομίαν) ἡ μεταξὺ τῆς διχοτομίας καὶ τῆς ἑτέρας τομῆς πρὸς τὴν μεταξὺ τῆς αὐτῆς τομῆς καὶ τῆς συμπτώσεως δυνάμει, καὶ ἐκ τοῦ ὃν ἔχει τὸ ὑπὸ τῶν ἐφαπτομένων περιεχόμενον

πρὸς

πρὸς τὸ τέταρτον μέρος τοῦ ἀπὸ τῆς τὰς ἁφὰς ἐπιζευγνυούσης.

gentibus factum ad quartam partem quadrati tactus jungentis.

ΕΣΤΩΣΑΝ ἀντικείμεναι αἱ ΑΒ, ΓΔ, ὧν κέντρον τὸ Ο, ἐφαπτόμεναι δὲ αἱ ΑΕΖΗ, ΒΕΘΚ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΑΒ, καὶ δίχα τετμήσθω κατὰ τὸ Λ, καὶ ἐπιζευχθεῖσα ἡ ΛΕ διήχθω ἐπὶ τὸ Δ, καὶ ἤχθω ἀπὸ τοῦ Α παρὰ τὴν ΒΕ ἡ ΑΜ, ἀπὸ δὲ τοῦ Β παρὰ τὴν ΑΕ ἡ ΒΝ, εἰλήφθω δέ τι σημεῖον ἐπὶ τῆς ΓΔ τομῆς τὸ Γ, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΓΒΜ, ΓΑΝ· λέγω ὅτι τὸ ὑπὸ ΒΝ, ΑΜ πρὸς τὸ ἀπὸ ΑΒ λόγον ἔχει τὸν συγκείμενον, ἐκ τοῦ ὃν ἔχει τὸ ἀπὸ ΛΔ πρὸς τὸ ἀπὸ ΔΕ καὶ τοῦ ὃν ἔχει τὸ ὑπὸ ΑΕΒ πρὸς τὸ τέταρτον τοῦ ἀπὸ ΑΒ, τουτέστι τὸ ὑπὸ ΑΛΒ.

Sint oppositæ sectiones ΑΒ, ΓΔ, quarum centrum Ο, & contingentes ΑΕΖΗ, ΒΕΘΚ; & juncta ΑΒ dividatur bifariam in Λ, & jungatur ΛΕ & ad Δ producatur; à puncto autem Α ducatur ΑΜ ipsi ΒΕ parallela, & à puncto Β recta ΒΝ parallela ipsi ΑΕ; denique sumpto in sectione ΓΔ quovis puncto Γ, jungantur ΓΒΜ, ΓΑΝ: dico rectangulum sub ΒΝ, ΑΜ ad quadratum ex ΑΒ rationem habere compositam, ex ratione quadrati ex ΛΔ ad quadratum ex ΔΕ & ratione rectanguli ΑΕΒ ad quartam partem quadrati ex ΑΒ, sive ad rectangulum ΑΛΒ.




Ἤχθωσαν γὰρ ἀπὸ τῶν Γ, Δ παρὰ τὴν ΑΒ αἱ ΗΓΚ, ΖΔΘ· φανερὸν δή, ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ ΑΛ τῇ ΛΒ, ὅτι ἴση ἡ ΔΘ τῇ ΔΖ καὶ ἡ ΚΞ τῇ ΞΗ. ἔστι δὲ καὶ ἡ ΞΓ τῇ ΞΠ ἴση, ὥστε καὶ ἡ ΓΚ τῇ ΗΠ. καὶ ἐπεὶ ἀντικείμεναί εἰσιν αἱ ΑΒ, ΔΓ, ἐφαπτόμεναι δὲ αἱ ΒΕΘ, ΘΔ, καὶ παρὰ τὴν ΔΘ ἡ ΚΗ· ἔστιν ἄρα ὡς τὸ ἀπὸ ΒΘ πρὸς τὸ ἀπὸ ΘΔ οὕτως τὸ ἀπὸ ΒΚ πρὸς τὸ ὑπὸ ΠΚΓ. ἴσον δὲ τὸ μὲν ἀπὸ ΘΔ τῷ ὑπὸ ΘΔΖ, τὸ δὲ ὑπὸ ΠΚΓ τῷ ὑπὸ ΚΓΗ· ἔστιν ἄρα ὡς τὸ ἀπὸ ΒΘ πρὸς τὸ ὑπὸ ΘΔΖ οὕτως τὸ ἀπὸ ΒΚ πρὸς τὸ ὑπὸ ΚΓΗ. ἔστι δὲ καὶ ὡς τὸ ὑπὸ ΖΑ, ΘΒ πρὸς τὸ ἀπὸ ΘΒ οὕτως τὸ ἀπὸ ΗΑ, ΚΒ πρὸς τὸ ἀπὸ ΚΒ· δι᾽ ἴσου ἄρα ἐστὶν ὡς τὸ ὑπὸ ΑΖ, ΘΒ πρὸς τὸ ὑπὸ ΘΔΖ οὕτως τὸ ὑπὸ ΑΗ, ΚΒ πρὸς τὸ ὑπὸ ΚΓΗ. ὁ δὲ τοῦ ὑπὸ ΑΖ, ΘΒ πρὸς τὸ ὑπὸ ΘΔΖ λόγος (τοῦ ὑπὸ ΘΕΖ μέσου λαμβανομένου) σύγκειται ἐκ τοῦ τοῦ ὑπὸ ΑΖ, ΘΒ πρὸς τὸ ὑπὸ ΘΕΖ καὶ τοῦ ὑπὸ ΘΕΖ πρὸς τὸ ὑπὸ ΘΔΖ. καὶ ἔστιν ὡς μὲν τὸ ὑπὸ ΑΖ, ΘΒ πρὸς τὸ ὑπὸ ΘΕΖ οὕτως τὸ ἀπὸ ΛΔ πρὸς τὸ ἀπὸ ΔΕ, ὡς δὲ τὸ ὑπὸ ΘΕΖ πρὸς τὸ ὑπὸ ΘΔΖ οὕτως τὸ ὑπὸ

Ducantur enim à punctis Γ, Δ rectæ ΗΓΚ, ΖΔΘ parallelæ ipsi ΑΒ: patet igitur, ob ΑΛ æqualem ipsi ΛΒ, quod ΔΘ ipsi ΔΖ æqualis sit & ΚΞ ipsi ΞΗ. sed [per 47. 1. huj.] ΞΓ est æqualis ipsi ΞΠ: ergo & ΓΚ ipsi ΗΠ. & quoniam ΑΒ, ΔΓ oppositæ sectiones sunt, contingentesque ΒΕΘ, ΘΔ, & ducta est ΚΗ ipsi ΘΔ parallela; erit [per 18.3. huj.] ut quadratum ex ΒΘ ad quadratum ex ΘΔ ita quadratum ex ΒΚ ad rectangulum ΠΚΓ. quadratum autem ex ΘΔ est æquale rectangulo ΘΔΖ, & rectangulum ΠΚΓ rectangulo ΚΓΗ; ergo ut quadratum ex ΒΘ ad rectangulum ΘΔΖ ita quadratum ex ΒΚ ad rectangulum ΚΓΗ. sed ut rectangulum sub ΖΑ, ΘΒ ad quadratum ex ΘΒ ita rectangulum sub ΗΑ, ΚΒ ad quadratum ex ΚΒ *: ex æquali igitur ut rectangulum sub ΑΖ, ΘΒ ad rectangulum ΘΔΖ ita rectangulum ex ΑΗ, ΚΒ ad rectangulum sub ΚΓΗ. ratio autem rectanguli sub ΑΖ, ΘΒ ad rectangulum ΘΔΖ (sumpto medio rectangulo ΘΕΖ) componitur ex ratione rectanguli sub ΑΖ, ΘΒ ad rectangulum ΘΕΖ & ratione rectanguli ΘΕΖ ad rectangulum ΘΔΖ. sed ut rectangulum sub ΑΖ, ΘΒ ad rectangulum ΘΕΖ ita quadratum ex ΛΔ ad quadratum ex ΔΕ †. & ut rectangulum ΘΕΖ ad rectangulum ΘΔΖ ita [per 12. lem. 3. huj.] rectangulum

* Quoniam enim similia sunt triangula ΑΕΒ, ΘΕΖ, ΚΕΗ, erit ΖΕ ad ΕΑ ut ΘΕ ad ΕΒ; & ideo componendo, ut ΖΑ ad ΑΕ ita ΘΒ ad ΒΕ. Pari modo constat esse ΗΑ ad ΑΕ ut ΚΒ ad ΒΕ; & invertendo, ut ΑΕ ad ΑΗ ita ΒΕ ad ΒΚ: quare, ex æquali, est ΖΑ ad ΑΗ sicut ΘΒ ad ΒΚ; adeoque ΖΑ ad ΘΒ ut ΑΗ ad ΒΚ. sed ut ΖΑ ad ΘΒ ita rectangulum sub ΖΑ, ΘΒ ad quadratum ex ΘΒ; & ut ΑΗ ad ΒΚ ita rectangulum sub ΗΑ, ΚΒ ad quadratum ex ΚΒ: est igitur ut rectangulum sub ΖΑ, ΘΒ ad quadratum ex ΘΒ ita rectangulum sub ΗΑ, ΚΒ ad quadratum ex ΚΒ.

† Nam ratio rectanguli sub ΑΖ, ΘΒ ad rectangulum ΘΕΖ componitur ex ratione ΑΖ ad ΖΕ & ratione ΒΘ ad ΘΕ. sed tam ratio ΑΖ ad ΖΕ quam ratio ΒΘ ad ΘΕ eadem est cum ratione ΛΔ ad ΔΕ: ergo ratio ex illis composita (hoc est ratio rectanguli sub ΑΖ, ΘΒ ad rectangulum ΘΕΖ) eadem est cum ratione quadrati ex ΛΔ ad quadratum ex ΔΕ.

ΑΕΒ

A E B ad rectangulum A Λ B; ergo ratio rectanguli sub A H, B K ad rectangulum K Γ H composita est ex ratione quadrati ex Λ Δ ad quadratum ex Δ E & ratione rectanguli A E B ad rectangulum A Λ B. habet autem rectangulum sub A H, K B ad rectangulum K Γ H rationem compositam ex ratione B K ad K Γ & ratione A H ad H Γ. atqui ut B K ad K Γ ita est [per 4. 6.] M A ad A B, & ut A H ad H Γ ita N B ad B A: ratio igitur composita ex ratione M A ad A B & ratione N B ad B A, quæ quidem eadem est quam habet rectangulum sub A M, B N ad quadratum ex A B, componitur ex ratione quadrati ex Λ Δ ad quadratum ex Δ E & ratione rectanguli A E B ad rectangulum A Λ B.




ΑΕΒ πρὸς τὸ ὑπὸ ΑΛΒ· ὁ ἄρα τοῦ ὑπὸ ΑΗ, ΒΚ πρὸς τὸ ὑπὸ ΚΓΗ λόγος σύγκειται ἐκ τοῦ τοῦ ἀπὸ ΛΔ πρὸς τὸ ἀπὸ ΔΕ καὶ τοῦ ὑπὸ ΑΕΒ πρὸς τὸ ὑπὸ ΑΛΒ. ἔχει δὲ τὸ ὑπὸ ΑΗ, ΚΒ πρὸς τὸ ὑπὸ ΚΓΗ τὸν συγκείμενον λόγον, ἐκ τοῦ τῆς ΒΚ πρὸς ΚΓ καὶ τοῦ τῆς ΑΗ πρὸς ΗΓ. ἀλλ' ὡς μὲν ἡ ΒΚ πρὸς ΚΓ οὕτως ἡ ΜΑ πρὸς ΑΒ, ὡς δὲ ἡ ΑΗ πρὸς ΗΓ οὕτως ἡ ΝΒ πρὸς ΒΑ· ὁ ἄρα συγκείμενος λόγος ἐκ τοῦ τῆς ΜΑ πρὸς ΑΒ καὶ τοῦ τῆς ΝΒ πρὸς ΒΑ, ὅς ἐστιν ὁ αὐτὸς τῷ ὃν ἔχει τὸ ὑπὸ ΑΜ, ΒΝ πρὸς τὸ ἀπὸ ΑΒ, σύγκειται ἐκ τοῦ τοῦ ἀπὸ ΛΔ πρὸς τὸ ἀπὸ ΔΕ καὶ τοῦ ὑπὸ ΑΕΒ πρὸς τὸ ὑπὸ ΑΛΒ.

ΑΠΟΛ-

# ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ ΠΕΡΓΑΙΟΥ
# ΚΩΝΙΚΩΝ
## ΤΟ ΤΕΤΑΡΤΟΝ,
### ΜΕΤΑ ΤΩΝ ΕΥΤΟΚΙΟΥ ΑΣΚΑΛΩΝΙΤΟΥ ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΩΝ.

# APOLLONII PERGÆI
# CONICORUM
## LIBER QUARTUS,
### CUM COMMENTARIIS EUTOCII ASCALONITÆ.

Ἀπολλώνιος Ἀττάλῳ χαίρειν.

ΠΡΟΤΕΡΟΝ μὲν ἐξέθηκα, γράψας πρὸς Εὔδημον τὸν Περγαμηνὸν, τῶν συντεταγμένων ἡμῖν Κωνικῶν ἐν ὀκτὼ βιβλίοις τὰ πρῶτα τρία. μετηλλαχότος δὲ ἐκείνου, τὰ λοιπὰ διεγνωκότες πρὸς σε γράψαι, διὰ τὸ φιλοτιμεῖσθαί σε μεταλαμβάνειν τὰ ὑφ' ἡμῶν πραγματευόμενα, πεπόμφαμεν ἐπὶ τοῦ παρόντος σοι τὸ τέταρτον. περιέχει δὲ τοῦτο κατὰ πόσα σημεῖα πλεῖστα δυνατόν ἐστι τὰς τῶν κώνων τομὰς ἀλλήλαις τε καὶ τῇ τοῦ κύκλου περιφερείᾳ συμβάλλειν, ἐάν περ μὴ ὅλαι ἐπὶ ὅλας ἐφαρμόζωσιν· ἔτι κώνου τομὴ καὶ κύκλου περιφέρεια ταῖς ἀντικειμέναις κατὰ πόσα σημεῖα πλεῖστα συμβάλλουσι, καὶ ἔτι ἀντικείμεναι ἀντικειμέναις· καὶ ἐκτὸς τούτων ἄλλα οὐκ ὀλίγα ὅμοια τούτοις. τούτων δὲ τὸ μὲν προειρημένον Κόνων ὁ Σάμιος ἐξέθηκε πρὸς Θρασυδαῖον, οὐκ ὀρθῶς ἐν ταῖς ἀποδείξεσιν ἀναστραφείς· διὸ καὶ μετρίως αὐτοῦ ἀνθήψατο Νικοτέλης ὁ Κυρηναῖος. περὶ δὲ τοῦ δευτέρου μνείαν μόνον πεποίηται ὁ Νικοτέ-

*Apollonius Attalo* S. P.

ANTEA quidem ex octo libris, quos de Conicis composuimus, tres priores ad *Eudemum Pergamenum* scriptos edidimus. Verum eo mortuo, cum reliquos ad Te mittere decreverimus, quartum hunc, quod scriptorum nostrorum desiderio tenearis, in præsentia ad Te mittimus. Ostendit autem ad quot puncta, ut plurimum, Coni sectiones inter se & circuli circumferentiæ occurrant, nisi totæ totis congruant: præterea ad quot puncta, ut plurimum, Coni sectio & circuli circumferentia oppositis sectionibus conveniant; itemque oppositæ sectiones oppositis sectionibus: atque ad hæc alia non pauca his similia. Horum autem primum *Conon Samius* ad *Thrasydæum* scribens explicavit, non ritè confectis demonstrationibus: quamobrem *Nicoteles Cyrenæus* eum nonnihil reprehendit. Verum secundi mentionem tantum fecit *Ni-*

*coteles* in libro contra *Cononem*, tanquam ejus quod facile demonstrari posset: quod tamen nos neque ab illo neque ab alio quopiam demonstratum invenimus. At tertium cæteraque id genus plane nemini in mentem venisse comperimus. Ex dictis autem quotquot ab aliis non demonstrata deprehendimus multa atque varia postulant Theoremata nova; quorum plurima in tribus prioribus libris, reliqua autem in hoc ipso exposuimus. Hæc vero probe perspecta non parum utilitatis afferunt tam ad problematum compositiones quam ad eorundem determinationes. Verum *Nicoteles* quidem, ob dissensionem quæ illi cum *Conone* erat, nihil ex iis quæ à *Conone* inventa sunt ad problematum διορισμοὺς commodi provenire asserit: quod plane falsum. Nam etiamsi omnino absque his determinationes dare liceret; eorum tamen ope nonnulla facilius percipiuntur: veluti quod problema pluribus modis construi possit, vel quot modis, vel etiam quod nullo modo fiat. Hujusmodi autem præcognitio satis idoneam solutiones quærendi præbet ansam; & ad analyses διορισμῶν Theoremata hæc admodum utilia sunt. Verum & absque hac utilitate, propter ipsas demonstrationes digna erunt quæ recipiantur: multa enim alia in Mathematicis disciplinis ob hoc ipsum, nec ob aliquid aliud, recipere consuevimus.

λης ἐν τῇ πρὸς τὸν Κόνωνα ἀντιγραφῇ, ὡς δυναμένου δειχθῆναι· δεδειγμένῳ δὲ οὔτε ὑπ' αὐτοῦ τούτου οὔθ' ὑπ' ἄλλου τινὸς ἐντετυχήκαμεν. τὸ μέντοι τρίτον, καὶ τὰ ἄλλα τὰ ὁμογενῆ τούτοις, ἁπλῶς ὑπὸ οὐδενὸς νενοημένα εὕρηκα. πάντα δὲ τὰ λεχθέντα, ὅσοις οὐκ ἐντέτυχα, πολλῶν καὶ ποικίλων προσεδεῖτο ξενιζόντων θεωρημάτων· ὧν τὰ μὲν πλεῖστα τυγχάνω ἐν τοῖς πρώτοις τρισὶ βιβλίοις ἐκτεθεικώς, τὰ δὲ λοιπὰ ἐν τούτῳ. ταῦτα δὲ θεωρηθέντα χρείαν ἱκανὴν παρέχεται πρός τε τὰς τῶν προβλημάτων συνθέσεις καὶ τοὺς διορισμούς. Νικοτέλης μὲν γάρ, ἕνεκα τῆς πρὸς τὸν Κόνωνα διαφορᾶς, οὐδεμίαν ἐκ τῶν ὑπὸ τοῦ Κόνωνος εὑρημένων εἰς τοὺς διορισμοὺς φησὶν ἔρχεσθαι χρείαν, οὐκ ἀληθῆ λέγων. καὶ γὰρ εἰ ὅλως ἄνευ τούτων δύναται κατὰ τοὺς διορισμοὺς ἀποδίδοσθαι, ἀλλά τοίγε δι' αὐτῶν ἔστι κατανοεῖν προχειρότερον ἔνια· οἷον ὅτι πλεοναχῶς ἢ τοσαυταχῶς ἂν γένοιτο, καὶ πάλιν ὅτι οὐκ ἂν γένοιτο. ἡ δὲ τοιαύτη πρόγνωσις ἱκανὴν ἀφορμὴν συμβάλλεται πρὸς τὰς ζητήσεις· καὶ πρὸς τὰς ἀναλύσεις τῶν διορισμῶν εὔχρηστα τὰ θεωρήματά ἐστι ταῦτα. χωρὶς δὲ τῆς τοιαύτης εὐχρηστίας, καὶ δι' αὐτὰς τὰς ἀποδείξεις ἄξια ἔσται ἀποδοχῆς· καὶ γὰρ ἄλλα πολλὰ τῶν ἐν τοῖς μαθήμασι διὰ τοῦτο, καὶ οὐ δι' ἄλλό τι, ἀποδεχόμεθα.

## EUTOCIUS.

Quartus liber, *Anthemi* amicissime, inquirit, quot modis conorum sectiones inter sese & circuli circumferentiæ conveniant, sive contingentes fuerint sive secantes. Est autem & elegans & legentibus perspicuus, præsertim ex editione nostra: ac ne commentariis quidem ullis indiget, quod enim necessarium est explet ipse textus. In eo autem omnia demonstrantur argumentatione ducente ad impossibile; sicut & *Euclides* fecit in iis quæ de intersectionibus & tactionibus circuli conscripsit. quæ sanè ratio & ad usum accommodata & necessaria *Aristoteli* ac Geometris, præcipue vero *Archimedi*, visa est. Itaque tibi quatuor libros perlegenti licebit, adhibitis Conicis, resolvere & componere quodcunque propositum fuerit: quocirca & ipse *Apollonius* in principio libri dixit quatuor libros ad hujus disciplinæ elementa sufficere, reliquos autem quatuor ad abundantiorem scientiam pertinere. Perlege igitur eos diligenter, & si tibi placuerit reliquos ad eandem formam à nobis edi, id quoque Deo duce fiet. *Vale.*

Τὸ τέταρτον βιβλίον, ὦ φίλε ἑταῖρε Ἀνθέμιε, ζήτησιν μὲν ἔχει, ποσαχῶς αἱ τῶν κώνων τομαὶ ἀλλήλαις τε καὶ τῇ τοῦ κύκλου περιφερείᾳ συμβάλλουσι, ἤτοι ἐφαπτόμεναι ἢ τέμνουσαι. ἔστι δέ τι χαρίεν καὶ σαφὲς τοῖς ἐντυγχάνουσι καὶ μάλιστα ἀπὸ τῆς ἡμετέρας ἐκδόσεως· καὶ οὐδὲ σχολίων δεῖται, τὸ γὰρ ἐνδέον αἱ παραγραφαὶ πληροῦσι. δείκνυται δὲ τὰ ἐν αὐτῷ πάντα διὰ τῆς εἰς ἀδύνατον ἀπαγωγῆς, ὥσπερ καὶ Εὐκλείδης ἔδειξε τὰ περὶ τῶν τομῶν τοῦ κύκλου καὶ τῶν ἐπαφῶν. εὔχρηστος δὲ καὶ ἀναγκαῖος ὁ τρόπος οὗτος καὶ τῷ Ἀριστοτέλει δοκεῖ καὶ τοῖς γεωμέτραις, καὶ μάλιστα τῷ Ἀρχιμήδει. ἀναγινώσκοντι οὖν σοὶ τὰ τέσσαρα βιβλία, δυνατὸν ἔσται διὰ τῆς τῶν κωνικῶν πραγματείας ἀναλύειν καὶ συντιθῆναι τὸ προτεθέν· διὸ καὶ αὐτὸς ὁ Ἀπολλώνιος, ἐν ἀρχῇ τοῦ βιβλίου, φησὶ τὰ τέσσαρα βιβλία ἀρκεῖν πρὸς τὴν ἀγωγὴν τὴν στοιχειώδη, τὰ δὲ λοιπὰ εἶναι περιουσιαστικώτερα. ἀνάγνωθι οὖν αὐτὰ ἐπιμελῶς, καὶ εἰ σοὶ κατὰ θυμὸν γένηται καὶ τὰ λοιπὰ κατὰ τοῦτον τὸν τύπον ὑπ' ἐμοῦ ἐκτεθῆναι, καὶ τοῦτο Θεοῦ ἡγουμένου γενήσεται. ἔῤῥωσο.

### Prop. I. *Theor.*

Si in coni sectione, vel circuli circumferentia, aliquod punctum extra sumatur; atque ab eo ad sectionem ducantur duæ rectæ lineæ, una quidem contingens, altera vero in duobus punctis secans; & quam rationem habet

### ΠΡΟΤΑΣΙΣ α'.

Ἐὰν κώνου τομῆς, ἢ κύκλου περιφερείας ληφθῇ τι σημεῖον ἐκτός, καὶ ἀπ' αὐτοῦ τῇ τομῇ προσπίπτωσι δύο εὐθεῖαι, ὧν ἡ μὲν ἐφάπτηται ἡ δὲ τέμνῃ κατὰ δύο σημεῖα, καὶ ὃν ἔχει λόγον ὅλη ἡ τέμνου-

σα

σα πρὸς τὴν ἐκτὸς ἀπολαμβανομένην μεταξὺ τοῦ τε σημείου καὶ τῆς γραμμῆς, εἰς τοῦτον τμηθῇ ἡ ἐντὸς ἀπολαμβανομένη εὐθεῖα, ὥστε τὰς ὁμολόγους εὐθείας πρὸς τῷ αὐτῷ σημείῳ εἶναι· ἡ ἀπὸ τῆς ἁφῆς ἐπὶ τὴν διαίρεσιν ἀγομένη εὐθεῖα συμπεσεῖται τῇ γραμμῇ, καὶ ἡ ἀπὸ τῆς συμπτώσεως ἐπὶ τὸ ἐκτὸς σημεῖον ἀγομένη εὐθεῖα ἐφάψεται τῆς γραμμῆς.

tota secans ad partem ejusdem quæ extra sumitur, inter punctum & sectionem interjecta, in eandem dividatur ea pars quæ est intra, ita ut rectæ eandem rationem habentes ad idem punctum conveniant: quæ à tactu ad divisionem ducitur, occurret sectioni; & quæ ab occursu ducitur ad punctum extra sumptum, sectionem continget.

ΕΣΤΩ γὰρ κώνου τομὴ ἢ κύκλου περιφέρεια ἡ ΑΒΓ, καὶ εἰλήφθω τι σημεῖον ἐκτὸς τὸ Δ, καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἡ μὲν ΔΒ ἐφαπτέσθω κατὰ τὸ Β, ἡ δὲ ΔΕΓ τεμνέτω τὴν τομὴν κατὰ τὰ Ε, Γ, [περιέχοντα πρότερον τὴν κατὰ τὸ Β ἁφὴν,] καὶ ὃν ἔχει λόγον ἡ ΓΔ πρὸς ΔΕ, τοῦτον ἐχέτω ἡ ΓΖ πρὸς ΖΕ· λέγω ὅτι ἡ ἀπὸ τοῦ Β ἐπὶ τὸ Ζ ἀγομένη συμπίπτει τῇ τομῇ, καὶ ἡ ἀπὸ τῆς συμπτώσεως ἐπὶ τὸ Δ ἐφάπτεται τῆς τομῆς.



Ἐπεὶ οὖν ἡ ΔΓ τέμνει τὴν τομὴν κατὰ δύο σημεῖα, οὐκ ἔσται διάμετρος αὐτῆς *· δυνατὸν ἄρα ἐστὶ διὰ τοῦ Δ διάμετρον ἀγαγεῖν, ὥστε καὶ ἐφαπτομένην. ἤχθω γὰρ ἀπὸ τοῦ Δ ἐφαπτομένη τῆς τομῆς ἡ ΔΑ, καὶ ἐπιζευχθεῖσα ἡ ΒΑ τεμνέτω τὴν ΕΓ, εἰ δυνατὸν, μὴ κατὰ τὸ Ζ, ἀλλὰ κατὰ τὸ Η. ἐπεὶ οὖν ἐφάπτονται αἱ ΒΔ, ΔΑ, καὶ ἐπὶ τὰς ἁφάς ἐστιν ἡ ΒΑ, καὶ διῆκται ἡ ΓΔ τέμνουσα τὴν μὲν τομὴν κατὰ τὰ Γ, Ε, τὴν δὲ ΑΒ κατὰ τὸ Η· ἔσται ὡς ἡ ΓΔ πρὸς ΔΕ οὕτως ἡ ΓΗ πρὸς ΗΕ, ὅπερ ἄτοπον, ὑπόκειται γὰρ ὡς ἡ ΓΔ πρὸς ΔΕ οὕτως ἡ ΓΖ πρὸς ΖΕ· οὐκ ἄρα ἡ ΒΑ καθ' ἕτερον σημεῖον τέμνει τὴν ΓΕ· κατὰ τὸ Ζ ἄρα.

Ταῦτα μὲν κοινῶς ἐπὶ πασῶν τῶν τομῶν δείκνυται· ἐπὶ δὲ τῆς ὑπερβολῆς μόνον, ἐὰν ἡ μὲν ΔΒ ἐφάπτηται, ἡ δὲ ΔΓ τέμνῃ κατὰ δύο σημεῖα τὰ Ε, Γ, τὰ δὲ Ε, Γ περιέχῃ τὴν κατὰ τὸ Β ἁφὴν, καὶ τὸ Δ σημεῖον ἐντὸς ᾖ τῆς ὑπὸ τῶν ἀσυμπτώτων περιεχομένης γωνίας, ὁμοίως ἡ ἀπόδειξις γενήσεται.

Δυνατὸν γὰρ ἀπὸ τοῦ Δ σημείου ἄλλην ἐφαπτομένην ἀγαγεῖν εὐθεῖαν τὴν ΔΑ, καὶ τὰ λοιπὰ τῆς ἀποδείξεως ὁμοίως ποιεῖν,

SIT coni sectio, vel circuli circumferentia ΑΒΓ; & puncto extra sectionem sumpto, quod sit Δ, ab eo ducatur recta ΔΒ quidem contingens sectionem in Β; ΔΕΓ vero in punctis Ε, Γ secans, [quæ primum contineant punctum tactus Β;] & quam rationem habet ΓΔ ad ΔΕ, eandem habeat ΓΖ ad ΖΕ: dico rectam, quæ à puncto Β ad Ζ ducitur occurrere sectioni; & quæ ab occursu ducitur ad Δ, sectionem contingere.

Quoniam enim recta ΔΓ sectionem in duobus punctis secat, cum non sit ipsius diameter, licebit per Δ diametrum & ideo contingentem ducere. ducatur [per 49. 2. huj.] à puncto Δ recta ΔΑ sectionem contingens; & juncta ΒΑ secet ipsam ΕΓ non in Ζ, sed in alio puncto Η, si fieri possit. itaque quoniam rectæ ΒΔ, ΔΑ sectionem contingunt; & tactus jungit recta ΒΑ; recta vero ΓΔ sectionem in punctis Γ, Ε secat, ipsamque ΑΒ secat in Η: erit [per 37. 3. huj.] ut ΓΔ ad ΔΕ ita ΓΗ ad ΗΕ, quod est absurdum; posuimus enim, ut ΓΔ ad ΔΕ ita esse ΓΖ ad ΖΕ: igitur ΒΑ non secat ΓΕ in alio puncto; quare in ipso Ζ secet necesse est.

Hæc quidem communiter in omnibus sectionibus demonstrata sunt: at in hyperbola tantum, si recta ΔΒ sectionem contingat, & ΔΓ in punctis Ε, Γ secet, puncta vero Ε, Γ contineant tactum ad Β, & punctum Δ sit intra angulum asymptotis comprehensum, similiter fiet demonstratio.

Possumus enim tunc solum à puncto Δ aliam ducere contingentem ΔΑ, & quæ reliqua sunt ad demonstrationem perficere.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ β'.

ΤΩΝ αὐτῶν ὄντων, τὰ Ε, Γ σημεῖα μὴ περιεχέτω τὴν κατὰ τὸ Β ἁφὴν μεταξὺ αὐτῶν· [ἐπὶ δὲ τῆς ὑπερβολῆς,] τὸ Δ σημεῖον ἐντὸς ἔσω τῆς ὑπὸ τῶν ἀσυμπτώτων περιεχομένης γωνίας· δυνατὸν ἄρα ἀπὸ τοῦ Δ ἑτέραν ἐφαπτομένην ἀγαγεῖν τὴν ΔΑ, καὶ τὰ λοιπὰ ὁμοίως ἀποδεικνύειν.



## PROP. II. *Theor.*

IISDEM existentibus, puncta Ε, Γ tactum ad Β non contineant; at, si fuerit hyperbola, sit punctum Δ intra angulum asymptotis comprehensum: possumus igitur [per 49. 2. huj.] à puncto Δ alteram contingentem ducere, quæ sit ΔΑ, & reliqua similiter demonstrare.

* Nam si Ellipseos diameter fuerit, res manifesta est ex 34. primi.

## *Prop. III. *Theor.*

SI vero sectio A B fuerit Parabola, quam contingat Γ A, secet autem Γ B in uno tantum puncto, ac fiat E Z æqualis ipsi Γ E: dico rectam à puncto A ad Z ductam ordinatim esse applicatam, & quæ ab occursu ejus cum sectione ad punctum Γ ducitur sectionem contingere.




Quoniam enim sectio parabola est, ac Γ E in uno tantum puncto occurrit sectioni, erit Γ E Z sectionis diameter. nam si non sit diameter, fiat E Δ diametro parallela, & [per 46. 1. huj.] erit E Δ diameter sectionis. & quoniam Γ E Z occurrit diametro, producta etiam occurret sectioni [per 27. 1. huj.] in alio puncto; quod est absurdum. posuimus enim eam in uno tantum puncto occurrere: adeoq; Γ E Z est sectionis diameter. cumque Γ E æqualis sit ipsi E Z, erit [per 33. 1. huj.] A Z ordinatim applicata, ac producta occurret sectioni. occurrat ad B, ac [per eandem 33am] juncta Γ B continget sectionem, ob Γ E ipsi E Z æqualem, ac B Z ordinatim applicatam.

* *Tam in Codice* Armachano *quam in Epitome ejus per* Abdolmelec, *præcedens Propositio pro secundâ habetur, quæ in* Græcis *quidem MSS. non reperitur. Quoniam vero in* Græcis *secunda propositio primæ tantum particula sit, & propositio vix dici mereatur, nos eam primæ subjecimus, & hanc* Arabum *secundam (quæ vix alia est quam conversa 33tiæ primi) tertiam fecimus, ne Propositionum ordo in citationibus turbaretur.*

## Prop. IV. *Theor.*

SI in Hyperbola occursus E, Γ contineant tactum ad B, & punctum Δ sit in angulo qui deinceps est angulo asymptotis comprehenso: recta, quæ à tactu ad divisionem ducitur, occurret oppositæ sectioni, & quæ ab occursu ejus ad punctum Δ ducitur eandem sectionem continget.

Sint oppositæ sectiones B, Θ, quarum asymptoti K Λ, M Ξ N; & punctum Δ sit in angulo Λ Ξ N; ab eo autem ducta recta Δ B sectionem contingat, & Δ Γ secet, ita ut occursus E, Γ tactum ad B contineant; & quam rationem habet Γ Δ ad Δ E eandem habeat Γ Z ad Z E. demonstrandum est rectam, quæ à puncto B ad Z ducitur, occurrere sectioni Θ; & quæ ab occursu ducitur ad Δ sectionem contingere.




Ducatur enim à puncto Δ recta Δ Θ sectionem contingens; & juncta Θ B, si fieri possit, non transeat per Z, sed per aliud punctum H: est igitur [per 37. 3. huj.] ut Γ Δ ad Δ E ita Γ H ad H E, quod est absurdum; posuimus enim ut Γ Δ ad Δ E ita esse Γ Z ad Z E.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ δ′.

ΕΑΝ ἐν τῇ ὑπερβολῇ αἱ μὲν Ε, Γ συμπτώσεις τὴν κατὰ τὸ Β ἁφὴν περιέχωσι, τὸ δὲ Δ σημεῖον ᾖ ἐν τῇ ἐφεξῆς γωνίᾳ τῆς ὑπὸ τῶν ἀσυμπτώτων περιεχομένης· ἡ ἀπὸ τῆς ἁφῆς ἐπὶ τὴν διαίρεσιν ἀγομένη εὐθεῖα συμπεσεῖται τῇ ἀντικειμένῃ τομῇ, καὶ ἡ ἀπὸ τῆς συμπτώσεως ἀγομένη εὐθεῖα ἐφάψεται τῆς ἀντικειμένης.

Ἔστωσαν ἀντικείμεναι αἱ Β, Θ, καὶ ἀσύμπτωτοι αἱ ΚΛ, ΜΞΝ, καὶ τὸ Δ σημεῖον ἐν τῇ ὑπὸ Λ Ξ Ν γωνίᾳ, καὶ ἀπ᾽ αὐτοῦ ἐφαπτέσθω μὲν ἡ Δ Β, τεμνέτω δὲ ἡ Δ Γ, καὶ αἱ Ε, Γ συμπτώσεις περιεχέτωσαν τὴν Β ἁφὴν, καὶ ὃν ἔχει λόγον ἡ Γ Δ πρὸς Δ Ε ἐχέτω ἡ Γ Ζ πρὸς Ζ Ε. δεικτέον ὅτι ἡ ἀπὸ τοῦ Β ἐπὶ τὸ Ζ ἐπιζευγνυμένη συμπεσεῖται τῇ Θ, καὶ ἡ ἀπὸ τῆς συμπτώσεως ἐπὶ τὸ Δ ἐφάψεται τῆς τομῆς.

Ἤχθω γὰρ ἀπὸ τοῦ Δ ἐφαπτομένη τῆς τομῆς ἡ Δ Θ, καὶ ἐπιζευχθεῖσα ἡ Θ Β πιπτέτω, εἰ δυνατὸν, μὴ διὰ τοῦ Ζ ἀλλὰ διὰ τοῦ Η· ἔστιν ἄρα ὡς ἡ Γ Δ πρὸς Δ Ε οὕτως ἡ Γ Η πρὸς Η Ε, ὅπερ ἄτοπον· ὑπόκειται γὰρ ὡς ἡ Γ Δ πρὸς Δ Ε οὕτως ἡ Γ Ζ πρὸς Ζ Ε.

## Prop. V. *Theor.*

IISDEM positis, si punctum Δ sit in una asymptotôn; quæ à puncto B ad Z ducitur eidem asymptoto parallela erit.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ ε′.

ΤΩΝ αὐτῶν ὄντων, ἐὰν τὸ Δ σημεῖον ἐπί τινος ᾖ τῶν ἀσυμπτώτων, ἡ ἀπὸ τοῦ Β ἐπὶ τὸ Ζ ἀγομένη παράλληλος ἔσται τῇ αὐτῇ ἀσυμπτώτῳ.

Ὑποκείσθω

Ὑποκείσθω γὰρ τὰ αὐτὰ, καὶ τὸ Δ σημεῖον ἔστω ἐπὶ μιᾶς τῶν ἀσυμπτώτων τῆς ΜΝ· δεικτέον ὅτι ἡ ἀπὸ τοῦ Β τῇ ΜΝ παράλληλος ἀγομένη ἐπὶ τὸ Ζ πεσεῖται.

Μὴ γὰρ, ἀλλ', εἰ δυνατὸν, ἔστω ἡ ΒΗ· ἔσται δὴ ὡς ἡ ΓΔ πρὸς ΔΕ οὕτως ἡ ΓΗ πρὸς ΗΕ, ὅπερ ἀδύνατον.




Ponantur enim eadem; & punctum Δ sit in altera asymptotôn, videlicet in MN: demonstrandum est rectam, quæ à puncto B ipsi MN parallela ducitur, in punctum Z cadere.

Non enim, sed, si fieri potest, sit ea BH: erit igitur [per 35. 3. huj.] ut ΓΔ ad ΔE ita ΓH ad HE; quod fieri non potest.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ ϛ'.

Ἐὰν ὑπερβολῆς ληφθῇ τι σημεῖον ἐκτὸς, καὶ ἀπ' αὐτοῦ πρὸς τὴν τομὴν διαχθῶσι δύο εὐθεῖαι, ὧν ἡ μὲν ἐφάπτηται, ἡ δὲ παράλληλος ᾖ μιᾷ τῶν ἀσυμπτώτων, καὶ τῇ ἀπολαμβανομένῃ ἐπὶ τῆς παραλλήλου μεταξὺ τῆς τομῆς καὶ τοῦ σημείου ἴση ἐπ' εὐθείας ἐντὸς τῆς τομῆς τεθῇ· ἡ ἀπὸ τῆς ἁφῆς ἐπὶ τὸ γινόμενον σημεῖον ἐπιζευγνυμένη εὐθεῖα συμπεσεῖται τῇ τομῇ, καὶ ἡ ἀπὸ τῆς συμπτώσεως ἐπὶ τὸ ἐκτὸς σημεῖον ἀγομένη ἐφάψεται τῆς τομῆς.

## Prop. VI. *Theor.*

Si in hyperbola aliquod punctum extra sumatur, à quo ad sectionem ducantur duæ rectæ lineæ, altera quidem contingens, altera vero parallela uni asymptotôn; & portio parallelæ inter sectionem & punctum interjecta æqualis sit ei quæ intra sectionem continetur: recta, quæ à tactu ad inventum punctum ducitur, occurret sectioni; & quæ ab occursu ducitur ad punctum extra sumptum, sectionem continget.

ΕΣΤΩ ὑπερβολὴ ἡ ΑΕΒ, καὶ εἰλήφθω τι σημεῖον ἐκτὸς τὸ Δ, καὶ ἔστω πρότερον ἐντὸς τῆς ὑπὸ τῶν ἀσυμπτώτων περιεχομένης γωνίας τὸ Δ, καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἡ μὲν ΒΔ ἐφαπτέσθω, ἡ δὲ ΔΕΖ παράλληλος ἔστω τῇ ἑτέρᾳ τῶν ἀσυμπτώτων, καὶ κείσθω τῇ ΔΕ ἴση ἡ ΕΖ· λέγω ὅτι ἡ ἀπὸ τοῦ Β ἐπὶ τὸ Ζ ἐπιζευγνυμένη συμπεσεῖται τῇ τομῇ, καὶ ἡ ἀπὸ τῆς συμπτώσεως ἐπὶ τὸ Δ ἐφάψεται τῆς τομῆς.

Ἤχθω γὰρ ἐφαπτομένη τῆς τομῆς ἡ ΔΑ, καὶ ἐπιζευχθεῖσα ἡ ΒΑ τεμνέτω τὴν ΔΕ, εἰ δυνατὸν, μὴ κατὰ τὸ Ζ, ἀλλὰ καθ' ἕτερον τὸ Η· ἔσται δὴ ἴση ἡ ΔΕ τῇ ΕΗ, ὅπερ ἄτοπον· ὑπόκειται γὰρ ἡ ΔΕ τῇ ΕΖ ἴση.

SIT hyperbola AEB, & sumatur aliquod punctum extra, quod sit Δ; sit autem primo Δ intra angulum sub asymptotis contentum, & ab ipso Δ recta quidem ΔB ducta sectionem contingat, ΔEZ vero parallela sit alteri asymptotôn, ponaturque ipsi ΔE æqualis EZ: dico rectam, quæ à puncto B ad Z ducitur, occurrere sectioni; & quæ ab occursu ducitur ad Δ, sectionem contingere.




Ducatur enim ΔA, quæ sectionem contingat; & juncta BA secet ipsam ΔE, si fieri potest, non in Z, sed in alio puncto H: erit itaque [per 30. 3. huj.] ΔE æqualis ipsi EH, quod est absurdum; supponebatur enim ΔE ipsi EZ æqualis.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ ζ'.

ΤΩΝ αὐτῶν ὄντων, τὸ Δ σημεῖον ἔστω ἐν τῇ ἐφεξῆς γωνίᾳ τῆς ὑπὸ τῶν ἀσυμπτώτων περιεχομένης· λέγω ὅτι καὶ οὕτως τὰ αὐτὰ συμβήσεται.

Ἤχθω γὰρ ἐφαπτομένη ἡ ΔΘ, καὶ ἐπιζευχθεῖσα ἡ ΘΒ πιπτέτω, εἰ δυνατὸν, μὴ διὰ τοῦ Ζ, ἀλλὰ διὰ τοῦ Η· ἴση ἄρα ἐστὶν ἡ ΔΕ τῇ ΕΗ, ὅπερ ἄτοπον· ὑπόκειται γὰρ ἡ ΔΕ τῇ ΕΖ ἴση.

## Prop. VII. *Theor.*

IISDEM positis, sit punctum Δ in angulo deinceps ei qui sub asymptotis continetur: dico etiam sic eadem evenire.




Ducatur enim ΔΘ sectionem contingens; & juncta ΘB, si fieri potest, non cadat in Z, sed in aliud punctum H: ergo [per 31. 3. huj.] ΔE est æqualis ipsi EH, quod est absurdum; supponitur enim ΔE æqualis ipsi EZ.

## Prop. VIII. *Theor.*

ISDEM positis, sit punctum Δ in una asymptotôn, & reliqua eadem fiant: dico rectam, quæ à tactu ad extremitatem sumptæ ducitur, parallelam esse asymptoto in qua est punctum Δ.




Sint enim eadem quæ supra, ponaturque ipsi Δ E æqualis E Z, & à puncto B ducatur B H parallela ipsi M N, si fieri possit: æqualis igitur est [per 34. 3. huj.] Δ E ipsi E H, quod est absurdum; posuimus enim Δ E ipsi E Z æqualem esse.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ η'.

ΤΩΝ αὐτῶν ὄντων, ἔστω τὸ Δ σημεῖον ἐπὶ μιᾶς τῶν ἀσυμπτώτων, καὶ τὰ λοιπὰ γενέσθω τὰ αὐτά· λέγω ὅτι ἡ ἀπὸ τῆς ἁφῆς ἐπ' ἄκρον τῆς ἀποληφθείσης ἀγομένη παράλληλος ἔσται τῇ ἀσυμπτώτῳ, ἐφ' ἧς ἐστι τὸ Δ σημεῖον.

Ἔστω γὰρ τὰ εἰρημένα, καὶ κείσθω τῇ Δ Ε ἴση ἡ Ε Ζ, καὶ ἀπὸ τοῦ Β παράλληλος τῇ Μ Ν ἤχθω, εἰ δυνατόν, ἡ Β Η· ἴση ἄρα ἡ Δ Ε τῇ Ε Η, ὅπερ ἄτοπον· ὑπόκειται γὰρ ἡ Δ Ε τῇ Ε Ζ ἴση.

## Prop. IX. *Theor.*

**Si ab eodem puncto duæ rectæ lineæ ducantur, quarum utraque coni sectionem vel circuli circumferentiam in duobus punctis secet; & quas rationes habent totæ rectæ ad portiones quæ extra sumuntur, in easdem dividantur quæ sunt intra, ita ut partes proportionales ad idem punctum conveniant: quæ per divisiones ducitur recta sectioni in duobus punctis occurret; & quæ ab occursu ad punctum extra sumptum ducuntur sectionem contingent.**

SIT aliqua prædictarum sectionum A B, & ab aliquo puncto Δ ducantur rectæ Δ E, Δ Z quæ sectionem secent, illa quidem in Θ, E punctis, hæc vero in Z, H; & quam rationem habet E Δ ad Δ Θ eandem habeat E Λ & Λ Θ, & rursus quam habet Z Δ ad Δ H habeat Z K ad K H: dico rectam, quæ ab Λ ad K ducitur, utraque ex parte occurrere sectioni; & quæ ab occursibus ducuntur ad Δ, sectionem contingere.

Quoniam enim utraque rectarum E Δ, Z Δ sectionem in duobus punctis secat, poterimus ab ipso Δ sectionis diametrum ducere; atque adeo contingentes ex utraque parte. ducantur igitur Δ A, Δ B, quæ sectionem contingant; & juncta B A, si fieri possit, non transeat per Λ, K, sed vel per alterum ipsorum tantum, vel per neutrum. transeat primo per Λ tantum, & rectam Z H in puncto M secet: ergo [per 37. 3. huj.] ut Z Δ ad Δ H ita Z M ad M H, quod est absurdum: supponitur enim ut Z Δ ad Δ H ita Z K ad K H. si vero recta B A per neutrum punctorum Λ, K transeat, in utraque ipsarum Δ E, Δ Z dictum absurdum sequetur.




## ΠΡΟΤΑΣΙΣ θ'.

Ἐὰν ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ σημείου δύο εὐθεῖαι ἀχθῶσι τέμνουσαι κώνου τομὴν ἢ κύκλου περιφέρειαν, ἑκατέρα κατὰ δύο σημεῖα, καὶ ὡς ἔχουσιν αἱ ὅλαι πρὸς τὰς ἐκτὸς ἀπολαμβανομένας οὕτως αἱ ἐντὸς ἀπολαμβανόμεναι διαιρεθῶσιν, ὥστε τὰς ὁμολόγους πρὸς τῷ αὐτῷ σημείῳ εἶναι· ἡ διὰ τῶν διαιρέσεων ἀγομένη εὐθεῖα συμπεσεῖται τῇ τομῇ κατὰ δύο σημεῖα, καὶ αἱ ἀπὸ τῶν συμπτώσεων ἐπὶ τὸ ἐκτὸς σημεῖον ἀγόμεναι ἐφάψονται τῆς γραμμῆς.

ΕΣΤΩ γὰρ τῶν προειρημένων γραμμῶν τις ἡ Α Β, καὶ ἀπό τινος σημείου τοῦ Δ διήχθωσαν αἱ Δ Ε, Δ Ζ τέμνουσαι τὴν γραμμήν, ἡ μὲν κατὰ τὰ Θ, Ε ἡ δὲ κατὰ τὰ Ζ, Η, καὶ ὃν μὲν ἔχει λόγον ἡ Ε Δ πρὸς Δ Θ τοῦτον ἐχέτω ἡ Ε Λ πρὸς Λ Θ, ὃν δὲ ἡ Ζ Δ πρὸς Δ Η τοῦτον ἐχέτω ἡ Ζ Κ πρὸς Κ Η· λέγω ὅτι ἡ ἀπὸ τοῦ Λ ἐπὶ τὸ Κ ἐπιζευγνυμένη συμπεσεῖται ἐφ' ἑκάτερα τῇ τομῇ, καὶ αἱ ἀπὸ τῶν συμπτώσεων ἐπὶ τὸ Δ ἐπιζευγνύμεναι ἐφάψονται τῆς τομῆς.

Ἐπεὶ γὰρ αἱ Ε Δ, Ζ Δ ἑκατέρα κατὰ δύο σημεῖα τέμνουσι τὴν τομήν, δυνατόν ἐστιν ἀπὸ τοῦ Δ διάμετρον ἀγαγεῖν τῆς τομῆς, ὥστε καὶ ἐφαπτομένας ἐφ' ἑκάτερα. ἤχθωσαν ἐφαπτόμεναι αἱ Δ Α, Δ Β, καὶ ἐπιζευχθεῖσα ἡ Β Α, εἰ δυνατόν, μὴ ἐρχέσθω διὰ τῶν Λ, Κ, ἀλλ' ἤτοι διὰ τοῦ ἑτέρου αὐτῶν, ἢ δι' οὐδετέρου. ἐρχέσθω πρότερον διὰ μόνου τοῦ Λ, καὶ τεμνέτω τὴν Ζ Η κατὰ τὸ Μ· ἔστιν ἄρα ὡς ἡ Ζ Δ πρὸς Δ Η οὕτως ἡ Ζ Μ πρὸς Μ Η, ὅπερ ἄτοπον· ὑπόκειται γὰρ ὡς ἡ Ζ Δ πρὸς Δ Η οὕτως ἡ Ζ Κ πρὸς Κ Η. ἐὰν δὲ ἡ Β Α μηδὲ δι' ἑτέρου τῶν Λ, Κ πορεύηται, ἐφ' ἑκατέρας τῶν Δ Ε, Δ Ζ συμβήσεται τὸ ἄτοπον.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ ι'.

Ταῦτα μὲν κοινῶς· ἐπὶ δὲ τῆς ὑπερβολῆς μόνον, ἐὰν τὰ μὲν ἄλλα ὑπάρχῃ τὰ αὐτὰ, αἱ δὲ τῆς μιᾶς εὐθείας συμπτώσεις περιέχωσι τὰς τῆς ἑτέρας συμπτώσεις, καὶ τὸ Δ σημεῖον ἐντὸς ᾖ τῆς ὑπὸ τῶν ἀσυμπτώτων περιεχομένης γωνίας, τὰ αὐτὰ συμβήσεται τοῖς προειρημένοις, ὡς προείρηται ἐν τῷ πρώτῳ θεωρήματι.

## Prop. X. *Theor.*

Hæc quidem communiter in omnibus: at in hyperbola tantum, si cætera quidem eadem sint, unius autem rectæ lineæ occursus contineant occursus alterius, & punctum Δ sit intra angulum sub asymptotis comprehensum, evenient illa quæ dicta sunt ut in primo theoremate tradidimus.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ ια'.

Τῶν αὐτῶν ὄντων, ἐὰν τῆς μιᾶς συμπτώσεις μὴ περιέχωσι τὰς τῆς ἑτέρας συμπτώσεις, τὸ δὲ Δ σημεῖον ἐντὸς ᾖ τῆς ὑπὸ τῶν ἀσυμπτώτων περιεχομένης γωνίας· καὶ ἡ καταγραφὴ καὶ ἡ ἀπόδειξις ἡ αὐτὴ τῷ ἐνάτῳ.

## Prop. XI. *Theor.*

Iisdem positis, si occursus unius rectæ alterius occursus non contineant, & punctum Δ sit intra angulum sub asymptotis comprehensum; & figura & demonstratio eadem erit, quæ in nono theoremate.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιβ'.

Τῶν αὐτῶν ὄντων, ἐὰν περιέχωσιν αἱ τῆς μιᾶς εὐθείας συμπτώσεις τὰς τῆς ἑτέρας, καὶ ᾖ τὸ ληφθὲν σημεῖον ἐν τῇ ἐφεξῆς γωνίᾳ τῆς ὑπὸ τῶν ἀσυμπτώτων περιεχομένης· ἡ διὰ τῶν διαιρέσεων ἀγομένη εὐθεῖα ἐκβαλλομένη τῇ ἀντικειμένῃ τομῇ συμπεσεῖται, καὶ αἱ ἀπὸ τῶν συμπτώσεων ἐπὶ τὸ Δ σημεῖον ἀγόμεναι εὐθεῖαι ἐφάψονται τῶν ἀντικειμένων.

## Prop. XII. *Theor.*

Iisdem positis, si unius rectæ occursus alterius occursus contineant, & punctum sumptum sit in angulo deinceps ei qui sub asymptotis comprehenditur: recta per divisiones ducta, si producatur, occurret oppositæ sectioni; & quæ ab occursibus ducuntur ad punctum Δ, oppositas sectiones contingent.

Ἔστω ὑπερβολὴ ἡ ΕΗ, ἀσύμπτωτοι δὲ αἱ ΝΞ, ΟΠ, καὶ κέντρον τὸ Ρ, καὶ τὸ Δ σημεῖον ἔσω ἐν τῇ ΞΡΠ γωνίᾳ, καὶ ἤχθωσαν αἱ ΔΕ, ΔΖ τέμνουσαι τὴν ὑπερβολὴν, ἑκατέρα κατὰ δύο σημεῖα, καὶ περιεχέσθω τὰ Ε, Θ ὑπὸ τῶν Ζ, Η, καὶ ἔστω ὡς μὲν ἡ ΕΔ πρὸς ΔΘ οὕτως ἡ ΕΚ πρὸς ΚΘ, ὡς δὲ ἡ ΖΔ πρὸς ΔΗ οὕτως ἡ ΖΛ πρὸς ΛΗ· δεικτέον ὅτι ἡ διὰ τῶν Κ, Λ συμπεσεῖται τῇ τε ΕΖ τομῇ καὶ τῇ ἀντικειμένῃ, καὶ αἱ ἀπὸ τῶν συμπτώσεων ἐπὶ τὸ Δ ἐφάψονται τῶν τομῶν.

Ἔστω δὴ ἀντικειμένη ἡ Μ, καὶ ἀπὸ τοῦ Δ ἤχθωσαν ἐφαπτόμεναι τῶν τομῶν αἱ ΔΜ, ΔΣ, καὶ ἐπιζευχθεῖσα ἡ ΜΣ, εἰ δυνατὸν, μὴ ἐρχέσθω διὰ τῶν Κ, Λ, ἀλλ' ἤτοι διὰ τοῦ ἑτέρου αὐτῶν, ἢ δι' οὐδετέρου. ἐρχέσθω πρότερον διὰ τοῦ Κ, καὶ τεμνέτω τὴν ΖΗ κατὰ τὸ Χ· ἔστιν ἄρα ὡς ἡ ΖΔ πρὸς ΔΗ οὕτως ἡ ΖΧ πρὸς ΧΗ, ὅπερ ἄτοπον· ὑπόκειται γὰρ ὡς ἡ ΖΔ πρὸς ΔΗ οὕτως ἡ ΖΛ πρὸς ΛΗ. ἐὰν δὲ μηδὲ δι' ἑτέρου τῶν Κ, Λ ἔρχηται ἡ ΜΣ, ἐφ' ἑκατέρας τῶν ΕΔ, ΔΖ τὸ ἀδύνατον συμβαίνει.




SIT hyperbola ΕΗ, cujus asymptoti ΝΞ, ΟΠ, & centrum Ρ; punctum vero Δ sit in angulo ΞΡΠ; & ducantur ΔΕ, ΔΖ, quarum utraque hyperbolam in duobus punctis secet; & puncta Ε, Θ à punctis Ζ, Η contineantur; sitque ut ΕΔ ad ΔΘ ita ΕΚ ad ΚΘ, & ut ΖΔ ad ΔΗ ita ΖΛ ad ΛΗ: demonstrandum est rectam per Κ, Λ ductam occurrere & sectioni ΕΖ & ei quæ ipsi opponitur; ac rectas quæ ab occursibus ducuntur ad punctum Δ, sectiones contingere.

Sit itaq; sectio opposita Μ; & à puncto Δ ducantur ΔΜ, ΔΣ, quæ sectiones contingant; junctaque ΜΣ, si fieri possit, non transeat per Κ, Λ; sed vel per alterum ipsorum, vel per neutrum. transeat primum per Κ, & secet ΖΗ in Χ: est igitur [per 37.3.huj.] ut ΖΔ ad ΔΗ ita ΖΧ ad ΧΗ, quod est absurdum; supponitur enim ut ΖΔ ad ΔΗ ita ΖΛ ad ΛΗ. si vero ΜΣ per neutrum punctorum Κ, Λ transeat, in utraque ipsarum ΕΔ, ΔΖ impossibile istud eveniet.

Prop.

### Prop. XIII. Theor.

Iisdem positis, si punctum Δ sit in una asymptotôn, & reliqua eadem existant: quæ per divisiones transit recta asymptoto in qua est punctum parallela erit, & producta occurret sectioni; quæ vero ab occursu ad punctum ducitur, sectionem continget.

Sit hyperbola, & asymptoti; sumptoque in una asymptotôn puncto Δ, ducantur rectæ lineæ, & dividantur, ut dictum est; & ab ipso Δ recta ΔB sectionem contingat; dico eam, quæ à puncto B ducitur ipsi OΠ parallela, per puncta K, Λ transire.




Si enim non, vel per unum ipsorum transibit, vel per neutrum. transeat primo per K tantum: quare [per 35.3.huj.] ut ZΔ ad ΔH ita ZX ad XH, quod est absurdum *: recta igitur à puncto B ducta parallela ipsi ΠO per unum tantum eorum non transibit; ergo per utrumque transeat necesse est.

### ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιγ'.

Τῶν αὐτῶν ὄντων, ἐὰν τὸ Δ σημεῖον ἐπὶ μιᾶς τῶν ἀσυμπτώτων ᾖ, καὶ τὰ λοιπὰ τὰ αὐτὰ ὑπάρχῃ· ἡ διὰ τῶν διαιρέσεων ἀγομένη παράλληλος ἔσται τῇ ἀσυμπτώτῳ ἐφ' ἧς ἐστι τὸ σημεῖον, καὶ ἐκβαλλομένη συμπεσεῖται τῇ τομῇ, καὶ ἡ ἀπὸ τῆς συμπτώσεως ἐπὶ τὸ σημεῖον ἀγομένη ἐφάψεται τῆς τομῆς.

Ἔστω γὰρ ὑπερβολὴ, καὶ ἀσύμπτωτοι, καὶ εἰλήφθω ἐπὶ μιᾶς τῶν ἀσυμπτώτων τὸ Δ, καὶ διήχθωσαν αἱ εὐθεῖαι, καὶ διαιρείσθωσαν ὡς εἴρηται, καὶ ἤχθω ἀπὸ τοῦ Δ ἐφαπτομένη τῆς τομῆς ἡ ΔB· λέγω ὅτι ἡ ἀπὸ τοῦ B παρὰ τὴν ΠO ἀγομένη ἥξει διὰ τῶν K, Λ.

Εἰ γὰρ μὴ, ἤτοι διὰ τοῦ ἑνὸς αὐτῶν ἐλεύσεται, ἢ δι' οὐδετέρου. ἐρχέσθω διὰ μόνου τοῦ K· ἔστιν ἄρα ὡς ἡ ZΔ πρὸς ΔH οὕτως ἡ ZX πρὸς XH, ὅπερ ἄτοπον· οὐκ ἄρα ἡ ἀπὸ τοῦ B παρὰ τὴν ΠO ἀγομένη διὰ μόνου τοῦ K ἐλεύσεται· δι' ἀμφοτέρων ἄρα.

### Prop. XIV. Theor.

Iisdem positis, si punctum Δ sit in una asymptotôn, & recta quidem ΔE sectionem in duobus punctis secet, ΔH vero alteri asymptoto parallela illam secet in uno tantum, quod sit H; fiatque ut ΔE ad ΔΘ ita EK ad KΘ, & ipsi ΔH ponatur æqualis & in directo HΛ: quæ per puncta K, Λ transit recta & asymptoto parallela erit, & sectioni occurret; quæ vero ab occursu ducitur ad Δ, sectionem continget.




Similiter enim ut in superioribus, ducta recta ΔB contingente: dico eam, quæ à puncto B ducitur asymptoto ΠO parallela, per puncta K, Λ transire.

Si enim per K solum transeat; non erit ΔH ipsi HΛ æqualis, quod [per 34. 3.huj.] est absurdum. si vero per Λ solum, non erit ut EΔ ad ΔΘ ita EK ad KΘ †. quod si neque per K transeat, neque per Λ, in utrisque absurdum sequetur: ergo per utrumque punctum transire necesse est.

### ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιδ'.

Τῶν αὐτῶν ὄντων, ἐὰν τὸ Δ σημεῖον ἐπὶ μιᾶς ᾖ τῶν ἀσυμπτώτων, καὶ ἡ μὲν ΔE τέμνῃ τὴν τομὴν κατὰ δύο σημεῖα, ἡ δὲ ΔH κατὰ μόνον τὸ H, παράλληλος οὖσα τῇ ἑτέρᾳ τῶν ἀσυμπτώτων, καὶ γένηται ὡς ἡ ΔE πρὸς ΔΘ οὕτως ἡ EK πρὸς KΘ, τῇ δὲ ΔH ἴση ἐπ' εὐθείας τεθῇ ἡ HΛ· ἡ διὰ τῶν K, Λ σημείων ἀγομένη παράλληλός τε ἔσται τῇ ἀσυμπτώτῳ καὶ συμπεσεῖται τῇ τομῇ, καὶ ἡ ἀπὸ τῆς συμπτώσεως ἐπὶ τὸ Δ ἐφάψεται τῆς τομῆς.

Ὁμοίως γὰρ τοῖς προειρημένοις, ἀγαγὼν τὴν ΔB ἐφαπτομένην· λέγω ὅτι ἡ ἀπὸ τοῦ B παρὰ τὴν ΠO ἀσύμπτωτον ἀγομένη ἥξει διὰ τῶν K, Λ σημείων.

Εἰ οὖν διὰ τοῦ K μόνου ἥξει, οὐκ ἔσται ἡ ΔH τῇ HΛ ἴση, ὅπερ ἄτοπον. εἰ δὲ διὰ τοῦ Λ μόνου, οὐκ ἔσται ὡς ἡ EΔ πρὸς ΔΘ οὕτως ἡ EK πρὸς KΘ. εἰ δὲ μήτε διὰ τοῦ K, μήτε διὰ τοῦ Λ, κατ' ἀμφότερα συμβήσεται τὸ ἄτοπον· δι' ἀμφοτέρων ἄρα ἐλεύσεται.

* Ponitur enim ZΔ ad ΔH sicut ZΔ ad ΔH. † Quod est absurdum per 35.3.huj.

ΠΡΟ-

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιε'.

Ἐὰν ἐν ἀντικειμέναις ληφθῇ τι σημεῖον μεταξὺ τῶν δύο τομῶν, καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἡ μὲν ἐφάπτηται μιᾶς τῶν ἀντικειμένων, ἡ δὲ τέμνῃ ἑκατέραν τῶν ἀντικειμένων, καὶ ὡς ἔχει ἡ μεταξὺ τῆς ἑτέρας τομῆς, ἧς οὐκ ἐφάπτεται ἡ εὐθεῖα, καὶ τοῦ σημείου, πρὸς τὴν μεταξὺ τοῦ σημείου καὶ τῆς ἑτέρας τομῆς, οὕτως ἔχῃ μείζων τις εὐθεῖα τῆς μεταξὺ τῶν τομῶν πρὸς τὴν ὑπεροχὴν αὐτῆς κειμένην ἐπ' εὐθείας τε καὶ πρὸς τῷ αὐτῷ πέρατι τῇ ὁμολόγῳ· ἡ ἀπὸ τοῦ πέρατος τῆς μείζονος εὐθείας ἐπὶ τὴν ἁφὴν ἀγομένη συμπεσεῖται τῇ τομῇ, καὶ ἡ ἀπὸ τῆς συμπτώσεως ἐπὶ τὸ ληφθὲν σημεῖον ἀγομένη ἐφάψεται τῆς τομῆς.

Ἔστωσαν ἀντικείμεναι αἱ Α, Β, καὶ εἰλήφθω τι σημεῖον μεταξὺ τῶν τομῶν τὸ Δ, ἐντὸς τῆς ὑπὸ τῶν ἀσυμπτώτων περιεχομένης γωνίας, καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἡ μὲν ΔΖ διήχθω ἐφαπτομένη, ἡ δὲ ΑΔΒ τέμνουσα τὰς τομάς, καὶ ὃν ἔχει λόγον ἡ ΑΔ πρὸς ΔΒ ἐχέτω ἡ ΑΓ πρὸς ΓΒ· δεικτέον ὅτι ἡ ἀπὸ τοῦ Ζ ἐπὶ τὸ Γ ἐκβαλλομένη συμπεσεῖται τῇ τομῇ, καὶ ἡ ἀπὸ τῆς συμπτώσεως ἐπὶ τὸ Δ ἀγομένη ἐφάψεται τῆς τομῆς.




Ἐπεὶ γὰρ τὸ Δ σημεῖον ἐντός ἐστι τῆς περιεχούσης τὴν τομὴν γωνίας, δυνατόν ἐστι καὶ ἑτέραν ἐφαπτομένην ἀγαγεῖν ἀπὸ τοῦ Δ. ἤχθω ἡ ΔΕ, καὶ ἐπιζευχθεῖσα ἡ ΖΕ ἐρχέσθω, εἰ δυνατόν, μὴ διὰ τοῦ Γ, ἀλλὰ διὰ τοῦ Η· ἔσται δὴ ὡς ἡ ΑΔ πρὸς ΔΒ οὕτως ἡ ΑΗ πρὸς ΗΒ, ὅπερ ἄτοπον, ὑπόκειται γὰρ ὡς ἡ ΑΔ πρὸς ΔΒ οὕτως ἡ ΑΓ πρὸς ΓΒ.

## PROP. XV. *Theor.*

Si in sectionibus oppositis inter duas sectiones sumatur aliquod punctum, & ab ipso duæ rectæ ducantur, altera quidem contingens unam oppositarum, altera vero utramque secans; & quam rationem habet ea quæ inter sectionem quam non contingit recta & punctum interjicitur ad rectam quæ est inter punctum & alteram sectionem, eandem habeat recta quædam major ea quæ inter sectiones interjicitur ad excessum ipsius in eadem recta & ad eundem terminum cum ea quæ in eadem est ratione: quæ à termino majoris rectæ ad tactum ducitur, occurret sectioni; & quæ ab occursu ad sumptum punctum, sectionem continget.

Sint sectiones oppositæ A, B; sumptoque inter sectiones aliquo puncto Δ intra angulum sub asymptotis contentum, ab ipso ducatur recta quidem ΔZ contingens sectionem, AΔB vero sectiones secans; & quam rationem habet AΔ ad ΔB eandem habeat AΓ ad ΓB: demonstrandum est rectam à puncto Z ad Γ productam occurrere sectioni; & eam quæ ab occursu ducitur ad Δ, sectionem contingere.

Quoniam enim punctum Δ est intra angulum qui sectionem continet, poterimus [per 49. 2. huj.] ab ipso Δ aliam contingentem ducere, quæ sit ΔE; & juncta ZE, si fieri potest, per Γ non transeat, sed per aliud punctum H: erit igitur [per 37. 3. huj.] ut AΔ ad ΔB ita AH ad HB, quod est absurdum; posuimus enim ut AΔ ad ΔB ita esse AΓ ad ΓB.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ ις'.

Τῶν αὐτῶν ὄντων, ἔστω τὸ Δ σημεῖον ἐν τῇ ἐφεξῆς γωνίᾳ τῆς ὑπὸ τῶν ἀσυμπτώτων περιεχομένης, καὶ τὰ λοιπὰ τὰ αὐτὰ γινέσθω· λέγω ὅτι ἡ ἀπὸ τοῦ Ζ ἐπὶ τὸ Γ ἐπιζευγνυμένη ἐκβληθεῖσα συμπεσεῖται τῇ ἀντικειμένῃ τομῇ, καὶ ἡ ἀπὸ τῆς συμπτώσεως ἐπὶ τὸ Δ ἐφάψεται τῆς ἀντικειμένης τομῆς.

## PROP. XVI. *Theor.*

Iisdem positis, sit punctum Δ in angulo deinceps ei qui sub asymptotis continetur, & reliqua eadem fiant: dico rectam à puncto Z ad Γ productam occurrere oppositæ sectioni; & quæ ab occursu ducitur ad Δ, eandem oppositam sectionem contingere.



Sint enim eadem quæ ſupra, & punctum Δ ſit in angulo deinceps ei qui ſub aſymptotis continetur; atque à puncto Δ ducatur Δ E ſectionem A contingens; juncta autem E Z & producta, ſi fieri poteſt, non tranſeat per Γ, ſed per aliud punctum H: erit igitur [per 39.3. huj.] ut A H ad H B ita A Δ ad Δ B, quod eſt abſurdum; ſupponebatur enim ut A Δ ad Δ B ita A Γ ad Γ B.

Ἔστω γὰρ τὰ αὐτὰ, καὶ τὸ Δ σημεῖον ἐν τῇ ἐφεξῆς γωνίᾳ τῆς ὑπὸ τῶν ἀσυμπτώτων περιεχομένης, καὶ ἤχθω ἀπὸ τοῦ Δ ἐφαπτομένη τῆς A τομῆς ἡ Δ E, καὶ ἐπιζεύχθω ἡ E Z, καὶ ἐκβαλλομένη, εἰ δυνατὸν, μὴ ἐρχέσθω ἐπὶ τὸ Γ, ἀλλ᾽ ἐπὶ τὸ H· ἔσται δὴ ὡς ἡ A H πρὸς H B οὕτως ἡ A Δ πρὸς Δ B, ὅπερ ἄτοπον, ὑπόκειται γὰρ ὡς ἡ A Δ πρὸς Δ B οὕτως ἡ A Γ πρὸς Γ B.




## Prop. XVII. *Theor.*

Iisdem poſitis ſit punctum Δ in una aſymptotôn: dico rectam, quæ à Z ad Γ ducitur, aſymptoto, in qua eſt punctum, eſſe parallelam.

Sint eadem quæ ſupra, & punctum Δ in una aſymptotôn; ductaque per Z eidem aſymptoto parallela non tranſeat per Γ, ſi fieri poteſt, ſed per H; erit igitur [per 36. 3. huj.] ut A Δ ad Δ B ita A H ad H B, quod eſt abſurdum *: ergo quæ à puncto Z ducitur aſymptoto parallela per punctum Γ tranſibit.




## ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιζ'.

Τῶν αὐτῶν ὄντων, ἔστω τὸ Δ σημεῖον ἐπί τινος τῶν ἀσυμπτώτων· λέγω ὅτι ἡ ἀπὸ τοῦ Z ἐπὶ τὸ Γ ἀγομένη παράλληλος ἔσται τῇ ἀσυμπτώτῳ ἐφ᾽ ἧς ἐστι τὸ σημεῖον.

Ἔστωσαν τὰ αὐτὰ τοῖς ἔμπροσθεν, τὸ δὲ Δ σημεῖον ἐπὶ μιᾶς τῶν ἀσυμπτώτων, καὶ ἤχθω διὰ τοῦ Z παράλληλος, καὶ, εἰ δυνατὸν, μὴ πιπτέτω ἐπὶ τὸ Γ, ἀλλ᾽ ἐπὶ τὸ H· ἔσται δὴ ὡς ἡ A Δ πρὸς Δ B οὕτως ἡ A H πρὸς H B, ὅπερ ἄτοπον· ἡ ἄρα ἀπὸ τοῦ Z παρὰ τὴν ἀσύμπτωτον ἐπὶ τὸ Γ πίπτει.

## Prop. XVIII. *Theor.*

**Si in ſectionibus oppoſitis aliquod punctum ſumatur inter duas ſectiones, & ab ipſo duæ rectæ ducantur utramque ſectionem ſecantes; & quas rationes habent interjectæ inter unam ſectionem & punctum ad eas quæ inter idem punctum & alteram ſectionem interjiciuntur, eaſdem habeant rectæ majores iis quæ ſunt inter ſectiones oppoſitas ad exceſſus ipſarum: quæ per terminos majorum rectarum tranſeunt, occurrent ſectionibus; & quæ ab occurſibus ad ſumptum punctum ducuntur, ſectiones contingent.**

Sint oppoſitæ ſectiones A, B, & punctum Δ inter ſectiones, quod quidem primum ponatur in angulo ſub aſymptotis contento, & per Δ rectæ A Δ B, Γ Δ Θ ducantur; major igitur

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιη'.

Ἐὰν ἐν ἀντικειμέναις ληφθῇ τι σημεῖον μεταξὺ τῶν δύο τομῶν, καὶ ἀπ᾽ αὐτοῦ δύο εὐθεῖαι διαχθῶσι τέμνουσαι ἑκατέραν τῶν τομῶν, καὶ ὡς ἔχουσιν αἱ μεταξὺ τῆς μιᾶς τομῆς πρὸς τὰς μεταξὺ τῆς ἑτέρας καὶ τοῦ αὐτοῦ σημείου οὕτως ἔχωσιν αἱ μείζους τῶν ἀπολαμβανομένων μεταξὺ τῶν ἀντικειμένων πρὸς τὰς ὑπεροχὰς αὐτῶν· ἡ διὰ τῶν περάτων ἀγομένη εὐθεῖα τῶν μειζόνων εὐθειῶν ταῖς τομαῖς συμπεσεῖται, καὶ αἱ ἀπὸ τῶν συμπτώσεων ἐπὶ τὸ ληφθὲν σημεῖον ἀγόμεναι εὐθεῖαι, ἐφάψονται τῶν τομῶν.

Ἔστωσαν ἀντικείμεναι αἱ A, B, καὶ τὸ Δ σημεῖον μεταξὺ τῶν τομῶν πρότερον ὑποκείσθω ἐν τῇ ὑπὸ τῶν ἀσυμπτώτων περιεχομένῃ γωνίᾳ, καὶ διὰ τοῦ Δ διήχθωσαν αἱ A Δ B, Γ Δ Θ· μείζων ἄρα ἐστὶν ἡ μὲν

* Eſt enim, [ex hyp.] ut A Δ ad Δ B ita A Γ ad Γ B.

ἡ μὲν ΑΔ τῆς ΔΒ, ἡ δὲ ΓΔ τῆς ΔΘ, διότι ἴση ἐστὶν ἡ ΒΝ τῇ ΑΜ, καὶ ὃν μὲν ἔχει λόγον ἡ ΑΔ πρὸς ΔΒ ἐχέτω ἡ ΑΚ πρὸς ΚΒ, ὃν δὲ ἔχει λόγον ἡ ΓΔ πρὸς ΔΘ ἐχέτω ἡ ΓΗ πρὸς ΗΘ· λέγω ὅτι ἡ διὰ τῶν Κ, Η συμπεσεῖται τῇ τομῇ, καὶ αἱ ἀπὸ τοῦ Δ ἐπὶ τὰς συμπτώσεις τῆς τομῆς ἐφάψονται.



Ἐπεὶ γὰρ τὸ Δ ἐντός ἐστι τῆς ὑπὸ τῶν ἀσυμπτώτων περιεχομένης γωνίας, δυνατὸν ἀπὸ τοῦ Δ δύο ἐφαπτομένας ἀγαγεῖν. ἤχθωσαν αἱ ΔΕ, ΔΖ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΕΖ· ἐλεύσεται δὴ διὰ τῶν Κ, Η σημείων. εἰ γὰρ μή, ἢ διὰ τοῦ ἑνὸς αὐτῶν ἐλεύσεται μόνου, ἢ δι' οὐδετέρου. εἰ μὲν γὰρ δι' ἑνὸς αὐτῶν μόνου, ἡ ἑτέρα τῶν εὐθειῶν εἰς τὸν αὐτὸν λόγον τμηθήσεται καθ' ἕτερον, ὅπερ ἀδύνατον· εἰ δὲ δι' οὐδετέρου, ἐπ' ἀμφοτέρων τὸ ἀδύνατον συμβήσεται.

est ΑΔ quam ΔΒ, & ΓΔ major quam ΔΘ, quoniam [per 16. 2. huj.] ΒΝ est æqualis ΑΜ; quam vero rationem habet ΑΔ ad ΔΒ eandem habeat ΑΚ ad ΚΒ, & quam ΓΔ habet ad ΔΘ eandem habeat ΓΗ ad ΗΘ: dico rectam quæ per Κ, Η transit, occurrere sectioni; & quæ à puncto Δ ad occursus ducuntur, sectionem contingere.

Quoniam enim punctum Δ est in angulo sub asymptotis contento, possumus [per 49. 2. huj.] ab eo duas rectas contingentes ducere. ducantur ΔΕ, ΔΖ; & ΕΖ jungatur: quæ igitur per puncta Κ, Η transibit. si enim non, vel transibit per unum ipsorum tantum, vel per neutrum. & si quidem per unum tantum, altera rectarum [per 37. 3. huj.] in eadem ratione ad aliud punctum secabitur; quod fieri non potest: si vero per neutrum, in utrisque impossibile eveniet.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιθ'.

ΕΙΛΗΦΘΩ δὴ τὸ Δ σημεῖον ἐν τῇ ἐφεξῆς γωνίᾳ τῆς ὑπὸ τῶν ἀσυμπτώτων περιεχομένης, καὶ διήχθωσαν αἱ εὐθεῖαι τέμνουσαι τὰς τομάς, καὶ διαιρείσθωσαν ὡς εἴρηται· λέγω ὅτι ἡ διὰ τῶν Κ, Η ἐκβαλλομένη συμπεσεῖται ἑκατέρᾳ τῶν ἀντικειμένων, καὶ αἱ ἀπὸ τῶν συμπτώσεων ἐπὶ τὸ Δ ἐφάψονται τῶν τομῶν.

## Prop. XIX. *Theor.*

SUMATUR itaque punctum Δ in angulo deinceps ei qui sub asymptotis continetur, ducanturque rectæ sectiones secantes, & modo dicto dividantur: dico eam quæ per Κ, Η producitur, occurrere utrique sectionum; & quæ ab occursibus ducuntur ad Δ, sectiones contingere.



Ἤχθωσαν γὰρ ἀπὸ τοῦ Δ ἐφαπτόμεναι ἑκατέρας τῶν τομῶν αἱ ΔΕ, ΔΖ· ἡ ἄρα διὰ τῶν Ε, Ζ καὶ διὰ τῶν Κ, Η ἐλεύσεται. εἰ γὰρ μή, ἤτοι διὰ τοῦ ἑτέρου αὐτῶν ἥξει, ἢ δι' οὐδετέρου· καὶ πάλιν ὁμοίως συναχθήσεται τὸ ἄτοπον.

Ducantur enim à puncto Δ rectæ ΔΕ, ΔΖ, quæ utramque sectionem contingant: ergo quæ ducitur per Ε, Ζ etiam per Κ, Η transibit. si enim non; vel transibit per alterum ipsarum, vel per neutrum: & rursus eodem modo absurdum concludetur.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ κ'.

Ἐὰν δὲ τὸ ληφθὲν σημεῖον ἐπί τινος ᾖ τῶν ἀσυμπτώτων, καὶ τὰ λοιπὰ γένηται τὰ αὐτά· ἡ διὰ τῶν περάτων τῶν ὑπεροχῶν ἀγομένη εὐθεῖα παράλληλος ἔσται τῇ ἀσυμπτώτῳ ἐφ' ἧς ἐστι τὸ σημεῖον, καὶ ἡ ἀπὸ τοῦ σημείου ἐπὶ τὴν σύμπτωσιν τῆς

## Prop. XX. *Theor.*

Si sumptum punctum sit in una asymptoton, & reliqua eadem fiant: recta, quæ transit per terminos excessuum, asymptoto in qua est punctum parallela erit; & quæ à puncto ducitur ad occursum sectionis & rectæ per

per terminos transeuntis, sectionem continget.

Sint oppositæ sectiones A, B; & punctum Δ sit in una asymptotôn, & reliqua eadem fiant: dico rectam quæ per K, H transit, occurrere sectioni; [& parallelam esse asymptoto in qua punctum Δ;] & quæ ab occursu ad Δ ducitur, sectionem contingere.




Ducatur enim à puncto Δ recta contingens ΔZ, & à Z ducatur parallela asymptoto in qua est punctum Δ: transibit igitur ea per puncta K, H. si enim non, vel per alterum tantum transibit, vel per neutrum; & ita eadem absurda sequentur ac in præmissis.

τομῆς καὶ τῆς διὰ τῶν περάτων ἠγμένης εὐθείας ἐφάψεται τῆς τομῆς.

ΕΣΤΩΣΑΝ ἀντικείμεναι αἱ Α, Β, καὶ τὸ Δ σημεῖον ἔστω ἐπὶ μιᾶς τῶν ἀσυμπτώτων, καὶ τὰ λοιπὰ τὰ αὐτὰ γινέσθω· λέγω ὅτι ἡ διὰ τῶν Κ, Η συμπεσεῖται τῇ τομῇ, [καὶ παράλληλος ἔσται τῇ ἀσυμπτώτῳ ἐφ' ἧς τὸ Δ σημεῖον,] καὶ ἡ ἀπὸ τῆς συμπτώσεως ἐπὶ τὸ Δ ἐφάψεται τῆς τομῆς.

Ἤχθω ἀπὸ τοῦ Δ ἐφαπτομένη ἡ ΔΖ, καὶ ἀπὸ τοῦ Ζ, παρὰ τὴν ἀσύμπτωτον ἐφ' ἧς ἐστι τὸ Δ, ἤχθω εὐθεῖα· ἥξει δὴ διὰ τῶν Κ, Η. εἰ γὰρ μή, ἢ διὰ τοῦ ἑτέρου αὐτῶν ἥξει ἢ δι' οὐδετέρου· καὶ τὰ αὐτὰ ἄτοπα συμβήσεται τοῖς πρότερον.

## Prop. XXI. *Theor.*

Sint rursus oppositæ sectiones A, B, sitque punctum Δ in una asymptotôn; & recta quidem ΔBK, alteri asymptoto parallela, in uno tantum puncto B occurrat sectioni; recta vero ΓΔΘH utrique sectioni occurrat; & ut ΓΔ ad ΔΘ ita sit ΓH ad HΘ, & ipsi ΔB æqualis sit BK: dico rectam, quæ per puncta K, H transit, occurrere sectioni, & asymptoto in qua est punctum Δ parallelam esse; & quæ ab occursu ad punctum Δ ducitur, sectionem contingere.




Ducatur enim recta contingens ΔZ; & à Z ducatur parallela ei asymptoto in qua est Δ: transibit igitur ea per puncta K, H. nam si non ita sit, eadem absurda sequantur necesse est.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ κα'.

ΕΣΤΩΣΑΝ πάλιν ἀντικείμεναι αἱ Α, Β, καὶ τὸ Δ σημεῖον ἐπὶ μιᾶς τῶν ἀσυμπτώτων, καὶ ἡ μὲν ΔΒΚ τῇ τομῇ καθ' ἓν μόνον σημεῖον συμβαλλέτω τὸ Β, παράλληλος οὖσα τῇ ἑτέρᾳ τῶν ἀσυμπτώτων, ἡ δὲ ΓΔΘ ἑκατέρᾳ τῶν τομῶν συμβαλλέτω, καὶ ἔστω ὡς ἡ ΓΔ πρὸς ΔΘ οὕτως ἡ ΓΗ πρὸς ΗΘ, τῇ δὲ ΔΒ ἴση ἔστω ἡ ΒΚ· λέγω ὅτι ἡ διὰ τῶν Κ, Η σημείων συμπεσεῖται τῇ τομῇ, καὶ παράλληλος ἔσται τῇ ἀσυμπτώτῳ ἐφ' ἧς ἐστι τὸ Δ σημεῖον, καὶ ἡ ἀπὸ τῆς συμπτώσεως ἐπὶ τὸ Δ ἀγομένη ἐφάψεται τῆς τομῆς.

Ἤχθω γὰρ ἐφαπτομένη ἡ ΔΖ, καὶ ἀπὸ τοῦ Ζ παρὰ τὴν ἀσύμπτωτον ἐφ' ἧς ἐστι τὸ Δ ἤχθω εὐθεῖα· ἥξει δὴ διὰ τῶν Κ, Η. εἰ γὰρ μή, τὰ πρότερον εἰρημένα ἄτοπα συμβήσεται.

## Prop. XXII. *Theor.*

Similiter autem sint oppositæ sectiones, asymptotique; & punctum Δ sumatur in angulo deinceps ei qui sub asymptotis continetur; recta vero ΓΔΘ secet utramque sectionem, & ΔB alteri asymptoto parallela sit; sitque ut ΓΔ ad ΔΘ ita ΓH ad HΘ, & ipsi ΔB æqualis ponatur BK: dico rectam quæ per puncta K, H transit, occurrere utrique oppositarum sectionum; & quæ ab occursibus ducuntur ad punctum Δ, sectiones easdem contingere.




## ΠΡΟΤΑΣΙΣ κβ'.

Εἰ γὰρ δυνατὸν, συμβαλλέτω κατὰ δύο, τὰ Ε, Ζ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΕΖ, καὶ διὰ τοῦ Α ἐφαπτομένη τῶν τομῶν ἤχθω ἡ ΑΚ· ἤτοι δὴ παράλληλοί εἰσιν, ἢ οὔ. ἔστωσαν πρότερον παράλληλοι, καὶ ἤχθω ἡ διχοτομοῦσα διάμετρος τὴν ΕΖ. ἥξει ἄρα διὰ τοῦ Α, καὶ ἔσται διάμετρος τῶν δύο συζυγῶν. ἤχθω διὰ τοῦ Γ παρὰ τὰς ΑΚ, ΕΖ ἡ ΓΛΔΒ· τεμεῖ ἄρα τὰς τομὰς κατ' ἄλλο καὶ ἄλλο σημεῖον· ἔσται δὴ ἐν μὲν τῇ ἑτέρᾳ ἴση ἡ ΓΛ τῇ ΛΔ, ἐν δὲ τῇ λοιπῇ ἡ ΓΛ τῇ ΛΒ. τοῦτο δὲ ἀδύνατον.

## Prop. XLVII. *Theor.*

**Si hyperbola unam oppositarum sectionum contingens in alio puncto secet; quæ ipsi opponitur sectio alteri oppositarum non occurret præterquam in uno puncto.**

SINT oppositæ sectiones ΑΒΓ, ΕΖΗ; & hyperbola quædam ΔΑΓ contingat ΑΒΓ in Α, & in Γ secet; opponaturque ipsi ΔΑΓ sectio ΕΖΘ: dico eam alteri oppositarum non occurrere præterquam in uno puncto.

Si enim fieri potest, occurrat in duobus punctis Ε, Ζ: jungaturque ΕΖ, & per Α ducatur sectiones contingens ΑΚ: vel igitur ΑΚ, ΕΖ parallelæ sunt inter se, vel non. sint primum parallelæ, & ducatur diameter bifariam secans ipsam ΕΖ: quæ [per 34. 2. huj.] per Α igitur transibit; atque erit diameter duarum conjugatarum. ducatur etiam per Γ recta ΓΛΔΒ parallela ipsis ΑΚ, ΕΖ: secabit igitur ea sectiones in alio atque alio puncto: & in altera quidem erit ΓΛ æqualis ipsi ΛΔ, in altera vero ΓΛ æqualis ipsi ΛΒ. hoc vero fieri non potest.







Μὴ ἔστωσαν δὲ παράλληλοι αἱ ΑΚ, ΕΖ, ἀλλὰ συμπιπτέτωσαν κατὰ τὸ Κ, καὶ ἡ ΓΔ παρὰ τὴν ΑΚ ἠγμένη συμπιπτέτω τῇ ΕΖ κατὰ τὸ Ν, αἱ δὲ διάμετροι διχοτομοῦσαι τὴν ΕΖ κατὰ τὸ Μ τεμνέτωσαν τὰς τομὰς κατὰ τὰ Ξ, Ο, καὶ ἐφαπτόμεναι ἤχθωσαν τῶν τομῶν ἀπὸ τῶν Ξ, Ο αἱ ΞΠ, ΟΡ· ἔσται ἄρα ὡς τὸ ἀπὸ ΑΠ πρὸς τὸ ἀπὸ ΠΞ οὕτως τὸ ἀπὸ ΑΡ πρὸς τὸ ἀπὸ ΡΟ, καὶ διὰ τοῦτο ὡς τὸ ὑπὸ ΔΝΓ

At non sint parallelæ ΑΚ, ΕΖ, sed conveniant in Κ; recta vero ΓΔ ipsi ΑΚ parallela ducta conveniat cum ΕΖ in Ν; & diametri bifariam dividentes ΕΖ in puncto Μ sectiones in punctis Ξ, Ο secent; atque à Ξ, Ο ducantur ΞΠ, ΟΡ sectiones contingentes: erit igitur [ut in 44. 4. huj.] quadratum ex ΑΠ ad quadratum ex ΠΞ sicut quadratum ex ΑΡ ad quadratum ex ΡΟ; & propterea [per 19. 3. huj.] ut rectangulum

* Est enim, [per 11. 5.] ΞΗ ad ΗΖ ut ΞΚ ad ΚΖ. & ideo, [per 14. 5.] quando ΞΗ major est quam ΞΚ, erit ΗΖ major quam ΚΖ. quod fieri non potest.

ΔΝΓ

Δ N Γ ad rectangulum E N Z ita rectangulum B N Γ ad rectangulum B N Z: ergo [per 9. 5.] rectangulum Δ N Γ rectangulo B N Γ est æquale, quod fieri non potest.

πρὸς τὸ ὑπὸ E N Z οὕτως τὸ ὑπὸ B N Γ πρὸς τὸ ὑπὸ E N Z· ἴσον ἄρα τὸ ὑπὸ Δ N Γ τῷ ὑπὸ B N Γ, ὅπερ ἀδύνατον.

## Prop. XLVIII. *Theor.*

**Si hyperbola unam oppositarum sectionum in uno puncto contingat; quæ ipsi opponitur sectio alteri oppositarum non occurret ad plura puncta quam duo.**

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ μή.

**Ἐὰν ὑπερβολὴ μιᾶς τῶν ἀντικειμένων καθ' ἓν σημεῖον ἐπιψαύῃ, ἡ ἀντικειμένη αὐτῇ τῇ ἑτέρᾳ τῶν ἀντικειμένων οὐ συμπεσεῖται κατὰ πλείονα σημεῖα ἢ δύο.**

Sint oppositæ sectiones A B, E Δ H; & hyperbola A Γ sectionem A B in puncto A contingat; sitque ipsi A Γ opposita sectio Δ E Z: dico Δ E Z non occurrere sectioni Δ E H ad plura puncta quam duo.

Si enim fieri potest, occurrat ad puncta tria Δ, E, Θ; & ducatur recta A K sectiones A B, A Γ contingens: juncta vero Δ E producatur. & sint primum A K, Δ E inter se parallelæ; seceturque Δ E bifariam in Λ, & jungatur A Λ: erit igitur [per 34. 2. huj.] A Λ diameter duarum conjugatarum, quæ sectiones inter puncta Δ, E secabit in M, N; propter Δ Λ E in puncto Λ bifariam sectam. ducatur per Θ recta Θ Ξ Z H parallela Δ E: erit igitur in altera sectione Θ Ξ æqualis ipsi Ξ Z, in altera vero Θ Ξ ipsi Ξ H æqualis; quare Ξ Z ipsi Ξ H est æqualis, quod fieri non potest.




Sed non sint A K, Δ E parallelæ, conveniantque in K, & reliqua eadem fiant: producta vero A K occurrat ipsi Z Θ in P. similiter ac in iis quæ jam dicta sunt, demonstrabimus, ut rectangulum Δ K E ad quadratum ex A K ita esse rectangulum Z P Θ ad quadratum ex P A in sectione Z Δ E; &, in sectione H Δ E, ita rectangulum H P Θ ad quadratum ex P A: rectangulum igitur H P Θ æquale est rectangulo Z P Θ, quod fieri non potest: ergo E Δ Z ipsi E Δ H ad plura puncta quam duo non occurret.




Ἔστωσαν ἀντικείμεναι αἱ A B, E Δ H, καὶ ὑπερβολὴ ἡ A Γ τῆς A B ἐφαπτέσθω κατὰ τὸ A, καὶ ἔστω τῆς A Γ ἀντικειμένη ἡ Δ E Z· λέγω ὅτι ἡ Δ E Z τῇ Δ E H οὐ συμπεσεῖται κατὰ πλείονα σημεῖα ἢ δύο.

Εἰ γὰρ δυνατὸν, συμβαλλέτω κατὰ τρία τὰ Δ, E, Θ, καὶ ἤχθω τῶν A B, A Γ ἐφαπτομένη ἡ A K, καὶ ἐπιζευχθεῖσα ἡ Δ E ἐκβεβλήσθω· καὶ ἔστωσαν πρότερον παράλληλοι αἱ A K, Δ E, καὶ τετμήσθω ἡ Δ E δίχα κατὰ τὸ Λ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ A Λ· ἔσται δὴ διάμετρος ἡ A Λ τῶν δύο συζυγιῶν, καὶ τεμεῖ τὰς τομὰς μεταξὺ τῶν Δ, E, κατὰ τὰ M, N, ἐπεὶ ἡ Δ Λ E δίχα τέτμηται κατὰ τὸ Λ. ἤχθω ἀπὸ τοῦ Θ παρὰ τὴν Δ E ἡ Θ Ξ Z H· ἔσται δὴ ἐν μὲν τῇ ἑτέρᾳ τομῇ ἴση ἡ Θ Ξ τῇ Ξ Z, ἐν δὲ ἑτέρᾳ ἡ Θ Ξ τῇ Ξ H· ὥστε καὶ ἡ Ξ Z τῇ Ξ H ἐστὶν ἴση, ὅπερ ἀδύνατον.

Μὴ ἔστωσαν δὲ αἱ A K, Δ E παράλληλοι, ἀλλὰ συμπιπτέτωσαν κατὰ τὸ K, καὶ τὰ λοιπὰ τὰ αὐτὰ γεγονέτω, καὶ ἐκβληθεῖσα ἡ A K συμπιπτέτω τῇ Z Θ κατὰ τὸ P. ὁμοίως δὴ δείξομεν τοῖς πρότερον, ὅτι ἐστὶν ὡς τὸ ὑπὸ Δ K E πρὸς τὸ ἀπὸ A K, ἐν μὲν τῇ Z Δ E τομῇ, οὕτως τὸ ὑπὸ Z P Θ πρὸς τὸ ἀπὸ P A, ἐν δὲ τῇ H Δ E, οὕτως τὸ ἀπὸ H P Θ πρὸς τὸ ἀπὸ P A· τὸ ἄρα ὑπὸ H P Θ ἴσον τῷ ὑπὸ Z P Θ, ὅπερ ἀδύνατον· οὐκ ἄρα ἡ E Δ Z τῇ E Δ H κατὰ πλείονα σημεῖα συμβάλλει ἢ δύο.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ μθʹ.

**Ἐὰν ὑπερβολὴ ἑκατέρας τῶν ἀντικειμένων ἐφάπτηται· ἡ ἀντικειμένη αὐτῇ τῶν ἀντικειμένων οὐδεμιᾷ συμπεσεῖται.**

Ἔστωσαν ἀντικείμεναι αἱ ΑΔ, ΒΗ, καὶ ὑπερβολὴ ἡ ΑΒ ἑκατέρας αὐτῶν ἐφαπτέσθω κατὰ τὰ Α, Β. ἀντικειμένη δὲ αὐτῇ ἔστω ἡ Ε· [a] λέγω ὅτι ἡ Ε οὐδετέρᾳ τῶν ΑΔ, ΒΗ συμπεσεῖται.

Εἰ γὰρ δυνατὸν, συμπιπτέτω τῇ ΑΔ κατὰ τὸ Δ, καὶ ἤχθωσαν ἀπὸ τῶν Α, Β ἐφαπτόμεναι τῶν τομῶν· συμπεσοῦνται δὴ ἀλλήλαις ἐντὸς τῶν ἀσυμπτώτων τῆς ΑΒ τομῆς. συμπιπτέτωσαν κατὰ τὸ Γ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΓΔ· ἡ ἄρα ΓΔ ἐκβληθεῖσα ἐν τῷ μεταξὺ τόπῳ ἔσται τῶν ΑΓ, ΓΒ. ἀλλὰ καὶ μεταξὺ τῶν ΒΓ, ΓΖ, ὅπερ ἄτοπον· οὐκ ἄρα ἡ Ε συμπεσεῖται τῶν ΑΔ, ΒΗ.

## Prop. XLIX. *Theor.*

**Si hyperbola contingat utramque oppoſitarum ſectionum; quæ ipſi opponitur ſectio, neutri oppoſitarum occurret.**

Sint oppoſitæ ſectiones ΑΔ, ΒΗ, & hyperbola ΑΒ utramque ipſarum in punctis Α, Β contingat; opponaturque ei ſectio Ε: [a] dico quod Ε neutri ſectionum ΑΔ, ΒΗ occurret.




Si enim fieri poteſt, occurrat ſectioni ΑΔ in Δ; & à punctis Α, Β ducantur rectæ contingentes ſectiones, quæ quidem [per 36.1.huj.] intra aſymptotos ſectionis ΑΒ convenient. conveniant in Γ, & jungatur ΓΔ: ergo [ob ſectionem ΔΕ] recta ΓΔ producta cadet in loco intermedio inter ΑΓ, ΓΒ. ſed [propter ſectionem ΑΔ] cadet eadem inter ΒΓ, ΓΖ, quod fieri non poteſt: igitur ſectio Ε ſectionibus oppoſitis ΑΔ, ΒΗ non occurret.

## EUTOCIUS.

[a] Λέγω ὅτι ἡ Ε οὐδετέρᾳ τῶν ΑΔ, ΒΗ συμπεσεῖται.] Ἤχθωσαν ἀπὸ τῶν Α, Β ἐφαπτόμεναι τῶν τομῶν, καὶ συμπιπτέτωσαν ἀλλήλαις κατὰ τὸ Γ, ἐντὸς τῆς περιεχούσης γωνίας τὴν ΑΒ τομήν· φανερὸν δὴ ὅτι αἱ ΑΓ, ΓΒ ἐκβαλλόμεναι οὐ συμπεσοῦνται ταῖς ἀσυμπτώτοις τῆς Ε τομῆς, ἀλλὰ περιέχουσιν αὐτὰς, καὶ πολὺ μᾶλλον τὴν Ε τομήν. καὶ ἐπεὶ τῆς ΑΔ τομῆς ἐφάπτεται ἡ ΑΓ, ἡ ΑΓ ἄρα οὐ συμπεσεῖται τῇ ΒΗ. ὁμοίως δὴ δείξομεν ὅτι ἡ ΒΓ οὐ συμπεσεῖται τῇ ΑΔ· ἡ ἄρα Ε τομὴ οὐδεμιᾷ τῶν ΑΔ, ΒΗ τομῶν συμπεσεῖται.

[a] Dico Ε neutri ſectionum ΑΔ, ΒΗ occurrere.] Ducantur enim à punctis Α, Β rectæ contingentes ſectiones, atque conveniant inter ſe in puncto Γ, intra angulum [per 25.2.huj.] ſectionem ΑΒ continentem: itaque conſtat rectas ΑΓ, ΓΒ productas aſymptotis ſectionis Ε non occurrere, ſed ipſas continere & multo magis ſectionem Ε. & quoniam ΑΓ ſectionem ΑΔ contingit, [per 33.2.huj.] non occurret ipſi ΒΗ. ſimiliter oſtendemus rectam ΒΓ ſectioni ΑΔ non occurrere: ergo ſectio Ε neutri ipſarum ſectionum ΑΔ, ΒΗ occurret.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ νʹ.

**Ἐὰν ἑκατέρα τῶν ἀντικειμένων ἑκατέρας τῶν ἀντικειμένων καθ' ἓν ἐφάπτηται, ἐπὶ τὰ αὐτὰ τὰ κοῖλα ἔχουσα· οὐ συμπεσεῖται καθ' ἕτερον σημεῖον.**

Ἐφαπτέσθωσαν γὰρ ἀλλήλων ἀντικείμεναι κατὰ τὰ Α, Δ σημεῖα· λέγω ὅτι καθ' ἕτερον σημεῖον οὐ συμβάλλουσιν.

Εἰ γὰρ δυνατὸν, συμβαλλέτωσαν κατὰ τὸ Ε. ἐπεὶ οὖν ὑπερβολὴ μιᾶς τῶν ἀντικειμένων ἐφαπτομένη κατὰ τὸ Δ, συμπέπτωκε ταύτῃ κατὰ τὸ Ε· ἡ ἄρα ΑΒ τῇ ΑΓ οὐ συμβάλλει κατὰ πλείονα σημεῖα ἢ ἕν. ἤχθω-

## Prop. L. *Theor.*

**Si utraque oppoſitarum ſectionum oppoſitarum utramque in uno puncto contingat, ad eaſdem partes concava habens; in alio puncto non occurret.**

Contingant enim ſeſe oppoſitæ ſectiones in punctis Α, Δ: dico eas in alio puncto ſibi ipſis non occurrere.




Si enim fieri poteſt, occurrant in Ε. & quoniam hyperbola unam oppoſitarum ſectionum in Δ contingens eandem ſecat in Ε; ſectio ΑΒ [per 47.4.huj.] ipſi ΑΓ præterquam in uno puncto non occurret. ducantur

cantur à punctis A, Δ rectæ AΘ, ΘΔ, quæ sectiones contingant; junctâque AΔ, per E ducatur EBΓ ipsi AΔ parallela; & per Θ ducatur oppositarum sectionum secunda diameter ΘKΛ, quæ [per 39. 2. huj.] secabit AΔ bifariam in K: ergo [ex natura 2dæ diam.] utraque EB, EΓ in puncto Λ bifariam secabitur; & propterea BΛ æqualis erit ipsi ΛΓ, quod fieri non potest: igitur in alio puncto sibi ipsis non occurrent.




σιν ἀπὸ τῶν A, Δ τῶν τομῶν ἐφαπτόμεναι αἱ AΘ, ΘΔ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ AΔ, καὶ διὰ τοῦ E παρὰ τὴν AΔ ἤχθω ἡ EBΓ, καὶ ἀπὸ τοῦ Θ δευτέρα διάμετρος ἤχθω τῶν ἀντικειμένων ἡ ΘKΛ· τεμεῖ δὴ τὴν AΔ δίχα κατὰ τὸ K· καὶ ἑκατέρα ἄρα τῶν EB, EΓ δίχα τέτμηται κατὰ τὸ Λ· ἴση ἄρα ἡ BΛ τῇ ΛΓ, ὅπερ ἀδύνατον· οὐκ ἄρα συμπεσοῦνται κατ' ἄλλο σημεῖον.

## Prop. LI. *Theor.*

**Si hyperbola unam oppositarum sectionum contingat in duobus punctis; quæ ipsi opponitur sectio, alteri oppositarum non occurret.**

SINT oppositæ sectiones AΔB, E; & hyperbola AΓ sectionem AΔB in duobus punctis A, B contingat; opponaturque ipsi AΓ sectio Z: dico Z ipsi E non occurrere.

Si enim fieri potest, occurrat in E; & à punctis A, B ducantur contingentes sectiones AH, HB; junganturq; AB, EH & producatur EH: secabit igitur sectiones in alio atque alio puncto. sit autem ea EHΓΔΘ. itaque quoniam AH, HB sectiones contingunt, & AB conjungit tactus; erit [per 37. 3. huj.] in altera quidem conjugatione ut ΘE ad EH ita ΘΔ ad ΔH; in altera vero [ut ΘE ad EH] ita ΘΓ ad ΓH; quod fieri non potest: igitur sectio Z sectioni E non occurret.




## ΠΡΟΤΑΣΙΣ ια′.

**Ἐὰν ὑπερβολὴ μιᾶς τῶν ἀντικειμένων κατὰ δύο σημεῖα ἐφάπτηται· ἡ ἀντικειμένη αὐτῇ τῇ ἑτέρᾳ τῶν ἀντικειμένων οὐ συμπεσεῖται.**

ΕΣΤΩΣΑΝ ἀντικείμεναι αἱ AΔB, E, καὶ ὑπερβολὴ ἡ AΓ τῆς AΔB ἐφαπτέσθω κατὰ δύο σημεῖα τὰ A, B, καὶ ἔστω ἀντικειμένη τῇ AΓ ἡ Z· λέγω ὅτι ἡ Z τῇ E οὐ συμπεσεῖται.

Εἰ γὰρ δυνατὸν, συμπιπτέτω κατὰ τὸ E, καὶ ἤχθωσαν ἀπὸ τῶν A, B ἐφαπτόμεναι τῶν τομῶν αἱ AH, HB, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ AB, EH, καὶ ἐκβεβλήσθω ἡ EH· τεμεῖ δὴ κατ' ἄλλο καὶ ἄλλο σημεῖον τὰς τομάς. ἔστω δὲ ὡς ἡ EHΓΔΘ. ἐπεὶ οὖν ἐφάπτονται αἱ AH, HB καὶ ἡ AB τὰς ἁφὰς ἐπιζεύγνυσιν, ἔσται ἐν μὲν τῇ ἑτέρᾳ συζυγίᾳ ὡς ἡ ΘE πρὸς EH οὕτως ἡ ΘΔ πρὸς ΔH, ἐν δὲ τῇ ἑτέρᾳ οὕτως ἡ ΘΓ πρὸς ΓH, ὅπερ ἀδύνατον· οὐκ ἄρα ἡ Z τῇ E συμβάλλει.

## Prop. LII. *Theor.*

**Si hyperbola unam oppositarum sectionum contingat, convexa habens è regione sita; quæ ipsi opponitur sectio alteri oppositarum non occurret.**

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιβ′.

**Ἐὰν ὑπερβολὴ μιᾶς τῶν ἀντικειμένων ἐπιψαύῃ, ἀντεστραμμένα τὰ κυρτὰ ἔχουσα· ἡ ἀντικειμένη αὐτῇ τῇ ἑτέρᾳ τῶν ἀντικειμένων οὐ συμπεσεῖται.**

SINT oppositæ sectiones AΔ, B; & hyperbola quædam AH sectionem AΔ in puncto A contingat; ipsi autem AH opponatur Z: dico Z sectioni B non occurrere.

Ducatur enim à puncto A recta AΓ sectiones contingens: ergo [per 33. 2. huj.] AΓ, ob sectionem AH, se-




ΕΣΤΩΣΑΝ ἀντικείμεναι αἱ AΔ, B, καὶ τῆς AΔ τομῆς ἐφαπτέσθω ὑπερβολή τις ἡ AH κατὰ τὸ A, ἀντικειμένη δὲ τῇ AH ἔστω ἡ Z· λέγω ὅτι ἡ Z τῇ B οὐ συμπεσεῖται.

Ἤχθω ἀπὸ τοῦ A ἐφαπτομένη τῶν τομῶν ἡ AΓ· ἡ ἄρα AΓ, διὰ μὲν τὴν AH τομὴν, οὐ συμπεσεῖται

ται τῇ Ζ, διὰ δὲ τὴν ΑΔ τομὴν, οὐ συμπεσεῖται τῇ Β· ὥστε ἡ ΑΓ μεταξὺ πεσεῖται τῶν Β, Ζ τομῶν· καὶ φανερὸν ὅτι ἡ Β τῇ Ζ οὐ συμπεσεῖται.

sectioni Z non occurret; &, ob AΔ sectionem, non occurret sectioni B: quare AΓ inter B, Z sectiones cadat necesse est: & idcirco sectionem B sectioni Z non occurrere manifesto constat.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ νγ'.

**Ἀντικείμεναι ἀντικειμένας οὐ τέμνουσι κατὰ πλείονα σημεῖα ἢ τέσσαρα.**

Ἐστωσαν γὰρ ἀντικείμεναι αἱ ΑΒ, ΓΔ, καὶ ἕτεραι ἀντικείμεναι αἱ ΑΒΓΔ, ΕΖ, καὶ τεμνέτω πρότερον ἡ ΑΒΓΔ τομὴ ἑκατέραν τῶν ΑΒ, ΓΔ κατὰ τέσσαρα σημεῖα τὰ Α, Β, Γ, Δ, ἀντεστραμμένα τὰ κυρτὰ ἔχουσα, ὡς ἐπὶ τῆς πρώτης καταγραφῆς· ἡ ἄρα τῇ ΑΒΓΔ τομῇ ἀντικειμένη ἡ ΕΖ οὐδεμιᾷ τῶν ἀντικειμένων τῶν ΑΒ, ΓΔ οὐ συμπεσεῖται.

## Prop. LIII. Theor.

**Oppositæ sectiones oppositas non secant in pluribus punctis quam quatuor.**

Sint oppositæ sectiones AB, ΓΔ, & aliæ oppositæ ABΓΔ, EZ; & secet primo ABΓΔ sectio ipsas AB, ΓΔ in quatuor punctis A, B, Γ, Δ, convexa habens è regione sita, ut in prima figura apparet: ergo [per 41. 4. huj.] quæ sectioni ABΓΔ opponitur, hoc est sectio EZ, neutri ipsarum AB, ΓΔ occurret.




Ἀλλὰ δὴ ἡ ΑΒΓ τὴν μὲν ΑΒΕ τεμνέτω κατὰ τὰ Α, Β, τὴν δὲ ΓΔ καθ' ἓν τὸ Γ, ὡς ἔχει ἐπὶ τῆς δευτέρας καταγραφῆς· ἡ ΕΖ ἄρα τῇ ΓΔ οὐ συμπεσεῖται. εἰ δὲ τῇ ΑΒ συμβάλλει ἡ ΕΖ, καθ' ἓν μόνον συμβάλλει· εἰ γὰρ κατὰ δύο συμβάλλῃ τῇ ΑΒ, ἡ ἀντικειμένη αὐτῇ ἡ ΑΒΓ τῇ ἑτέρᾳ ἀντικειμένῃ τῇ ΓΔ οὐ συμπεσεῖται. ὑπόκειται δὲ καθ' ἓν τὸ Γ συμβάλλουσα.

Εἰ δὲ, ὡς ἔχει ἐπὶ τῆς τρίτης καταγραφῆς, ἡ ΑΒΓ τὴν μὲν ΑΒΕ τέμνει κατὰ δύο τὰ Α, Β, τῇ δὲ ΑΒΕ συμβάλλει ἡ ΕΖ· τῇ μὲν Δ οὐ συμπεσεῖται, τῇ δὲ ΑΒΕ συμπίπτουσα οὐ συμπεσεῖται κατὰ πλείονα σημεῖα ἢ δύο *.

Sed ABΓ sectionem quidem ABE secet in punctis A, B, ipsam vero ΓΔ in uno puncto Γ, ut in secunda figura: quare [per 39. 4. huj.] EZ non occurret sectioni ΓΔ. si autem sectioni AB occurrit EZ, in uno tantum puncto occurrit: nam si occurrat in duobus punctis, sectio ABΓ quæ [per 41. 1.4. huj.] ipsi opponitur, non occurret alteri ΓΔ. atqui in uno puncto Γ occurrere supponitur.

Quod si sectio ABΓ sectionem ABE in duobus punctis A, B secet, ut in tertia figura; occurrat autem EZ sectioni ABE: sectioni quidem Δ [per 39.4. huj.] non occurret; atque ipsi ABE occurrens [per 35.4. huj.] non occurret ad plurá puncta quam duo *.

* In figura tertia supponitur parallelismus asymptotôn sectionum ABE & EZ, quo in casu, eoque solo, oppositæ sectiones oppositis sectionibus ad tria tantum puncta A, B, E occurrere possunt: nam si non parallelæ sint, sed vel tantillum inclinent versus partes E, Z, habebitur casus primus, occurrente sectione EZ sectioni ABE in alio puncto ultra E. Si vero in alteras partes sive versus Γ, Δ inclinent asymptoti, conveniet sectio ABΓ cum sectione Δ, eritque casus secundus. Neque alius modus quo sibi conveniant ad quatuor puncta oppositæ hyperbolæ, convexa sua sibi invicem obvertentes, excogitari potest. Idem concipe de figuris propositionis proxime sequentis.

Si vero ABΓΔ utramque secet in uno puncto, ut in quarta figura; sectio EZ [per 40. 4. huj.] nulli ipsarum in duobus punctis occurret: ergo, propter ea quæ dicta sunt & ipsorum conversa, sectiones oppositæ ABΓΔ, EZ sectionibus BE, ΓZ non occurrent ad plura puncta quam quatuor.

At si sectiones ad easdem partes concava habeant, atque altera alteram in quatuor punctis secet, ut in quinta figura; EZ neutri oppositarum occurret: neque enim EZ occurret ipsi AK hyperbolæ; sic enim hyperbola AK oppositis sectionibus ABΓΔ, EZ occurret [contra 36. 4. huj.] ad plura puncta quam quatuor. sed [per 42. 4. huj.] neque HΘ occurret ipsi EZ.

Εἰ δὲ, ὡς ἔχει ἐπὶ τῆς τετάρτης καταγραφῆς, ἡ ΑΒΓΔ ἑκατέραν τέμνει καθ' ἓν σημεῖον, καὶ ἡ ΕΖ οὐδετέρᾳ συμπεσεῖται κατὰ δύο σημεῖα· ὥστε, διὰ τὰ εἰρημένα καὶ τὰ ἀντίστροφα αὐτῶν, αἱ ΑΒΓΔ, ΕΖ ἀντικείμεναι τῶν ΒΕ, ΓΖ τομαῖς οὐ συμπεσοῦνται κατὰ πλείονα σημεῖα ἢ τέσσαρα.

Ἐὰν δὲ τομαὶ ἐπὶ τὰ αὐτὰ τὰ κοῖλα ἔχωσι, καὶ ἑτέρα τὴν ἑτέραν τέμνῃ κατὰ τέσσαρα τὰ Α, Β, Γ, Δ, ὡς ἐπὶ τῆς πέμπτης καταγραφῆς, ἡ ΕΖ ἑκατέρᾳ οὐ συμπεσεῖται· οὐδὲ μὲν ἡ ΕΖ οὐ συμπεσεῖται τῇ ΑΚ. οὕτως γὰρ ἔσται ἡ ΑΚ τῶν ΑΒΓΔ, ΕΖ ἀντικειμέναις συμπίπτουσα κατὰ πλείονα σημεῖα ἢ τέσσαρα. ἀλλ' οὐδὲ ἡ ΗΘ τῇ ΕΖ συμπεσεῖται.




Si autem, ut in sexta figura, sectio ABΓ oppositarum alteri occurrat in tribus punctis, EZ [per 44. 4. huj.] alteri in uno tantum puncto occurret. & eodem modo in reliquis dicemus. Quoniam igitur in omni diversitate casuum constat propositum, oppositæ sectiones oppositis sectionibus ad plura puncta quam quatuor non occurrent.

Εἰ δὲ, ὡς ἔχει ἐπὶ τῆς ἕκτης καταγραφῆς, ἡ ΑΒΓ τῇ ἑτέρᾳ τομῇ συμβάλλει κατὰ τρία σημεῖα, ἡ ΕΖ τῇ ἑτέρᾳ καθ' ἓν μόνον συμπεσεῖται. καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν τὰ αὐτὰ τοῖς πρότερον ἐροῦμεν. ἐπεὶ οὖν κατὰ πάσας τὰς ἐνδεχομένας διαστολὰς δῆλόν ἐστι τὸ προτεθὲν, ἀντικείμεναι ἀντικειμέναις οὐ συμβάλλουσι κατὰ πλείονα σημεῖα ἢ τέσσαρα.

## Prop. LIV. *Theor.*

**Si oppositæ sectiones oppositas in uno puncto contingant; non occurrent sibi ipsis ad alia puncta plura quam duo.**

Sint oppositæ sectiones AB, ΓΔ; aliæ vero BΓ, EZ; & sectio BΓ contingat AB in puncto B, & convexa habeant è regione sita; occurratque primum BΓΔ sectio ipsi ΓΔ in duobus punctis Γ, Δ, ut in prima figura. quoniam igitur BΓΔ in duobus punctis secat, convexa habens è regione sita; sectio EZ [per 39. 4. huj.] ipsi AB non occurret. rursus quoniam BΓΔ contingit AB in B, convexa habens è regione sita; non occurret [per 52. 4. huj.] EZ sectioni ΓΔ; quare EZ neutri sectionum AB, ΓΔ occurret: occurrunt igitur sibi ipsis ad duo tantum puncta Γ, Δ.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ νδ'.

**Ἐὰν ἀντικείμεναι ἀντικειμένων καθ' ἓν σημεῖον ἐπιψαύωσιν, οὐ συμπεσοῦνται κατ' ἄλλα σημεῖα πλείονα ἢ δύο.**

Ἔστωσαν ἀντικείμεναι αἱ ΑΒ, ΓΔ, καὶ ἕτεραι αἱ ΒΓ, ΕΖ, καὶ ἡ ΒΓ τῆς ΑΒ ἐφαπτέσθω κατὰ τὸ Β, καὶ ἐχέτωσαν ἀντεστραμμένα τὰ κυρτὰ, καὶ συμπιπτέτω πρῶτον ἡ ΒΓΔ τῇ ΓΔ κατὰ δύο σημεῖα τὰ Γ, Δ, ὡς ἐπὶ τοῦ πρώτου σχήματος. ἐπεὶ οὖν ἡ ΒΓΔ κατὰ δύο σημεῖα τέμνει, ἀντεστραμμένα ἔχουσα τὰ κυρτὰ, ἡ ΕΖ τῇ ΑΒ οὐ συμπεσεῖται. πάλιν ἐπεὶ ἡ ΒΓΔ τῆς ΑΒ ἐφάπτεται κατὰ τὸ Β, ἀντεστραμμένα ἔχουσα τὰ κυρτὰ, ἡ ΕΖ τῇ ΓΔ οὐ συμπεσεῖται· ἡ ἄρα ΕΖ οὐδετέρᾳ τῶν ΑΒ, ΓΔ τομῶν συμπεσεῖται· μόνον ἄρα κατὰ δύο τὰ Γ, Δ συμβάλλουσιν.

Ἀλλὰ

Ἀλλὰ δὴ τὴν ΓΔ ἡ ΒΓ τεμνέτω καθ' ἓν σημεῖον τὸ Γ, ὡς ἐπὶ τοῦ δευτέρου σχήματος· ἡ ἄρα ΕΖ τῇ μὲν ΓΔ οὐ συμπεσεῖται, τῇ δὲ ΑΒ συμπεσεῖται καθ' ἓν μόνον. ἐὰν γὰρ κατὰ δύο συμβάλλῃ ἡ ΕΖ τῇ ΑΒ, ἡ ΒΓ τῇ ΓΔ οὐ συμπεσεῖται. ὑπόκειται δὲ συμβάλλουσα καθ' ἕν.

Sed ΒΓ secet ΓΔ in uno puncto Γ, ut in secunda figura: ergo [per 52. 4. huj.] ΕΖ sectioni quidem ΓΔ non occurret; ipsi vero ΑΒ occurret in uno puncto tantum. si enim in duobus punctis occurrat ΕΖ ipsi ΑΒ, [per 39. 4. huj.] non occurret ΒΓ ipsi ΓΔ. atqui in uno puncto occurrere supponebatur.




Εἰ δὲ ἡ ΒΓ τῇ Δ τομῇ μὴ συμπίπτῃ, ὡς ἐπὶ τοῦ τρίτου σχήματος, διὰ μὲν τὰ προειρημένα ἡ ΕΖ τῇ Δ οὐ συμπεσεῖται, ἡ δὲ ΕΖ τῇ ΑΒ οὐ συμπεσεῖται κατὰ πλείονα σημεῖα ἢ δύο.

Quod si ΒΓ non occurrat sectioni Δ, ut in tertia figura, propter ea, quæ [ad 52. 4.huj.] dicta sunt, ΕΖ ipsi Δ non occurret: & [per 35. 4.huj.] non occurret ΕΖ ipsi ΑΒ ad plura puncta quam duo.

Ἐὰν δὲ αἱ τομαὶ ἐπὶ τὰ αὐτὰ τὰ κοῖλα ἔχωσιν, [ὡς ἐπὶ τοῦ τετάρτου καὶ πέμπτου σχήματος] αἱ αὐταὶ ἀποδείξεις ἁρμόσουσι. κατὰ πάσας οὖν τὰς ἐνδεχομένας διαστολὰς δῆλόν ἐστιν ἐκ τῶν δεδειγμένων τὸ προτεθέν.

At vero si sectiones ad easdem partes concava habeant, [ut in figuris quartâ & quintâ] demonstrationes eædem accommodabuntur. quare, juxta omnes possibiles diversitates, ex jam demonstratis manifesto constabit propositum.




## ΠΡΟΤΑΣΙΣ νε'.

Ἐὰν ἀντικείμεναι ἀντικειμένων κατὰ δύο ἐπιψαύωσι, καθ' ἕτερον σημεῖον οὐ συμπεσοῦνται.

## Prop. LV. *Theor.*

**Si sectiones oppositæ oppositas contingant in duobus punctis; in alio puncto sibi ipsis non occurrent.**

ΕΣΤΩΣΑΝ ἀντικείμεναι αἱ ΑΒ, ΓΔ, καὶ ἕτεραι αἱ ΑΓ, ΕΖ, καὶ ἐφαπτέσθωσαν πρῶτον, ὡς

SINT oppositæ sectiones ΑΒ, ΓΔ, & aliæ ΑΓ, ΕΖ; & primum in punctis Α, Γ sese contingant,

gant, ut in prima figura. quoniam enim ΑΓ utramque ΑΒ, ΓΔ contingit in punctis Α, Γ: sectio igitur ΕΖ [per 49.4.huj.] neutri ipsarum ΑΒ, ΓΔ occurret.

Contingant autem sese, ut in secunda figura. pari modo demonstrabitur [per 51.4.huj.] ΓΔ ipsi ΕΖ non occurrere.

* [Sed contingant, ut in —— figura, sectio quidem ΓΑ sectionem ΑΒ in Α: sectio vero Δ ipsam ΕΖ in Ζ. quoniam igitur ΑΓ contingit ΑΒ, convexa habens è regione sita; ΕΖ sectioni ΑΒ non occurret. rursus quoniam ΖΔ contingit ΕΖ, non occurret sectio ΓΑ sectioni ΔΖ.]

ἐπὶ τοῦ πρώτου σχήματος, κατὰ τὰ Α, Γ. ἐπεὶ οὖν ἡ ΑΓ ἑκατέρας τῶν ΑΒ, ΓΔ ἐφάπτεται κατὰ τὰ Α, Γ σημεῖα· ἡ ΕΖ ἄρα οὐδετέρᾳ τῶν ΑΒ, ΓΔ συμπεσεῖται.

Ἐφαπτέσθωσαν δὲ, ὡς ἐπὶ τοῦ δευτέρου. ὁμοίως δὴ δειχθήσεται, ὅτι ἡ ΓΔ τῇ ΕΖ οὐ συμπεσεῖται.

* [Ἐφαπτέσθωσαν δὲ, ὡς ἐπὶ τοῦ —— σχήματος. ἡ μὲν ΓΑ τῆς ΑΒ κατὰ τὸ Α, ἡ δὲ Δ τῆς ΕΖ κατὰ τὸ Ζ. ἐπεὶ οὖν ἡ ΑΓ τῆς ΑΒ ἐφάπτεται, ἀντεστραμμένα τὰ κυρτὰ ἔχουσα, ἡ ΕΖ τῇ ΑΒ οὐ συμπεσεῖται. πάλιν ἐπεὶ ἡ ΖΔ τῆς ΕΖ ἐφάπτεται, ἡ ΓΑ τῇ ΔΖ οὐ συμπεσεῖται.]




Denique si ΑΓ contingat ΑΒ in Α, & ΕΖ contingat ΕΔ in Ε, habentes concava ad easdem partes, ut in tertia figura; in alio puncto sibi ipsis [per 50.4.huj.] non occurrent: neque quidem ΕΖ occurret ipsi ΑΒ. juxta omnes igitur diversitates, ex jam demonstratis constabit illud quod proponebatur.

Εἰ δὲ ἡ μὲν ΑΓ τῆς ΑΒ ἐφάπτηται κατὰ τὸ Α, ἡ δὲ ΕΖ τῆς ΕΔ κατὰ τὸ Ε, καὶ ἔχωσιν ἐπὶ τὰ αὐτὰ τὰ κοῖλα, ὡς ἐπὶ τοῦ τρίτου σχήματος· καθ' ἕτερον οὐ συμπεσοῦνται· οὐδὲ μὲν ἡ ΕΖ τῇ ΑΒ συμπεσεῖται. κατὰ πάσας οὖν τὰς ἐνδεχομένας διαστολὰς δῆλόν ἐστιν ἐκ τῶν δεδειγμένων τὸ προτεθέν.

* Nescio cujus interpolatoris vitio factum est, ut in omnibus Codicibus tam *Græcis* & *Latinis* quam *Arabicis*, reperiatur casus ille tertius, quem uncis inclusum ut spurium & *Apollonio* nostro indignum abolendum censemus, nec schemate dignamur. Propositione enim LII$^{da}$ hujus liquido patet, impossibile esse, si hyperbolæ duæ sese extrinsecus contingant, ut sectiones iisdem oppositæ vel conveniant vel sese contingant.

APOL-

# APOLLONII PERGÆI
# CONICORUM
## LIBRI TRES POSTERIORES
(Sc. V$^{tus}$. VI$^{tus}$. & VII$^{mus}$.)

EX

ARABICO SERMONE

IN

LATINUM CONVERSI,

CUM

PAPPI ALEXANDRINI

*LEMMATIS.*

SUBJICITUR

LIBER CONICORUM OCTAVUS

RESTITUTUS.

---

Opera & ſtudio EDMUNDI HALLEII apud *Oxonienſes*
Geometriæ Profeſſoris *Saviliani*.

---

MAXIME REVERENDO

IN CHRISTO PATRI AC DOMINO

# D. *NARCISSO MARSH*,

ARCHIEPISCOPO *ARMACHANO*

ET

TOTIUS *HIBERNIÆ* PRIMATI,

ARTIUM MATHEMATICARUM

FAUTORI SUMMO,

SUIQUE ORDINIS PROPE UNICO,

HANC

QUINTI, SEXTI ET SEPTIMI LIBRI

CONICORUM APOLLONII

VERSIONEM,

E CODICE SUO ARABICO PRÆSTANTISSIMO

ADORNATAM,

Ea qua par eſt reverentia & obſervantia

Humillime offert

*EDM. HALLEIUS.*

a

# LECTORI S.

P*Ræstantissimus ille Codex* Armachanus, *ex quo sequentem Versionem adornavimus, in orâ libri charactere majusculo hunc titulum præ se fert.*

كتب المخروطات لنصير الدين الطوسي

"*Liber Conicorum juxta* Nasir-eddîn Tusæum." *Et tam in principio quam fine libb.* V$^{ti}$. VI$^{ti}$. & VII$^{mi}$. *occurrunt hæc verba.*

كتب ابلونيوس في المخروطات اخرج ثابت بن قره واصلاح بني موسي

"*Liber* Apollonii *de Conicis. Traduxit* Thebit ben Corah, *emendavit vero* Beni "Moses." *In calce autem legitur Epiloge, quæ quasi Historiola est, quâ manu, quo loco & tempore descriptus fuit ille Codex: atque hoc modo se habet, Interprete D*$^{no}$ Sike LL. D. *viro omnigenâ literaturâ perpolito, Linguarum Orientalium peritissimo, &* Hebraicæ *apud* Cantabrigienses *Professore dignissimo.*

'*Hæc est narratio, quam in fine hujus libri scripsit* Muley *maximus* Nasir-eddîn' (*hic dictus* نصير الحق والدين). "*Absolvit scriptor harum linearum* Mohammed "Ebn Mohammed Ebn Al-Hasan Tusæus *complere hunc librum & corrigere hoc "exemplar, auxilio Dei & optimo adjutorio ejus, die* 21. *mensis* Dhi'lhajje *anni* 645, "(*anno Chr.* 1248. *Mart.* 9.) *Inceperat eo describendo occupari die* 12$^{mo}$ *mensis* Rabiae "*prioris ejusdem anni,* (*Chr.* 1247. *Aug.* 16.) *nec tamen ei vacavit amplius quam duas "tertias partes ejus intervalli. Absolvit autem scribere Scholia in hoc exemplar, ac dispo- "nere & corrigere figuras ejus,* Achmed Ebn Aly Abu'lfaraj Mohammed, *qui cogno- "minatur* Ebno'lbawwâb Bagdadensis (*Deus fortunet statum ejus*) *mense* Moharram "*anni* 662. (*Chr.* 1263. *Octob.*) *laudans Deum pro beneficiis ejus, & orans pro propheta "ejus electo* Mohammede *& familia ejus. Laus Deo, & pax super servis ejus electis: "fiducia nostra est Deus & optimus protector.*

"*Absolutum est exemplar hoc, in urbe* Marága, *feria secunda, die decimo mensis* Shaa- "bân *anno* 702, (*Chr.* 1303. *Mart.* 30.) *mensis* Persici Chordâd *die* Asmôn.

*Ad marginem autem paginæ ultimæ ascribuntur hæc verba,*

وجدت مكتوبا علي اخر نسخة الذي نسخت منه هذه النسخة واما المقالة

hoc est, الثامنة من الكتاب لم تنقل الي العربي فلم توجد في اليوناني

"*Scriptum legitur in calce exemplaris unde descriptum est hoc exemplar. Partem octa- "vam hujus libri in* Arabicum *non traductam fuisse, quia etiam in* Græco *non reperta "est." Adeo ut de octavo libro recuperando vix ulla spes sit.*

*Porro urbs* Marága, *in qua ante quadringentos annos nobile hoc Conicorum exemplar scriptum dicitur, est in confiniis* Mediæ *&* Assyriæ, *sub Long.* 82$^{gr}$. *& Lat.* 37$\frac{1}{3}^{gr}$. *Urbs autem* Tûs, *unde ortus* Nasir-eddîn, *in eadem fere Latitudine ac* Marága *sita, Longitudinem habet* 92$\frac{1}{2}^{gr}$. *civitate* Bagdâd *habente* 80$^{gr}$. *juxta Tabulas* Persicas *Geographicas à* Gravio *nostro editas.*

Benigne igitur velim accipias hoc quicquid est operis, ab oriente ad nos advectum & hoc unico (quod scimus) exemplari feliciter conservatum; & nostris quæso in eo interpretando & luce donando conatibus faveas. Errata quæ operarum incuriâ irrepserunt, aut nobis forsan quandoque minus perspicacibus exciderunt, ne ægre feras hoc modo corrigere.

*Pag.* 4. lin. 13. *lege,* pro ΓΖ, ΓΣ. *p.* 14. *l.* 48. pro ΓΣΠ, ΓΞΠ. *p.* 16. *l.* 13. pro *quadratum igitur ex* ξΔ, *leg.* Excessus igitur quadrati ex ΓΔ supra quadratum ex ξΔ. *Prop.* 25. in Schem. Hyperb. fiat Α pro Λ. *p.* 24. *l.* 4. pro ΒΖ, ΒΕ. *p.* 42. *l.* 12. pro 11$^{am}$, 10$^{am}$. *p.* 66. *l.* 38. pro ΑΖ, ΛΖ. *p.* 77. *l.* 7. pro ΜΞ, ΜΧ. *p.* 91. *l.* 5. pro ΗΖΚ, ΖΗΚ. *p.* 92. *l.* 13. pro *quadr. ex* ΓΔΑ, rectangulum ΓΛΑ. *p.* 97. *l.* 13. pro *majorem,* minorem. *p.* 100. *l.* 17. pro 12am, 21am. *p.* 108. *l.* 38. pro *latus ejus rectum,* latere ejus recto. *p.* 113. *l.* 4. pro ΑΒ, ΑΓ. *p.* 123. *l.* penult. pro *recti datur: ab, leg.* recti: datur ab. *p.* 126. *l.* 43. pro *major,* minor.

[ ]

# ΠΑΠΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ ΛΗΜΜΑΤΑ ΕΙΣ ΚΩΝΙΚΩΝ ΤΟ ΠΕΜΠΤΟΝ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ ΠΕΡΓΑΙΟΥ.

# PAPPI ALEXANDRINI LEMMATA IN QUINTUM LIBRUM CONICORUM APOLLONII PERGÆI.

### ΛΗΜΜΑ α'.

Τρίγωνον τὸ ΑΒΓ, καὶ κάθετος ἤχθω ἡ ΑΔ. λέγω ὅτι εἰ μὲν ἴσον ἐστὶ τὸ ὑπὸ ΒΔΓ τῷ ἀπὸ ΑΔ τετραγώνῳ, γίνεται ὀρθὴ ἡ Α γωνία· εἰ δὲ μεῖζον, ἀμβλεῖα· εἰ δὲ ἔλασσον, ὀξεῖα.

ΕΣΤΩ πρότερον ἴσον, ἀνάλογον ἄρα καὶ περὶ ἴσας γωνίας, ἴση ἄρα ἐστὶν ἡ Α γωνία τῇ πρὸς τῷ Δ· ὥστε ὀρθή ἐστιν ἡ πρὸς τῷ Α γωνία. ἀλλὰ ἔστω μεῖζον, καὶ αὐτῷ ἴσον κείσθω τὸ ἀπὸ ΔΕ· καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΒΕ, ΕΓ. ἔσται ἄρα ὀρθὴ ἡ ὑπὸ ΒΕΓ γωνία, καὶ αὐτῆς μείζων ἡ Α γωνία. ἀλλὰ ἔστω πάλιν ἔλασσον καὶ αὐτῷ ἴσον κείσθω τὸ ἀπὸ ΔΖ, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΒΖ, ΖΓ· ἔσται δὴ ὀρθὴ ἡ ὑπὸ ΒΖΓ γωνία, καὶ αὐτῆς ἐλάσσων ἡ πρὸς τῷ Α γωνία· ὀξεῖα ἄρα ἐστὶν ἡ Α γωνία.

### LEMMA I.

Sit ΑΒΓ triangulum, ac ducatur cathetus ΑΔ. Dico quod si rectangulum ΒΔΓ æquale sit quadrato ex ΑΔ, erit angulus ad Α rectus; si majus fuerit eo, obtusus; sin minus, acutus.

PRIMO sit æquale, ac ΒΔ erit ad ΑΔ sicut ΑΔ ad ΔΓ, & sunt circa æquales angulos, quare angulus ad Α æqualis est angulo ad Δ: ac propterea angulus ad Α rectus est. Sed sit majus, eique æquale fiat quadratum ex ΔΕ, & jungantur ΒΕ, ΕΓ; erit igitur angulus ΒΕΓ rectus, adeoque




angulus ad Α obtusus sive recto major est. Si vero minus fuerit, ipsi æquale ponatur quadratum ex ΔΖ, & jungantur ΒΖ, ΖΓ; ac angulus ΒΖΓ rectus erit, eoque minor est angulus ad Α: ac proinde angulus ad Α acutus. Q. E. D.

### ΛΗΜΜΑ β.

Θέσει οὐσῶν [πρὸς ὀρθὰς] δύο εὐθειῶν τῶν ΑΒ, ΒΓ, καὶ σημείου δοθέντος τοῦ Δ, γράψαι διὰ τοῦ Δ ὑπερβολὴν περὶ ἀσυμπτώτους τὰς ΑΒ, ΒΓ.

ΓΕγονέτω· κέντρον ἄρα αὐτῆς ἐστὶ τὸ Β. ἐπεζεύχθω ἡ ΔΒ καὶ ἐκβεβλήσθω, διάμετρος ἄρα ἐστί· κείσθω τῇ ΔΒ ἴση ἡ ΒΕ· δοθεῖσα ἄρα ἐστὶν, ὥστε δοθέν ἐστι τὸ Ε καὶ πέρας τῆς διαμέτρου. ἤχθω ἀπὸ τοῦ Δ ἐπὶ τὴν ΒΓ κάθετος ἡ ΔΖ· δοθὲν ἄρα ἐστὶ τὸ Ζ. καὶ κείσθω τῇ ΒΖ ἴση ἡ ΖΓ· δοθὲν ἄρα ἐστὶ καὶ τὸ Γ. καὶ ἐπιζευχθεῖσα ἡ ΓΔ ἐκβεβλήσθω ἐπὶ τὸ Α· θέσει ἄρα ἐστίν. θέσει δὲ καὶ ἡ ΑΒ, δοθὲν ἄρα ἐστὶ τὸ Α. ἔστι δὲ καὶ τὸ Γ δοθὲν, δέδοται ἄρα ἡ ΑΓ τῷ μεγέθει. καὶ ἔσται ἴση ἡ ΑΔ τῇ ΔΓ, διὰ τὸ καὶ τὴν ΒΖ τῇ ΖΓ ἴσην εἶναι. ἔστω δὴ ὀρθία τῆς πρὸς τῇ ΒΔ εἴδους ἡ ΔΗ, ἑκατέρα ἄρα τῶν ΑΔ, ΔΓ δυνάμει ἐστὶ τὸ τέταρτον τοῦ ὑπὸ ΒΔΗ·

### LEMMA II.

Duabus rectis ΑΒ, ΒΓ invicem normalibus positione datis, ac dato puncto Δ, describere per Δ hyperbolam circa asymptotos ΑΒ, ΒΓ.

PUta factum: ac centrum ejus erit Β. Jungatur igitur recta ΒΔ producaturque, quæ proinde diameter erit. Ponatur ΒΕ ipsi ΒΔ æqualis, quare data est; unde & datum punctum Ε diametri terminus est. De Δ super rectam ΒΓ demittatur cathetus ΔΖ, ac fiat ΖΓ ipsi ΒΖ æqualis, ac datum erit punctum Γ. juncta autem & producta recta ΓΔ ad punctum Α, recta ΓΑ data erit positione; ac recta ΑΒ datur positione, quare punctum Α datur. Datur etiam punctum Γ, adeoque recta ΑΓ datur magnitudine. erit quoque ΑΔ ipsi ΔΓ æqualis, ob ΒΖ ipsi ΖΓ æqualem. Sit jam ΔΗ latus rectum figuræ diametri ΔΕ; poterit igitur utraque ΑΔ, ΔΓ quartam partem rectanguli

anguli ΕΔΗ. sed & eædem possunt quartam partem quadrati ex ΑΓ, quare rectangulum sub ΕΔΗ æquale est quadrato ex ΑΓ. Datum autem est quadratum ex ΑΓ, datum igitur rectangulum ΕΔΗ; unde datâ rectâ ΕΔ data quoque est ΗΔ, ac punctum Η datum. [a] datis autem positione duabus rectis ΕΔ, ΔΗ in eodem plano ad angulos rectos inter se constitutis, per datum punctum Δ & sub angulo ΑΔΒ fit hyperbola, cujus diameter est ΕΔ, vertex vero Δ, ordinatim autem applicatæ ducuntur sub angulo dato ΑΔΒ, ac possunt spatia ipsi ΔΗ adjacentia, latitudinesque habentia eas quas puncto Δ conterminas ipsæ ordinatim applicatæ è diametro productâ abscindunt, excedentia vero figuris similibus figuræ ΕΔΗ, data est igitur positione sectio hyperbolica.

ἀλλὰ καὶ τοῦ ἀπὸ ΑΓ, ἴσον ἄρα ἐστὶ τὸ ὑπὸ ΕΔΗ τῷ ἀπὸ ΑΓ τετραγώνῳ. δοθὲν δὲ τὸ ἀπὸ ΑΓ τετράγωνον, δοθὲν ἄρα καὶ τὸ ὑπὸ ΕΔΗ. καὶ ἔστι δοθεῖσα ἡ ΕΔ, δοθεῖσα ἄρα καὶ ἡ ΗΔ, ὥστε δοθὲν τὸ Η. [a] ἐπεὶ οὖν θέσει δεδομένων δύο εὐθειῶν ἐν ἐπιπέδῳ τῶν ΕΔ, ΔΗ ὀρθῶν ἀλλήλαις κειμένων, καὶ ἀπὸ δοθέντος τοῦ Δ ὑπὸ τῆς ΑΔΒ γωνίας γίνεται ὑπερβολή, ἧς διάμετρος μὲν ἡ ΕΔ, κορυφὴ δὲ τὸ Δ, αἱ δὲ καταγόμεναι κατάγονται ἐν τῇ δοθείσῃ γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ΑΔΒ, δυνάμεναι τὰ παρὰ τὴν ΔΗ παρακείμενα, πλάτη ἔχοντα ἃ αὗται ἀφαιροῦσιν ἀπὸ τῆς ἐπ' εὐθείας τῆς διαμέτρου πρὸς τὸ Δ, ὑπερβάλλοντα εἴδει ὁμοίῳ τῷ ὑπὸ ΕΔΗ. θέσει ἄρα ἐστὶν ἡ τομή.




[b] Componetur autem problema hoc modo. Sint duæ rectæ positione datæ ΑΒ, ΒΓ; punctum autem datum Δ; ac juncta ΒΔ producatur ad Ε; ipsique ΒΔ æqualis fiat ΒΕ; & demittatur normalis ΔΖ, ac fiat ΓΖ ipsi ΒΖ æqualis. jungatur ΓΔ & producatur ad Α, ipsique ΔΕ aptetur ΔΗ, ita ut quadratum ex ΑΓ æquale sit rectangulo ΕΔΗ; & diametro ΔΕ describatur hyperbola, modo in analysi dicto. Dico hanc sectionem problema efficere. Quoniam enim ΒΖ ipsi ΖΓ æqualis est, erunt etiam ΑΔ, ΔΓ æquales: utraque igitur ΑΔ, ΔΓ, potens quartam partem quadrati ex ΑΓ, poterit quartam partem rectanguli ΕΔΗ, nempe figuræ super diametrum ΔΕ factæ. Hoc autem ita se habente, demonstratum, est in secundo libro Conicorum, hyperbolæ asymptotos esse rectas ΑΒ, ΒΓ.

[b] Συντεθήσεται δὲ τὸ πρόβλημα οὕτως. Ἔστωσαν αἱ τῇ θέσει δύο εὐθεῖαι αἱ ΑΒ, ΒΓ, τὸ δὲ δοθὲν τὸ Δ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΒΔ καὶ ἐκβεβλήσθω ἐπὶ τὸ Ε, καὶ αὐτῇ ἴση κείσθω ἡ ΒΕ. καὶ ἤχθω κάθετος ἡ ΔΖ, καὶ τῇ ΒΖ ἴση κείσθω ἡ ΖΓ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΓΔ καὶ ἐκβεβλήσθω ἐπὶ τὸ Α· καὶ τῇ ΔΕ προσανήχθω ἡ ΔΗ, καὶ τῷ ἀπὸ ΑΓ ἴσον κείσθω τὸ ὑπὸ ΕΔΗ· καὶ γεγράφθω, ὡς ἐν τῇ ἀναλύσει λέγομεν, περὶ διάμετρον ΔΕ ὑπερβολή. λέγω ὅτι ποιεῖ τὸ πρόβλημα. Ἐπεὶ γὰρ ἴση ἐστὶν ἡ ΒΖ τῇ ΖΓ, ἴση ἄρα ἐστὶν καὶ ἡ ΑΔ τῇ ΔΓ· ἑκατέρα ἄρα τῶν ἀπὸ ΑΔ, ΔΓ δυνάμει τὸ τέταρτόν ἐστιν τοῦ ἀπὸ τῆς ΑΓ τετραγώνου, καὶ ἔστι τοῦ ὑπὸ ΕΔΗ, τουτέστι τοῦ πρὸς τῇ ΕΔ διαμέτρῳ εἴδους. Ἐὰν δὲ ᾖ τοῦτο, [c] δέδεικται ἐν τῷ δευτέρῳ ὅτι ἀσύμπτωτοί εἰσιν αἱ ΑΒ, ΒΓ τῆς ὑπερβολῆς.

## LEMMA III.

Sit recta ΑΒ positione data, ac punctum Γ datum; ac, ductâ rectâ ΒΓ, sit recta ΒΔ data: & erigatur normalis ΔΕ. Dico punctum Ε contingere hyperbolam per punctum Γ transeuntem.

SIT ΓΖ normalis, ipsique ΒΔ æqualis ponatur ΖΑ; datur itaque punctum Α: & erectâ normali ΑΗ, dabitur positione recta ΑΗ, occurrens ipsi ΒΓ productæ ad punctum Η: datis igitur positione rectis ΑΒ, ΑΗ, hyperbola, per datum punctum Γ asymptotis ΑΒ, ΑΗ descripta, transibit per punctum Ε; quia ΕΗ ipsi ΒΓ æqualis est, ob totam ΒΕ toti ΗΓ æqualem. Hoc autem ex præcedente manifestum est.

## ΛΗΜΜΑ γ'.

Θέσει εὐθεῖα ἡ ΑΒ, καὶ δοθὲν τὸ Γ· διήχθω ἡ ΒΓ, καὶ κείσθω δοθεῖσα ἡ ΒΔ, ὀρθὴ δὲ ἀνήχθω ἡ ΔΕ. ὅτι τὸ Ε ἅπτεται θέσει κώνου τομῆς ὑπερβολῆς ἐρχομένης διὰ τοῦ Γ.

Ἤχθω κάθετος ἡ ΓΖ, καὶ τῇ ΒΔ ἴση κείσθω ἡ ΖΑ· δοθὲν ἄρα ἐστὶ τὸ Α. ἀνήχθω ὀρθὴ ἡ ΑΗ· θέσει ἄρα ἐστὶν ἡ ΑΗ συμπίπτουσα τῇ ΒΓ, ἥτις ἐκβεβλήσθω κατὰ τὸ Η· καὶ θέσει δοθεισῶν τῶν ΒΑ, ΑΗ, καὶ σημείου δοθέντος τοῦ Γ, ὑπερβολὴ περὶ ἀσυμπτώτους ΗΑ, ΑΒ ἐλεύσεται ἄρα καὶ διὰ τοῦ Ε, διὰ τὸ ἴσην εἶναι τὴν ΒΓ τῇ ΕΗ, ἐπεὶ καὶ ὅλη ΒΕ τῇ ΗΓ. καὶ ἔσται διὰ τὸ προγεγραμμένον.




Componetur autem hoc modo. Sit ΑΒ recta positione data, & punctum datum Γ; sitque ΒΓ recta ducta, data autem recta sit Θ. demissâ normali ΓΖ, ipsi Θ æqualis fiat ΖΑ; & ad angulos rectos erigatur ΑΗ occurrens rectæ ΒΓ productæ in Η: dein asymptotis ΗΑ, ΑΒ, per punctum Γ intra datum, describatur hyperbola. Dico eam problemati satisfacere, hoc est, si demittatur cathetus aliqua ΕΔ, semper fiet ΒΔ ipsi Θ æqualis. Hoc autem manifestum est propter asymptotos; æquales enim sunt ΕΗ, ΓΒ, adeoque ΑΔ ipsi ΖΒ æqualis: tota igitur ΑΖ, hoc est recta Θ, æqualis est toti ΒΔ.

Συντεθήσεται δὴ οὕτως. Ἔστω ἡ μὲν τῇ θέσει δεδομένη εὐθεῖα ἡ ΑΒ, τὸ δοθὲν τὸ Γ, ἡ δὲ διηγμένη ἡ ΒΓ, ἡ δὲ δοθεῖσα ἡ Θ· καὶ αὐτῇ ἴση ἔστω, καθέτου ἀχθείσης τῆς ΓΖ, ἡ ΖΑ· καὶ ὀρθὴ ἀνήχθω ἡ ΑΗ· συμπιπτέτω δὲ τῇ ΒΓ ἐκβληθείσῃ κατὰ τὸ Η· καὶ περὶ ἀσυμπτώτους τὰς ΗΑ, ΑΒ διὰ δοθέντος τοῦ Γ γεγράφθω ὑπερβολή. λέγω ὅτι ποιεῖ τὸ πρόβλημα, τουτέστιν ὅτι, οἵα ἂν κάθετος ἀχθῇ ἡ ΕΔ, ἴση γίνεται ἡ ΒΔ τῇ Θ. τοῦτο δὲ φανερὸν διὰ τὰς ἀσυμπτώτους, ἴση γὰρ ἡ ΕΗ τῇ ΓΒ, ὥστε καὶ ἡ ΑΔ τῇ ΖΒ· καὶ ὅλη ἄρα ἡ ΑΖ, τουτέστιν ἡ Θ, ἴση ἐστὶ τῇ ΒΔ.

a Vide Prop. LIII. Lib. primi. b Vide Prop. IV. Lib. secundi. c Vide Prop. I. Lib. secundi.

## ΛΗΜΜΑ δʹ.

Εστω ὡς ἡ ΒΑ πρὸς τὴν ΑΓ οὕτως τὸ ἀπὸ ΒΔ πρὸς τὸ ἀπὸ ΔΓ. ὅτι τῶν ΒΑ, ΑΓ μέση ἀνάλογόν ἐστιν ἡ ΑΔ.

Κείσθω τῇ ΓΔ ἴση ἡ ΔΕ. κατὰ διαίρεσιν ἄρα γίνεται ὡς ἡ ΒΓ πρὸς τὴν ΓΑ, τοῦτ᾽ ἔστιν ὡς τὸ ὑπὸ ΓΒΕ πρὸς τὸ ὑπὸ ΑΓ, ΕΒ, οὕτω τὸ ὑπὸ ΓΒΕ πρὸς τὸ ἀπὸ ΕΔ· ἴσον ἄρα ἐστὶν τὸ ὑπὸ ΑΓ, ΕΒ τῷ ἀπὸ ΔΕ, τουτέστι τῷ ὑπὸ ΓΔΕ. ἀνάλογον καὶ συνθέντι ἄρα ἐστὶν ὡς ἡ ΒΔ πρὸς τὴν ΔΓ οὕτως ἡ ΔΑ πρὸς ΑΓ· ὅλη ἄρα πρὸς ὅλην ἐστὶν ὡς ἡ ΒΑ πρὸς τὴν ΑΔ οὕτως ἡ ΑΔ πρὸς τὴν ΑΓ· ὥστε τῶν ΒΑ, ΑΓ μέση ἀνάλογόν ἐστι ἡ ΑΔ.




## LEMMA IV.

Sit ut ΒΑ ad ΑΓ ita quadratum ex ΒΔ ad quadratum ex ΔΓ. Dico ΑΔ mediam esse proportionalem inter ΒΑ & ΑΓ.

Fiat ΔΕ ipsi ΓΔ æqualis; ac dividendo erit ut ΒΓ ad ΓΑ, hoc est, ut rectangulum ΓΒΕ ad rectangulum sub ΑΓ, ΕΒ ita (per sextam II. Elem.) rectangulum ΓΒΕ ad quadratum ex ΕΔ: quare rectangulum sub ΑΓ, ΕΒ æquale est quadrato ex ΔΕ, hoc est rectangulo ΓΔΕ. ob proportionales igitur & componendo, erit ut ΒΔ ad ΔΕ sive ΔΓ, ita ΔΑ ad ΑΓ: quapropter tota ΒΑ ad totam ΑΔ erit in eadem ratione ΑΔ ad ΑΓ; ita ut ΑΔ media proportionalis sit inter ΒΑ, ΑΓ.

## ΛΗΜΜΑ εʹ.

Εστω τὸ ὑπὸ ΑΒΓ ἴσον τῷ δὶς ἀπὸ ΑΓ. ὅτι ἴση ἐστὶν ἡ ΑΓ τῇ ΓΒ.

Κείσθω τῇ ΑΓ ἴση ἡ ΑΔ· ἔσται ἄρα τὸ ὑπὸ ΔΓΑ ἴσον τῷ ὑπὸ ΑΒΓ. καὶ παρὰ τὴν αὐτήν. ἴση ἄρα ἐστὶ ἡ ΔΑ, τουτέστιν ἡ ΑΓ, τῇ ΓΒ.




## LEMMA V.

Sit rectangulum ΑΒΓ duplum quadrati ex ΑΓ. Dico ΑΓ ipsi ΓΒ æqualem esse.

Fiat ΑΔ ipsi ΑΓ æqualis: erit itaque rectangulum ΓΔΑ æquale rectangulo ΑΒΓ. & applicato utroque ad eandem rectam ΑΓ, erit ΑΔ ipsi ΑΓ æqualis etiam rectæ ΓΒ æqualis.

## ΛΗΜΜΑ ϛʹ.

• Περὶ τὰς αὐτὰς ἀσυμπτώτους τὰς ΑΒ, ΒΓ ὑπερβολαὶ γεγράφθωσαν αἱ ΔΕ, ΔΖ· λέγω ὅτι οὐ συμβάλλουσιν ἀλλήλαις.

Εἰ γὰρ δυνατὸν συμπιπτέτωσαν ἀλλήλαις κατὰ τὸ Δ· καὶ ἀπὸ τοῦ Δ διήχθω εἰς τομὰς εὐθεῖα ἡ ΑΔΕΖΓ· ἔσται δή, διὰ μὲν τὴν ΔΖ τομήν, ἴση ἡ ΑΔ τῇ ΖΓ· διὰ δὲ τὴν ΔΕ τομήν, ἴση ἡ ΑΔ τῇ ΕΓ. ὥστε ἡ ΓΖ τῇ ΓΕ ἴση ἐστίν, ὅπερ ἀδύνατον· οὐκ ἄρα συμβάλλουσιν αἱ τομαὶ ἀλλήλαις.




Λέγω δὲ ὅτι καὶ εἰς ἄπειρον αὐξόμεναι ἔγγιον προσάγουσιν ἑαυταῖς, καὶ εἰς ἔλαττον ἀφικνοῦνται διάστημα. ἤχθω γάρ τις καὶ ἑτέρα ἡ ΘΝΚ, καὶ ἔστω ἡ διάμετρος ΜΝ, ἧς πέρας τὸ Μ [ἔστω καὶ τῆς ΔΠΖ διάμετρος ἡ ΠΗ·] ἔσται ἄρα ὡς μὲν τὸ ὑπὸ ΜΛΝ πρὸς τὸ ἀπὸ ΛΞ οὕτως ἡ πλαγία πρὸς τὴν ὀρθίαν, ὡς δὲ τὸ ὑπὸ ΗΟΠ πρὸς τὸ ἀπὸ ΟΡ οὕτως ἡ πλαγία πρὸς τὴν ὀρθίαν. ὥστε ἐστὶ ὡς τὸ ὑπὸ ΜΛΝ πρὸς τὸ ἀπὸ ΛΞ οὕτω τὸ ὑπὸ ΗΟΠ πρὸς τὸ ἀπὸ ΟΡ, καὶ ἐναλλάξ. μεῖζον δέ ἐστι τὸ ὑπὸ ΜΛΝ τοῦ ὑπὸ ΗΟΠ, * μεῖζον ἄρα ἐστὶν ἡ ΖΞ τῆς ΘΣ· καὶ διὰ τὰς τομάς, ἴσον ἐστὶ τὸ ὑπὸ ΖΞΔ τῷ ὑπὸ ΣΘΡ, [ἑκάτερον γὰρ τῷ ἀπὸ ΠΤ ἴσον·] ἐλάσσων ἄρα ἐστὶ ἡ ΞΔ τῆς ΘΡ· ὥστε ἀεὶ εἰς ἔλαττον ἀφικνοῦνται διάστημα· ἀλλὰ καὶ παράκεινται, αἱ γὰρ ἑκατέρα αὐτῶν ταῖς ἀσυμπτώτοις ἔγγιον προσάγει, δηλονότι καὶ ἑαυταῖς.




## LEMMA VI.

Circa easdem asymptotos ΑΒ, ΒΓ describantur hyperbolæ ΔΕ, ΔΖ. Dico eas non occurrere invicem.

Nam si fieri possit, conveniant in puncto Δ, & per Δ ducatur ad sectiones recta ΑΔΕΖΓ; erit igitur, propter sectionem ΔΖ, recta ΑΔ ipsi ΖΓ æqualis. verum, propter sectionem ΔΕ, eadem ΑΔ ipsi ΕΓ æqualis erit, adeoque ΓΖ ipsi ΓΕ æqualis: quod impossibile est. hæ sectiones igitur non concurrunt inter se.

Dico quoque quod eædem in infinitum productæ semper invicem propiores fiunt, & ad minorem procedunt distantiam. Ducatur enim alia hyperbola ΘΝΚ, sitque diameter ejus ΜΝ, cujus terminus Μ; ac sit ΗΠ diameter hyperbolæ ΔΠΖ: erit igitur rectangulum ΜΛΝ ad quadratum ex ΛΞ, ut diameter transversa ad latus rectum; & ut rectangulum ΗΟΠ ad quadratum ex ΟΡ ita diameter transversa ad latus rectum: quare rectangulum ΜΛΝ est ad quadratum ex ΛΞ ut rectangulum ΗΟΠ ad quadratum ex ΟΡ, ac permutando. sed rectangulum ΜΛΝ majus est rectangulo ΗΟΠ, * quare ΖΞ major est quam ΘΣ: ac propter sectiones, rectangulum ΖΞΔ rectangulo ΣΘΡ æquale est [utrumque enim quadrato ex ΠΤ æquale] quapropter ΞΔ minor est quam ΘΡ. semper igitur sectiones accedunt invicem ad minora intervalla, sibique adjacent. nam si utraque earum asymptotis semper propius accedit, manifestum est & sibi ipsis semper appropinquare.

* Manca

* *Manca est hæc demonstratio: placuit igitur aliam hic subjicere, ab antiquâ & integrâ* Pappi, *ut ex vestigiis ejus conjicere licet, non multum diversam.*

Quoniam enim sectiones sunt circa easdem asymptotos, erit ut rectangulum MAN ad quadratum ex ΑΞ ita rectangulum ΗΛΠ ad quadratum ex ΛΔ. pariterque ut rectangulum MON ad quadratum ex ΟΘ ita rectangulum ΗΟΠ ad quadratum ex ΟΡ, sunt enim omnia in ratione lateris transversi ad latus rectum: reliquum igitur ad reliquum erit in eadem ratione. quare ut latus transversum ad rectum ita differentia rectangulorum MAN, ΗΛΠ ad differentiam quadratorum ex ΑΞ, ΛΔ, hoc est [per 6. II. El.] ad rectangulum ΖΞΔ; & ita differentia rectangulorum MON, ΗΟΠ ad differentiam quadratorum ex ΟΘ, ΟΡ, sive rectangulum ΣΘΡ. Sed differentia rectangulorum MAN, ΗΛΠ æqualis est differentiæ rectangulorum MON, ΗΟΠ; semper enim [per *Pappi* Lem. 4. in Lib. III.] æqualis est rectangulo MΠΝ: est igitur rectangulum ΖΞΔ æquale rectangulo ΣΘΡ. Verum ΖΞ major est quam ΣΘ, adeoque ΞΔ minor est quam ΘΡ. Quapropter hæ sectiones semper accedunt invicem ad minora intervalla.

*Aliter & brevius.*

Propter Hyperbolas, ΑΡ æqualis est ipsi ΣΓ [per 8. II. huj.] ac ΑΘ ipsi ΚΓ; ac proinde reliqua ΘΡ reliquæ ΣΚ æqualis est, quocunque modo duxeris rectam ΑΓ. Est autem [per 10. II. huj.] rectangulum ΣΑΡ semper æquale rectangulo ΖΥΔ, ac rectangula ΚΑΘ, ΕΥΞ sunt ubique æqualia, quare & eorundem differentiæ semper æquales sunt. Sed [per *Pappi* Lem. 4. in III. huj.] differentia rectangulorum ΣΑΡ, ΚΑΘ æqualis est rectangulo ΣΘΡ, & differentia rectangulorum ΖΥΔ, ΕΥΞ æqualis est rectangulo ΖΞΔ, adeoque rectangula ΣΘΡ, ΖΞΔ sunt ubique æqualia: unde patet ΞΔ minorem esse quam ΘΡ. Ac manifestum est hyperbolam ΔΠΖ ubique intra hyperbolam ΞΝΕ constitui, quia rectangulum ΑΘΓ ubique minus est rectangulo ΑΡΓ.

## LEMMA VII.

Sit ut AB ad BΓ ita ΔE ad EZ, & ut BA ad AH ita EΔ ad ΔΘ. Dico ut solidum basin habens quadratum ex AΓ, altitudinem vero AB, ad solidum basin habens quadratum ex ΔZ altitudinemque ΔE, ita cubus ex AH una cum eo quod est ad cubum ex HB in ratione quadrati ex AΓ ad quadratum ex ΓB, ad cubum ex ΔΘ una cum eo quod est ad cubum ex ΘE in ratione quadrati ex ΔZ ad quadratum ex ZE.

Quoniam enim ut ΓA est ad AB ita ZΔ ad ΔE, erit etiam ut quadratum ex ΓA ad quadratum ex AB ita quadratum ex ZΔ ad quadratum ex ΔE. sed ut quadratum ex ΓA est ad quadratum ex AB, sumptâ communi altitudine AB, ita solidum basin habens quadratum ex AΓ & altitudinem AB ad cubum ex AB. ut autem quadratum ex ZΔ ad quadratum ex ΔE, ob communem altitudinem ΔE; ita erit solidum basin habens quadratum ex ZΔ & altitudinem ΔE ad cubum ex ΔE. Hæc igitur proportionalia sunt; ac permutando. Sed ut cubus ex AB est ad cubum ex ΔE ita cubus ex AH ad cubum ex ΔΘ, & ita cubus ex HB ad cubum ex ΘE. verum ut cubus ex HB ad cubum ex ΘE ita solidum quod est ad cubum ex HB in ratione quadrati ex AΓ ad quadratum ex ΓB, ad solidum quod est ad cubum ex ΘE in ratione quadrati ex ΔZ ad quadratum ex ZE. ut vero unus antecedentium est ad unum consequentium ita omnes ad omnes; quare erit, ut solidum basin habens quadratum ex AΓ & altitudinem AB, ad solidum basin habens quadratum ex ΔZ altitudinemque ΔE, ita cubus ex AH una cum eo quod ad cubum ex HB rationem habet quadrati ex AΓ ad quadratum ex ΓB, ad cubum ex ΔΘ una cum eo quod ad cubum ex ΘE rationem habet quadrati ex ΔZ ad quadratum ex ZE. Q. E. D.




## ΛΗΜΜΑ ζ'.

Ἔστω ὡς μὲν ἡ AB πρὸς τὴν BΓ οὕτως ἡ ΔE πρὸς τὴν EZ, ὡς δὲ ἡ BA πρὸς AH οὕτως ἡ EΔ πρὸς τὴν ΔΘ· ὅτι γίνεται ὡς τὸ στερεὸν τὸ βάσιν μὲν ἔχον τὸ ἀπὸ AΓ τετράγωνον ὕψος δὲ τὴν AB, πρὸς τὸ στερεὸν τὸ βάσιν μὲν ἔχον τὸ ἀπὸ ΔZ τετράγωνον ὕψος δὲ τὴν ΔE, οὕτως ὁ ἀπὸ τῆς AH κύβος μετὰ τοῦ λόγον ἔχοντος πρὸς τὸν ἀπὸ τῆς HB κύβον ὃν τὸ ἀπὸ AΓ πρὸς τὸ ἀπὸ ΓB, πρὸς τὸν ἀπὸ τῆς ΘΔ κύβον μετὰ τοῦ λόγον ἔχοντος πρὸς τὸν ἀπὸ τῆς ΘE κύβον ὃν τὸ ἀπὸ ΔZ πρὸς τὸ ἀπὸ ZE.

Ἐπεὶ γάρ ἐστιν ὡς ἡ ΓA πρὸς τὴν AB οὕτως ἡ ZΔ πρὸς τὴν ΔE, καὶ ὡς ἄρα τὸ ἀπὸ ΓA πρὸς τὸ ἀπὸ AB οὕτω τὸ ἀπὸ ZΔ πρὸς τὸ ἀπὸ ΔE. ἀλλ' ὡς μὲν τὸ ἀπὸ ΓA πρὸς τὸ ἀπὸ AB, κοινὸν ὕψος ἡ AB, οὕτω τὸ στερεὸν τὸ βάσιν μὲν ἔχον τὸ ἀπὸ AΓ τετράγωνον ὕψος δὲ τὴν AB, πρὸς τὸν ἀπὸ τῆς AB κύβον. ὡς δὲ τὸ ἀπὸ ZΔ πρὸς τὸ ἀπὸ ΔE, κοινὸν ὕψος ἡ ΔE, οὕτω τὸ στερεὸν τὸ βάσιν μὲν ἔχον τὸ ἀπὸ ZΔ τετράγωνον ὕψος δὲ τὴν ΔE, πρὸς τὸν ἀπὸ τῆς ΔE κύβον. καὶ ταῦτα ἄρα ἀνάλογον καὶ ἐναλλάξ ἐστι. ἔστι δὲ ὡς ὁ ἀπὸ τῆς AB κύβος πρὸς τὸν ἀπὸ τῆς ΔE κύβον, οὕτως ὅτε ἀπὸ AH κύβος πρὸς τὸν ἀπὸ τῆς ΔΘ κύβον, καὶ ὁ ἀπὸ τῆς HB κύβος πρὸς τὸν ἀπὸ τῆς ΘE κύβον. ἀλλ' ὡς ὁ ἀπὸ τῆς HB κύβος πρὸς τὸν ἀπὸ τῆς ΘE κύβον, οὕτω τὸ λόγον ἔχον πρὸς τὸν ἀπὸ τῆς HB κύβον ὃν τὸ ἀπὸ AΓ πρὸς τὸ ἀπὸ ΓB, πρὸς τὸ λόγον ἔχον πρὸς τὸν ἀπὸ τῆς ΘE κύβον ὃν τὸ ἀπὸ ΔZ πρὸς τὸ ἀπὸ ZE· καὶ ὡς ἄρα ἓν τῶν ἡγουμένων πρὸς ἓν τῶν ἑπομένων, οὕτως ἅπαντα πρὸς ἅπαντα. ἔστιν ἄρα ὡς τὸ στερεὸν βάσιν μὲν ἔχον τὸ ἀπὸ τῆς AΓ τετράγωνον ὕψος δὲ τὴν AB, πρὸς τὸ στερεὸν τὸ βάσιν μὲν ἔχον τὸ ἀπὸ τῆς ΔZ τετράγωνον ὕψος δὲ τὴν ΔE, οὕτως ὁ ἀπὸ τῆς AH κύβος μετὰ τοῦ λόγον ἔχοντος πρὸς τὸν ἀπὸ τῆς HB κύβον ὃν τὸ ἀπὸ AΓ πρὸς τὸ ἀπὸ ΓB, πρὸς τὸν ἀπὸ ΔΘ κύβον μετὰ τοῦ λόγον ἔχοντος πρὸς τὸν ἀπὸ τῆς ΘE κύβον ὃν τὸ ἀπὸ ΔZ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς ZE.

## LEMMA VIII.

Si sint A & B simul æqualia ipsis Γ & Δ simul. Dico A excedere Γ eodem excessu quo Δ majus est quam B.

## ΛΗΜΜΑ η'.

Ἔστω τὸ A μετὰ τοῦ B ἴσον τῷ Γ μετὰ τοῦ Δ. ὅτι ᾧ ὑπερέχει τὸ A τοῦ Γ, τούτῳ ὑπερέχει καὶ τὸ Δ τοῦ B.

Ἔστω

ΕΣΤΩ γὰρ ᾧ ὑπερέχει τὸ Α τοῦ Γ τὸ Ε, τὸ ἄρα Α ἴσον ἐστὶ τοῖς Γ, Ε. κοινὸν προσκείσθω τὸ Β· τὰ Α, Β ἄρα ἴσα ἐστὶ τοῖς Γ, Ε, Β. ἀλλὰ τὰ Α, Β τοῖς Γ, Δ ἴσα ὑπόκειται· καὶ τὰ Γ, Δ ἄρα τοῖς Γ, Ε, Β ἴσα. κοινὸν ἀφῃρήσθω τὸ Γ, λοιπὸν ἄρα τὸ Δ ἴσον τοῖς Β, Ε· ὥστε τὸ Δ τοῦ Β ὑπερέχει τῷ Ε. ᾧ ἄρα ὑπερέχει τὸ Α τοῦ Γ, τούτῳ ὑπερέχει καὶ τὸ Δ τοῦ Β. ὁμοίως δὴ δείξομεν ὅτι ἐὰν ᾧ ὑπερέχει τὸ Α τοῦ Γ τούτῳ ὑπερέχει καὶ τὸ Δ τοῦ Β, ὅτι τὰ Α, Β ἴσα ἐστὶ τοῖς Γ, Δ.




SIT E excessus quo A majus est quam Γ; A igitur æquale est utrisque Γ, E. commune adjiciatur B, & A, B simul æqualia erunt ipsis, Γ, E, B simul. sed ex hypothesi A, B simul æqualia sunt ipsis Γ, Δ simul; quare Γ, Δ ipsis Γ, E, B æquantur. commune auferatur Γ, ac reliquum Δ reliquis B, E æquale erit; ac Δ majus erit quam B excessu ipsius E: quo igitur excessu A superat Γ eodem & Δ superabit B. Pari modo demonstrari potest, quod si A superat Γ eodem excessu quo Δ superat B, utraque A, B simul utrisque Γ, Δ simul æqualia esse.

## ΛΗΜΜΑ θ'.

Ἔστω δύο μεγέθη τὰ ΑΒ, ΓΒ. ὅτι ἐὰν ὑπερέχῃ τὸ ΑΒ τοῦ ΑΓ, ὑπερέχει καὶ τὸ λόγον ἔχον πρὸς τὸ ΑΒ τοῦ λόγον ἔχοντος πρὸς τὸ ΑΓ τὸν αὐτὸν, τῷ λόγον ἔχοντι πρὸς τὸ ΓΒ τὸν αὐτόν.

ΕΣΤΩ γὰρ τὸ μὲν πρὸς τὸ ΑΒ λόγον τινὰ ἔχον τὸ ΔΕ, τὸ δὲ πρὸς τὸ ΑΓ τὸν αὐτὸν λόγον ἔχον τὸ ΔΖ· λοιπὸν ἄρα τὸ ΒΖ πρὸς τὸ ΒΓ λόγον ἔχει τὸν αὐτόν. καὶ ἔστι τὸ ΒΖ ὑπεροχὴ ᾗ ὑπερέχει τὸ ΔΕ τοῦ ΔΖ, τουτέστι τὸ λόγον ἔχον πρὸς τὸ ΑΒ τοῦ λόγον ἔχοντος πρὸς τὸ ΑΓ τὸν αὐτόν.




## LEMMA IX.

Sint duæ magnitudines AB, ΓB. Dico quod si majus fuerit AB quam AΓ, illud quod ad AB rationem aliquam habet superabit quod ad AΓ eandem habet rationem, excessu qui eandem ipsam rationem ad ΓB habebit.

HAbeat enim ΔE rationem aliquam ad AB, & sit ΔZ ad AΓ in eadem ratione; reliquum itaque EZ eandem ipsam rationem habebit ad BΓ. est autem EZ excessus quo ΔE superat ΔZ, sive quo id quod ad AB rationem habet excedit illud quod ad AΓ eandem habet rationem.

## ΛΗΜΜΑ ι'.

Τὸ Α τοῦ Γ ἐλάσσονι ὑπερεχέτω ἤπερ τὸ Δ τοῦ Β. ὅτι τὰ Α, Β ἐλάσσονά ἐστι τῶν Γ, Δ.

ΕΣΤΩ γὰρ ᾧ ὑπερέχει τὸ Α τοῦ Γ τὸ Ε, τὰ Α, Β ἄρα ἴσα ἐστὶ τοῖς Γ, Ε, Β. ἐπεὶ δὲ τὸ Α τοῦ Γ ἐλάσσονι ὑπερέχει ἤπερ τὸ Δ τοῦ Β· τὸ δὲ Α τοῦ Γ ὑπερέχει τῷ Ε, τὸ Ε ἄρα ἔλασσόν ἐστι τῆς τῶν Δ, Β ὑπεροχῆς. ὥστε τὰ Ε, Β ἐλάσσονά ἐστι τοῦ Δ. κοινὸν προσκείσθω τὸ Γ, τὰ Γ, Ε, Β ἄρα ἐλάσσονά ἐστι τοῖς Γ, Δ. ἀλλὰ τὰ Γ, Ε, Β ἴσα ἐδείχθη τοῖς Α, Β· τὰ Α, Β ἄρα ἐλάσσονά ἐστι τοῖς Γ, Δ. ὁμοίως καὶ τὸ ἀναστρόφιον· καὶ τὰ τῆς ἐλλείψεως ὁμοίως.




## LEMMA X.

Excedat A ipsum Γ minore differentia quam qua Δ superat B. Dico A, B simul minora esse quam Γ, Δ simul sumpta.

SIT enim E excessus ipsius A supra Γ, unde A, B simul ipsis Γ, E, B simul sumptis æqualia erunt. superat autem A ipsum Γ minore quam quo Δ superat B: est autem E excessus quo A superat Γ: igitur E minor est differentia ipsarum Δ, B; adeoque E, B minora sunt quam Δ. commune addatur Γ, ac Γ, E, B simul minora erunt quam Γ, Δ. Sed demonstratum est Γ, E, B æqualia esse ipsis A, B simul: quare A, B minora sunt quam Γ, Δ simul. Pari modo constabit hujus conversa, & quid accidat ubi A minus fuerit quam Γ.

# APOLLONII PERGÆI

# CONICORUM

## LIBER QUINTUS.

### Apollonius Attalo S. P.

—— *Conscriptæ à nobis sunt hoc Libro quinto propositiones de* Maximis *&* Minimis. *Sciendum autem eos qui vel ante nos vel nostro tempore vixerunt,* Minimarum *doctrinam leviter tantum attigisse: ideoque demonstrarunt tantum quænam Rectæ contingant Sectiones, & vicissim, nempe quidnam iis accidat propterea quod Sectionum Tangentes sint. Ac quidem de hisce egimus Libro primo, nisi quod in eorum expositione prætermisimus* Minimarum *doctrinam. Constitueramus autem eum in his quoque demonstrandis servare ordinem, quem in præmissis trium Sectionum Elementis sequuti sumus, relatione habitâ ad quamlibet Sectionum diametrum: quoniam vero innumera sunt quæ hisce accidunt, id solum in præsentia conati sumus, ut ostenderemus quomodo se res habeat respectu Axium sive diametrorum principalium. Has autem Propositiones de* Minimis *accurate admodum divisimus & distinximus in suas Classes: iisque adjunximus illas quæ ad præfatam* Maximarum *doctrinam spectant. Id namque scientiæ hujus studiosis in primis necessarium est, tum ad Divisiones & Determinationes Problematum, tum ad eorundem Compositiones: præterquam quod hæc ipsa res de earum numero sit, quæ per se contemplatione non indignæ videantur.* Vale.

## PROPOSITIO I.

*SI in Hyperbola vel Ellipsi ad Verticem principalem Sectionis erigatur Axi normalis, quæ sit dimidio Lateris recti æqualis; & ab ejus extremitate ducatur recta ad centrum sectionis, ut & à quovis in sectione puncto Axi ordinatim applicata: poterit ea duplum quadrilateri sub rectis hoc modo ductis & lateris recti dimidio contenti.*

Sit A B Hyperbola vel Ellipsis, cujus Axis B Γ ac centrum Δ: & sit latus rectum Sectionis B E, ipsiusque B E dimidium sit B H. Jungatur Δ H, & ducatur ordinatim applicata quævis A Z, quæ parallela erit ipsi B E; & producatur ad Θ. Dico quadratum ex A Z duplum esse quadrilateri B Z H Θ.

Ducatur è puncto E recta E Γ, quæ parallela erit ipsi Δ H; ac producatur Z Θ ad K: erit igitur Θ K parallela & æqualis ipsi H E, hoc est ipsi B H. Adjiciatur communis Z Θ, ac Z K æqualis erit utrisque B H, Z Θ simul sumptis; adeoque quod fit sub Z K & B Z æquale erit ei quod fit sub B H, Z Θ simul sumptis & B Z. Sed rectangulum sub Z K, B Z æquale est quadrato ipsius A Z: (per 12$^{am}$ & 13$^{am}$ 1$^{mi}$.) Igitur rectangulum sub B H, Z Θ simul sumptis & B Z æquale est quadrato ex A Z. Verum rectangulum sub utrisque Z Θ, B H & B Z duplum est quadrilateri B Z H Θ. Quocirca quadratum ex A Z duplum est quadrilateri B Z H Θ. Q. E. D.







## PROPOSITIO II.

CAdat autem ordinatim applicata super centrum Ellipseos Δ; fiat B Z dimidium ipsius B E: ac jungatur Δ Z. Dico quadratum ex A Δ duplum esse trianguli B Z Δ.

Connectatur recta Γ E. Quoniam enim B Z ipsi Z E æqualis est, atque etiam Z E ipsi Δ H æqualis, quæ parallela est ipsi B E, ideo rectangulum sub Δ H, Δ B duplum est trianguli Δ Z B. Sed rectangulum sub Δ H, B Δ æquale est quadrato ex A Δ (per 13$^{am}$ 1$^{mi}$.) Igitur quadratum ex A Δ duplum est trianguli Δ Z B. Q. E. D.




## PROPOSITIO III.

CAdat jam ordinatim applicata ab altera parte puncti Δ, sive ultra centrum Ellipseos, ut A Z; ac fiat B H dimidium lateris recti B E, ac jungatur H Δ quæ producatur in directum. Per punctum Z ipsi B E parallela, ad occursum ipsius H Δ, ducatur Z Θ. Dico quadratum ex A Z duplum esse differentiæ triangulorum B Δ H, Z Δ Θ.

Per punctum Γ ducatur Γ K ipsi B E parallela, quæ occurrat ipsi H Δ in puncto K: ac completâ Sectione A B, producatur A Z ad A. erit igitur (per primam hujus) quadratum ex Z A duplum plani Γ K Θ Z. Est autem Z A ipsi Z A æqualis, adeoque quadratum ex A Z æquale est quadrilatero Γ K Θ Z. Planum autem hoc Γ K Θ Z æquale est differentiæ triangulorum Γ Δ K, Z Δ Θ; quorum triangulum Γ Δ K æquale est triangulo B Δ H, ob B Δ ipsi Δ Γ æqualem. Quadratum igitur ex A Z duplum est differentiæ triangulorum B Δ H, Z Δ Θ. Quod erat demonstrandum.




PROPO-

## PROPOSITIO IV.

*SI capiatur in Axe Parabolæ punctum cujus distantia à Vertice Sectionis æquetur dimidio Lateris recti, & ab eo ducantur rectæ quælibet ad Sectionem; earundem* Minima *erit ea quæ ad Verticem Sectionis ducitur, atque huic propiores minores erunt remotioribus: cujuscunque vero alterius ductæ quadratum superabit quadratum hujus, excessu quadrato interceptæ inter verticem & normalem ad axem ab extremitate ejus demissam æquali.*

Sit Axis Parabolæ ΓE, in quo sit ΓZ æqualis dimidio lateris recti; & è puncto Z educantur ad Sectionem ABΓ rectæ AZ, BZ, ΘZ, HZ, *quarum* BZ *sit Axi normalis.* Dico quod ΓZ, quæ ad verticem Sectionis de puncto Z ducitur, minor est quâvis aliâ ad Sectionem ABΓ ductâ; eidemque propiores minores sunt remotioribus: quodque unaquæque earum potest simul quadratum ipsius ΓZ, una cum quadrato interceptæ inter Verticem Γ & normalem ad axem demissam.




Demittantur normales HK, ΘΛ, AE; ac sit ΓM dimidium Lateris recti, adeoque ΓZ æqualis est ipsi ΓM: & (per 11$^{mam}$ primi) duplum rectangulum sub ΓM, ΓK æquale est quadrato ex HK. Sed duplum rectangulum sub ΓM, ΓK æquale est duplo rectangulo sub ΓZ, ΓK; igitur quadratum ex HK æquale est duplo rectangulo sub ΓZ, ΓK: ac duplum rectangulum sub ΓZ, ΓK una cum quadrato ex KZ æquale erit quadratis ex HK & KZ simul, hoc est, quadrato ex HZ. Quoniam vero duplum rectangulum sub ZΓ, ΓK una cum quadrato ex ZK (*per* 7.11$^{di}$ *Elem.*) æquale est *quadratis ex* ΓZ, ΓK *simul; æqualia erunt quadrata ex* ΓZ, ΓK quadrato ex ZH. Quadratum igitur ex ZH excedit quadratum ex ZΓ quadrato ipsius ΓK. *Ac pari argumento probabitur quadratum ex* ZΘ, *& ex* AZ *excedere quadratum ex* ΓZ *quadratis interceptarum* ΓΛ, ΓE, *respectivè. Si vero* BZ *fuerit ordinatim applicata ad Axem* ΓZ, *erit duplum rectangulum* ΓM *in* ΓZ, *hoc est, duplum quadratum ex* ΓZ, *æquale quadrato ex* BZ; *adeoque quadratum ex* BZ *excedit quadratum ex* ΓZ *ipso quadrato ex* ΓZ. Hinc manifestum est AZ *majorem esse quam* BZ, *&* BZ *quam* ΘZ, & ΘZ quam HZ, ac HZ majorem esse quam ΓZ; omniumque *Minimam* esse ΓZ: rectasque eidem propiores minores esse remotioribus. Patet etiam excessum quadrati cujuscunque alterius ductæ supra quadratum *Minimæ*, æqualem esse quadrato interceptæ inter normalem ab extremitate ejus ad Axem demissam & Sectionis Verticem. Q. E. D.

## PROPOSITIO V.

*SI vero detur in Axe Hyperbolæ punctum, quod à Vertice Sectionis distet dimidio Lateris recti; eadem evenient in hâc quæ in Parabolâ: præterquam quod excessus quadratorum ductarum supra quadratum* Minimæ *æquales erunt rectangulis factis super interceptas inter ordinatim applicatas & Sectionis Verticem, similibusque contento sub Axe transverso & eodem Axe unà cum latere ejus recto simul, ita ut in singulis Axi transverso respondeat intercepta inter ordinatim applicatam & Sectionis Verticem.*

Sit ABΓ Hyperbola, cujus Axis ΔΓE; ac fiat ΓZ æqualis dimidio lateris recti: & è puncto Z educantur ad sectionem rectæ quotcunque ZA, ZB, ZH, ZΘ. Dico quod recta ΓZ minor est quavis aliâ de Z ad sectionem ducendâ; eidemque propior minor est remotiore: quodque ductæ cujuslibet ZA, ZB, ZH, ZΘ quadratum excedit quadratum ex ΓΖ rectangulo facto super interceptam inter Verticem Γ & normalem in Axem, simili vero rectangulo contento sub Axe transverso Sectionis ΔΓ & rectâ utrisque Axi & lateri ejus recto simul sumptis æquali.

Fiat ΓΖ æqualis lateri recto, cujus dimidium sit ΓΚ; ac sit centrum Sectionis Τ: *ductisque & productis rectis* ΤΚ, ΚΖ, *occurrant iis* ordinatim ad Axem ΓΕ applicatæ, ut ΘΜΙΝ, ΗΛΞ, ΑΧΕΠ: & producatur normalis ΒΖ ad Ο. Ducantur etiam ipsi ΓΜ parallelæ ΡΝ, ΚΞ, ΤΙ. Jam quadratum ex ΘΜ duplum est quadrilateri ΓΚΜΝ (per primam hujus) & quadratum ex ΖΜ duplum est trianguli ΖΜΙ; quia ΖΜ æqualis est ipsi ΜΙ, ob ΓΖ ipsi ΓΚ æqualem. Est igitur quadratum ex ΘΖ duplum triangulorum ΓΚΖ, ΙΚΝ; quia æquale est quadratis ex ΘΜ & ΜΖ simul. Quadratum vero ex ΓΖ æquale est duplo trianguli ΓΚΖ, ob æquales ΓΖ, ΓΚ; ut & rectangulum ΡΝΙΤ duplum est trianguli ΙΚΝ. Quocirca quadratum ex ΓΖ minus est quadrato ex ΘΖ rectangulo ΡΝΙΤ. Est autem ΔΓ ad ΓΖ ut ΤΓ ad ΓΚ; & ut ΤΓ ad ΓΚ ita ΚΞ ad ΞΝ. Sed ΚΞ æqualis est ipsi ΞΙ, ob ΙΜ, ΜΖ æquales. Ut igitur ΔΓ ad ΓΣ, hoc est ut Axis transversus ad Latus rectum, ita ΞΙ ad ΞΝ: & invertendo ut ΓΣ ad ΔΓ ita ΞΝ ad ΙΞ: dein componendo, erunt ΔΓ, ΓΣ simul sumptæ ad ΔΓ ut ΙΝ ad ΞΙ. Verum ΞΙ, ΤΙ æquales sunt; quare ΤΙ est ad ΝΙ ut ΔΓ ad ΔΓ, ΓΣ simul. Producatur itaque ΓΣ ad γ, ita ut Γγ æqualis sit Axi ΔΓ, & erit ΤΙ ad ΙΝ sicut ΓΔ ad γΣ. Hæc igitur latera, cum proportionalia sint & sub æqualibus angulis, continebunt spatia similia, nempe rectangula sub ΤΙ, ΙΝ & sub ΓΔ, γΣ: ac recta ΤΙ, quæ ipsi ΓΜ æqualis est, respondet lateri ΓΔ. Quocirca rectangulum super ΓΜ factum, quod simile sit rectangulo sub ΓΔ & ΓΔ una cum latere recto simul, erit rectangulum ΡΝΙΤ. Quadratum igitur ex ΘΖ excedit quadratum ex ΓΖ rectangulo facto super ΓΜ, simili rectangulo contento sub Axe ΓΔ & utrisque ΓΔ & latere ejus recto simul sumptis. Pari modo demonstrabitur quadratum ex ΗΖ excedere quadratum ex ΓΖ rectangulo facto super ΓΛ, similique descripto.




Dico quoque quadratum ex ΒΖ excedere quadratum ex ΓΖ rectangulo etiam simili prædictis. Quoniam enim quadratum ex ΒΖ æquale est duplo quadrilatero ΓΚΟΖ (per primam hujus) ac quadratum ex ΓΖ duplum est trianguli ΓΚΖ: ideo quadratum ex ΒΖ excedit quadratum ex ΓΖ duplo trianguli ΖΚΟ. Manifestum autem est rectangulum, trianguli ΖΚΟ duplum, fieri super rectam ΓΖ, ac simile esse rectangulo modo descripto. Quadratum itaque ex ΒΖ excedit quadratum ex ΓΖ rectangulo super ΓΖ facto & rectangulo dicto simili. Dico quoque quadratum ex ΑΖ eodem modo se habere. Quoniam enim quadratum ex ΑΕ duplum est quadrilateri ΓΚΠΕ (per primam hujus) & quadratum ex ΖΕ duplum est trianguli ΧΖΕ; igitur quadratum ex ΑΖ duplum est triangulorum ΧΚΠ, ΓΚΖ, ob quadratum ex ΑΖ quadratis ex ΑΕ, ΕΖ æquale. Duplum autem trianguli ΓΚΖ est quadratum ex ΓΖ; differentia igitur quadratorum ex ΑΖ & ΓΖ duplum est trianguli ΧΚΠ: unde pari modo demonstrabitur, rectangulum, trianguli ΧΚΠ duplum, fieri super rectam ΓΕ, ac simile esse descripto.

Quoniam vero excessus quadratorum harum rectarum, quibus superant quadratum ex ΓΖ, sunt rectangula super rectas ΓΕ, ΓΖ, ΓΛ, ΓΜ facta, quæ proinde perpetuo variantur; & quod fit super ΓΕ majus est facto super ΓΖ, & quod fit super ΓΖ majus eo super ΓΛ, & quod super ΓΛ majus facto super ΓΜ: erit igitur ΓΖ omnium ductarum *Minima*: reliquarum vero quæ propiores sunt eidem minores erunt remotioribus. Potest autem omnis recta sic ducta quadratum *Minimæ*, una cum rectangulo super interceptam inter ordinatim applicatam & Verticem Γ facto, quod simile sit rectangulo contento sub Axe ΓΔ & utrisque ΓΔ & latere ejus recto simul sumptis. Q. E. D.

PROPO-

## PROPOSITIO VI.

*Iisdem positis quæ prius, nisi quod jam Sectio sit Ellipsis, & Axis sit Axis major ejus; erit* Minima *omnium de puncto dato ductarum, ea quæ æqualis est semilateri recto;* Maxima *vero residua pars Axis; è reliquis vero, quæ propiores* Minimæ *sunt minores erunt remotioribus ab eâ: Quadratum autem cujuscunque alterius ductæ excedet quadratum* Minimæ *rectangulo facto super interceptam inter ordinatim applicatam & Sectionis Verticem, quod simile sit contento sub Axe transverso & excessu ejusdem Axis supra Latus ejus rectum, ita ut Axis transversus respondeat interceptæ inter ordinatim applicatam & Sectionis Verticem.*

Sit ΑΒΓ Ellipsis, & Axis ejus major ΑΓ; sitque ΓΔ æqualis semilateri recto: & è puncto Δ educantur ad Sectionem rectæ ΔΖ, ΔΕ, ΔΒ, ΔΗ. Dico quod ΔΓ Minima est è rectis per Δ ducendis; quodque ΔΑ earundem Maxima est; quodque eæ quæ minus distant à ΔΓ minores sunt remotioribus ab eâdem: quodque quadratum ex ΔΖ majus est quadrato ex ΔΓ, spatio æquali rectangulo facto super interceptam inter ordinatim applicatam & verticem Γ, simili contento sub Axe ΓΑ & excessu ejusdem supra Latus rectum ejus.

Fiat ΓΘ dimidium Lateris recti, sitque centrum Ι, & ducantur normales ad Axem ΖΚΝ, ΕΛ, ΒΔΧ: & per punctum Α iisdem parallela sit recta ΑΞ, Axique ΓΑ parallelæ duæ ξΤ, Ντ. Jam quadratum ex ΖΚ (per primam hujus) duplum est quadrilateri ΓΘΝΚ; quadratum vero ex ΔΚ duplum est trianguli ΚΔξ, quia ΚΔ ipsi Κξ æqualis est, ob æqualitatem ipsarum ΔΓ, ΓΘ. Quadratum igitur ex ΔΖ duplum est triangulorum ΔΓΘ, ΘξΝ. Sed quadratum ex ΔΓ duplum est trianguli ΔΓΘ, & rectangulum ξΝΤτ duplum est trianguli ξΘΝ: quadratum itaque ex ΔΖ excedit quadratum ex ΔΓ rectangulo ξΝΤτ. Est autem ΙΓ ad ΓΔ sive ΓΘ sicut ΑΓ ad Latus rectum, & Ντ est ad τΘ in eadem ratione; quare Ντ est ad τΘ sicut ΑΓ ad Latus rectum. Sed Ντ ipsi ΘΤ æqualis est, unde ΑΓ est ad Latus rectum sicut ΘΤ ad τΘ; ac per conversionem rationis ΓΑ erit ad excessum ejus supra Latus rectum ut ΘΤ est ad Ττ. Sed ΘΤ ipsi ξΤ æqualis est, ob æquales ΓΔ, ΓΘ; adeoque Τξ est ad Ττ sive ξΝ sicut ΑΓ ad excessum ejusdem supra Latus rectum: Axi vero ΑΓ respondet ipsa Τξ, quæ æqualis est interceptæ ΓΚ: rectangulum igitur ξΝΤτ æquale est facto super ΚΓ, quod simile sit contento sub ΑΓ & excessu ejusdem supra Latus rectum. Quadratum igitur ex ΔΖ excedit quadratum ex ΔΓ spatio æquali rectangulo facto super ΓΚ simileque rectangulo dicto. *Eodem modo constabit quadratum ex ΕΔ excedere quadratum ex ΔΓ rectangulo simili super interceptam ΓΛ facto.*




Dico quoque quadratum ex ΔΒ eodem modo se habere. Quadratum enim ex ΔΒ duplum est quadrilateri ΓΔΧΘ; quadratum vero ex ΓΔ duplum est trianguli ΓΔΘ: igitur differentia inter quadratum ex ΔΒ & ex ΔΓ æquale est duplo trianguli ΔΘΧ. Sed rectangulum factum super ΔΓ jam descripto simile, duplum est trianguli ΔΘΧ; quare differentia inter quadrata ex ΒΔ & ΔΓ æqualis est rectangulo facto super ΔΓ, quod descripto simile sit. Dico etiam quadratum ex ΔΗ majus esse quam quadratum ex ΓΔ rectangulo facto super ΜΓ simileque præmonstrato. Est enim quadratum ex ΗΜ (per primam hujus) duplum quadrilateri ΜΑΟΠ: quadratum vero ex ΜΔ duplum est trianguli ΔΜΡ; quia ΔΜ ipsi ΜΡ æqualis est, ob æquales ΔΓ, ΓΘ. Quadratum igitur ex ΔΗ duplum est utriusque, trianguli ΑΙΟ & trapezii ΙΔΡΠ simul.

Triangulum autem ΑΙΟ æquale est triangulo ΙΘΓ, quare quadratum ex ΔΗ duplum est trianguli ΓΘΙ & spatii ΙΔΡΠ; hoc est, duplum triangulorum ΔΓΘ & ΡΘΠ. Sed quadratum ex ΓΔ duplum est trianguli ΔΓΘ: igitur differentia quadratorum ex ΔΓ & ΔΗ duplum est trianguli ΡΘΠ. Sed rectangulum factum super ΓΜ descripto simile duplum est trianguli ΡΘΠ: quare excessus quadrati ex ΔΗ supra quadratum ex ΔΓ æqualis est rectangulo præmonstratis simili super ΓΜ facto.




Similiter quadratum ex ΔΑ duplum est trianguli ΞΑΔ; triangulum autem ΟΙΑ æquale est triangulo ΘΙΓ: igitur quadratum ex ΑΔ duplum est triangulorum ΞΘΟ, ΔΓΘ. Sed quadratum ex ΓΔ duplum est trianguli ΔΓΘ; differentia igitur quadratorum ex ΑΔ & ΔΓ duplum est trianguli ΞΘΟ. Rectangulum autem super ΑΓ factum descriptoque simile est etiam duplum trianguli ΞΘΟ. Quocirca quadratum ex ΑΔ excedit quadratum ex ΔΓ rectangulo contento sub ΑΓ & excessu ejusdem supra latus rectum figuræ. Est autem rectangulum factum super ΓΑ majus facto super ΓΜ, & quod super ΓΜ majus facto super ΓΔ, *& quod super* ΓΔ *facto super* ΓΛ, *& quod super* ΓΛ *majus facto super* ΓΚ. Recta igitur ΓΔ *Minima* est è rectis per punctum Δ ad Sectionem ductis, & ΔΑ est earundem *Maxima*. Quoad cæteras vero, quæ propior est Minimæ minor est remotiore ab eadem. Excessus vero quadrati cujuscunque earum supra quadratum Minimæ rectangulum est rectangulo præmonstrato simile. Q. E. D.

## PROPOSITIO VII.

*SI sumatur punctum in* Minimâ *jam descriptâ, in quavis è tribus Sectionibus, à quo ducantur rectæ quælibet ad Sectionem: Earundem* Minima *erit recta jungens punctum illud & Sectionis Verticem. Cæterarum vero ad idem Axis latus ductarum, quæ propior est* Minimæ *minor erit remotiore.*

Sit ΑΒΓΔ sectio Conica, cujus Axis ΔΗ, ac in eo recta *Minima* ΔΕ: inter Δ & Ε capiatur punctum aliquod ut Ζ, à quo ducantur ad Sectionem rectæ quælibet ΖΓ, ΖΒ, ΖΑ. Dico quod ΔΖ earundem Minima est, quodque huic propior minor est remotiore.




Jungatur enim ΓΕ, quæ proinde major erit quam ΔΕ; unde angulus ΓΔΕ major erit angulo ΔΓΕ; ac angulus ΖΔΓ multo major erit angulo ΔΓΖ; adeoque ΓΖ major erit quam ΖΔ. Pariter quoniam ΒΕ major est quam ΓΕ, angulus ΒΓΕ major erit angulo ΓΒΕ, unde & multo major est angulus ΒΓΖ angulo ΖΒΓ: quare ΒΖ major est quam ΖΓ. Eodemque modo demonstrabitur ΑΖ majorem esse quam ΒΖ. Ipsa igitur ΔΖ Minima est rectarum de puncto Ζ ad Sectionem ductarum: è cæteris vero quæ eidem ΔΖ propior est minor erit remotiore. Q. E. D.

## PROPOSITIO VIII.

*SI capiatur in Axe Parabolæ punctum, quod à vertice Sectionis plus distet dimidio Lateris recti; & à puncto illo versus Sectionis Verticem ponatur Axis segmentum æquale dimidio lateris recti; à cujus extremitate erigatur Axi normalis ad occursum Sectionis*

*onis producenda: & ducatur recta jungens punctum hujus occursus & punctum prius datum. Hæc recta* Minima *erit omnium de puncto illo in Axe dato ad Sectionem ducendarum. E reliquis vero quæ ab utrâque parte eidem propior est minor erit remotiore. Excessus autem quadrati cujuscunque ductæ supra quadratum* Minimæ *æqualis erit quadrato partis interceptæ inter ordinatim applicatas, ab earundem extremitatibus ad Axem demissas.*

Sit ΑΒΓ Parabola, cujus Axis ΓΔ; in quo capiatur ΓΕ major dimidio Lateris recti; ac fiat ΖΕ dimidio lateris recti æqualis, ipsique ΓΕ normalis ducatur ΖΗ, & jungatur ΕΗ. Dico ΕΗ Minimam esse è rectis per punctum Ε ad Sectionem ductis: è cæteris vero ad puncta quævis ut Α, Β, Γ ductis, quæ eidem ΕΗ propior est minor erit remotiore, ab utroque ejus latere. Eductis etiam è puncto Ε ad Sectionem rectis ΕΚ, ΕΛ, ΕΑ, dico quadratum cujuscunque earum excedere quadratum ex ΕΗ, spatio æquali quadrato interceptæ inter ordinatim applicatam & punctum Ζ.




Ducantur ordinatim applicatæ, sitque ΒΕ Axi normalis, ac fiat ΓΝ dimidium Lateris recti. Erit igitur (per 11mam primi) duplum rectangulum sub ΓΝ, ΓΞ æquale quadrato ex ΚΞ, eidemque æquale est duplum rectangulum sub ΕΖ, ΓΞ. Duplum autem rectangulum sub ΕΖ, ΖΞ, una cum quadratis ex ΕΖ & ΖΞ simul, æquale est quadrato ex ΕΞ; quare duplum rectangulum sub ΕΖ & utrâque ΓΞ, ΖΞ simul sumptâ, una cum quadratis ex ΕΖ, ΖΞ simul, æquale est quadratis ex ΚΞ & ΞΕ; hoc est quadrato ex ΚΕ. Sed duplum rectangulum sub ΕΖ & utraque ΓΞ, ΖΞ simul duplum est rectanguli sub ΕΖ, ΖΓ: Quadratum igitur ex ΚΕ æquale est duplo rectangulo sub ΕΖ, ΖΓ una cum quadratis ex ΖΞ, ΕΖ. Quod autem fit sub ΕΖ, ΖΓ bis, æquale est quadrato ex ΖΗ, ob ΖΕ ipsi ΓΝ æqualem: quare quadrata ex ΖΗ, ΖΕ & ΖΞ simul sumpta æqualia sunt quadrato ex ΕΚ. Sed quadrata ex ΖΗ, ΖΕ æquantur quadrato ex ΕΗ; unde quadratum ex ΕΚ æquale est quadratis ex ΕΗ, ΖΞ; adeoque excessus quadrati ex ΕΚ supra quadratum ex ΕΗ æqualis est quadrato ex ΖΞ. Eodem modo demonstrabitur quadratum ex ΕΛ excedere quadratum ex ΕΗ quadrato ipsius ΖΜ. Quoniam vero duplum rectanguli sub ΓΖ, ΖΕ æquale est quadrato ex ΖΗ, ob ΖΕ ipsi ΓΝ æqualem: erit etiam excessus quadrati ex ΓΕ supra quadratum ex ΕΗ æqualis quadrato ex ΓΖ. Est autem ΖΞ minor quam ΖΜ, & ΖΜ quam ΖΓ: recta igitur ΕΗ minor est quavis recta per Ε ad Sectionem ductâ inter punctum Η & Verticem Γ.

Pariter quadratum ex ΒΕ æquale est duplo rectangulo sub ΓΝ, ΓΕ; hoc est sub ΕΖ, ΓΕ bis: quod autem fit sub ΓΖ, ΖΕ bis æquale est quadrato ex ΖΗ: quadratum igitur ex ΒΕ æquale est quadratis ex ΕΗ & ΕΖ simul sumptis. Unde quadratum ex ΒΕ excedit quadratum ex ΕΗ quadrato ipsius ΕΖ. Quinetiam quadratum ex γΘ æquale est rectangulo sub Γγ, ΖΕ bis, ob ΖΕ ipsi ΓΝ æqualem. Quadratum autem ex γΕ excessus est quadratorum ex utraque γΖ, ΖΕ supra duplum rectangulum sub γΖ, ΖΕ; quapropter rectangulum ΓΖ in ΖΕ bis, una cum quadratis ex γΖ, ΖΕ simul æquantur quadrato ex ΘΕ. Sed ΓΖ in ΖΕ bis una cum quadrato ex ΖΕ, æquale est quadrato ex ΕΗ: excessus igitur quadrati ex ΘΕ supra quadratum ex ΕΗ æquale est quadrato ex γΖ. Simili argumento differentia quadratorum ex ΑΕ & ΕΗ æqualis erit quadrato ex ΔΖ. Est autem ΔΖ major quam γΖ, & γΖ quam ΖΕ. Recta igitur ΕΗ minor est quavis recta per punctum Ε ad Sectionem ducta; & quæ illi propior est minor est remotiore: & excessus quadrati alterius cujusvis supra quadratum ejus æqualis est quadrato interceptæ inter ordinatim applicatam & punctum Ζ. Q. E. D.

## PROPOSITIO IX.

*SI capiatur in Axe Hyperbolæ punctum quod distet à Vertice Sectionis plus quam dimidio Lateris recti; ac dividatur ea, quæ inter punctum datum & Centrum Sectionis intercipitur, in segmenta rationem diametri transversæ ad latus rectum inter se habentia, ita ut pars illa quæ centro adjacet respondeat diametro transversæ; & ad punctum divisionis erigatur Axi normalis occurrens Sectioni: Ductâ rectâ jungente punctum occursûs & punctum in Axe sumptum, erit hæc rectarum omnium à puncto illo ad Sectionem ductarum* Minima. *E cæteris vero ab utroque latere eidem adjacentibus, quæ propior est minor erit remotiore. Excessus etiam quadrati cujuscunque ductæ supra quadratum* Minimæ *æqualis erit rectangulo facto super interceptam inter ordinatim applicatas ab iisdem demissas, simili vero contento sub diametro transversâ & utrisque diametro transversâ & Latere recto simul sumptis; ita ut diameter transversa respondeat interceptæ.*

Sit ABΓ Hyperbola, cujus Axis ΔΓ centrumque H; sitque ΓE major dimidio Lateris recti: ac fiat HZ ad ZE ut diameter transversa ad Latus rectum, cadente puncto Z inter puncta Γ, E. Ad Z erigatur normalis super Axem ut ZΘ, ac jungatur ΘE. Dico ΘE Minimam esse è rectis de puncto E ad sectionem ductis; illique ab utroque latere propiorem minorem esse remotiore: Excessum etiam quadrati cujuscunque earum supra quadratum Minimæ æquari rectangulo facto super interceptam inter ordinatim applicatas, quod simile sit rectangulo contento sub diametro transversâ & utrisque diametro transversâ & Latere recto simul sumptis; ita ut diameter transversa respondeat interceptæ inter ordinatim applicatas.

Fiat ΓI dimidium Lateris recti, ac juncta HI producatur ad $\delta$; ipsique H$\delta$ occurrat ordinatim applicata ZΘ producta in X: ac jungatur & utrinque producatur EX. Ducantur etiam normales ΛN, KΞ, cæteræque ad occursum ipsarum H$\delta$, EX continuandæ. Jam quoniam HΓ est ad ΓI ut diameter transversa ad Latus rectum, sive (*per constructionem*) ut HZ ad ZE; ac HΓ est ad ΓI ut HZ ad ZX: ZX itaque ipsi ZE æqualis erit. Quadratum autem ex ZΘ duplum est quadrilateri ΓIZX (per primam hujus) & quadratum ex ZE duplum est trianguli EZX: quadratum igitur ex ΘE duplum est quadrilateri ΓIEX.



Pariter quadratum ex KΞ duplum est plani ΓIΞO (per eandem primam) & quadratum ex EΞ duplum est trianguli EΞ$\theta$, adeoque quadratum ex EK duplum est utriusque, quadrilateri ΓIEX & trianguli OX$\theta$ simul sumpti. Demonstravimus autem quadratum ex ΘE duplum esse Trapezii ΓIEX; excessus igitur quadrati ex EK supra quadratum ex EΘ duplum est trianguli OX$\theta$. Ducantur rectæ OP, XΠ, $\theta\sigma$ Axi ΓΔ parallelæ: & erit ut HΓ ad ΓI ita $\theta$Π ad ΠO, ob $\theta$Π ipsi XΠ æqualem; adeoque $\theta$Π est ad ΠO ut diameter transversa ad latus rectum; componendo autem $\theta$Π erit ad $\theta$O ut diameter transversa ad rectam compositam ex diametro transversa & Latere recto. Sed $\theta$Π æqualis est ipsi $\theta\sigma$: igitur rectangulum PO$\theta\sigma$ simile erit contento sub diametro transversâ & compositâ ex utraque, diametro transversâ & latere recto. Rectangulum autem PO$\theta\sigma$ duplum est trianguli OX$\theta$, quo excessu quadratum ex EK superat quadratum ex EΘ: & PO æqualis est interceptæ

ceptæ ZΞ. Quapropter differentia inter quadrata ex EΘ & EK æqualis eſt rectangulo facto ſuper ZΞ, ſimilique rectangulo deſcripto, ita ut ZΞ reſpondeat diametro tranſverſæ. Pari modo demonſtrabitur quadratum ex EA excedere quadratum ex EΘ rectangulo facto ſuper ZN, ſimilique prædicto; ita ut diameter tranſverſa interceptæ ZN reſpondeat. Quinetiam quadratum ex ΓE duplum eſt trianguli ΓET, & quadratum ex EΘ duplum eſt quadrilateri ΓEIX; adeoque exceſſus quadrati ex ΓE ſupra quadratum ex EΘ duplum eſt trianguli IXT: quod æquale eſt rectangulo ſuper ΓZ facto & prædeſcripto ſimili. Exceſſus igitur quadrati ex ΓE ſupra quadratum ex EΘ æqualis eſt rectangulo facto ſuper ΓZ ſimilique prædicto. Sed ZΞ minor eſt quam ZN, & ZN quam ZΓ; adeoque recta EΘ minor eſt quam EK, & EK minor eſt quam EA, & EA quam EΓ. Recta igitur EΘ minor eſt quavis rectâ per punctum E inter Θ & Verticem Γ ad Sectionem ductâ.

Verum etiam quadratum ex BE æquale eſt duplo quadrilateri ΓEIτ, unde exceſſus quadrati ex EB ſupra quadratum ex EΘ erit duplum trianguli EXτ: duplum autem hujus trianguli rectangulum eſt ſuper ZE factum, ſimileque rectangulo jam dicto. Eſt quoque quadratum ex Mξ (per primam hujus) duplum quadrilateri ΓIξγ, & quadratum ex Eξ duplum trianguli Eξτ: quadratum igitur ex ME duplum eſt trianguli τXγ & quadrilateri ΓEIX ſimul ſumpti. Sed demonſtratum eſt quadratum ex ΘE duplum eſſe quadrilateri ΓEIX: quocirca rectangulum ſuper Zξ factum & prædicto ſimile, cum ſcilicet duplum ſit trianguli τXγ, exceſſus eſt quo quadratum ex EM ſuperat quadratum ex EΘ. Pari modo conſtabit quadratum ex EA excedere quadratum ex ΘE rectangulo ſuper ZΔ facto prædictiſque ſimili. Jam EZ minor eſt quam Zξ, & Zξ quam ZΔ: quare ΘE minor eſt quam EB, & EB quam EM, & EM quam EA. Eſt igitur recta EΘ Minima omnium per punctum E ad Sectionem ductarum; & quæ ab utraque parte ipſi ΘE propior eſt minor eſt remotiore: & exceſſus quadrati cujuſcunque earum ſupra quadratum ipſius ΘE æqualis eſt rectangulo facto ſuper interceptam inter ordinatim applicatas & præmonſtrato rectangulo ſimili. Q. E. D.

## PROPOSITIO X.

*SI ſumatur in Axe majore Ellipſeos punctum quod diſtet à Vertice Sectionis pluſquam dimidio lateris recti; ac dividatur intercepta inter Verticem Sectionis & punctum illud, ita ut ſegmentum, quod interjacet Sectionis centrum & punctum diviſionis, ſit ad diſtantiam ejuſdem puncti ab illo in Axe prius ſumpto in ratione diametri tranſverſæ ad latus rectum; & à puncto diviſionis erigatur Axi normalis Sectioni occurrens; & ab occurſu ducatur recta ad punctum in Axe ſumptum: erit hæc* Minima *è rectis quæ per punctum illud ad Sectionem duci poterunt; & è cæteris quæ eidem propior eſt minor erit remotiore: exceſſus autem quadrati cujuſlibet earum ſupra quadratum* Minimæ *æqualis erit rectangulo facto ſuper interceptam inter ordinatim applicatas ab iiſdem demiſſas, ſimili vero contento ſub diametro tranſverſa & exceſſu diametri tranſverſæ ſupra latus rectum.*

Sit ABΓ Ellipſis cujus Axis major AΓ, & centrum Δ; ac ſit EΓ major dimidio lateris recti, & fiat ΔZ ad ZE ut AΓ ad Latus rectum. Ad punctum Z erigatur normalis ZH quæ producatur, ac jungatur EH. Dico EH Minimam eſſe è rectis ad Sectionem per punctum E ducendis; eidemque propiorem minorem eſſe remotiore ab eadem: exceſſum etiam, quo quadratum alterius cujuſcunque ductæ ſuperat quadratum ejus, æqualem eſſe rectangulo facto ſuper interceptam inter punctum Z & ordinatim applicatam, quod ſimile ſit contento ſub Axe AΓ & exceſſu quo Axis ille ſuperat latus rectum, ita ut Axi AΓ reſpondeat intercepta inter ordinatam & punctum Z.

Ducantur normales ut in Schemate; sitque ΒΕ ad angulos rectos ipsi ΑΓ; ac fiat ΓΝ dimidium Lateris recti: jungaturque ΝΔ, quæ occurrat ipsi ΗΖ productæ in ξ; ductaque recta Εξ producatur utrinque. Quoniam vero ΔΓ est ad ΓΝ ut diameter transversa ad Latus rectum: ac ΔΖ est ad ΖΕ in eadem ratione diametri transversæ ad Latus rectum: erit igitur ΔΖ ad ΖΕ ut ΔΓ ad ΓΝ, hoc est, ut ΔΖ ad Ζξ: quare eadem est ratio ΔΖ ad ΖΕ ac ad Ζξ, adeoque ipsæ ΖΕ, Ζξ sunt æquales. Ducantur etiam Axi ΑΓ parallelæ ξθ, γτ, Τδ. Jam quadratum ex ΖΕ duplum est trianguli ΖΕξ, ac quadratum ex ΖΗ (per primam hujus) duplum est quadrilateri ΓΝΖξ; quadratum itaque ex ΕΗ duplum est Trapezii ΓΝΕξ. Quadratum quoque ex ΘΧ (per eandem) duplum est quadrilateri ΓΝΧγ; & quadratum ex ΕΧ duplum est trianguli ΧδΕ; unde quadratum ex ΘΕ duplum est Trapezii ΓΝΕξ & trianguli γξδ simul sumpti. Sed quadratum ex ΕΗ duplum est Trapezii ΓΝΕξ: excedit igitur quadratum ex ΕΘ illud ex ΕΗ duplo trianguli γξδ. Duplum autem hujus trianguli æquale est rectangulo sub Τδ, δγ. Cum vero ΔΖ est ad Ζξ ut ξθ ad θγ; ac ΕΖ æqualis est ipsi Ζξ unde recta θξ æqualis est ipsi θδ: ξθ erit ad θγ ut ΔΓ ad ΓΝ, id est, θδ erit ad θγ ut ΔΓ ad ΓΝ. Sed ΔΓ est ad ΓΝ ut axis transversus ad latus rectum: igitur θδ est ad θγ ut axis transversus ad latus rectum, ac per conversionem rationis θδ erit ad δγ ut axis transversus ad excessum ejusdem supra latus rectum. Est autem θδ ipsi Τδ æqualis; quare rectangulum sub Τδ, δγ simile erit rectangulo sub axe transverso & excessu ejusdem supra latus rectum. Ac Τδ æqualis est ipsi ΖΧ, adeoque differentia quadratorum ex ΕΘ & ΕΗ æqualis est rectangulo super ΖΧ facto, quod simile sit rectangulo jam descripto, ita ut ΖΧ Axi transverso respondeat. Pari modo demonstrabitur, differentiam inter quadrata ex ΕΚ & ΕΗ æqualem esse rectangulo facto super ΖΡ simili que prædicto: similiterque quadratum ex ΕΓ excedere quadratum ex ΕΗ rectangulo super ΖΓ facto, eisdemque simili. Recta autem ΖΧ minor est quam ΖΡ, & ΖΡ quam ΖΓ; quare recta ΕΗ minor est quam ΕΘ, & ΕΘ quam ΕΚ, & ΕΚ quam ΕΓ.




Porro quadratum ex ΒΕ (per primam hujus) duplum est Trapezii ΓΝΕΣ. Ostendimus autem quadratum ex ΕΗ duplum est Trapezii ΓΝΕξ; quare excessus, quo quadratum ex ΒΕ superat quadratum ex ΕΗ, duplum est trianguli ΕξΣ, quod æquale est rectangulo facto super ΕΖ simili que descripto, ut ex nuper allatis constabit.

Quadratum quoque ex ΔΛ (per secundam hujus) duplum est trianguli ΓΔΝ, & quadratum ex ΔΕ duplum est trianguli ΔΕΥ; quadratum igitur ex ΛΕ duplum est trianguli ΔΥξ & Trapezii ΓΝΕξ simul sumpti: excedit igitur quadratum ex ΛΕ quadratum ex ΕΗ duplo trianguli ΔΥξ: hujus autem trianguli duplum rectangulum est factum super ΔΖ descripto simile. Quinetiam quadratum ex ΜΠ (per tertiam hujus) duplum est quadrilateri ΞΟΠΛ, & quadratum ex ΠΕ duplum est trianguli ΠΕσ; quapropter quadratum ex ΜΕ duplum est trianguli ΞΔΛ & quadrilateri ΕΔΟσ simul sumpti. Sed triangulum ΞΔΛ æquale est triangulo ΓΔΝ: quare quadratum ex ΜΕ duplum est Trapezii ΓΝΕξ & trianguli Οξσ simul sumpti. Hujus igitur trianguli duplum excessus est quo quadratum ex ΜΕ excedit quadratum ex ΕΗ. Duplum autem trianguli Οξσ rectangulum est super ΖΠ factum, simileque rectangulo descripto. Denique quadratum ex ΑΕ duplum est trianguli οξΞ & Trapezii ΓΝΕξ simul sumpti; excessus itaque quadrati ex ΑΕ supra quadratum ex ΕΗ duplum est trianguli οξΞ; cujus trianguli duplum æquale est rectangulo super ΖΑ formato simili que descripto. Jam vero ΕΖ minor est quam ΔΖ, ac ΔΖ minor quam ΠΖ, ac ΠΖ quam ΑΖ: quocirca ΒΕ minor est quam ΕΛ, ac ΕΛ quam ΕΜ, & ΕΜ quam ΕΑ. Recta igitur ΕΗ minima est è rectis per punctum Ε ad Sectionem ΑΒΓ ducendis. Reliquarum vero quæ eidem ab utroque latere propior est minor est remotiore, & excessus quadratorum earundem supra quadratum ex ΕΗ æquales sunt rectangulis super interceptas inter ordinatim applicatas factis, descriptoque similibus. Q. E. D.

## PROPOSITIO XI.

**M**Inima *rectarum de centro Ellipseos ad Sectionem ductarum dimidium est Axis minoris*; Maxima *vero dimidium est axis majoris*; Maximæque *propior major est remotiore. Excessus autem quadrati cujuscunque ductæ supra quadratum* Minimæ *æqualis est rectangulo facto super interceptam inter ordinatim applicatam & Sectionis centrum, simili vero contento sub diametro transversâ & excessu ejusdem supra latus rectum.*

Sit ΑΒΓ Ellipsis, cujus axis major ΑΓ, & minor ΒΔ; centrumque Ε. Dico quod *Maxima* è rectis per centrum Ε ad Sectionem ductis est ipsa ΕΓ, *Minima* vero est ΕΒ; quodque recta quæcunque ipsi ΕΓ propior major est remotiore ab eadem: quodque excessus quadrati cujuscunque earum supra quadratum ex ΒΕ æqualis est rectangulo facto super interceptam inter ordinatim applicatam & centrum Ε in axe ΑΓ sumendam, quod vero simile sit rectangulo contento sub ΑΓ & excessu ejusdem supra latus rectum ejus.

Ducantur enim ΕΖ, ΕΗ, & demittantur normales ΖΙ, ΗΠ; ac fiat ΓΘ dimidium lateris recti; erit igitur ΓΘ minor quam ΓΕ. Sit ΓΚ ipsi ΓΕ æqualis, & jungantur ΘΕ, ΕΚ, ac producantur ΗΠ, ΖΙ ad Ο, Ξ: ducantur etiam ΜΛ, ΝΞ axi ΑΓ parallelæ. Erit igitur ΕΓ ad ΓΚ ut ΕΙ ad ΙΞ. Sed ΕΓ æqualis est ipsi ΓΚ, quare ΕΙ & ΞΙ æquantur. Quadratum autem ex ΙΖ (per primam hujus) duplum est quadrilateri ΓΘΙΛ: quadratum vero ex ΙΕ duplum est trianguli ΕΙΞ: quadratum igitur ex ΖΕ duplum est triangulorum ΕΓΘ, ΕΛΞ simul sumptorum. Sed quadratum ex ΕΒ (per secundam hujus) duplum est trianguli ΕΓΘ; ac duplum trianguli ΕΛΞ rectangulum est ΛΞΜΝ; quadratum igitur ex ΕΖ excedit quadratum ex ΕΒ rectangulo ΛΝ. Verum ratio ΚΓ ad ΓΘ eadem est ac transversi axis ad Latus rectum, eademque est ratio ΞΙ ad ΙΛ; unde per conversionem rationis, ΞΙ erit ad ΞΛ ut diameter transversa ad excessum ejusdem supra latus rectum. æquales autem sunt ΞΙ, ΞΝ; rectangulum itaque sub ΛΞ, ΞΝ simile est rectangulo contento sub diametro transversâ & excessu ejusdem supra latus rectum. Sed ΕΙ ipsi ΛΜ æqualis est, quare differentia inter quadrata ex ΕΖ & ΕΒ æqualis est rectangulo facto super ΕΙ quod prædicto simile est. Eodem modo demonstrabitur excessum quadrati ex ΕΗ supra quadratum ex ΕΒ æquari rectangulo super ΕΠ formato ac jam descripto simili.




Pari argumento quadratum ex ΕΓ duplum est trianguli ΓΕΚ, & quadratum ex ΒΕ duplum est trianguli ΓΕΘ; differentia igitur quadratorum ex ΓΕ & ΕΒ duplum est trianguli ΘΕΚ. Hujus vero trianguli duplum æquale est rectangulo facto super ΓΕ similique descripto. Jam ΓΕ major est quam ΕΠ, & ΕΠ major quam ΕΙ, adeoque ΕΓ major est quam ΕΗ, & ΕΗ major quam ΕΖ, & ΕΖ quam ΕΒ. *Maxima* igitur è rectis per punctum Ε ductis est ΕΓ, *Minima* vero ΕΒ; è cæteris vero, inter ipsas ΕΓ, ΕΒ ductis, quæ propius distat ab ΕΓ major est remotiore: & excessus quadrati cujuscunque ductæ supra quadratum ex ΕΒ æqualis est rectangulo facto super interceptam inter ordinatim ad axem ΑΓ applicatam & centrum Sectionis, simili vero rectangulo prædicto. Q. E. D.

## PROPOSITIO XII.

*SI sumatur punctum quodlibet in rectâ aliquâ* Minimâ *ab Axe Sectionis ad Curvam ductâ, juxta jam demonstrata; à quo ducantur rectæ ad Sectionem ab uno ejus latere: earundem* Minima *erit pars illa hujus* Minimæ *quæ adjacet Sectioni, eidemque propior minor erit remotiore.*

Sit ΑΒ Sectio quævis Conica, cujus Axis ΒΓ; fitque ΓΑ Minima aliqua ad Sectionem ducta: ac sumatur in ea punctum Δ inter ipsa Γ, Α situm. Dico rectam ΔΑ Minimam esse è rectis ad hanc Sectionis partem de puncto Δ ducendis.




Ducantur enim ΔΕ, ΔΖ, ΔΒ, ac jungantur ΖΓ, ΓΕ, ut & rectæ ΑΕ, ΕΖ, ΖΒ. Jam ΒΓ major est quam ΓΑ, quare angulus ΓΑΕ major est angulo ΓΕΑ. Angulus vero ΓΕΑ major est angulo ΔΕΑ, adeoque angulus ΕΑΔ multo major erit angulo ΑΕΔ, ac proinde ΕΔ major erit quam ΔΑ. Pariter cum ΖΓ major est quam ΓΕ, erit angulus ΖΕΓ major angulo ΓΖΕ; unde angulus ΔΕΖ multo major erit quam ΕΖΔ: ΖΔ igitur major erit quam ΔΕ. Ac eodem modo demonstrabitur ΔΒ majorem esse quam ΔΖ. Est itaque ΑΔ Minima rectarum ad hanc partem Sectionis ductarum, eidemque propior minor est remotiore. Idem quoque constabit de rectis ad alteram Sectionis partem ductis. Q. E. D.

## PROPOSITIO XIII.

*SI à quovis puncto in Axe Parabolæ ducatur ad Sectionem recta* Minima *quæ contineat cum Axe angulum; erit angulus ille acutus: Demissâque ab extremitate ejus normali ad Axem, abscindet illa Segmentum ejus æquale dimidio Lateris recti.*

Sit ΑΒ Parabola, cujus Axis ΒΓ; fitque Minima ad Parabolam ducta ΑΓ; Dico quod angulus ad Γ est acutus, quodque normalis ab Α ad ΒΓ demissa abscindit ab ea rectam æqualem dimidio lateris recti.




Quoniam recta ΑΓ Minima est, ΒΓ major erit dimidio lateris recti. Nam si non major fuerit eâ, vel æqualis erit ei vel minor eâ. quod si æqualis fuerit dimidio lateris recti, erit ipsa ΒΓ (per 4$^{am}$ hujus) Minima; vel etiam si ΒΓ minor fuerit dimidio lateris recti, erit quoque (per 7$^{am}$ hujus) Minima: adeoque ΒΓ minor esset quam ΓΑ, quod est contra Hypothesin. quare ΒΓ non est minor dimidio lateris recti, neque etiam æqualis ei, ergo major est eâ. Sit itaque ΓΔ æqualis dimidio lateris recti. Dico Axi normalem è puncto Δ erectam transire per Α. Nam si aliter fuerit, sit normalis illa recta ΔΕ; & ΓΕ (per octavam hujus) *Minima* erit è rectis de puncto Γ ad Sectionem ducendis: hoc autem absurdum est, nam ΑΓ minor est eâ. Igitur perpendicularis ad punctum Δ erecta transibit per Α, ac ΔΓ dimidium erit lateris recti: erit quoque angulus ΑΓΒ acutus, ob angulum ΒΔΑ rectum Q. E. D.

## PROPOSITIO XIV.

*SI ducatur à puncto in Axe Hyperbolæ recta* Minima, *quæ contineat cum Axe angulos deinceps: erit angulus ille, qui respicit Verticem Sectionis, acutus. Ac si ab extremitate* Minimæ *ducatur normalis ad Axem, dividet illa interceptam inter centrum Sectionis*

*&*

*& punctum unde educitur* Minima *in Segmenta, quorum quod adjacet centro erit ad alterum in ratione diametri transversæ ad Latus rectum.*

Sit A B Hyperbola, cujus Axis B Γ; sitque A Γ Minima de puncto Γ educta, ac sit centrum Δ. Dico angulum A Γ B acutum esse, ac normalem de puncto A ad axem B Γ demissam dividere ipsam Γ Δ in ratione axis transversi ad Latus rectum.

Est enim recta B Γ (ut constat ex quinto hujus) major dimidio lateris recti, & recta B Δ dimidium est lateris transversi; ratio itaque Δ B ad B Γ, minor est ratione lateris transversi ad latus rectum. Dividatur Δ Γ in puncto E, ita ut segmenta sint in ratione lateris transversi ad latus rectum: Dico normalem super ipsam Δ Γ




ad punctum E erectam transire per punctum A. Nam si hoc non ita sit, illi normalis sit E Z, ac jungatur Γ Z. Erit itaque Γ Z (per nonam hujus) Minima rectarum quæ duci possint per punctum Γ. Hoc autem absurdum est: posuimus enim A Γ Minimam esse. Transit igitur normalis è puncto E excitata per punctum Sectionis A; & angulus A Γ B acutus est: ac normalis de puncto A demissa dividit rectam Γ Δ, ita ut segmentum Δ E sit ad E Γ in ratione lateris transversi ad latus rectum Q. E. D.

## PROPOSITIO XV.

E *Ducta de puncto dato in Axe majore Ellipseos recta aliqua* Minima, *si hæc* Minima *transeat per Centrum Sectionis, normalis erit super Axem majorem. Si vero transeat per aliud punctum, continebit cum Axe majore angulum obtusum versus centrum: & normalis ab extremitate* Minimæ *cadet inter punctum unde educta est & Sectionis Verticem: ita ut intercepta inter normalem & centrum sit ad interceptam inter eandem normalem & punctum illud, in ratione diametri transversæ ad latus rectum.*

Sit A B Γ Ellipsis, cujus Axis major A Γ & centrum I: educatur primum è puncto I ad Sectionem recta Minima I B. Dico rectam I B normalem esse super ipsam A Γ. Nam si non ita sit, sit I Δ normalis super A Γ; adeoque (per $11^{mam}$ hujus) I Δ foret minima recta de puncto I ducenda, contra Hypothesin; posuimus enim I B Minimam esse. Recta igitur I B normalis est super A Γ.

Porro si capiatur punctum aliud in Axe ut H, ac sit H Z Minima ab eodem H ducta: Dico angulum Z H I obtusum esse; ac si normalis de puncto Z ad A Γ demittatur, interceptam inter ordinatim applicatam & punctum I esse ad interceptam inter eandem ordinatam & punctum H, in ratione lateris transversi ad latus rectum.

Quoniam enim Z H Minima est de puncto H ducta, erit H Γ (per septimam hujus) major dimidio lateris recti; ac recta Γ I dimidium est lateris transversi: quare ratio I Γ ad H Γ minor




erit ratione lateris transversi ad latus rectum. Dividatur itaque H Γ in puncto K, ita ut I K sit ad K H ut latus transversum ad latus rectum: Dico normalem è puncto K occurrere Sectioni in puncto Z. Nam si hoc non ita sit, sit ea recta K Λ, ac proinde H Λ (per decimam hujus) minima erit è rectis per punctum H ducendis. Est autem H Z recta illa Minima: quod absurdum. Occurrit igitur normalis è puncto K Sectioni ad punctum Z, & angulus I H Z obtusus est; ac demissâ de puncto Z super Axem A Γ normali Z K, I K erit ad K H sicut latus transversum ad latus rectum. Q. E. D.

## PROPOSITIO XVI.

*SI capiatur in Axe minore Ellipseos punctum, quod à Vertice ejusdem Axis distet intervallo dimidio Lateris recti ejus æquali; erit omnium rectarum ab eodem puncto ad Sectionem ductarum* Maxima, *segmentum Axis minoris æquale dimidio lateris recti:* Minima *vero residuum erit ejusdem Axis. E cæteris vero, quæ propior est* Maximæ *major erit remotiore; & excessus quadrati ejus supra quadrata quarumcunque aliarum ductarum, æquales erunt rectangulis factis super interceptas inter ordinatim applicatas & Verticem Axis minoris, similibus vero contentis sub Axe minore & excessu lateris recti ejus supra Axem illum.*

Sit ΑΒΓ Ellipsis, cujus Axis minor ΑΓ, centrumque Π: & in Axe capiatur punctum Δ, ita ut ΓΔ æqualis sit dimidio lateris recti. Dico quod ΔΓ major est quâvis aliâ rectâ ad Sectionem de puncto Δ ductâ; quodque ΔΑ Minima est earundem: quodque propiores ipsi ΔΓ majores sunt remotioribus: quodque quadratum ex ΓΔ excedit quadratum ex alia quacunque, rectangulo quod fit super interceptam inter ordinatim applicatam ejus & punctum Γ, simili vero rectangulo nuper descripto.

Ducantur enim ΔΖ, ΔΕ, ΔΒ, ΔΗ: sitque ΔΒ normalis ad ΑΓ; ac fiat ΓΞ dimidium lateris recti: & jungantur & producantur ipsæ ΞΠ, ΞΔ: demittantur etiam normales ΖΘ, ΕΚ, ΗΛ, quibus parallela sit recta ΑΧ. *Occurrat producta* ΖΘ *ipsis* ΞΠ, ΞΔ *in punctis* Τ, Μ, ac Axi ΑΓ parallelæ ducantur Μξ, Ττ. Quoniam autem ΓΔ æquale est ipsi ΓΞ, quadratum ex ΓΔ duplum est trianguli ΓΔΞ: & quadratum ex ΘΔ duplum est trianguli ΘΔΜ; ac quadratum ex ΘΖ (per primam hujus) duplum est Trapezii ΓΞΘΤ: quadratum igitur ex ΓΔ excedit quadratum ex ΔΖ duplo trianguli ΤΜΞ: duplum vero hujus trianguli rectangulum est ΤΜτξ. Jam ΓΠ est ad ΠΔ ut diameter transversa ad excessum lateris recti supra eandem (dimidium enim diametri transversæ est ad dimidium lateris recti sicut diameter transversa ad latus rectum) ac in eadem est ratione Ττ ad τξ sive τΤ ad ΤΜ: quare τΤ est ad ΤΜ ut diameter transversa ad excessum lateris recti supra transversam. Sed Ττ æqualis est ipsi ΓΘ; differunt igitur quadrata ex ΓΔ, ΖΔ spatio æquali rectangulo facto super ΓΘ, & simili rectangulo descripto. Pari argumento probabitur excessum quadrati ex ΓΔ supra quadratum ex ΔΕ æquari rectangulo facto super ΓΚ, quod simile sit descripto. Quinetiam quadratum ex ΒΔ (per tertiam hujus) duplum est quadrilateri ΑΔΣΧ, & quadratum ex ΔΓ duplum est trianguli ΔΓΞ; cumque triangulum ΑΠΧ æquale est triangulo ΓΠΞ, erit differentia quadratorum ex ΓΔ, ΒΔ, dupla trianguli ΔΣΞ. duplum autem hujus trianguli æquale est rectangulo facto super ΓΔ, similique rectangulo jam descripto. Est igitur ΓΔ major quam ΔΖ, & ΔΖ quam ΔΕ, & ΔΕ quam ΔΒ.




Insuper quadratum ex ΔΗ (per eandem tertiam) duplum est quadrilateri ΛΛΤΧ, & quadratum ex ΛΔ duplum est trianguli Δγλ; quare quadratum ex ΔΗ æquale est duplo spatio ΛΛΤΧ, una cum duplo triangulo Δγλ: Quadratum autem ex ΓΔ duplum est trianguli ΓΞΔ, & triangulum ΓΣΠ æquale est triangulo ΑΧΠ. Differunt igitur quadrata ex, ΓΔ, ΔΗ duplo trianguli ΞΤγ, cujus trianguli duplum æquale est rectangulo facto super ΓΛ similique prædicto. Denique quadratum ex ΔΑ duplum est trianguli ΔΑΡ, & triangulum ΓΠΞ æquale est triangulo ΠΧΑ; differunt igitur quadrata ex ΔΓ, ΔΑ, duplo trianguli ΞΧΡ; hujus autem trianguli duplum

duplum æquale est rectangulo super ΑΓ facto, similique descripto. Quapropter ΔΓ Maxima est è rectis ad Sectionem de puncto Δ ducendis; ΑΔ vero earundem Minima est. E reliquis autem quæ propior est ipsi ΓΔ major est remotiore, & excessus quadrati ipsius ΓΔ supra quadratum alterius cujusvis ductæ, æqualis est rectangulo facto super interceptam inter ordinatim applicatam & Verticem Γ, quod simile sit descripto. Q. E. D.

## PROPOSITIO XVII.

SIT jam ΑΓ Axis minor Ellipseos, eique æquale sit dimidium lateris recti, ac sit centrum Ο. Dico quoque quod ΑΓ *Maxima* est è rectis de puncto Α ad Sectionem ductis; quodque eidem propior major est remotiore: quodque excessus quadrati ejus supra quadratum cujusvis alterius ductæ, æqualis est rectangulo facto super interceptam inter ordinatim applicatam & Verticem Γ, quod simile sit rectangulo in præcedente Propositione descripto

Ordinetur hæc propositio ad modum præcedentis; eodemque omnino modo probabitur quadratum ex ΑΓ majus esse quadrato ex ΑΕ rectangulo facto super ΓΘ descriptoque simili: pariterque quadratum ex ΑΓ majus esse quadrato ex ΑΛ rectangulo facto super ΓΗ, similique rectangulo prædicto. Quinetiam quadratum ex ΒΖ (per tertiam hujus) duplum est plani ΑΖΧΚ, & quadratum ex ΖΑ duplum est trianguli ΑΖΞ, ut quadratum ex ΑΓ duplum est trianguli ΑΓΔ, ob ΑΓ ipsi ΓΔ æqualem. Triangulum vero ΓΟΔ æquale est triangulo ΚΟΑ: differentia igitur quadratorum ex ΑΓ & ΑΒ æqualis est duplo triangulo ΔΧΞ; duplum autem hujus trianguli æquale est rectangulo facto super ΓΖ similique descripto: quod quidem eodem omnino modo demonstratur ac præcedentia. Recta igitur ΑΓ major est quam ΑΕ, & ΑΕ quam ΑΛ, & ΑΛ quam ΑΒ. Proinde ΑΓ maxima est inter eductas de puncto Α: quæque eidem propior est major est remotiore: & excessus quadrati ipsius ΑΓ supra quadratum alicujus alterius ductæ, æqualis est rectangulo facto super interceptam inter ordinatim applicatam & Verticem Γ, quod simile sit rectangulo *contento sub Axe minori & excessu quo latus rectum superat eundem Axem.* Q. E. D.




## PROPOSITIO XVIII.

SI vero fuerit ΑΓ Axis minor Ellipseos, cujus centrum Ν: ac fiat ΓΔ æqualis dimidio lateris recti. Dico ΓΔ *Maximam* esse è rectis de puncto Δ ad Sectionem ducendis, ΔΑ vero earundem *Minimam*: propiorem autem ipsi ΓΔ, è rectis Sectionem secantibus, majorem esse remotiore: ex iis vero quæ extrinsecus Sectioni occurrunt, propiorem ipsi ΑΔ minorem esse remotiore: & excessum quadrati ipsius ΓΔ supra quadratum cujusvis alterius ductæ, æqualem esse rectangulo facto super interceptam inter punctum Γ & ordinatim applicatam, quod simile sit prædicto, nempe rectangulo sub Axe minore & excessu lateris ejus recti supra eundem Axem.




Ducantur rectæ ΔΖ, ΔΕ, ΔΒ, cæteræque ut in figura præcedente: ac pari argumento patebit quadratum ex ΓΔ, majus esse quadrato ex ΖΔ rectangulo facto super ΓΛ similique prædicto; & quadratum ex ΓΔ majus esse quadrato ex ΕΔ,

 rectan-

rectangulo priori simili, facto super interceptam ΓΘ; quadratumque ex ΓΔ majus esse quadrato ex ΒΔ rectangulo ejusdem speciei super ipsam ΓΧ formato.

Quadratum autem ex ΑΔ, duplum est trianguli ΑΔΡ, ob ΓΜ, ΓΔ æquales; quadratum etiam ex ΓΔ duplum est trianguli ΔΓΜ: cumque triangulum ΜΓΝ æquale est triangulo ΑΝΞ, erit igitur excessus quadrati ex ΓΔ supra quadratum ex ΑΔ æqualis duplo triangulo ΞΜΡ, cujus trianguli duplum æquale est rectangulo facto super ΑΓ ejusdem speciei cum prædicto. Quare ΔΓ major est quam ΔΖ, & ΔΖ quam ΔΕ, & ΔΕ quam ΔΒ, & ΔΒ quam ΔΑ.

Quinetiam quadratum ex Πξ (per tertiam hujus) duplum est quadrilateri ΞΟΠΑ, & quadratum ex ΔΠ duplum est trianguli ΔΠΚ; quare quadratum ex ξΔ duplum est utriusque, Trapezii ΞΟΠΑ & trianguli ΠΔΚ simul sumpti. Quadratum autem ex ΓΔ duplum est trianguli ΓΜΔ, & triangulum ΓΜΝ triangulo ΑΝΞ æquale est. quadratum igitur ex ξΔ æquale est duplo triangulo ΟΜΚ, hoc est, rectangulo facto super ΓΠ, ejusdem speciei cum jam descriptis in præcedentibus duabus propositionibus. Pari argumento demonstratur quadratum ex ΓΔ, excedere quadratum ex Δτ, rectangulo simili super Γτ facto. Nec aliter constabit quadratum ex ΓΔ majus esse quadrato ex ΔΣ, rectangulo ejusdem speciei super Γγ formato.




Est autem excessus quadrati ex ΔΓ supra quadratum ex ΔΑ æqualis rectangulo descripto simili, super ΓΑ facto; quare ΔΑ minor est quam Δξ, & Δξ quam Δτ, & Δτ quam ΔΣ. Est igitur ΔΓ Maxima è ductis per punctum Δ, earundem vero minima est ΔΑ; & inter eas quæ Sectionem intersecant, quæ propior est ipsi ΔΓ major est remotiore: ex iis vero quæ Sectioni extrinsecus occurrunt, quæ ipsi ΔΑ propiores sunt minores sunt remotioribus. Quadratum etiam ex ΓΔ excedit quadratum cujusvis alterius ductæ, rectangulo facto super interceptam inter punctum Γ & ordinatim applicatam, quod simile sit descripto. Q. E. D.

## PROPOSITIO XIX.

***SI capiatur in Axe minore Ellipseos punctum, quod à Vertice Sectionis majori intervallo distet quam dimidio Lateris recti: erit illa* Maxima *rectarum de puncto illo ad Sectionem ducendarum, quæ ad Verticem Sectionis ducitur. Reliquarum vero quæ huic propior est major erit remotiore.***

Sit ΑΒΓ Ellipsis, cujus Axis minor sit ΑΓ: & in eo capiatur punctum Δ, ita ut ΓΔ major sit semilatere recto. Dico ΓΔ maximam esse è rectis per punctum Δ ad Sectionem ductis, eidemque propiorem majorem esse remotiore. Sit autem ΓΗ dimidium lateris recti, & ducantur è puncto Δ rectæ ΔΖ, ΔΕ, ΔΒ, ac jungantur ΗΖ, ΗΕ, ΗΒ, atque etiam rectæ ΓΖ, ΖΕ, ΕΒ. Recta igitur ΓΗ (per tres proximas propositiones) major est quam ΖΗ; adeoque angulus ΓΖΗ major erit angulo ΖΓΗ: unde angulus ΓΖΔ multo major erit angulo ΖΓΔ. Recta itaque ΓΔ major est quam ΖΔ. Similiter cum ΗΖ major est quam ΗΕ, angulus ΖΕΗ major erit angulo ΕΖΗ, ac angulus ΖΕΔ multo major erit angulo ΕΖΔ: quocirca ΔΖ major est quam ΔΕ. Eodemque argumento probabitur rectam ΔΕ majorem esse quam ΔΒ. ΔΓ itaque maxima est rectarum per punctum Δ ad Sectionem ductarum, eidemque propior major est remotiore. Q. E. D.




*

PROPO-

## PROPOSITIO XX.

*SI sumatur punctum in Axe minore Ellipseos, cujus distantia à Vertice Sectionis minor fuerit dimidio lateris recti, major vero Semiaxe minore; ac dividatur intercepta inter Verticem & centrum Sectionis, ita ut pars illa quæ est inter punctum divisionis & centrum sit ad distantiam ejusdem puncti à puncto prius sumpto, in ratione diametri transversæ ad latus rectum; & è puncto sic invento erigatur normalis ad Axem occurrens Sectioni, ac jungatur punctum prius sumptum cum puncto hujus occursus: erit juncta hæc rectarum omnium de puncto illo ducendarum* Maxima; *è reliquis vero quæ eidem propior est major erit remotiore; & quadratum ejus superabit quadratum cujuscumque alterius ductæ, rectangulo facto super interceptam inter punctum inventum & ordinatim applicatam* ab extremitate ductæ demissam, *quod simile sit contento sub diametro transversâ & differentiâ ejusdem & Lateris ejus recti.*

Sit ΑΒΓ Ellipsis, ejusque Axis minor ΑΓ, & in eo capiatur punctum Δ, ita ut ΓΔ major sit dimidio ipsius ΑΓ sive diametri transversæ, minor autem dimidio lateris recti; & sit centrum Ε, & dividatur ΕΓ in puncto Μ, ita ut ΕΜ sit ad ΜΔ ut diameter transversa ΑΓ ad latus ejus rectum; (hoc autem fieri potest, quia dimidium lateris recti majus est quam ΔΓ) & erigatur è puncto Μ normalis ad ΑΓ ut ΖΜ, & jungatur ΖΔ. Dico quod recta ΖΔ Maxima est rectarum per punctum Δ ad Sectionem ductarum; quodque eidem ab utrâque parte propior major est remotiore; quodque excessus quadrati ipsius ΖΔ supra quadratum alterius cujusvis ductæ æqualis est rectangulo facto super interceptam inter punctum Μ & ordinatim applicatam, quod simile sit rectangulo in præcedentibus descripto.



Ducantur rectæ quælibet aliæ ΔΘ, ΔΗ, ΔΖ, ΔΛ, ac sit ΔΒ axi perpendicularis; & fiat ΓΤ æqualis dimidio lateris recti, & demittantur normales ΘΝ, ΗΚ, ΛΞ: jungatur etiam ΕΤ producaturque, & agantur ipsi ΑΓ parallelæ, ut fecimus in præcedentibus. Quoniam vero ΜΕ est ad ΔΜ ut latus transversum ad latus rectum, & in eadem est ratione ΕΓ ad ΓΤ; ut autem ΕΓ ad ΓΤ ita ΜΕ ad Μτ; recta igitur ΜΔ æqualis est ipsi Μτ, & quadratum ex ΜΔ duplum est trianguli ΜΔτ; quadratum autem ex ΜΖ (per primam hujus) æquale est duplo Trapezio ΓΤτΜ: quadratum igitur ex ΔΖ æquale est duplo trianguli ΜΔτ una cum duplo plani

ΓΤτΜ. Jam vero quadratum ex ΗΚ duplum est plani ΚΓΤΧ, & quadratum ex ΔΚ duplum est trianguli ΚΔΙ; quadratum igitur ex ΔΗ duplum est trianguli ΚΔΙ una cum duplo quadrilateri ΚΓΤΧ: adeoque differentia quadratorum ex ΔΖ & ΔΗ æqualis est duplo trianguli ΧΙτ. Duplum autem hujus trianguli æquale est rectangulo facto super ΚΜ, quod simile sit descripto. Hoc autem constabit eodem modo quo demonstravimus decimam sextam hujus. Pariter probabitur quadratum ex ΖΔ excedere quadratum ex ΔΘ rectangulo facto super ΜΝ, ejusdem speciei cum prædicto. Eodemque argumento, quadratum ex ΓΔ duplum est trianguli ΔΓξ; unde differentia inter quadrata ex ΔΖ & ΔΓ duplum erit trianguli ξΤτ: quod quidem æquale est rectangulo facto super ΓΜ, speciei prædictæ. Recta igitur ΔΖ major est quam ΔΗ, & ΔΗ quam ΔΘ, & ΔΘ quam ΔΓ.

Præterea quadratum ex ΔΒ (per tertiam hujus) duplum est quadrilateri ΠΑΔΡ; quadratum autem ex ΖΔ duplum est triangulorum ΕΓΤ, ΔΕτ; & triangulum ΕΓΤ




æquale est triangulo ΠΕΑ: igitur differentia inter quadrata ex ΔΖ & ΔΒ duplum est trianguli ΡΔτ, quod quidem æquale est rectangulo facto super ΔΜ speciei jam descriptæ. Hæc autem eodem modo demonstrantur ac propositio 16ma. Parique armento differentia quadratorum ex ΔΖ & ΔΛ æqualis est rectangulo simili super ΜΞ facto.

ΔΖ igitur Maxima est rectarum per punctum Δ ad Sectionem ducendarum; è quibus etiam quæ eidem propior est major erit remotiore, & excessus quadrati ipsius ΔΖ supra quadratum alterius cujusvis ductæ æqualis est rectangulo speciei descriptæ, facto super interceptam inter punctum Μ & ordinatim applicatam. Hæc autem omnia ita se habent, sive Axis minor æqualis fuerit dimidio lateris recti, sive major, sive minor eo. Nam sive major fuerit eo, ac ducantur rectæ à puncto Δ ad modum figuræ primæ; vel à puncto Α, ut in figura secunda; vel etiam à puncto exteriore, ut Δ in figura tertia; Maxima erit ea quam descripsimus: coincidente demonstrationis modo, in figuris secunda ac tertia, cum ea quam in prima jam exposuimus. Q. E. D.

## PROPOSITIO XXI.

*SI capiatur in aliquâ* Maximâ, *in Ellipsi juxta propositionem præcedentem ductâ ac ultra Axem minorem productâ, punctum aliquod: erit quoque* Maxima *omnium de puncto illo ad eandem Sectionis partem ducendarum, recta ea cujus* Maxima *est pars; & ab utroque ejus latere quæ eidem propior est major erit remotiore.*

Sit ΑΒΓ Ellipsis, cujus Axis ΑΓ; sitque ΒΔ recta Maxima de puncto Δ ad Sectionem ducta, modo in Prop. præcedente descripto. In ΒΔ capiatur punctum aliquod

quod E, ita ut EB major sit quam BΔ. Dico EB Maximam esse è rectis per punctum E ad Sectionem ductis, eidemque utrinque propiorem majorem esse remotiore.




Ducantur rectæ EZ, EH, EΓ, ac jungantur ΔZ, ΔH, ΔΓ; ut & ipsæ ΓH, HZ, ZB. Quoniam vero ΔB major est quam ΔZ, angulus BZΔ major erit angulo ZBΔ; & multo major erit angulus BZE angulo ZBE: quocirca BE major est quam EZ. Pariter cum ΔZ major est quam ΔH, angulus ΔHZ major erit angulo ΔZH, adeoque angulus ZHE multo major erit quam EZH; ac proinde recta ZE major erit quam EH. Eodem modo patebit EH majorem esse quam EΓ. Recta igitur EB maxima est omnium de puncto E ad eandem Sectionis partem ductarum, quæque eidem EB propior est major erit remotiore. Idem autem eodem modo demonstrabitur si Maxima ducta fuerit per punctum A, vel per aliud quodvis punctum in Axe AΓ producto capiendum.

## PROPOSITIO XXII.

*SI ducatur à puncto in Axe minore Ellipseos sumpto, recta quæ contineat cum eodem Axe angulum; ac fuerit recta hæc* Maxima *quæ de puncto illo ad Sectionem duci possit: erit* Maxima *illa super Axem minorem normaliter erecta, si fuerit punctum illud Sectionis Centrum. Si vero non fuerit centrum, erit angulus quem cum Axe continet acutus versus centrum: ac si ab extremitate ejus demittatur normalis ad Axem, erit intercepta inter normalem illam & centrum Sectionis ad interceptam inter normalem & punctum in Axe sumptum, in ratione diametri transversæ ad latus rectum.*

Sit ABΓ Ellipsis cujus Axis minor AΓ; transeat autem imprimis recta Maxima per centrum ut BΔ. Dico BΔ esse ad angulos rectos super AΓ. Nam si non ita sit, sit normalis illa ΔE. erit igitur ΔE (per 11$^{mam}$ hujus) Maxima ductarum de puncto Δ: quod est contra hypothesin; posuimus enim ΔB maximam esse. Quare recta ΔB est ad angulos rectos super AΓ.

Educatur jam recta quævis maxima ZH de puncto alio Z. Dico angulum ΓZH acutum esse; demissâque normali de puncto H ad Axem AΓ, erit intercepta inter ordinatim applicatam & centrum Δ, ad interceptam inter eandem ordinatim applicatam & punctum Z, in ratione diametri transversæ ad latus rectum.




Erit enim recta ZΓ vel major dimidio lateris recti, vel minor eo, vel eidem æqualis. Non autem æqualis est ei, tunc enim (per 16$^{am}$. 17$^{am}$. 18$^{am}$. hujus) foret maxima: neque major est eo, quia sic etiam (per 19$^{am}$ hujus) foret Maxima: Est igitur ZΓ minor dimidio lateris recti. Quare si fiat intercepta ad rectam compositam ex intercepta & ZΔ simul sumptis, sicut diameter transversa ad Latus rectum, erit intercepta illa minor quam ΓΔ, quia ΔZ minor est excessu dimidii lateris recti supra dimidium lateris transversi; adeoque ratio ejus ad ΓΔ minor erit ratione excessûs lateris recti supra diametrum transversam ad diametrum transversam: est igitur in ea ratione ad minorem quam ΓΔ. Sit ea ΔK, ut sit KΔ ad ZK in ratione diametri transversæ ad latus rectum. Dico normalem super Axem AΓ ad punctum K erectam transire per punctum H. Nam si non eo transeat, cadat ad modum rectæ KΘ: & erit ΘZ (per demonstrata in 20$^{ma}$ hujus) Maxima. Hoc autem fieri nequit, *quia ex Hypothesi* ZH *est illa Maxima.* Transit igitur normalis de puncto H demissa per punctum K, ita ut ΔK sit ad KZ ut diameter transversa ad latus rectum. *Manifestum autem est* ΓZH *angulum esse acutum, ob* ZKH *rectum.* Q. E. D.

PROPO-

rectangulum sub HZ, HE æquale est quadrato ex AH. Angulus autem AHZ rectus est; quocirca (*per Pappi Lemma* I.) rectus est angulus ZAE. Q. E. D.

### PROPOSITIO XXIX.

*IDem autem aliter demonstrari potest hoc modo.*



Sit AΓ aliqua è Sectionibus Conicis, cujus axis BΔ; ac sit Minima recta AB, tangens vero AΔ. Dico angulum ΔAB rectum esse.

Nam si non ita sit, normalis sit ipsi AΔ recta BE, adeoque AB major erit quam BE; ac propterea AB multo major erit quam BZ: quod absurdum est. Posuimus enim AB Minimam esse. Quocirca si AB Minima sit, erit angulus ΔAB rectus.

### PROPOSITIO XXX.

*SI ab extremitate* Maximæ *alicujus ad Ellipsin ductæ recta ducatur quæ Sectionem tangat. Dico Tangentem illam super* Maximam *normaliter insistere.*



Sit ABΓ Ellipsis cujus Axis minor AΓ, & ab Axe ad Sectionem ducatur Maxima quædam ut OB; tangat autem sectionem recta BΔ ad punctum B. Dico angulum ΔBO rectum esse.

Ducatur è centro ad Sectionem Axi normalis EK, *quæ occurrat Maximæ* OB *in* Λ; quæque dimidium erit Axis majoris. Quoniam vero AΓ Axis minor est, & Axis EK occurrit Maximæ, erit (per 23$^{am}$ hujus) pars ejus intercepta inter Sectionem & Axem majorem recta Minima; quare KΛ Minima est. Tangit autem Sectionem recta BΔ: BΔ igitur (per tres proximas Prop.) normaliter insistit super ipsam BΛ; *hoc est super Maximam* BO. Q. E. D.

### PROPOSITIO XXXI.

*SI in qualibet trium Coni sectionum, ab eâ* Minimæ *alicujus extremitate quæ ad Sectionem est, erigatur recta eidem* Minimæ *ad angulos rectos: erit recta illa Sectionis Tangens.*



Sit enim Sectio Conica AB, & in eâ recta Minima ΓB. Dico rectam è puncto B ductam, ipsique ΓB normalem, Sectionem tangere.

Nam si fieri possit ut non tangat, intersecet eam, ut recta EBΘ: ac ducatur è puncto quodam Z, extra Sectionem quidem sumpto sed inter eam & ipsam BΘ, recta alia ut BZ: & demittatur in BZ de puncto Γ normalis ΓHZ. Erit igitur angulus ΓBZ acutus, ob angulum ΓZB rectum; adeoque ΓZ minor erit quam ΓB, ac ΓH multo minor quam ΓB: quod absurdum est. Posuimus enim ΓB Minimam esse. Recta igitur per punctum B ipsi BΓ normalis tanget Sectionem. Q. E. D.

### PROPOSITIO XXXII.

*SI recta tangat aliquam è Sectionibus Conicis, & erigatur è puncto contactus Tangenti normalis, quæ occurrat Axi: erit hæc recta* Minima *quæ per punctum illud ad Axem ducitur.*

Sit




Sit enim ABΓ Sectio Conica, Tangens vero ΔE, & de puncto contactus B erigatur tangenti normalis BZ, quæ producatur ad occursum Axis. Dico BZ Minimam esse.

Nam si non ita sit, transeat Minima BH per punctum B; ac angulus ΔBH (per 27am & 28am hujus) rectus erit: quod quidem absurdum est. Posuimus enim angulum ΔBZ rectum esse. Quocirca recta BZ Minima est. Quod erat demonstrandum.

## PROPOSITIO XXXIII.

*SI à* Maximæ *alicujus extremitate illâ quæ ad Sectionem est erigatur perpendicularis; erit ea Sectionis Tangens.*

Sit enim AB Sectio Conica, sitque BΓ Maxima aliqua. Dico rectam per punctum B ductam, ipsique BΓ normalem, sectionem tangere.




Nam si non ita sit, intersecet eam ad modum rectæ BΔE; & ducatur è puncto Γ recta ΓΔA, occurrens ipsi BE in Δ, *Sectioni autem in* A. Cum autem ΓΔ subtendit angulum rectum, ΓB vero angulum acutum, erit ΓΔ major quam ΓB. Sed AΓ major est quam ΔΓ; adeoque AΓ multo major erit quam ΓB. Hoc autem absurdum est: posuimus enim ΓB Maximam esse. Quapropter recta per punctum B ducta, ipsique ΓB normalis, tanget sectionem. Q. E. D.

## PROPOSITIO XXXIV.

*SI sumatur punctum in aliquâ vel è* Maximis *vel* Minimis, *extra Sectionem Conicam productis: erit portio ejus, quæ interjacet punctum illud & Sectionem,* Minima *rectarum de puncto illo ad utrumvis latus Sectionis egredientium, modo non produci sed in uno tantum puncto Sectioni occurrere concipiantur: è cæteris vero quæ eidem propinquior minor erit remotiore.*

Sit AB Sectio Conica, & BΓ aliqua è Maximis vel Minimis, quæ producatur; & in producta capiatur punctum quodvis Δ, à quo ducantur ad sectionem rectæ ΔA, ΔH, ΔE, quæ singulæ occurrant sectioni in uno tantum puncto. Dico BΔ Minimam esse rectarum de puncto Δ ad sectionem ducendarum, eidemque propiorem minorem esse remotiore.




Nam si ducatur BZ sectionem tangens in B, erit (per 27am & 28am ac 30am hujus) angulus ZBΔ rectus; adeoque ΔZ *major erit quam* ΔB, *ac* ducta ΔE multo major quam ΔB. Jungantur rectæ HB, HE; atque angulus ΔEH obtusus erit, angulus vero ΔHZ acutus: quapropter ΔH major erit quam ΔE. Ac pari argumento probabitur ΔA majorem esse quam ΔH. Possumus etiam idem demonstrare de rectis ab alterâ parte ipsius BΔ ducendis. Constat ergo Propositio.

## PROPOSITIO XXXV.

*IN omni Sectione Conicâ, si ducantur plures* Minimæ; *erunt anguli comprehensi sub Axe &* Minimis *à Vertice Sectionis remotioribus majores comprehensis sub Axe & eidem Vertici propinquioribus.*



Sit

Sit autem imprimis Sectio Parabola ut ABΓ, cujus Axis ΓΔ: sintque rectæ AΔ, BE Minimæ. Dico angulum AΔΓ majorem esse angulo BEΓ.




Demittantur normales AZ, BH: cumque BZ Minima est, erit (per 13$^{am}$ hujus) EH dimidium lateris recti; ac (per eandem) erit etiam ΔZ æqualis dimidio lateris recti, ita ut EH æqualis sit ipsi ΔZ. Cathetus vero AZ major est Catheto BH: quare angulus AΔZ major est angulo BEH. Q. E. D.

## PROPOSITIO XXXVI.

SIT jam Sectio Hyperbola vel Ellipsis, cujus Axis ΛE & centrum Δ; & sint AE, BZ Minimæ. Dico angulum AEΛ majorem esse angulo BZΛ.

Demittantur normales BΘ, AH; & jungatur ΔKB. Erit igitur ΔH ad HE (per 14$^{am}$ & 15$^{am}$ hujus) sicut diameter transversa ad latus rectum; ac (per easdem) erit ΔΘ ad ΘZ in eadem ratione: proinde ΔH erit ad HE ut ΔΘ ad ΘZ; ac permu-







tando erit ΔH ad ΔΘ sicut HE ad ΘZ. Sed ΔH est ad ΔΘ ut KH ad BΘ: quapropter HE est ad ΘZ sicut KH ad BΘ. Anguli autem AHE, BΘZ recti sunt, adeoque triangula KEH, BZΘ similia sunt, & *anguli* KEH, BZΘ *æquales*; angulus igitur AEH major est angulo BZΘ. Q. E. D.

## PROPOSITIO XXXVII.

S*I in Hyperbola ducatur recta aliqua* Minima *quæ contineat cum Axe angulum: erit angulus ille minor angulo comprehenso sub alterutro Asymptotorum & rectâ quæ per Verticem Sectionis ducta Axi normalis est.*

Sit Hyperbolæ AB Axis ΓΔ, Asymptoti autem ZΓ, ΓH; sitque recta quædam Minima AΔ: & è puncto B erigatur Axi normalis ZBH. Dico angulum AΔΓ minorem esse angulo ΓZH.




Fiat BΘ dimidium lateris recti, sive cadat punctum Θ super H, vel inter B, H, vel extra ea; ac jungatur AΓ. Jam ΓB est ad BΘ, sicut axis transversus ad latus rectum; est autem ΓE ad EΔ (per 14$^{am}$ hujus) sicut axis transversus ad latus rectum: quare ΓB est ad BΘ ut ΓE ad EΔ. Sed KB est ad BΓ ut AE ad EΓ, adeoque ex æquo erit KB ad BΘ sicut AE ad EΔ. Ratio autem KB ad BΘ minor est ratione ZB ad BΘ; & ZB est ad BΘ (per 3$^{am}$ II$^{di}$) ut ΓB ad BZ. Quapropter ratio AE ad EΔ minor est ratione ΓB ad BZ. Hæc vero latera continent angulos rectos: unde manifestum est angulum AΔΓ minorem esse angulo ΓZB. Q. E. D.

## PROPOSITIO XXXVIII.

S*I ducantur à Sectione aliqua Conica rectæ duæ* Minimæ *ad idem Axis latus; occurrent illæ productæ ad oppositam Sectionis partem, sive ultra Axem.*

Sit

Sit sectio Conica AB super Axe ΓΔ; sintque AΔ, BE duæ Minimæ à sectione ad Axem ductæ. Dico rectas ΔA, BE productas, ad alterum sectionis latus invicem occursuras.




Quoniam enim (per 35^am & 36^am hujus) angulus AΔΓ major est angulo BEΓ, erunt anguli AΔE, ΔEB majores duobus rectis: erunt igitur anguli iisdem deinceps minores duobus rectis: sunt autem AΔ, BE duæ Minimæ; occurrunt igitur productæ, ad alteram sectionis partem. Q. E. D.

## PROPOSITIO XXXIX.

R*ectæ* Maximæ *à Sectione ad Axem Ellipseos minorem ductæ occurrunt invicem ad eandem Sectionis partem.*

Sit ABΓ Ellipsis, cujus Axis minor AΔ. Dico Maximas à Sectione ABΓ ductas occurrere inter se ad partes Semi-Ellipseos ABΔ.

Nam si possibile sit, ut non sese intersecent; sint eæ duæ rectæ Maximæ BE, ΓZ, & ducantur normales BH, ΓΘ, ac sit centrum K. Erit igitur KΘ ad ΘZ ut diameter transversa ad latus rectum (per 22^am hujus) similiterque KH erit ad HE in eadem ratione: quare per conversionem rationis KH erit ad KE ut KΘ ad KZ; ac permutando KH erit ad KΘ ut KE ad KZ. Sed KZ minor est quam KE: igitur KΘ minor erit quam KH, quod est contra Hypothesin. Minimæ igitur Bε, ΓZ occurrunt invicem: *cumque* Kε *minor est quam* KZ, *occurrent ad easdem partes Axis ad quas puncta* Γ, B. Quod erat demonstrandum.




## PROPOSITIO XL.

C*oncursus rectarum* Minimarum *in Ellipsi fiunt intra angulum comprehensum sub Semiaxe ad quem ducuntur* Minimæ *& sub Axe minore.*

Sit ΔEΓ Ellipsis, cujus Axis minor ΔBO; sintque Minimæ duæ EΘ, ZH. Dico rectas EΘ, ZH productas concurrere intra angulum ΓBO.

Producantur enim hæ rectæ ab H & Θ ad occursum ipsius ΔBO, in punctis K, Λ. Quoniam vero EΘ Minima est, erit quoque EΛ (per conversam Prop. XXIII. hujus) Maxima. Pariter cum ZH producta occurrit ipsi BO in puncto K, erit etiam ZK Maxima. Occurrunt autem inter se EΘ, ZH productæ (per 38^vam hujus) ad alteram partem Axis. Sed rectæ EΛ, ZK, cum Maximæ sint, occurrunt invicem (per 39^am hujus) ad eandem Axis minoris partem. Situm est igitur punctum occursus intra angulum rectis ΓB, BO comprehensum. Q. E. D.




## PROPOSITIO XLI.

R*ectæ* Minimæ *in Parabola vel Ellipsi de Sectione ad Axem ductæ & productæ occurrent etiam Sectioni ad alterum ejus latus.*




Res quidem in Ellipsi per se satis manifesta est.

Sin autem sectio ΑΒΓ Parabola fuerit axe ΒΔ, sit recta aliqua Minima ΑΔ. Dico ΑΔ productam occurrere alteri sectionis parti ΒΓ.

Quoniam enim sectio Parabola est, ac ducitur ad diametrum ejus recta ΑΔ; producta ea (per $27^{am}$ primi) conveniet cum sectione ΒΓ. Q. E. D.

## PROPOSITIO XLII.

*IN Hyperbola, si diameter transversa non major fuerit latere ejus recto, nulla* Minima *de Sectione ad Axem duci potest, quæ occurrat alteri Sectionis lateri. Si vero diameter transversa major fuerit latere ejus recto, pars* Minimarum *producta occurret alteri Sectionis lateri: altera vero pars non item.*

Sit Hyperbolæ ΑΒΓ Axis ΔΕ, ac centrum Δ; sitque recta aliqua Minima ΑΕ; nec sit diameter transversa major latere recto. Dico quod ΑΕ producta non occurret sectioni.




Sint Asymptoti duæ ΔΖ, ΔΗ; ac sit ΖΒΗ ipsi ΔΒ ad angulos rectos: ac fiat ΒΘ dimidium lateris recti. Quoniam vero diameter transversa non major est latere recto, ΔΒ non major erit quam ΒΘ; ac ΔΒ est ad ΒΘ (per tertiam $II^{di}$) sicut quadratum ex ΒΔ ad quadratum ex ΒΖ; quadratum igitur ex ΒΔ non majus erit quadrato ex ΒΖ, adeoque ΒΔ non major quam ΒΖ: unde & angulus ΒΖΔ non major erit angulo ΖΔΒ. Sed (per $37^{am}$ hujus) angulus ΒΖΔ major est angulo ΑΕΒ; quare angulus ΖΔΒ major est angulo ΑΕΒ. Angulus autem ΖΔΒ æqualis est angulo ΒΔΗ: quare angulus ΒΔΗ major est angulo ΑΕΒ. Jam angulus qui ipsi ΑΕΒ deinceps est una cum angulo ΑΕΒ æqualis est duobus rectis; adeoque angulus ΕΔΗ una cum angulo ipsi ΑΕΒ deinceps major est duobus rectis; rectæ igitur ΑΕ, ΔΗ productæ ad partes Ε & Η non occurrent inter se. Sed & recta ΑΕ non occurret sectionis parti ΒΓ (per octavam $II^{di}$) quia non occurrit Asymptoto ΔΗ. Q. E. D.

## PROPOSITIO XLIII.

QUod si fuerit diameter transversa major latere recto. Dico *Minimarum* aliquas à Sectione ΑΒΓ ductas & productas occurrere Sectioni ab alterâ ejus parte; aliquas vero eidem non occurrere.




Sint duæ Sectionis Asymptoti ΖΔ, ΔΗ: cumque diameter transversa major est latere recto, erit ΔΒ major dimidio lateris recti ΒΘ; adeoque ratio ipsius ΖΒ ad ΒΘ major erit ratione ΖΒ ad ΒΔ. Fiat ΚΒ ad ΒΘ sicut ΖΒ ad ΒΔ; & jungatur ΔΚ, quæ producta (per $2^{dam}$ $II^{di}$) occurret sectioni. Occurrat autem in puncto Α; & ab Α demittatur Axi ΔΕ normalis ΑΛ; ac fiat ΔΛ ad ΛΕ sicut ΔΒ ad ΒΘ, sive ut diameter transversa ad latus rectum. Quoniam vero normalis est ΑΛ, erit intercepta ΑΕ (per nonam hujus) aliqua è Minimis. Cum autem ΒΚ est ad ΒΔ sicut ΑΛ ad ΛΔ, atque etiam ΔΒ est ad ΒΘ sicut ΔΛ ad ΛΕ; erit ex æquo ΑΛ ad ΛΕ sicut ΒΚ ad ΒΘ. Sed ΒΚ est ad ΒΘ ut ΖΒ ad ΒΔ; quare ΑΛ est ad ΛΕ sicut ΖΒ ad ΒΔ. Anguli autem ΖΒΔ, ΑΛΕ sunt æquales, quia recti; atque adeo triangula ΖΒΔ, ΑΛΕ similia, & angulus ΖΔΒ angulo ΑΕΛ æqualis:

qualis: unde & angulus ΒΔΗ eidem angulo ΑΕΛ æqualis est. Quocirca rectæ ΔΗ ΑΕ non occurrent inter se, atque ΑΕ producta non occurret sectioni nisi in puncto Α; quia (per octavam $II^{di}$) non occurrit utrique Asymptoto ΔΗ, ΔΖ: est enim ΑΕ ipsi ΔΗ parallela. Recta igitur ΑΕ non occurrit sectioni nisi in solo puncta Α.

At vero Minimæ illæ, quæ occurrunt axi inter puncta Β, Ε, (per $36^{am}$ hujus) minores angulos cum Axe comprehendunt quam ΒΔΗ: (etenim angulus ΑΕΒ æqualis est angulo ΒΔΗ, & anguli Minimarum istarum inter Β & Ε transeuntium minores sunt angulo ΑΕΒ, *hoc est angulo* ΒΔΗ) adeoque productæ non occurrent ipsi ΔΗ; ac proinde non intersecabunt sectionem ΒΓ, ob causam jam dictam, nempe Prop. $8^{vam}$ $II^{di}$. Cæteras vero Minimas comprehendentes cum Axe angulos majores angulo ΑΕΒ, quia ipsi ΔΗ occurrunt, etiam interpositæ sectioni ΒΓ occurrere necesse est. Q. E. D.

## PROPOSITIO XLIV.

*SI ad Axem alicujus Sectionis Conicæ ducantur duæ* Minimæ, *quæ ad occursum producantur; & de puncto occursus earundem ducatur alia quævis recta, quæ Axem secans Sectioni conveniat: portio ejus inter Sectionem & Axem intercepta non erit* Minima. *Ac si hæc ducta non fuerit intermedia inter duas* Minimas, *& agatur ab ea extremitate ejus quæ est ad Sectionem* Minima; *abscindet hæc* Minima *portionem Axis Vertici Sectionis adjacentem, quæ major erit portione ejusdem ab ipsa ducta abscissâ. Si vero ducta intermedia fuerit inter duas* Minimas, *ea* Minima, *quæ ab extremitate ejus ad Axem ducitur, auferet portionem Axis Vertici Sectionis adjacentem minorem portione ab ipsa ducta abscissâ. Quod si Sectio fuerit Ellipsis, oportebit & duas* Minimas *& tertiam ductam occurrere eidem majori Semiaxi Sectionis.*

Imprimis autem sit Sectio Parabola ut ΑΒΓ, cujus Axis ΔΗ; ac sint duæ Minimæ ab eadem ductæ ΒΖ, ΓΕ, quæ occurrant inter se in puncto Ο: & educatur è puncto Ο recta ΚΛ, primum extra ipsas ΟΓ, ΟΒ. Dico ΚΛ non esse aliquam è Minimis, Minimamque per punctum Κ ductam abscindere ab Axe majorem portionem, Vertici sectionis Δ conterminam, quam est ΔΛ.




Demittantur normales ΟΗ, ΒΠ, ΓΝ, ΚΜ; ac sit ΘΗ dimidium lateris recti. Quoniam vero ΒΖ Minima est, & ΒΠ normalis, erit (per $13^{am}$ hujus) ΠΖ æqualis dimidio lateris recti; adeoque ΠΖ æqualis est ipsi ΘΗ: unde & ΠΘ ipsi ΖΗ æqualis erit, ac ΗΘ erit ad ΘΠ sicut ΠΖ ad ΖΗ. Sed ΠΖ est ad ΖΗ ut ΠΒ ad ΟΗ; unde rectangulum sub ΟΗ, ΗΘ æquale erit rectangulo sub ΒΠ, ΠΘ. Eodemque modo demonstratur rectangulum sub ΓΝ, ΝΘ æquale esse rectangulo sub ΟΗ, ΗΘ: æquale est igitur rectangulum sub ΠΒ, ΘΠ rectangulo ΓΝ, ΝΘ; ac proinde ΠΒ est ad ΓΝ ut ΝΘ ad ΘΠ. Jungatur ΒΓ ac producatur ad occursum Axis ΔΗ in puncto γ; producatur etiam normalis ΚΜ ad Σ. Erit igitur ΠΒ ad ΓΝ sicut Πγ ad γΝ, adeoque Πγ est ad γΝ sicut ΝΘ ad ΘΠ, *ac dividendo* ΠΝ



*est*

*est ad* γΝ *sicut* ΠΝ *ad* ΘΠ: æqualis est igitur recta γΝ ipsi ΠΘ. Est igitur γΜ minor quam ΠΘ, unde ratio ΠΜ ad Μγ major est ratione ΠΜ ad ΠΘ; & componendo ratio Πγ ad γΜ, hoc est ΠΒ ad ΜΣ, major erit ratione ΜΘ ad ΘΠ: adeoque rectangulum sub ΒΠ, ΠΘ majus erit rectangulo sub ΣΜ, ΜΘ, ac proinde multo majus rectangulo sub ΚΜ, ΜΘ. Demonstravimus autem rectangulum sub ΒΠ, ΠΘ æquale esse rectangulo sub ΟΗ, ΗΘ: adeoque rectangulum ΟΗΘ majus est rectangulo ΚΜΘ; ac ratio ΟΗ ad ΚΜ, sive ΗΛ ad ΛΜ, major est ratione ΜΘ ad ΘΗ: quocirca ΗΘ major est quam ΜΛ. Sed ΗΘ æqualis est dimidio lateris recti, ergo ΜΛ minor est dimidio lateris recti: Minima igitur à puncto Κ ducenda auferet ab Axe segmentum majus quam ΛΔ: unde patet (per 24^am hujus) ΚΛ non esse Minimam.




Jam si ducatur ad alterum latus ipsarum ΒΟ, ΟΓ, etiam extra eas, alia quævis recta ut ΟΑ. Dico partem ejus Ατ non esse Minimam: Minimam vero è puncto Α ductã auferre ab Axe portionem majorem quam Δτ. Sit ΑΧ normalis ipsi ΔΗ, & (per jam demonstrata) recta ΠΘ æqualis est ipsi γΝ; unde γΧ major erit quam ΠΘ; ac ratio ΠΧ ad Χγ minor erit ratione ΧΠ ad ΠΘ. Dividendo autem ratio ΧΠ ad Πγ minor erit ratione ejusdem ad ΧΘ; ac componendo ratio Χγ ad γΠ, *hoc est* ΧΡ *ad* ΠΒ, minor erit ratione ΠΘ ad ΘΧ: quare ratio ΧΡ ad ΠΒ minor est ratione ΠΘ ad ΘΧ; ac rectangulum ΘΧΡ minus erit rectangulo ΒΠΘ; adeoque rectangulum ΑΧΘ multo minus erit rectangulo ΒΠΘ. Sed ΒΠΘ æquale est rectangulo ΟΗΘ, quocirca ΑΧΘ minus est rectangulo ΟΗΘ; ad proinde ratio ΑΧ ad ΟΗ, hoc est Χτ ad τΗ, minor erit ratione ΗΘ ad ΘΧ: erit igitur ΗΘ major quam Χτ. Sed ΘΗ dimidium est lateris recti, quare Χτ minor est dimidio lateris recti. Minima itaque de puncto Α ducenda auferet rectam majorem quam Χτ; adeoque majus erit segmentum Axis, à sectionis Vertice Δ sumptum, quam segmentum Δτ rectâ Ατ abscissum: ac propterea (per 24^am hujus) recta Ατ non est aliqua è Minimis.

Quinetiam si capiatur recta aliqua ut ΟΥ inter ipsas ΟΒ, ΟΓ intermedia: Dico quod ΥΤ non est Minima, quodque Minima de puncto Υ ducta abscindet segmentum Axis, vertici Δ adjacens, minus portione ejus ΔΤ. Demittatur enim normalis Υξ. Cumque jam probatum sit ΠΘ æqualem esse ipsi γΝ, erit ξγ major quam ΠΘ; adeoque ratio Πξ ad ξγ minor ratione ejusdem ad ΠΘ: & componendo ratio Πγ ad γξ minor erit ratione ξΘ ad ΘΠ. Sed Πγ est ad γξ ut ΒΠ ad Ξξ; unde ratio ΒΠ ad Ξξ minor est ratione ξΘ ad ΘΠ: ac rectangulum ΒΠΘ minus rectangulo Ξξθ, multoque minus rectangulo Υξθ. Rectangulum autem ΟΗΘ æquale est rectangulo ΒΠΘ; quare rectangulum ΟΗΘ minus est facto sub Υξ, ξΘ: unde & ratio ΟΗ ad Υξ minor erit ratione ξΘ ad ΘΗ. Sed ΟΗ est ad Υξ sicut ΗΤ ad Τξ; quare ΗΤ est ad Τξ in minore ratione quam ξΘ ad ΘΗ: recta igitur ΗΘ minor est quam Τξ. Verum ΗΘ dimidium est lateris recti; quapropter recta Minima de puncto Υ ducenda auferet portionem minorem quam ξΤ: ac segmentum Axis Vertici Sectionis adjacens minus erit quam ΔΤ: unde ΥΤ non est Minima, sed Minima de puncto Υ ducenda auferet Axis portionem minorem quam ΔΤ. Q. E. D.

## PROPOSITIO XLV.

SI vero sectio fuerit Hyperbola vel Ellipsis ut ΑΒΓΔ, Axe ΜΔ centro vero Ν; & ducantur in sectione duæ *Minimæ*, ut ΒΕ, ΓΖ; à quarum concursu in puncto Θ agatur

* Θ agatur

Θ agatur recta ΘΑΚ. Dico portionem ejus inter sectionem & Axem interceptam non esse aliquam è *Minimis*: sed *Minimam* de puncto Κ ductam abscindere segmentum Axis majus quam ΔΛ.

De puncto Θ demittatur ad Axem normalis recta ΘΜ, ac per centrum Ν ipsi ΜΘ parallela ducatur recta ΝΞ, ac per punctum Θ ipsi ΜΝ parallela fit ΘΞ, & producatur ΝΞ ad occursum ipsarum ΘΓ, ΘΒ: iis autem occurrat in punctis β, θ. Fiat etiam utraque ΞΠ ad ΠΝ & ΝΟ ad ΟΜ in ratione diametri transversæ ad latus rectum, ac ducantur Axi normales ΟΡ, ΒΣ, ΓΗ, ΚΤ; junctaq; ΓΒ producatur ad Υ, ubi occurrat rectæ ΠΧ axi ΔΝ parallelæ per punctum Π ductæ. Quoniam vero ΒΕ, ΓΖ sunt Minimæ, ac ΒΣ Axi normalis est, erit ΝΣ ad ΣΕ (per $9^{am}$ & $10^{am}$ hujus) sicut diameter transversa ad latus rectum; quare ΝΟ erit ad ΟΜ sicut ΝΣ ad ΣΕ: ac componendo in Hyperbola vel dividendo in Ellipsi ΜΝ erit ad ΝΟ sicut ΕΝ ad ΝΣ. Dein auferendo duas minores à duabus majoribus erit ΜΕ ad ΟΣ sicut ΜΝ ad ΝΟ. Est autem ΟΣ ipsi ξΤ æqualis, adeoque ΕΜ est ad ξΤ sicut ΜΝ ad ΝΟ. Quoniam vero ΞΠ est ad ΠΝ sicut diameter transversa ad latus rectum, erit ΞΠ ad ΠΝ ut ΝΣ ad ΣΕ; quare componendo in Hyperbola vel dividendo in Ellipsi erit ΞΝ ad ΝΠ *sive* ΣΤ, sicut ΝΕ ad ΕΣ; hoc est, ut Νθ ad ΒΣ, ob similia triangula: & addendo terminos in Hyperbola, vel auferendo minores è majoribus in Ellipsi, erit



Ξθ ad ΒΤ sicut ΝΕ ad ΕΣ, vel sicut ΞΝ ad ΝΠ. Jam ratio rectanguli ΞΝΜ ad rectangulum ΠΝΟ componitur ex ratione ΞΝ ad ΝΠ & ΜΝ ad ΝΟ: demonstravimus autem ΞΝ esse ad ΝΠ sicut Ξθ ad ΒΤ, & ΜΝ esse ad ΝΟ ut ΕΜ ad ξΤ, ratio igitur rectanguli ΝΜΘ ad rectangulum ΝΠξ componitur ex ratione Ξθ ad ΒΤ & ratione ΕΜ ad ξΤ. Sed rectangulum ΝΜΘ æquale est facto sub Ξθ & ΕΜ, quia Ξθ est ad ΘΞ sicut ΘΜ ad ΜΕ: rectangulum igitur ΝΠξ æquale est contento sub ΒΤ, Τξ. Eodem modo demonstrabitur rectangulum ΝΠξ æquale esse rectangulo Γδξ; atque adeo rectangulum sub ΒΤ, Τξ æquale esse rectangulo sub Γδ, δξ: unde ΒΤ est ad Γδ ut δξ est ad ξΤ. Sed ΒΤ est ad Γδ sicut ΥΤ ad Υδ; quare ΥΤ est ad Υδ sicut δξ ad ξΤ; ac dividendo Υδ est ad δΤ sicut Υδ ad ξΤ: unde patet ξΤ ipsi Υδ æquari.

Hinc constabit Υξ majorem esse quam Υγ; ratio itaque γΤ ad Υγ major erit ratione ejusdem ad Υξ, ac componendo erit ratio ΥΤ ad Υγ major ratione γξ ad ξΤ.

ξΤ. Sed ΥΤ est ad Τγ sicut ΒΥ ad ιγ; ratio igitur ΒΥ ad ιγ major est ratione γξ ad ξΤ: atque adeo rectangulum sub ΒΥ, Τξ majus erit rectangulo sub ιγ, γξ, ac multo majus rectangulo Κγξ. Rectangulum autem sub ΒΥ, Τξ æquale est rectangulo ΝΠξ, quare rectangulum ΝΠξ majus est rectangulo Κγξ. Rectangulum vero ΝΠξ æquale est rectangulo ΧΘΡ, quia ΝΟ est ad ΟΜ sicut ΘΧ ad ΧΜ; ergo rectangulum ΧΘΡ majus est rectangulo Κγξ. Continetur autem rectangulum ΧΘΡ sub ipsis ΘΧ, Χξ; quapropter rectangulum sub ΘΧ, Χξ majus erit contento sub Κγ, γξ; ac ratio ΘΧ ad Κγ major ratione γξ ad ξΧ. Sed ΘΧ est ad Κγ sicut Χζ ad ζγ, unde ratio Χζ ad ζγ major erit ratione γξ ad ξΧ; & componendo Χγ erit ad ζγ in majore ratione quam Χγ ad ξΧ: unde recta ξΧ major erit quam ζγ, ac ratio ΞΘ ad ξΧ minor erit ratione ΞΘ ad ζγ. Verum ΞΘ (ob similia triangula) est ad ζγ ut Ξη ad Κγ: ratio itaque ΞΘ ad Χξ minor est ratione Ξη ad Κγ. ΘΞ autem æqualis est ipsi ΜΝ, & Χξ ipsi ΜΟ; quare ratio ΜΝ ad ΜΟ minor est ratione Ξη ad Κγ: ac ΜΝ est ad ΜΟ sicut ΞΝ ad ΝΠ, quia fecimus utramque ΝΟ ad ΟΜ & ΞΠ ad ΠΝ in ratione diametri transversæ ad latus rectum. Ratio igitur ΞΝ ad ΝΠ minor est ratione Ξη ad Κγ; & auferendo duas minores à majoribus in Hyperbola, vel componendo eas in Ellipsi, fiet ratio Νη ad Κτ major ratione ΞΝ ad ΝΠ, ob ΝΠ ipsi γτ æqualem. Atqui Νη est ad Κτ (ob similia triangula) sicut



ΝΔ ad Δτ; adeoque ratio ΝΔ ad Δτ major est ratione ΞΝ ad ΝΠ: *ac dividendo in Hyperbola vel componendo in Ellipsi ratio* Ντ *ad* τΔ *major erit ratione* ΞΠ ad ΠΝ, hoc est ratione diametri transversæ ad latus rectum. Jam si faciamus Ντ ad rectam aliam sicut diameter transversa ad latus rectum; erit hæc alia major quam Δτ, adeoque recta Minima de puncto Κ ducenda (per 9am, 10am & 25am hujus) abscindet segmentum Axis Vertici Δ adjacens, quod majus erit quam ΔΛ.

Porro si ducatur recta alia ad modum ipsius ΘΛΑα: dico rectam ΑΛ non esse Minimam, Minimamque per punctum Α ductam abscindere ab Axe segmentum majus quam ΔΛ. Demittatur enim ad Axem normalis Ασ, quæ producatur ad υ & Ι. Jam quoniam Τδ æqualis est ipsi Τξ, erit Τδ major quam ξΙ, ac ratio ipsius δΙ ad Ιξ major ratione ejusdem ad Τδ; *ac componendo vel dividendo ratio* δξ *ad* ξΙ *major erit ratione* ΙΤ *ad* Τδ. Sed ΙΤ est ad Τδ sicut Ιυ ad Γδ; adeoque ratio δξ ad ξΙ major

major est ratione Iυ ad Γδ, ac multo major ratione IA ad Γδ; & rectangulum sub Γδ, δξ majus erit contento sub AI, Iξ. Rectangulum vero sub Γδ, δξ æquale est rectangulo ΠΝΟ; quare rectangulum ΠΝΟ majus est rectangulo AIξ. Rectangulum autem ΠΝΟ æquale est rectangulo XΘP, quia NO est ad OM, hoc est Πξ ad ξX, sicut ΞΠ ad ΠΝ sive Pξ ad ξO: rectangulum igitur XΘP majus est rectangulo AIξ. Sed rectangulum XΘP fit sub XΘ, Xξ, quare ΘXξ majus est rectangulo AIξ, ac ratio ΘX ad AI major erit ratione Iξ ad ξX. Sed ΘX est ad AI sicut Xκ ad κI; ratio igitur Xκ ad κI major est ratione Iξ ad ξX; ac componendo ratio IX ad Xκ minor erit ratione IX ad Iξ: recta igitur Xκ major est quam Iξ, & applicatâ utrinque communi ξκ, erit Xξ major quam Iκ; unde ratio ΞΘ ad Xξ minor erit ratione ΞΘ ad Iκ. Sed ΞΘ est ad Iκ sicut Ξα ad AI; quare ratio Ξα ad AI major est ratione ΞΘ ad Xξ. Verum ΞΘ æqualis est ipsi NM, ac Xξ ipsi MO; quare ratio Ξα ad AI major est ratione NM ad MO: & NM est ad MO sicut ΞN ad NΠ; quare auferendo duas minores à duabus majoribus in Hyperbola, vel componendo easdem in Ellipsi, erit ratio αN ad Aσ major ratione ΞN ad NΠ. Sed αN est ad Aσ sicut Nλ ad λσ; quare ratio Nλ ad λσ major est ratione ΞN ad NΠ: ac dividendo in Hyperbola vel componendo in Ellipsi, erit ratio Nσ ad σλ major ratione ΞΠ ad ΠN. Sed ΞΠ est ad ΠN ut diameter transversa ad latus rectum; adeoque si fiat Nσ ad aliam quandam in ratione diametri transversæ ad latus rectum, erit hæc alia major quam σλ: ac proinde Minima de puncto A ducenda abscindet ab Axe segmentum majus quam Δλ, per demonstrata in nona & decima hujus.




Quod si ducatur alia recta ut Θωφο inter Minimas BE, ΓZ intermedia: dico rectam ωφ non esse aliquam è Minimis, ac Minimam de puncto φ ductam abscindere ab Axe segmentum minus quam Δω. Demittatur ad Axem normalis φμν. Cumque Tδ, uti demonstravimus, æqualis sit ipsi Tξ, erit Tδ minor quam νξ, ac ratio νδ ad δT major erit ratione νδ ad νξ: & componendo ratio νT ad Tδ major erit ratione δξ ad ξν. Sed νT est ad Tδ sicut πν ad Γδ; quare ratio πν ad Γδ major erit ratione δξ ad ξν: adeoque rectangulum sub πν, νξ majus erit rectangulo sub Γδ, δξ. At φν major est quam πν, ac proinde rectangulum φνξ multo majus erit quam rectangulum Γδξ. Est autem rectangulum Γδξ (per jam demonstrata) æquale rectangulo NΠξ, quod quidem æquale est rectangulo XΘP: quare rectangulum sub φν, νξ majus est rectangulo XΘP. Sed rectangulum XΘP fit sub ΘX, Xξ: quare rectangulum φνξ majus est rectangulo ΘXξ; ac ratio φν ad ΘX major est ratione Xξ ad ξν. Est autem φν ad ΘX sicut νρ ad ρX, quare ratio νρ ad ρX major est ratione Xξ ad ξν; ac componendo ratio νX ad Xξ major est ratione νX ad νρ: unde constat Xξ minorem esse quam νρ, ac rationem ΞΘ ad Xξ majorem esse ratione ΞΘ ad νρ. Sed (ob similia triangula) ΞΘ est ad νρ sicut Ξο ad φν: ratio igitur ΞΘ ad Xξ major est ratione Ξο ad φν. Cum autem ΞΘ ipsi MN, ac Xξ ipsi MO æqualis est,

eſt, ratio ΜΝ ad ΜΟ major erit ratione Ξο ad Φν: cumque ΜΝ eſt ad ΜΟ ſicut ΞΝ ad ΝΠ, erit ratio ΞΝ ad ΝΠ major ratione Ξο ad Φν. Auferendo igitur duas minores à duabus majoribus in Hyperbola, vel componendo eaſdem in Ellipſi, erit ratio ΞΝ ad ΝΠ major ratione οΝ ad Φμ. Sed (ob ſimilia triangula) οΝ eſt ad Φμ ſicut Νω ad ωμ; quare ratio ΞΝ ad ΝΠ major eſt ratione Νω ad ωμ: ac dividendo in Hyperbola vel componendo in Ellipſi, erit ratio ΞΠ ad ΠΝ major ratione Νμ ad μω. Verum ΞΠ eſt ad ΠΝ ſicut diameter tranſverſa ad latus rectum, adeoque ratio illa major erit ratione Νμ ad μω. Propterea ſi faciamus Νμ ad rectam aliam in ratione diametri tranſverſæ ad latus rectum, minor erit illa quam μω; atque adeo Minima de puncto Φ ducenda (per 9^am & 10^am hujus) auferet ab Axe ſegmentum minus quam Δω: unde (per 25^am hujus) manifeſtum eſt Φω non eſſe aliquam è Minimis. Q. E. D.

## PROPOSITIO XLVI.

SI *duæ* Minimæ *in alterutro Ellipſeos quadrante ducantur ad Axem majorem, quarum altera tranſeat per centrum*; *ac producantur ad occurſum*: *non duci poterit à puncto occurſus ad eundem Sectionis quadrantem alia recta, è quâ abſcindat Axis* Minimam. *Ac ſi rectæ quælibet egrediantur ex illo puncto ad Sectionem inter* Minimam *& Verticem Axis majoris*: Minimæ *ab earundem extremitatibus ad Axem ductæ abſcindent Axis ſegmenta Vertici contermina, majora quidem quam ſegmenta ejuſdem ab ipſis egreſſis abſciſſa*; minora vero ſi ductæ fuerint ad alteras partes ſive verſus Axem minorem.

Sit Ellipſeos ΑΒΓ Axis major ΔΕ centrumque Ζ; & è centro erigatur normalis ad Axem ΖΑ, quæ producatur ad occurſum Minimæ alicujus ΒΗ etiam productæ in puncto Κ: ac ducatur alia recta ut ΚΘΓ. Dico quod ΘΓ non eſt Minima, quodque Minima è puncto Γ ad ΔΕ ducenda abſcindet ab Axe portionem majorem quam ΔΘ.




Si enim recta ΓΘ foret Minima, producta occurreret Minimæ ΒΗ intra angulum ΔΖΚ, juxta 40^mam hujus: ſed occurrit ei recta ΓΘ non niſi in puncto Κ; adeoque ΘΓ non eſt Minima. Quod vero Minima è puncto Γ ad Axem ΔΕ educta abſcindat ex eodem ſegmentum majus quam ΔΘ, hinc patet; quia (per 40^mam hujus) recta Minima per punctum Γ ducta occurrit ipſi ΒΗ, quæ etiam Minima eſt, intra angulum ΗΖΚ: unde manifeſtum eſt illam abſcindere majorem Axis portionem quam ΔΘ.

*At ſi ducatur alia ut* ΛΜΚ *ad alteram partem Minimæ* ΒΗ; *conſimili argumento patebit* ΛΜ *non eſſe Minimam, Minimamque de puncto* Λ *ad Axem ducendam* (*per eandem* 40^mam) *abſcindere minorem Axis portionem quam* ΔΜ: *quia occurret Minimæ* ΒΗ *intra angulum* ΗΖΚ. Q. E. D.

## PROPOSITIO XLVII.

QUatuor *rectæ* Minimæ *in eadem Semi-ellipſi ductæ, & ab Axe majore abſciſſæ, non conveniunt in eodem puncto.*

Sit ΑΒΓΔ Ellipſis cujus Axis major ΑΔ. Dico quod ſi ducantur ab Axe ΑΔ ad Sectionem ΑΒΓΔ quatuor Minimæ, non convenient inter ſe in eodem puncto. Nam, ſi fieri poſſit, ducantur rectæ ΚΓ, ΛΕ, ΜΖ, ΘΒ quæ conveniant inter ſe in puncto Η. Jam vel aliqua ex his rectis normalis erit ſuper Axem ΑΔ, vel nulla earum normalis erit. Sit autem imprimis una earum ΒΘ Axi normalis.

Quoniam vero recta ΒΘ Minima eſt, atque etiam Axi ΑΔ normalis, erit (per 15^am hujus) punctum Θ centrum Sectionis: occurrat autem eidem recta Minima

ΚΓ

ΚΓ in puncto Η, & ducatur recta alia ΕΗ; ac (per $46^{am}$ hujus) pars ejus ΕΑ non erit Minima. Posuimus autem Minimam esse; quod absurdum.




Quod si nulla ipsarum ΒΘ, ΚΓ, ΛΕ, ΜΖ normalis fuerit super Axem ΑΔ, sit centrum Ν inter rectas ΒΘ, ΓΚ positum; ac oportebit ducere tres Minimas ad eundem Sectionis Semiaxem, quæ concurrant in eodem puncto. Hoc autem fieri nequit, ut (ex $45^{ta}$ hujus) manifestum est. Si vero Centrum Ν intermedium fuerit inter ΚΓ, ΛΕ; axi ΑΔ normaliter erigatur recta ΝΧ, & (per $40^{am}$ hujus) concursus ipsarum ΕΛ, ΖΜ erit intra angulum ΔΝΧ. Pariterque constabit Minimas ΒΘ, ΓΚ concursuras intra angulum ΑΝΧ. Debent autem omnes concurrere in puncto Η: hoc autem absurdum. Quatuor igitur Minimæ ad Sectionem ductæ non conveniunt in eodem puncto. Q. E. D.

## PROPOSITIO XLVIII.

*Tres* Maximæ *ad eundem Ellipseos quadrantem ductæ non concurrunt in eodem puncto.*

Sit Ellipseos ΑΒΓ Axis major ΑΓ, minor ΒΔ. Dico tres Maximas, ad eundem Ellipseos quadrantem ΑΒΓ ductas, non occurrere inter se in eodem puncto. Nam si fieri possit ducantur rectæ ΕΛ, ΖΚ, ΗΘ concurrentes in eodem puncto Μ. Quoniam vero ΕΛ, ΖΚ, ΗΘ Maximæ sunt, erunt etiam ΕΝ, ΖΞ, ΟΗ (per $23^{am}$ hujus) tres Minimæ. Tres igitur Minimæ ad eundem Sectionis quadrantem ductæ concurrere debent in eodem puncto: id quod (per $45^{am}$ & $46^{am}$ hujus) absurdum est. Quapropter tres Maximæ ad eundem quadrantem Sectionis ΑΒΓ ductæ non concurrere possunt in eodem puncto Μ. Q. E. D.




## PROPOSITIO XLIX.

*In omni Sectione Conicâ: si erigatur super Axem normalis, ad punctum ejus quodlibet, modo non longius distet à Vertice Sectionis quam dimidio Lateris recti; ac capiatur punctum aliquod in eadem normali, unde egrediatur recta quævis ad alterum Sectionis latus, inter normalem & Verticem Sectionis: Recta* Minima *ab extremitate ejusdem ducta non erit pars ejus; sed abscindet ex Axe portionem Vertici Sectionis adjacentem, majorem eâ quæ à rectâ de sumpto puncto eductâ abscinditur.*

Imprimis Parabolæ ΑΒ sit Axis ΒΓ; normalis vero sit ΕΔ; ita ut ΕΒ, segmentum Axis à normali illâ abscissum, non majus sit dimidio lateris recti; & in ipsa ΔΕ capiatur punctum quoddam Δ extra Axem; & agatur recta ΔΘΑ. Dico rectam ΑΘ non esse Minimam.




Demittatur enim normalis ΑΗ. Cumque ΕΒ non est major semilatere recto, erit ΕΗ minor semilatere recto. Fiat ΗΓ æqualis semilateri recto, ac ducatur ΑΓ: erit itaque ΑΓ (per $8^{vam}$ hujus) Minima, adeoque ΑΘ (per $24^{am}$ hujus) non erit Minima. Abscindit enim recta Minima à puncto Α ducta segmentum Axis majus quam ΒΕ: cadit igitur remotius à Sectionis Vertice quam ΑΘ.

## PROPOSITIO L.

SIT jam AB Hyperbola vel Ellipsis, cujus axis BΓ centrumque Γ; & Axi normalis erigatur ΔE, ita ut BE non major sit semilatere recto: & è capto in recta ΔE puncto quovis Δ educatur recta aliqua, ut ΔZA. Dico rectam AZ non esse Minimam, Minimamque de puncto A egressam abscindere portionem Axis majorem quam BZ. Oportet autem in Ellipsi normalem cadere in Axem majorem; eductamque occurrere eidem dimidio Axis in quem cadit normalis.




Demittatur enim normalis AH. Cumque BE non est major semilatere recto, ac ΓB semidiameter est transversa, erit ratio diametri transversæ ad latus rectum non major ratione ΓB ad BE. Sed ratio ΓH ad HE major est ratione ΓB ad BE: ratio igitur ΓH ad HE major est ratione diametri transversæ ad latus rectum. Fiat ideo HΓ ad HΘ ut diameter transversa ad latus rectum; ac recta AΘ (per 9$^{am}$ & 10$^{mam}$ hujus) erit Minima. Recta itaque AZ (per 25$^{am}$ hujus) non est Minima, *sed Minima de puncto* A *ducta abscindit portionem axis majorem quam* BZ. Q. E. D.

## PROPOSITIO LI.

*Quod si normalis dicta abscindat Axis segmentum majus semilatere recto: Dico rectam assignari posse, cum quâ comparatione factâ, si puncti sumpti ab Axe distantia, sive longitudo normalis, major fuerit assignatâ, nulla omnino recta ab extremitate normalis ad Sectionem duci potest, è qua abscindat Axis* Minimam*: sed* Minima, *ab extremitate cujuscunque rectæ ad Sectionem ex eo puncto egressæ, abscindet ex Axe Segmentum Vertici sectionis conterminum, majus quam ipsa egressa. Quod si normalis æqualis fuerit assignatæ, duci potest ab extremitate ejus una sola recta è qua abscindatur* Minima: Minimæ *vero, ab extremitatibus cæterarum omnium ab eodem puncto egredientium ductæ, abscindent segmenta Axis vertici adjacentia, majora quam ab ipsis egressis abscissa. Si vero normalis minor fuerit assignatâ, duæ tantum rectæ duci possunt è quibus abscindat Axis* Minimas: Minimæque *ab extremitatibus egredientium ductæ, dictasque duas* Minimas *interjacentes, abscindent ab Axe portiones Vertici Sectionis conterminas, minores quam quæ ab ipsis egressis abscinduntur: Quæ vero ducuntur ab extremitatibus cæterarum egredientium, inter duas illas* Minimas *non intermediarum, abscindent portiones Axis majores quam ab ipsis egressis abscissæ. Oportet autem in Ellipsi normalem in Axem majorem demitti.*

Imprimis autem sit ABΓ Parabola, cujus Axis ΓZ; super quem erigatur EZ normaliter: & sit segmentum Axis ΓZ majus dimidio lateris recti. Dico quod si capiantur puncta in ipsa EZ, à quibus egrediantur ad Sectionem rectæ, ea omnia necessariò eventura, prout declaravimus in hac Propositione.

Quoniam

Quoniam ΓZ major eſt dimidio lateris recti, ſit ZH dimidium lateris recti, ac dividatur ΓH in puncto Θ, ita ut ſegmentum ΘH duplum ſit ipſius ΘΓ; & erigatur normalis ΘB, ac fiat recta quædam K ad ΘB ſicut ΘH ad HZ: ſumptoque in recta EZ puncto E, ſit primum ZE major quam K. Dico quod non duci poſſit è puncto E recta aliqua è qua abſcindat Axis Minimam: exempli gratia, ductâ rectâ EAB, dico BA non eſſe Minimam. Etenim K eſt ad ΘB ut ΘH ad HZ, & K minor eſt quam ZE; quare ratio ZE ad BΘ, hoc eſt ZΛ ad ΛΘ major eſt ratione ΘH ad HZ, ac componendo ratio ZΘ ad ΘΛ major erit ratione ΘZ ad ZH: adeoque ZH, quæ æqualis eſt dimidio lateris recti, major eſt quam ΘΛ, & ΘΛ minor eſt dimidio lateris recti. Igitur Minima de puncto B ducta (per 8$^{vam}$ hujus) cadet propius puncto Z, ac proinde recta BΛ (per 24$^{am}$ hujus) non erit Minima. Ac ſi ducatur alia recta ut EIM: Dico quoque IM non eſſe aliquam è Minimis. Ducatur enim per punctum B Tangens Sectionis BO; demiſſaque normalis MN producatur ad Ξ. Ob Parabolam vero erit (per 35$^{am}$ primi) ΓO ipſi ΓΘ æqualis; adeoque ΘO dupla erit ipſius ΘΓ. ΘH autem dupla eſt ipſius ΘΓ, quare ΘO æqualis eſt ipſi ΘH. Hinc conſequitur ΘH majorem eſſe quam ON, ac rationem ΘN ad NO majorem eſſe ratione NΘ ad ΘH: ac componendo ratio ΘO ad ON, hoc eſt BΘ ad NΞ major erit ratione NH ad HΘ, adeoque rectangulum ſub BΘ, ΘH majus erit contento ſub ΞN, NH, ac multo majus contento ſub MN, NH. Rectangulum vero ſub EZ, ZH majus eſt contento ſub BΘ, ΘH; quoniam (per nuper demonſtrata) ratio EZ ad BΘ major eſt ratione ΘH ad ZH; adeoque rectangulum ſub EZ, ZH majus eſt contento ſub MN, NH; unde ratio ZE ad MN, ſive ZI ad IN, major eſt ratione NH ad HZ: ac componendo ratio ZN ad NI major ratione NZ ad ZH. Quocirca HZ major erit quam NI. Sed HZ æqualis eſt dimidio lateris recti; quare NI minor eſt dimidio lateris recti, ac proinde MI non eſt aliqua è Minimis; ſed Minima de puncto M ad Axem ducta (per 8$^{vam}$ & 24$^{am}$ hujus) propior erit puncto Z.




Jam ſi ducatur alia ut AXE; dico quod AX non eſt Minima. Demittatur enim normalis AP quæ producatur ad Π. Quoniam vero ΘO æqualis eſt ipſi ΘH, ut nuper diximus, conſequitur rectam ΘO majorem eſſe quam PH; adeoque ratio PΘ ad ΘO minor erit ratione PΘ ad PH; ac componendo ratio PO ad OΘ minor erit ratione ΘH ad PH. Sed PO eſt ad OΘ ut PΠ ad BΘ; quare ratio PΠ ad BΘ minor eſt ratione ΘH ad PH: unde rectangulum ſub PΠ, PH minus erit rectangulo ſub BΘ, ΘH, ac rectangulum ſub AP, PH multo minus erit contento ſub BΘ, ΘH. Demonſtravimus autem rectangulum ſub EZ, ZH majus eſſe contento ſub BΘ, ΘH; quapropter rectangulum ſub AP, PH minus erit rectangulo ſub EZ, ZH. Ratio igitur AP ad EZ minor eſt ratione ZH ad HP. Sed AP eſt ad EZ ut PX ad XZ, adeoque ratio PX ad XZ minor eſt ratione ZH ad HP; ac invertendo ratio ZX ad XP major erit ratione PH ad HZ: dein componendo ratio ZP ad PX major erit ratione PZ ad ZH. Hinc liquet ZH majorem eſſe quam PX. Sed ZH æqualis eſt dimidio lateris recti, ergo PX minor eſt dimidio lateris recti. Recta igitur AX non eſt aliqua è Minimis, ſed Minima de puncto A ducta (per 8$^{vam}$ & 24$^{am}$ hujus) propius puncto Z cadet. Igitur ſi normalis EZ major fuerit quam recta K, nulla duci poteſt ad Sectionem recta per punctum E è qua abſcindat Axis Minimam.

Quod ſi ZE æqualis fuerit ipſi K. Dico quod non niſi una ſola recta, è qua abſcindatur Minima, de puncto E ad ſectionem duci poterit: quodque Minimæ ab extremitatibus reliquarum ex eodem E egredientium ductæ remotiores sunt à Vertice Γ.

Quoniam enim ΘH est ad HZ sicut K, vel eidem æqualis EZ, ad BΘ, & ZA est ad AΘ in eadem ratione, erit ΘH ad HZ ut ZA ad AΘ; *ac componendo* ΘZ *erit ad* HZ *ut* ΘZ *ad* AΘ: quare ZH æqualis est ipsi AΘ. Sed ZH æqualis est dimidio lateris recti, adeoque & AΘ dimidium est lateris recti; ac proinde AB (per $8^{vam}$ hujus) Minima est. Dico quoque quod non duci poterit per punctum E alia recta è qua abscindat Axis Minimam. Ducatur enim recta aliqua alia ut ME, & normalis sit MN ad Ξ producenda; sitque BO Tangens Sectionis: & juxta modum præmonstratum constabit, rectangulum sub BΘ, ΘH quod æquale est rectangulo sub EZ, ZH majus esse rectangulo sub MN, NH. Hinc iisdem argumentis, quibus præcedentia, probabitur ZH æqualem dimidio lateris recti majorem esse quam IN: adeoque IM non esse Minimam; sed Minimam de puncto M ductam cadere versus Z. Pariter si ducatur alia ut AXE, AX non erit Minima; sed Minima de puncto A ducta cadet quoque versus Z. Demissâ enim normali AP & ad Π productâ, eodem modo demonstrabitur rectangulum sub AP, PH minus esse rectangulo sub BΘ, ΘH; quod æquale est rectangulo sub EZ, ZH: unde constabit, juxta nuper ostensa, rectam XP minorem esse quam HZ, hoc est dimidio lateris recti. Proinde AX non erit aliqua è Minimis, sed Minima per A ducta cadet versus Z.




Sit jam EZ minor quam K. Dico duci posse de puncto E ad sectionem ABΓ duas rectas è quibus abscindat Axis Minimas: ac, si ab extremitatibus rectarum inter has duas intermediarum ducantur Minimæ, abscindere illas segmenta Axis minora quam quæ abscindunt ipsæ rectæ ex E eductæ. Cæteræ vero rectæ exteriores auferent segmenta Axis majora segmentis quæ à Minimis ab earundem extremitatibus ad axem eductis abscinduntur.

Nam cum ZE minor est quam K, erit ratio EZ ad ΘB minor ratione ipsius K ad ΘB, hoc est ratione ΘH ad HZ; adeoque rectangulum sub EZ, HZ minus erit rectangulo sub BΘ, ΘH. Fiat igitur rectangulum sub TΘ, ΘH æquale rectangulo sub EZ, ZH; & sit ξH normalis ipsi ZH: & per datum punctum T, Asymptotis ξH, HΓ (per quartam secundi) describatur Hyperbola, quæ quidem sectio occurrat Parabolæ in punctis A, M. Jungantur rectæ EA, EM, ac demittantur normales AP, MN. Quoniam vero sectio ATM Hyperbola est, cujus Asymptoti ξH, HΓ; ac ducuntur à sectione illa ad angulos rectos AP, MN, TΘ: propterea (per $12^{am}$ $II^{di}$) rectangulum sub MN, NH æquale erit contento sub TΘ, ΘH, quod quidem æquale est rectangulo sub EZ, ZH. Hinc MN erit ad EZ sicut ZH ad HN. Sed MN est ad EZ sicut NI ad IZ, quare ZH est ad HN sicut NI ad IZ; ac componendo ZN est ad HZ sicut NZ ad NI: unde NI ipsi ZH sive dimidio lateris recti æqualis est. Recta igitur MI (per $8^{vam}$ hujus) Minima est. Pari modo constabit ipsam AX Minimam esse. Sunt itaque MI, AX duæ Minimæ concurrentes inter se in puncto E. Ac si educatur ex E ad Sectionem recta quævis alia inter AE & EM, & ab ejusdem extremitate ducatur Minima, cadet ea propius Vertici Sectionis. Quod si educatur recta aliqua extra ipsas AE, EM, cadet Minima ejus versus partes à Vertice Sectionis remotiores. Hæc autem omnia demonstrantur ex $44^{ta}$ hujus libri. Q. E. D.

PROPO-

## PROPOSITIO LII.

Si vero Sectio proposita ΑΒΓ fuerit Hyperbola vel Ellipsis, Axe ΕΓΔ centroque Δ descripta; ac sit ΖΕ Axi normalis, ita ut ΕΓ major sit dimidio lateris recti. Dico eadem omnia in his consequi, quæ in Parabola.

Quoniam ΔΓ semidiameter transversa est, ac ΓΕ major est semisse lateris recti, erit ratio ΔΓ ad ΓΕ minor ratione diametri transversæ ad latus rectum: atque adeo, si faciamus ΔΗ ad ΗΕ sicut diameter transversa ad latus rectum, cadet punctum Η inter Γ & Ε. Inter ipsas ΔΗ, ΔΓ inveniantur duæ mediæ proportionales ut ΔΘ, ΔΚ; & Axi normalis sit ΚΒ: ac fiat recta quædam Λ ad ipsam ΚΒ in ratione composita ex ratione ΔΕ ad ΕΗ & ratione ΗΚ ad ΚΔ.

Primum autem sit ΕΖ major quam Λ. Dico impossibile esse ducere, de puncto Ζ ad Sectionem, rectam aliquam è qua abscindat Axis Minimam; sed Minimas, ab extremitatibus quarumcunque rectarum de Ζ ad sectionem egredientium, abscindere Axis segmenta, sectionis Vertici contermina, majora abscissis ab ipsis rectis de Ζ eductis. Jungatur enim ΖΜΒ: Dico ΒΜ non esse Minimam. Fiat ΖΝ ad ΝΕ sicut diameter transversa ad latus rectum, ac ducantur duæ ΖσΟ, ΝΣΞ Axi ΕΓΔ parallelæ, aliæque duæ ΗΣσ, ΔΟ ipsi ΕΖ parallelæ. Quoniam vero ΕΖ major est quam Λ, erit ratio ΕΖ ad ΚΒ major ratione ipsius Λ ad ΚΒ: componitur autem ratio ΕΖ ad ΚΒ ex ratione ΖΕ ad ΕΝ & ratione Κγ ad ΚΒ, ob Κγ ipsi ΕΝ æqualem. Ratio vero ipsius




Λ ad ΒΚ, ex hypothesi, componitur ex ratione ΔΕ ad ΕΗ & ratione ΗΚ ad ΚΔ: adeoque ratio composita ex rationibus ΖΕ ad ΕΝ & Κγ ad ΚΒ major est composita ex rationibus ΔΕ ad ΕΗ & ΗΚ ad ΚΔ. Sed ΖΕ est ad ΕΝ sicut ΔΕ ad ΕΗ, quia utraque ΖΝ ad ΝΕ & ΔΗ ad ΗΕ est in ratione diametri transversæ ad latus rectum. Reliqua igitur ratio Κγ ad ΚΒ major est ratione ΗΚ ad ΚΔ: unde rectangulum sub Κγ, ΚΔ majus erit contento sub ΚΒ, ΗΚ. Rectangulum autem sub Κγ, ΚΔ est rectangulum ΔΚγ, adeoque rectangulum sub ΚΒ, ΗΚ minus est rectangulo ΔΚγ. Fiat rectangulum γΚΗ, nempe quod continetur sub Κγ, γΣ, commune: ac rectangulum sub Βγ, γΣ minus erit rectangulo ΔΗΣ. Est vero rectangulum ΔΣ æquale rectangulo σΝ, quia ΖΝ est ad ΝΕ sicut ΔΗ ad ΗΕ; quare rectangulum sub Βγ, γΣ minus est rectangulo σΝ. Probavimus autem, in demonstrandâ $45^{ta}$ hujus, quod eidem æquale esse debuit, adeoque ΒΜ non est aliqua è Minimis; sed Minima de puncto Β educta abscindet portionem Axis Vertici sectionis adjacentem majorem quam ΓΜ.

Jam vero si ducatur recta alia ut ΖΥΧ, extra punctum Β: dico ipsam quoque ΧΥ non esse Minimam, sed Minimam de puncto Χ ductam abscindere Axis segmentum Vertici sectionis conterminum, majus quam ΓΥ. Ducatur sectionis Tangens ad punctum Β ut ΒΞ, & Axi normalis ΧΠ, quæ producatur ad Ρ. Quoniam vero ratio Κγ ad ΚΒ major est ratione ΗΚ ad ΚΔ, fiat ΤΚ ad ΚΒ sicut ΗΚ ad ΚΔ, ac per Τ Axi ΕΓΔ parallela ducatur ξΤτ. Cum autem recta ΒυξΞ tangit sectionem, ac ΒΚ Axi ΔυΚ normalis est; erit rectangulum sub ΚΔ, Δυ (per $37^{am}$ primi) æquale quadrato ex ΔΓ. Est igitur ΚΔ ad ΔΓ sicut ΔΓ ad Δυ, ac tertia proportionalis ipsis ΚΔ, ΔΓ est Δυ, uti tertia proportionalis ipsis ΗΔ, ΔΘ est recta ΚΔ: ac ΚΔ est ad ΔΓ sicut ΔΗ ad ΔΘ, *quia* ΔΚ, ΔΘ *sunt duæ mediæ proportionales inter ipsas* ΔΗ, ΔΓ; quapropter ΗΔ est ad ΔΚ sicut ΔΚ ad Δυ: & auferendo duas minores à duabus majoribus, reliqua HK ad reliquam Kυ erit ut HΔ ad ΔK. Sed HΔ est ad ΔK sicut TB ad BK, quia fecimus TK ad KB sicut HK ad KΔ; adeoque HK erit ad Kυ sicut TB ad BK. Verum TB est ad BK sicut Tξ ad Kυ; quare HK est ad Kυ ut Tξ ad Kυ; unde HK ipsi Tξ æqualis est. Sed HK æqualis est ipsi Tτ; adeoque Tτ æqualis est ipsi Tξ. Hinc fiet recta ξβ minor quam Tτ, ac ratio Tβ ad βξ major erit ratione ipsius Tβ ad Tτ; & componendo ratio Tξ ad ξβ major erit ratione βτ ad Tτ. Sed Tξ est ad ξβ ut BT ad Pβ, ac proinde ratio TB ad Pβ major est ratione βτ ad Tτ. Rectangulum igitur sub BT, Tτ majus est rectangulo sub Pβ, βτ; adeoque multo majus rectangulo sub Xβτ. Quinetiam cum HK est ad KΔ sicut TK ad KB, erit contentum sub HK, KB æquale rectangulo sub KΔ, TK; & facto rectangulo sub TK, KH communi, erit rectangulum sub BT, Tτ æquale rectangulo ΔHτ. Est autem rectangulum sub BT, Tτ majus contento sub Xβ,




βτ; adeoque rectangulum ΔHτ majus est rectangulo sub Xβ, βτ: ac facto rectangulo sub βη, ηΣ communi, erit in Hyperbola rectangulum sub Xη, ηΣ minus utroque rectangulo ΔHτ, βηΣ simul sumpto: vel in Ellipsi, sublato rectangulo BηΣ; erit differentia rectangulorum ΔHτ, BηΣ major contento sub XηΣ, unde rectangulum XηΣ multo minus erit rectangulo ΔHΣ. Sed rectangulum ΔHΣ æquale est rectangulo ΣNZ, quia ZN est ad NE sicut ΔH ad HE; rectangulum itaque sub Xη, ηΣ minus est rectangulo ΣNZ. Ostendimus autem in demonstratione Propositionis 45[æ] hujus, quod eidem æquale esse debuit; adeoque recta XΥ non est Minima: ac Minima de puncto X ducta abscindet ab Axe portionem Vertici conterminam, majorem quam ΓΥ.

Præterea si ducatur alia recta ut ZεA: Dico quod Aε non est Minima, quodque Minima de puncto A ducta abscindit Axis portionem majorem quam Γε. Demittatur enim normalis Aθ, quæ producatur ad δ. Demonstravimus autem rectam Tτ æqualem esse ipsi Tξ, adeoque τζ minorem esse quam Tξ; unde ratio Tζ ad ζτ major erit ratione ζT ad Tξ; ac componendo ratio Tτ ad τζ major ratione ζξ ad Tξ. Sed ζξ est ad Tξ sicut δζ ad BT; adeoque ratio Tτ ad τζ major est ratione δζ ad BT: ac rectangulum sub BT, Tτ majus erit rectangulo sub δζ, ζτ. Unde argumento nuper usurpato simili, demonstrabitur rectangulum sub Aθ, θΣ minus esse rectangulo ENZ; ac propterea (per 45[am] hujus) constabit Aε non esse Minimam; sed Minimam de puncto A eductam abscindere portionem Axis majorem quam Γε.

Ponamus jam normalem ZE æqualem esse ipsi Λ. Dico quod una sola recta duci possit de puncto Z, e quâ abscindatur Minima: quodque Minimæ ab extremitatibus reliquarum omnium ab eodem puncto eductarum abscindunt ex Axe portiones majores quam quæ auferuntur ab ipsis eductis.

Ad modum superius dictum ducatur recta BK, & jungatur ZB: & erit ZE ad BK sicut Λ ad BK. Ratio autem ZE ad BK componitur ex ratione ZE ad EN & ratione Kγ, ipsi EN æqualis, ad BK: ratio vero ipsius Λ ad BK componitur ex ratione ΔE ad EH & ratione HK ad KΔ, per constructionem superius traditam. Ratio igitur composita ex rationibus ZE ad EN & Kγ ad KB æqualis est compositæ ex rationibus ΔE ad EH & HK ad KΔ. Sed ratio ZE ad EN æqualis est rationi ΔE ad EH; adeoque ratio Kγ ad KB eadem est ac ratio HK ad KΔ; ac proinde rectangulum sub Kγ, KΔ æquale erit contento sub KB, HK: & rectangulo sub Kγ, KH communi

muni facto, erit in Hyperbola summa vel in Ellipsi differentia, hoc est rectangulum sub Βγ, γΣ, æqualis rectangulo ΑΗΣ, quod rectangulo ΖΝΣ etiam æquale est; quare rectangulum ΖΝΣ æquale est rectangulo sub Βγ, γΣ. Probavimus autem (in demonstratione Prop. 45æ hujus) hoc ita se habere in Minimis: recta igitur ΒΜ Minima est. Dico quoque quod non duci possit de puncto Ζ recta alia è qua abscindat Axis Minimam. Ductâ enim aliâ ut ΖΥΧ, ac demissa normali ΧΠ, modo superius monstrato patebit rectam γΣ æqualem esse ipsi γΞ. Sed Ξη minor est quam γΣ; adeoque ratio ηγ ad Ξη major est ratione ejusdem ad γΣ; ac componendo γΞ ad Ξη major erit ratione ηΣ ad Σγ. Verum γΞ est ad Ξη sicut Βγ ad Ρη; quare ratio Βγ ad Ρη major est ratione ηΣ ad Σγ: proinde rectangulum sub Βγ, γΣ majus erit rectangulo sub Ρη, ηΣ, ac multo majus rectangulo sub Χη, ηΣ. Demonstratum autem est rectangulum sub Βγ, γΣ æquale esse rectangulo ΣΝΖ; propterea rectangulum sub Χη, ηΣ minus erit rectangulo ΣΝΖ. At (per 45am hujus) eidem æquale esse debuit, adeoque recta ΧΥ non est Minima. Minima vero de puncto Χ educta abscindet ex Axe segmentum Sectionis Vertici adjacens ipsâ ΓΥ majus. Ac pari argumento demonstrabitur Αϛ non esse Minimam; sed Minimam de puncto Α ductam abscindere Axis portionem majorem quam Γϛ.





Denique sit ΖΕ ipsâ Λ minor: Dico duci posse de puncto Ζ duas tantum rectas è quibus abscindat Axis Minimas; Minimas autem de punctis in Sectione, inter illas duas eductas intermedias, abscindere portiones Axis minores abscissis à rectis è puncto Ζ egredientibus: Minimas vero, ab extremitatibus cæterarum extra istas duas è puncto Ζ egressarum, abscindere segmenta Axis Vertici adjacentia, majora quam quæ ex eodem abscindunt ipsæ egressæ.



 Quoniam

Quoniam enim ratio ΖΕ ad ΒΚ minor eſt ratione Λ ad ΒΚ; per ſuperius demonſtrata, conſtabit rationem Κγ ad ΚΒ minorem eſſe ratione ΗΚ ad ΚΔ, ac rectangulum ΣΝΖ minus eſſe rectangulo ſub Βγ, γΣ. Fiat igitur rectangulum ſub γΙ, γΣ æquale rectangulo ΣΝΖ, & per punctum Ι deſcribatur Hyperbola Aſymptotis ΞΣ, ΣΗΦ; quod quidem fiet juxta $4^{am}$ ſecundi. Sit Hyperbola illa ΑΙΧ, demiſſiſque normalibus Αθ, Χη, erit utrumque rectangulum ſub Αθ, θΣ ac ſub Χη, ηΣ æquale rectangulo ΣΝΖ; ac proinde (juxta præmiſſa in hac Propoſitione) conſtabit rectas Αι, ΧΤ eſſe duas Minimas, quæ productæ occurrent in puncto Ζ. Demonſtravimus autem (in $45^{ta}$ hujus) quod, ſi hoc ita ſe habeat, ac ſi ducatur recta aliqua alia è puncto Ζ, non abſcindi poſſit ex eadem Minima. Nam ſi è puncto Ζ egrediatur recta inter ipſas Αι, ΧΤ, & ab extremitate ejus ducatur ad Axem Minima; abſcindet illa Axis portionem Vertici conterminam, minorem ſegmento à rectâ per Ζ ductâ abſciſſo. Contrarium autem fiet in Minimis ab extremitatibus reliquarum eductarum, quæ abſcindent Axis portiones majores. Quæ vero dicta ſunt de Axe Ellipſeos intelligi debent de Axe majori. Q. E. D.



### Interpretis Arabis Scholion.

*In ſequentibus hujus libri requiritur inventio duarum mediarum proportionalium inter duas rectas datas, idemque poſtulat* Apollonius *in hac Propoſitione. Modus autem effectionis hic eſt. Sint duæ rectæ* ΑΒ, ΒΓ; *ac ſi æquales fuerint, manifeſtum eſt terminos interpoſitos etiam iiſdem æquales eſſe. Quod ſi inæquales fuerint, ſit* ΑΒ *major; & conveniant ad angulos rectos in* Β, *ac producantur indefinité. Completo autem parallelogrammo* ΑΒΓΔ, *jungatur* ΑΓ *quæ biſecetur in puncto* Ε; *ac centro* Ε *deſcribatur Circulus* ΑΒΓΔ *parallelogrammo circumſcriptus; & per* Δ *agatur recta* ΖΔΗ *ipſi* ΑΓ *parallela, quæ diviſa erit bifariam in puncto* Δ, *ob æquales* ΑΕ, ΕΓ: *interſecabit vero arcum* ΔΓ, *quia* ΓΔ *major eſt quam* ΔΑ: *occurrat autem ei in puncto* Ν. *Deſcribatur (juxta quartam* $II^{di}$*) per punctum* Δ *Aſymptotis,* ΒΖ, ΒΗ *Hyperbola* ΘΔΜ; *& erit* ΖΗ *(per nonam* $II^{di}$*) Tangens ejuſdem, ob æquales* ΖΔ, ΔΗ. *Ac manifeſtum eſt Sectionem illam Circulo occurrere inter puncta* Δ, Ν; *aliter enim caderet ſegmentum arcus* ΔΝ *& ſubtenſa ejuſdem inter Sectionem Tangentemque ejus, quod (per* $32^{dam}$ *primi) fieri non poteſt. Neque erunt interſectiones cum circulo* ΑΒΓΔ *(per* $33^{am}$ $II^{di}$*) plures quam duæ. Occurrat igitur in punctis* Δ, Θ; *ac juncta* ΔΘ *producatur utrinque ad* Κ, Λ; *ipſæque* ΔΚ, ΘΛ *(per* $8^{vam}$ $II^{di}$*) æquales erunt. Dico quod inter rectas* ΑΒ, ΒΓ *duæ proportionales ſunt* ΑΓ, ΚΑ.



*Quoniam* ΔΚ *ipſi* ΘΛ *æqualis eſt, erit rectangulum ſub* ΔΛ, ΛΘ, *hoc eſt (ob Circulum) rectangulum ſub* ΒΛ, ΛΓ, *æquale rectangulo ſub* ΘΚ, ΚΔ, *ſive ſub* ΒΚ, ΚΑ; *adeoque* ΛΓ *erit ad* ΚΑ *ſicut* ΒΚ *ad* ΒΛ. *Sed* ΒΚ *eſt ad* ΒΛ *ſicut* ΔΓ, *hoc eſt* ΑΒ *ad* ΛΓ; *atque etiam in eâdem eſt ratione* ΚΑ *ad* ΑΔ, hoc eſt ΒΓ. *Hoc autem fit ob ſimilitudinem triangulorum* ΑΒΚ, ΛΓΔ, ΔΑΚ. *Proinde* ΑΒ *erit ad* ΛΓ *ſicut* ΛΓ *ad* ΚΑ *ac* ΚΑ *ad* ΒΓ; quare ΛΓ, ΚΑ ſunt duæ mediæ proportionales inter ΑΒ, ΒΓ. Q. E. D.

PROPO-

## PROPOSITIO LIII.

*SI capiatur, extra dimidium Ellipsis ab Axe majore divisæ, punctum quoddam, à quo normalis ad Axem demissa cadat super centrum Sectionis; ac fuerit ratio hujus normalis semiaxe minore auctæ ad semiaxem minorem, non minor ratione diametri transversæ ad latus rectum: Ex hoc puncto egredi nequit recta aliqua ad Sectionem, cujus portio intercepta inter Axem & Sectionem sit* Minima; *sed* Minima *ab extremitate alicujus ductæ cadet ad eas partes ejus quæ à Vertice Axis majoris remotiores sunt.*

Sit ΒΑΓ semi-ellipsis, Axe majore ΒΓ; & detur extra illam punctum quodvis Δ, unde demissa normalis cadat super Sectionis centrum; hoc est, ducta ΔΕ ad angulos rectos ipsi ΓΒ, sit punctum Ε, super quod cadit, centrum Sectionis: & sit ratio ΔΑ ad ΑΕ non minor ratione diametri transversæ ad latus rectum. Dico non duci posse de puncto Δ rectam aliquam, cujus portio intercepta inter Sectionem & Axem ΒΓ Minima sit; ac si educatur ex eo recta quælibet ΔΚ, Minima è puncto Κ ducta cadet versus Ε, *respectu ipsius* ΔΚ.




Ducantur normales ΚΗ, ΚΖ, ac sit ratio ΔΑ ad ΑΕ non minor ratione diametri transversæ ad latus rectum; erit autem ratio ΔΑ ad ΑΕ minor ratione ΔΖ ad ΖΕ; adeoque ratio ΔΖ ad ΖΕ sive ΕΗ ad ΗΘ major erit ratione diametri transversæ ad latus rectum. Fiat itaque ΕΗ ad ΗΛ sicut diameter transversa ad latus rectum; ac recta ΚΛ (per decimam hujus) Minima erit, adeoque recta ΚΘ (per 25^am^ hujus) non est Minima: sed recta Minima per Κ ducta cadet propius centro Ε quam recta ΚΔ. Q. E. D.

## PROPOSITIO LIV.

*SI capiatur punctum quodvis extra dimidium Ellipseos ab Axe majore divisæ, à quo demissa normalis super centrum cadat; ac sit ratio hujus normalis una cum semiaxe minore simul sumptæ ad semiaxem minorem, minor ratione diametri transversæ ad latus rectum: non potest exire ab hoc puncto, ad alterutrum Quadrantem Ellipseos, nisi una sola recta, cujus portio intercepta inter Axem majorem & sectionem sit* Minima: *è nullâ vero reliquarum ad idem latus eductarum abscindi potest* Minima. *Sed si propior fuerit Vertici sectionis quam* Minima *illa,* Minima *ab ejusdem extremitate ducta remotior erit à Vertice; è contra vero, si remotior à Vertice fuerit,* Minima *ab extremitate ejus educta cadet Vertici propius.*

Sit ΒΑΓ semi-ellipsis, Axe majore ΒΓ; & detur extra illam punctum aliquod Δ, à quo normalis cadat super centrum; ut ΔΕ cadens super centrum Sectionis Ε, ad angulos rectos Axi ΓΒ: sitque ratio ΔΑ ad ΑΕ minor ratione diametri transversæ ad latus rectum. Dico quod ad eundem sectionis quadrantem non nisi una recta duci possit de puncto Δ, cujus portio inter Curvam ΒΑΓ & Axem ΒΓ intercepta sit aliqua è Minimis. In reliquis vero de puncto Δ eductis; si ab extremitatibus earum quæ Vertici Β propiores sunt, agantur Mi-




 nimæ,

nimæ, cadent eæ remotiores à puncto B: Minimæ vero, ab extremitatibus rectarum ex Δ exeuntium punctoque B remotiorum, propiores erunt Vertici quam ipsæ eductæ.




Quoniam enim ratio ΔA ad AE minor est ratione diametri transversæ ad latus rectum; fiat ΔH ad HE ut diameter transversa ad latus rectum, & ducantur HΘ, ΘK ipsis BΓ, AE parallelæ; & jungatur ΘΛΔ. Dico ΘΛ, partem interceptam ipsius ΘΔ, esse Minimam. Nam ΔH est ad HE sicut EK ad KΛ, quare EK est ad KΛ ut diameter transversa ad latus rectum; punctum autem E est centrum sectionis: quare (per 11$^{am}$ hujus) ΘΛ Minima est. Occurrit autem Axi minori in puncto Δ; adeoque si exeat de puncto Δ recta alia præter ΔΘ, quæ remotior fuerit eâ à Vertice B, Minima ab extremitate ejus ducenda propior erit puncto B quam recta ipsa. Quod si minus distet à Vertice B quam ΔΘ, Minima ab ejus extremitate ducta (per 46$^{am}$ hujus) occurret Axi majori in puncto à Vertice B remotiori.

## PROPOSITIO LV.

*SI sumatur punctum aliquod extra dimidium Ellipseos ab Axe majore bisectæ, à quo demissa normalis non cadat super centrum: Duci poterit ab eodem recta occurrens alteri semissi Axis majoris in quem non cadit normalis, cujus portio intercepta inter sectionem & Axem majorem sit* Minima; *nec ab eodem puncto duci potest alia recta occurrens eidem reliquo semiaxi, è qua abscindatur* Minima.

Sit ABΓ Ellipsis, Axe majore AΓ ac centro Δ; & sit datum punctum E, è quo demittatur Axi AΓ normalis EZ; nec sit centrum in puncto Z. Dico quod duci possit ex E recta occurrens ipsi ΔΓ, ita ut inter sectionem ABΓ & semiaxem ΔΓ intercipiatur Minima. Fiat EH ad HZ sicut diameter transversa ad latus rectum; atque etiam in eadem ratione fiat ΔΘ ad ΘZ: ac per H ipsi AΓ parallela ducatur KΛ, uti per Θ ipsi EZ parallela recta MΘΛ: dein per datum punctum E, Asymptotis MΛ, ΛK (per 4$^{am}$ secundi) describatur Hyperbola. Sit Hyperbola illa EN, occurrens Ellipsi in puncto N, jungaturque NΞE. Dico NΞ Minimam esse.




Producatur EN ad occursum utriusque Asymptoti MΛ, ΛK; conveniat autem iis in punctis M, K, ac demittantur ad AΓ normales NO, KΠ: & erit (per 8$^{vam}$ secundi) ME ipsi KN æqualis; adeoque ZΘ ipsi ΠO æqualis est. Est autem EH ad HZ sicut diameter transversa ad latus rectum, & ut EH est ad HZ ita ZΠ ad ΠΞ; adeoque ZΠ est ad ΠΞ ut diameter transversa ad latus rectum. Sed ΔΘ est ad ΘZ in eadem ratione diametri transversæ ad latus rectum; quare ZΠ est ad ΠΞ ut ΔΘ ad ΘZ. Recta vero ΘZ ipsi ΠO æqualis est, uti ΔΘ utrisque ΠO, ΔZ simul sumptis. Auferendo igitur ab ipsa ZΠ utrasque ZΔ, ΠO, & ab ipsa ΠΞ rectam ΠO, erit residuum ΔO ad residuum OΞ ut totum ΠZ ad totum ΠΞ; hoc est ut diameter transversa ad latus rectum. Verum NO normalis est, & Δ est sectionis centrum; ergo (per 10$^{am}$ hujus) recta NΞ Minima est. Q. E. D.

PROPO-

## PROPOSITIO LVI.

DIximus autem in præcedente Propositione Hyperbolam Ellipsi concursuram: quod hoc modo demonstratur. Ducatur ΓΣ tangens Ellipsin in Vertice Γ. Quoniam vero ΔΘ est ad ΘΖ sicut diameter transversa ad latus rectum, ac ratio ΔΘ ad ΘΖ minor est ratione ΓΘ ad ΘΖ; erit ratio ΓΘ ad ΘΖ major ratione diametri transversæ ad latus rectum, nempe ratione ΗΕ ad ΗΖ. Cum autem ratio ΓΘ ad ΘΖ *major est ratione* ΗΕ *ad* ΗΖ, *rectangulum igitur sub* ΓΘ, ΗΖ majus erit rectangulo sub ΘΖ, ΗΕ. Sed ΗΖ æqualis est ipsi ΓΣ, uti ΖΘ ipsi ΗΑ: quapropter rectangulum sub ΘΓ, ΓΣ majus erit contento sub ΕΗ, ΗΑ. Sectio igitur Hyperbolica per punctum Ε transiens, ac Asymptotis ΜΑ, ΑΣ descripta (per conversam duodecimi secundi) occurret rectæ ΓΣ. Est autem ΓΣ Tangens Sectionis ΑΒΓ, ac proinde Hyperbola illa occurret semi-ellipsi ΑΒΓ. Q. E. D.

## PROPOSITIO LVII.

H*OC demonstrato, jam restat probandum nullam aliam rectam eidem Sectionis quadranti occurrentem, ab eodem puncto duci posse, è qua abscindat Axis* Minimam.

Sit ΑΒΓ Ellipsis, Axe majore ΓΑ & centro Ε; & à dato infra Axem puncto Δ demittatur normalis ΔΖ, ac ex eodem Δ ducatur recta ΔΗΒ, è qua abscissa sit Minima ΗΒ. Ducantur etiam ΔΚ, ΔΘ, *occurrentes Axi in punctis* Π, Ξ. *Dico neque* ΘΞ, *nec* ΚΠ *Minimas esse.*



E centro Sectionis Ε ducatur ΕΝ ipsi ΔΖ parallela, occurrens rectæ ΒΗΔ in puncto Ν; ac jungatur ΝΘ. Quoniam vero ΒΗ Minima est, occurrens Minimæ per centrum Sectionis ductæ in puncto Ν, intra angulum ΗΖΔ; portio rectæ ΝΘ inter Axem & Sectionem intercepta non erit Minima; sed Minima de puncto Θ ducta (per 46$^{am}$ hujus) propior erit Vertici Γ; ac proinde recta ΘΞ *à Vertice adhuc remotior* (per 25$^{am}$ hujus) non erit Minima. Pari modo demonstrabitur rectam ΚΠ non esse Minimam, Minimamque per punctum Κ ductam longius à Vertice Γ cum Axe concurrere quam ΚΠ. Q. E. D.

## PROPOSITIO LVIII.

D*Ato quovis puncto extra ambitum Sectionis posito, quod nec sit in Axe ejus, neque in eodem producto: possumus educere ex eo rectam, cujus intercepta inter Sectionem & Axem sit* Minima.

Sit autem sectio imprimis Parabola, ut ΑΒ; & sit Axis productus ΓΖ: detur vero extra sectionem & ad latus Axis punctum Δ. Dico quod è puncto Δ egredi potest recta, cujus portio intercepta inter sectionem & Axem ejus Minima sit.



Demittatur normalis ΔΕ ad Axem ΓΖ, & fiat ΕΖ dimidium lateris recti; sitque ΖΗ normalis in ipsam ΖΓ. Dein per punctum Δ, Asymptotis ΗΖ, ΖΓ describatur Hyperbola ΑΔΘ, quæ occurrat Parabolæ in puncto Α. Jungatur ΔΑ, ac producatur ad Η, Γ: *Dico* ΑΓ *Minimam esse.*

Ex Α demittatur ad ΓΖ cathetus ΑΚ; cumque ΔΗ (per 8$^{vam}$ secundi) ipsi ΑΓ æqualis est; erit quoque recta ΖΕ ipsi ΚΓ æqualis. Sed ΖΕ dimidium est lateris recti; adeoque & ΚΓ æqualis est dimidio lateris recti. Est autem ΚΑ normalis, ac proinde (per 8$^{vam}$ hujus) recta ΑΓ Minima est. Q. E. D.

 PROPO-

## PROPOSITIO LIX.

SI vero ſectio fuerit Hyperbola vel Ellipſis ut AB, Axe BΔ & centro Γ; ac detur punctum quoddam E extra ſectionem, nec in Axe, neque in Axe producto; à quo demittatur ad Axem BΔ normalis EZ. Imprimis autem non cadat ſuper Centrum. Dico quod poſſumus ducere per punctum E rectam, è quâ portio abſciſſa inter Curvam AB & Axem BΔ ſit Minima.

Fiat ΓH ad HZ ſicut diameter tranſverſa ad latus rectum, & ducatur ad angulos rectos normalis HM. Fiat etiam EΘ ad ΘZ in eadem ratione diametri tranſverſæ ad latus rectum, & agatur recta KΛ per punctum Θ ipſi ZΔ parallela; & per punctum datum E deſcribatur (per $4^{am}$ ſecundi) Hyperbola Aſymptotis MK, KΛ; quæ quidem occurret ſectioni AB. Sit autem Hyperbola illa EAΞ conveniens ſectioni AB in puncto A; & jungatur EA producaturque utrinque ad M, Λ; *occurrat autem Axi ad* Δ. *Dico rectam* AΔ *Minimam eſſe.* Demittatur normalis AN.




Quoniam vero recta ME (per $8^{vam}$ ſecundi) æqualis eſt ipſi AΛ; erit quoque KΘ ipſi OΛ, ac proinde OK ipſi ΘΛ æqualis, cui etiam æqualis eſt NH. Eſt autem ZΔ ad ΘΛ ſive NH, ut ZE ad EΘ; hoc eſt ut ZΓ ad ΓH: *quare alternando* ZΔ *eſt ad* ZΓ *ſicut* NH *ad* HΓ. Ac componendo in Hyperbola, vel dividendo in Ellipſi erit ΔΓ ad ΓN ſicut ZΓ ad ΓH; quare per converſionem rationis in Ellipſi, vel dividendo in Hyperbola, ΓN erit ad NΔ, ſicut ΓH ad HZ, hoc eſt, ut diameter tranſverſa ad latus rectum. Verum AN normalis eſt in Axem BΔ, adeoque (per $9^{am}$ & $10^{am}$ hujus) AΔ Minima eſt. Pari modo demonſtrabitur, ſi cadat normalis ZE ad alteram partem verticis B.

## PROPOSITIO LX.

QUod ſi in Hyperbola normalis, à puncto Γ extra ſectionem dato demiſſa, cadat ſuper centrum, ut ΓΔ. Fiat ΓE ad EΔ ſicut diameter tranſverſa ad latus rectum, & ducatur AE Axi ΔZ parallela, & producatur ad occurſum ſectionis in A. Jungatur ΓA conveniens Axi in Z. Dico AZ Minimam eſſe.




De puncto A ducatur ad Axem normalis AH. Quoniam vero ΓE eſt ad EΔ ſicut diameter tranſverſa ad latus rectum; ΓA ad AZ erit in eadem ratione. Sed ut ΓA ad AZ ita ΔH ad HZ: quare ΔH eſt ad HZ ut diameter tranſverſa ad latus rectum. Eſt autem AH normalis in Axem; adeoque (per nonam hujus) AZ Minima eſt. Q. E. D.

## PROPOSITIO LXI.

AT vero ſi normalis de puncto dato demiſſa cadat ab altera parte, ſive ultra centrum Hyperbolæ ad modum rectæ ΓΔ. Sit E centrum Hyperbolæ, ac fiat EZ ad ZΔ ſicut diameter tranſverſa ad latus rectum, ac in eadem ratione fiat ΓH ad HΔ; & ducatur HΘ Axi ΔE parallela, ut & ZK, EM ipſi ΓΔ parallelæ. Per punctum B Aſymptotis ΘK, KZ deſcribatur Hyperbola quæ occurret ſectioni AB.

Occurrat

Occurrat autem in puncto Α, ac sit Hyperbola illa ΑΕ. Jungatur ΓΑ quæ producatur ad Λ. Dico ΑΛ Minimam esse.

Demittatur recta ΘΑΟ normalis super Axem ΔΟ. Jam fecimus ΓΗ ad ΗΔ sicut ΕΖ ad ΖΔ; adeoque rectangulum sub ΓΗ & ΗΚ (hoc est ΖΔ) æquale est rectangulo sub ΚΜ (sive ΕΖ) & ΜΕ, hoc est ΗΔ. Sed rectangulum sub ΚΜ, ΜΕ (per $12^{am}$ secundi) æquale est rectangulo sub ΚΘ, ΘΑ, quia sunt inter Asymptotos; quare rectangulum sub ΓΗ, ΗΚ æquale est rectangulo sub ΚΘ, ΘΑ; unde ΑΘ est ad ΓΗ sicut ΗΚ ad ΚΘ. Verum ΑΘ est ad ΓΗ sicut ΘΝ ad ΝΗ; ac propterea ΗΚ est ad ΚΘ sicut ΘΝ ad ΝΗ, *ac componendo* ΗΘ *est ad* ΘΚ *sicut* ΘΗ *ad* ΗΝ, *adeoque* ΘΚ *æqualis est ipsi* ΗΝ. Est autem ΘΚ ipsi ΖΟ æqualis, ac proinde ΖΟ, ΝΗ æquales sunt. Hinc ΛΔ est ad ΝΗ sicut eadem ΛΔ ad ΖΟ, quare ΛΔ est ad ΖΟ sicut ΛΓ ad ΓΝ; ac ΛΓ est ad ΓΝ sicut ΔΓ ad ΓΗ; quapropter ΛΔ est ad ΖΟ sicut ΔΓ ad ΓΗ. Sed ΔΓ est ad ΓΗ sicut ΔΕ ad ΕΖ; *adeoque permutando* ΛΔ *est ad* ΔΕ *sicut* ΟΖ *ad* ΖΕ. Residuum itaque ΛΕ ad residuum ΕΟ est ut ΔΕ ad ΕΖ: ac dividendo, ΕΟ ad ΟΛ erit ut ΕΖ ad ΖΔ, hoc est ut diameter transversa ad latus rectum. Cum autem ΕΟ est ad ΟΛ ut diameter transversa ad latus rectum, erit (per nonam hujus) ΑΛ Minima. Q. E. D.




## PROPOSITIO LXII.

**D***Ato quovis puncto intra ambitum Sectionis Conicæ quod non sit in Axe* : *possumus* Minimam *ducere per idem punctum.*

Sit autem imprimis Sectio Parabola, ut ΑΒ, Axe ΒΗ: ac detur punctum Γ intra ambitum Sectionis. Dico possibile esse ducere per punctum Γ rectam Minimam.

De puncto Γ demittatur ad Axem normalis ΓΔ, & sit ΔΕ dimidium lateris recti: ipsi autem ΒΗ per Ε erigatur ad angulos rectos recta ΕΘ; & per punctum Γ Asymptotis ΘΕ, ΕΗ describatur Hyperbola ΑΓ, quæ quidem occurret Parabolæ: occurrat autem in puncto Α, ac juncta recta ΑΓ producatur ad Η, Θ. Dico rectam ΑΗ esse Minimam. Demittatur normalis ΑΖ: cumque ΓΗ (per $8^{vam}$ secundi) ipsi ΘΑ æqualis est, erit ΔΗ ipsi ΕΖ æqualis; *ac proinde* ΕΔ *ipsi* ΖΗ *æqualis.* Sed ΕΔ est dimidium lateris recti, adeoque & ΖΗ dimidium est lateris recti. Quocirca ΑΗ (per $8^{vam}$ hujus) Minima est. Q. E. D.




## PROPOSITIO LXIII.

**S**I vero Sectio ΑΒ fuerit Hyperbola vel Ellipsis, Axe ΒΛ ac centro Γ: ac detur punctum aliquod Δ, in situ superius descripto. Dico quod possumus ducere per punctum Δ Minimam.







Demittatur enim normalis ΔΕ; ac fiat ΓΘ ad ΘΕ, ut & ΔΖ ad ΖΕ, sicut diameter transversa ad latus rectum; & per punctum Ζ ducatur ΗΚ Axi ΒΓ parallela, ipsi

ipsi vero ΔE parallela sit recta HΘΞ: Describatur per punctum Δ Asymptotis HΞ, HK, Hyperbola AΔ, quæ quidem occurret datæ Hyperbolæ vel Ellipsi. Sit autem punctum occursus A, ac juncta AΔ producatur ad Λ, Ξ. Dico rectam AΛ Minimam esse.







Quoniam enim ΞA, ΔK (per $8^{vam}$ secundi) æquales sunt, erunt etiam HΠ sive ΘM & KZ æquales: est autem ZK ad KO differentiam inter ZK & EΛ, sicut ΔZ ad ZE; ac ΔZ est ad ZE sicut ΓΘ ad ΘE; quare ΘM est ad differentiam inter ΘM & EΛ ut ΓΘ ad ΘE; *adeoque per conversionem rationis ac permutando* MΘ *est ad* ΘΓ *sicut* ΛE *ad* EΓ; unde dividendo in Ellipsi vel componendo in Hyperbola erit ΓM ad MΛ sicut ΓΘ ad ΘE. Sed ΓΘ est ad ΘE ut diameter transversa ad latus rectum, ac MΛ Axi ΘΓ normalis est. Quapropter recta AΛ (per $9^{am}$ & $10^{am}$ hujus) Minima est. Q. E. D.

## PROPOSITIO LXIV.

*SI detur punctum infra Axem Parabolæ vel Hyperbolæ, à quo recta ad Sectionis Verticem ducta contineat cum Axe angulum acutum; impossibile autem sit ut ducatur è puncto illo recta aliqua cujus portio inter Axem & Sectionem intercepta sit* Minima; *vel* in Ellipsi, *si una tantum fuerit recta, ex dato puncto exeuns ad partes Sectionis contrarias illis ad quas jacet datum punctum, è qua abscindat Axis* Minimam: *erit recta, quæ de puncto illo ad Verticem Sectionis ducitur,* Minima *omnium ad illam Sectionis partem ab eodem ducendarum, atque huic propior minor erit remotiore.*

Sit autem imprimis sectio Parabola ut ABΓ, Axe AE; sitque datum punctum Z infra Axem, ita ut angulus ZAE, qui continetur à rectâ per punctum illud ad Verticem sectionis ductâ & Axe AE, acutus fuerit. Primum autem non sit possibile, ut ducatur ad sectionem recta aliqua cujus portio inter Curvam & Axem intercepta sit Minima. Dico quod Minima omnium, quæ duci possint ad sectionem AΓ de puncto Z, est ipsa AZ; quodque eidem propiores ductæ minores sunt remotioribus. Hoc autem manifestum erit ex eo quod, rectis quibuslibet è puncto Z eductis & ad sectionem continuatis, ab earundem extremitatibus non duci possint rectæ Minimæ, quæ non occurrant Axi remotius à Vertice A quam ipsæ rectæ è puncto Z eductæ.

Demonstrabitur autem hoc modo. Demittatur normalis ZE; ac recta AE vel erit æqualis semilateri recto, vel major eo vel minor. Sit autem imprimis æqualis ei vel minor eo; ac è cunctis rectis per Z ad sectionem ductis, non erit ulla cujus portio inter Sectionem & Axem intercepta Minima est; sed Minimæ, ab earundem in Sectione extremitatibus ad Axem ductæ, cadent versus partes ab A remotiores quam rectæ quæ ex Z prodeunt, juxta $49^{am}$ hujus.

Si vero AE major fuerit semilatere recto, sit EΘ dimidium lateris recti; ac sit ΘH duplum ipsius AH; & ad punctum H ipsi AE normalis sit HB: ac fiat EA ad HB sicut ΘH ad ΘE. Erit autem ZE vel æqualis ipsi EA, vel minor eâ, vel major. At non erit æqualis ipsi EA, quia (per $51^{am}$ hujus) si ZE fuerit ipsi EA æqualis, duci possit una recta de puncto Z è quâ abscinderetur Minima: ZE igitur non erit ipsi EA æqualis. Pari modo constabit EZ minorem esse non posse quam recta EA. Nam

*    (per

(per eandem 51^am hujus) si EZ minor fuerit quam EA, duci possint duæ rectæ, quarum utriusque portio inter Sectionem & Axem intercepta sit Minima; contra Hypothesin. Posuimus enim non duci posse de puncto Z aliquam rectam è quâ interciperetur Minima: adeoque ZE non est minor quam EA, neque etiam eidem æqualis est, ac propterea major erit eâ. Per eandem autem 51^am constat, quod si ZE major fuerit quam EA, non duci possit de puncto Z recta ulla cujus portio intercepta inter sectionem & Axem fuerit Minima: quodque rectis quibusvis de puncto Z ad sectionem eductis, si ab extremitatibus earum agantur Minimæ ad Axem, convenirent illæ Axi ultra occursûs rectarum è Z egredientium, sive remotius à Vertice A. Quapropter, sive AE æqualis fuerit dimidio lateris recti, sive minor eo; vel etiam si AE major fuerit dimidio lateris recti, simulq; ZE major quam EA; rectæ omnes de puncto Z ad sectionem prodeuntes occurrent Axi propius puncto Verticis A quam Minimæ ab extremitatibus earundem ductæ. Hoc posito: Dico rectam ZA Minimam esse rectarum de puncto Z ad sectionem prodeuntium, eidemque propiorem minorem esse remotiore.




Ducantur rectæ ZB, ZΓ; ac primum si fieri possit, sit AZ ipsi BZ æqualis, & ad A tangat sectionem recta AK; & erit (per 17^am primi) AK Axi AE normalis, quia ordinatim ad Axem applicatis parallela est; unde angulus ZAK obtusus est. Ductâ autem ipsi AZ normali ut AN, cadet ea intra sectionem, quia (per 32^dam primi) impossibile est ducere inter Tangentem & Sectionem rectam aliquam. Ducatur etiam per punctum B Tangens Sectionis BΞ, ac Minima de puncto B ad Axem ducta remotior erit à puncto A quam BZ, per nuper demonstrata; comprehendit autem Minima (per 27^mam hujus) cum Tangente BΞ angulum rectum, adeoque angulus ZBΞ acutus erit. Ac si centro Z radio BZ describatur arcus circuli, occurret ille Tangenti BΞ; recta vero NA erit tota extra illum, quia angulus ZBΞ acutus est, angulus vero ZAN rectus. Quare si sit circulus ille curva BΞOA, necesse est ut occurrat sectioni; sitque punctum occursus O. Jungatur OZ, ac tangat sectionem recta OΠ cadens necessariò extra circulum. Cum autem Minima de puncto O ad Axem ducta remotior est à Vertice A quam recta OZ, ac Minima illa cum Tangente OΠ (per 27^am hujus) comprehendit angulum rectum: angulus igitur ZOΠ acutus erit; ac proinde recta OΠ circulo occurrere debet. Eadem autem cadit extra illum. Hoc autem absurdum est, adeoque AZ non est ipsi BZ æqualis.

Si vero fieri possit, sit AZ major quam ZB; ac centro Z radio ZB describatur circulus, qui quidem occurret ipsi AZ: portio autem aliqua Tangentis BΞ erit intra circulum, per nuper demonstrata: occurret igitur circulus sectioni necessariò, quia rectæ AZ occurrit. Sit circulus ille Bγσ, ac jungatur Zγ; ducaturque per punctum γ sectionis Tangens γP, quæ quidem cadet intra circulum; quia Minima inter punctum γ & Axem intercepta cadit versus partes remotiores à puncto A quam recta γZ: unde angulus ZγP acutus est. Recta itaque γP occurrere debet circulo. Manifestum autem est debere eandem totam extra reperiri: quod absurdum. Recta igitur AZ non est major quam BZ, neque eidem æqualis; est ergo minor eâ.

Dico quoque rectas ipsi AZ propiores remotioribus minores esse. Producatur enim Tangens ΞB ad Σ; cumque recta BΞ tangit sectionem in puncto B, & angulus ZBΞ acutus est, erit angulus deinceps, nempe ZBΣ, obtusus; & per B ipsi BZ normalis sit BM; quæ proinde cadet intra sectionem. De puncto Γ ducatur sectionis Tangens

Tangens ΓΣ; & ponatur imprimis, si fieri possit, recta BZ ipsi ΓZ æqualis. Centro Z radio ZΓ describatur circulus, qui quidem cadet extra rectam ΓΣ; quia angulus ZΓΣ acutus est; idem vero cadet intra rectam BM, quia BM ipsi BZ normalis est, atque adeo occurret circulus ille Sectioni. Jam si ducatur recta per punctum hujus intersectionis ad punctum Z, patebit absurditas eodem modo quo demonstravimus absurdam esse æqualitatem ipsarum AZ, ZB.

Pari argumento, si ponamus ZB majorem esse quam ZΓ, demonstrabitur absurditas, ac in rectis AZ, ZB; ubi suppofuimus AZ majorem esse quam BZ. Est igitur AZ recta Minima quæ duci possit de puncto Z ad sectionem ABΓ, eidemque propior minor est remotiore.

Manifestum est igitur, quod si talis fuerit situs puncti Z, ut non duci possit ab eo ad sectionem recta aliqua è quæ abscindat Axis Minimam, & sit angulus ZAE acutus: foret recta AZ Minima omnium ad sectionem de puncto Z ductarum, ipsique AZ propior minor esset remotiore. Quinetiam si non fuerit nisi una sola recta de puncto Z educta, è quâ abscindatur Minima, ac fuerit angulus ZAE acutus; in sequente 67^ma hujus demonstrabitur AZ minorem esse quâvis aliâ de puncto Z ad sectionem ductâ, eidemque propiorem minorem esse remotiore.

## PROPOSITIO LXV.

Quod si sectio fuerit Hyperbola, ut ABΓ, Axe ΔE & centro Δ descripta; & sumatur infra Axem punctum Z, ita ut juncta recta AZ contineat cum Axe angulum ZAE acutum; *ac nulla recta ab eadem* Z *duci possit cujus intercepta sit Minima.* Dico rectam AZ minorem esse quâvis aliâ ad sectionem de puncto Z ducendâ; ductisque rectis quibusvis ex eodem Z ad sectionem, propiorem ipsi AZ minorem esse remotiore ab eadem.

Hoc autem manifestum erit, si recta quælibet Minima, à quovis in sectione ABΓ puncto ad Axem AE ducta, cadat versus partes remotiores à Vertice A quam quæ jungit punctum illud & Z. Demittatur ad Axem de puncto Z normalis ZE, & AE vel æqualis erit dimidio lateris recti, vel erit major eo, vel minor. Si vero eidem vel æqualis fuerit vel minor eo, ac rectæ de puncto Z ad sectionem ABΓ egrediantur; quæ ab earundem extremitatibus ducuntur ad Axem Minimæ (per 45^tam hujus) remotiores erunt ipsis à Vertice A. Si vero AE major fuerit dimidio lateris recti, fiat ΔΘ ad ΘE sicut diameter transversa ad latus rectum: ac inter ipsas ΘΔ, ΔA capiantur duæ mediæ proportionales ΔH, ΔK; & de puncto K ipsi AE normalis erigatur KB; & fiat EA ad KB in ratione rectanguli sub ΔE, ΘK ad rectangulum sub ΔK, ΘE. Dico quod ZE major esse debet quam recta EA. Nam si possibile sit ut non sit major eâ, ponamus imprimis eas æquales esse: ac (per 52^dam hujus) demonstratum est rectam unam duci posse de puncto Z è qua abscindat Axis Minimam. Cum autem hoc non ita se habeat, recta EZ non æqualis erit ipsi EA. Per eandem etiam probatur




rectam ZE non minorem esse quam EA, quia si minor fuerit eâ, non impossibile esset ducere de puncto Z duas rectas, quarum portiones inter Sectionem & Axem interceptæ forent Minimæ: recta igitur ZE major erit quam EA. Verum (per 52^dam hujus) demonstratum est quod, si ZE major fuerit quam EA, non duci possit è puncto Z recta aliqua è qua abscindat Axis Minimam; quodque Minimæ, à terminis rectarum de puncto Z prodeuntium ductæ, longius distent à Vertice A quam ipsæ prodeuntes. Quapropter rectis quibuscunque de puncto Z ad sectionem ductis, Minimæ ab earundem extremitatibus ad Axem emissæ remotiores erunt ipsis à puncto A: adeoque iisdem argumentis, quibus in præcedente propositione rem demonstravimus in Parabolâ, manifestum erit rectam AZ minorem esse quavis aliâ per punctum Z ad sectionem ABΓ ductâ, eidemque propiorem minorem esse remotiore.

PROPO-

PROPOSITIO LXVI.

QUinetiam si sectio fuerit Ellipsis, ut ΑΒΓ, cujus Axis major ΑΓ & centrum Δ; ac sumatur infra Axem majorem punctum Z, ita ut angulus ΖΑΓ sit acutus: & è centro Δ erigatur Axi normalis ΔΣ: sit autem punctum Z tale, ut ab eo non duci poterit ad quadrantem sectionis ΑΣ recta aliqua, cujus portio inter Sectionem & Axem intercepta sit Minima. Dico ΑΖ minorem esse rectâ quâvis aliâ de Z ad sectionis partem ΑΣ ducendâ, eidemque viciniorem minorem esse remotiore.

Oportet autem normalem de Z ad axem demissam cadere inter puncta Α, Δ: non potest enim cadere inter Δ, Γ, quin possibile esset ducere ad sectionem de Z (per 55$^{mam}$ hujus) rectam, cujus pars intercepta inter Axem & Sectionem foret aliqua è Minimis. Posuimus vero hoc non fieri posse, adeoque normalis non cadet inter puncta Δ, Γ. Neque cadet super centrum Δ; quia si cadat super Δ, ac producatur ad sectionem, portio ejus inter Sectionem & Axem intercepta (per 11$^{mam}$ hujus) foret Minima. Occurret igitur ipsi ΑΔ ad modum normalis ΖΕ: ac ΑΕ vel æqualis erit dimidio lateris recti, vel minor erit eo, vel major.

Jam si minor fuerit eo vel eidem æqualis, patet quod è rectis quibusvis de Z ad sectionem ΑΣ prodeuntibus non fieri possit ut abscindantur Minimæ: sed Minimæ à prodeuntium extremitatibus ad Axem ductæ (per 52$^{dam}$ hujus) longius aberunt à Vertice Α quam ipsæ prodeuntes. Quod si ΑΕ major fuerit dimidio lateris recti; fiat ΔΘ ad ΘΕ sicut diameter transversa ad latus rectum, ac capiantur inter ipsas ΑΔ, ΔΘ duæ mediæ proportionales ΗΔ, ΔΚ; & per Η ducatur Axi ad angulos rectos ordinatim applicata ΗΒ: dein fiat ΕΛ ad ΗΒ in ratione rectanguli sub ΔΕ, ΘΗ ad rectangulum sub ΔΗ, ΘΕ; ac ΖΕ vel æqualis erit ipsi ΕΛ, vel major erit eâ, vel minor. Si vero ΕΖ ipsi ΕΛ æqualis fuerit, una quidem recta duci potest (per 52$^{dam}$ hujus) de Z ad sectionem ΑΣ, è qua abscindat Axis Minimam. Sed aliter fieri oportet; *adeoque* ΕΖ *non est recta* ΕΛ *æqualis*. Neque ΕΖ minor esse potest quam ΕΛ, tum enim duci poterunt duæ rectæ è quibus (*per eandem*) abscinderentur Minimæ. Quapropter ΕΖ major esse debet quam ΕΛ; quo in casu nulla recta duci potest de puncto Z ad sectionem ΑΣ, cujus portio intercepta sit Minima: ac si ducatur à tali puncto Z ad sectionem recta quælibet, Minima inter ejusdem extremitatem & Axem interjecta (per 52$^{dam}$ hujus) longius aberit à Vertice Α quam ipsa recta de Z educta.




Jam si quovis modo Minimæ, à quolibet sectionis ΑΣ puncto ad Axem eductæ, remotiores fuerint à Vertice Α quam rectæ de sumpto puncto Z prodeuntes; pari quo in Parabola argumento, probabitur ΑΖ minorem esse quavis aliâ de Z ad sectionem ΑΣ ducendâ, eidemque propiorem minorem esse remotiore. Demonstratio enim una eademque est in omnibus tribus sectionibus, quoties in data sectione rectæ Minimæ, de punctis ejus ad Axem ductæ, occurrunt eidem Axi remotius à Vertice quam rectæ jungentes hæc puncta & sumptum Z.

PROPOSITIO LXVII.

SIT jam sectio ΑΒΓ Parabola vel Hyperbola, cujus Axis ΔΕ; & detur punctum infra Axem ut Z; sitque angulus ΖΑΕ acutus: possibile autem sit ut prodeat de puncto Z una sola recta cujus portio intercepta sit Minima. Dico quod, etiam hoc in casu, ΑΖ minor est quavis alia recta de puncto Z ad sectionem ΑΒΓ eductâ, quodque eidem propior minor est remotiore.

De Z ad Axem demittatur normalis ΖΕ; ac dico quod, rectâ quavis de puncto Z ad sectionem ΑΒΓ egrediente, Minima ab ejusdem extremitate ad Axem ducta longius aberit à Vertice Α quam ipsa egressa, si unam solam excipias: adeoque ΑΕ in Parabola vel Hyperbola major erit dimidio lateris recti. Nam si non major fuerit eo, impossibile esset ducere de puncto Z rectam aliquam è qua interciperetur Minima, uti constat ex 49$^{na}$ & 52$^{da}$ hujus. Est itaque ΑΕ major semilatere recto. Jam si Parabola fuerit, auferatur ab AE, à parte puncti E, recta dimidio lateris recti æqualis: ac fiat, modo (in Prop. 64ª hujus) monstrato, usque dum inveniatur recta EA, cum qua comparanda est recta EZ; & EZ eidem æqualis erit. Non enim potest esse minor eâ, quia tum duci poterint de puncto Z ad sectionem duæ rectæ è quibus abscindat Axis Minimas (per 51ᵐ hujus) contra Hypothesin; neque erit ZE major illa, quia hac conditione (per eandem 51ᵐᵃᵐ) non duci poterit ulla recta de puncto Z cujus portio intercepta sit aliqua è Minimis. Hoc autem aliter se habet: quare recta EZ ipsi æqualis erit. Quo posito, ex eadem 51ᵐᵃ, manifestum est unam singularem rectam duci posse de puncto Z, cujus portio inter Sectionem & Axem intercepta Minima sit; cæterasque omnes Minimas à terminis rectarum de puncto Z prodeuntium ductas remotiores esse à Vertice A quam ipsæ prodeuntes.

Idem etiam demonstrabitur si sectio fuerit Hyperbola, cujus centrum Δ. Dividatur ΔE ita ut segmenta sint inter se in ratione diametri transversæ ad latus rectum; ac fiant reliqua ad modum Prop. 65ᵗᵃᵉ hujus, usque dum inveniatur recta EA cum normali ZE comparanda. Et, si recta ZE æqualis fuerit inventæ EA, pari ac in Parabola argumento constabit punctum Z tale esse, ut una tantum recta ab eodem duci possit è qua abscindatur Minima: ductisque ad sectionem de Z rectis quibuscunque, Minimas ab earundem extremitatibus ad Axem emissas longius abesse à Vertice A quam ipsæ ductæ, per 52ᵈᵃᵐ hujus manifestum est. Hinc consequuntur eadem omnia quæ in Parabola.




Sit jam ZB unica illa recta per Z ad sectionem ABΓ ducta, è qua abscindit Axis Minimam; ac ducantur ad sectionem inter A & B duæ aliæ, ut ZO, ZΠ; &, eodem modo quo demonstravimus Propositionem LXIVᵗᵃᵐ hujus, constabit AZ Minimam esse è rectis de puncto Z ad sectionem ductis. Prodeuntibusq; ad sectionem rectis quibusvis ZO, ZΠ, inter puncta A & B; quæ eidem AZ vicinior est minor erit remotiore.

Dico quoque quod ZΠ minor est quam ZB. Nam si non sit minor eâ, primum sit æqualis ei, ac ducatur inter eas recta ZK; erit igitur ZK major quam ZΠ, per nuper demonstrata: quare in ZK capiatur recta major quam ZB, minor vero quam ZK, ut ZT; & centro Z, radio ZT describatur circulus occurrens rectæ ZK in T, sectioni autem ad N inter K & B, ad modum circuli NT; & jungatur ZN. Est autem recta KZ ipsi AZ propior quam ZN; recta igitur ZK minor est quam ZN, *hoc est quam* ZT, quod absurdum est: quare absurda est positio ZK majorem esse quam ZB; adeoque ZΠ, ZB non sunt æquales.

Ponamus jam, si fieri possit, ZΠ majorem esse quam ZB; ac capiatur recta aliqua in ZΠ quæ major sit quam ZB, minor vero quam ZΠ, ut ZT; & centro Z, radio ZT describatur circulus occurrens rectæ ZΠ, sectioni vero necessariò inter Π & B. Occurrat autem iis ad modum arcus TIΛ, & jungatur ZI; ideoque recta ZΠ minor erit quam ZI, quia propior est ipsi AZ quam ZI. Sed ZI ipsi ZT æqualis est, adeoque ZΠ minor est quam ZT, quod absurdum. Recta igitur ZΠ non est major quam ZB; neque eidem æqualis, per nuper demonstrata: ac proinde minor est ea. Constat itaque rectas omnes de puncto Z ad sectionem inter A, B ductas minores esse quam ZB.

Ducantur

Ducantur jam ad reliquam sectionem BΓ, ab altera parte ipsius ZB, rectæ Zο, Zσ. Dico ZB minorem esse quam Zο, ac Zο quam Zσ. Agantur sectionis Tangentes οδ, σγ: & erunt anguli Zοδ, Zσγ obtusi, quia rectæ Minimæ de punctis ο, σ ad Axem ductæ remotiores sunt à Vertice A quam rectæ ad utrumque punctum ab ipso Z eductæ. Ipsi Zο ad punctum ο normalis sit ορ, quæ quidem cadet intra sectionem, unde patebit, eodem quo Prop. 64$^{\text{tam}}$ demonstravimus modo, rectam Zο minorem esse quam Zσ; adeoque etiam ab altera parte ipsius BZ, rectæ per Z ductæ, quæ propiores sunt Vertici A, minores erunt remotioribus. Dico quoque quod ZB minor est illis omnibus. Quoniam enim Axis abscindit è recta ZB Minimam; erit angulus comprehensus à Tangente per punctum B ductâ & ipsâ ZB rectus. Jam si fieri possit, fiat imprimis ZB ipsi Zο æqualis, & ducatur inter eas recta ZX; & ZX minor erit quam Zο, quia propior est ipsi AZ, hoc est quam ZB. Capiatur igitur recta ZΞ minor quam ZB, sed major quam ZX; ac centro Z, radio ZΞ circinetur circulus, quæ propterea occurret sectioni inter puncta B, X. Sit autem circulus ille Mξ Ξ occurrens sectioni in ξ, & jungatur Zξ; ideo Zξ minor erit quam ZX, quia propior est ipsi AZ: adeoque ZM ipsi Zξ æqualis minor erit quam ZX. absurdum est igitur ZΞ majorem esse quam ZX: quare recta Zο non est ipsi ZB æqualis. Si vero fieri possit, sit minor ea; ac fiat ZΣ major quam Zο, minor vero quam ZB; & centro Z, radio ZΣ describatur circulus occurrens sectioni inter puncta B, ο. Occurrat autem in Υ, & sit circulus ille ΣΥΘ; & jungatur ΥZ: adeoque erit ΥZ minor quam Zο, quia propior est ipsi AZ. Sed ΥZ æqualis est ipsi ZΘ, ideoque ZΘ minor est quam Zο. Eadem vero ex hypothesi major est ea; quod absurdum: recta igitur Zο non minor est quam ZB. Probavimus autem eas non esse æquales: adeoque ZB minor est quam Zο. Quapropter recta BZ minor est quavis recta de puncto Z ad sectionis partem BΓ ducibilem. Unde & ex præmissis patet, AZ minorem esse omnibus rectis ad sectionem ABΓ ducendis, eidemque propiorem minorem esse remotiore. Q. E. D.

## PROPOSITIO LXVIII.

SI duæ rectæ Sectionem Conicam contingant; erit intercepta inter punctum concursûs earundem, & punctum contactûs in Tangente Vertici Sectionis propiore, minor interceptâ in Tangente à Vertice remotiore.

Sit Sectio AB imprimis Parabola, cujus Axis BΓ: & Sectionem tangant duæ rectæ AΔ, ΔE. Dico ΔE minorem esse quam ΔA.




Junge rectam AE; & per Δ, ipsi BΓ parallela, ducatur ΔH: ideoque (per 30$^{\text{mam}}$ secundi) AH æqualis erit ipsi EH. De puncto A demittatur normalis ad Axem ut AΓ, & erit angulus AΘΔ rectus; ac proinde angulus AHΔ obtusus. Est verò ΔH utrique triangulo AΔH, EΔH communis; ac duo latera AH, HΔ æqualia sunt duobus lateribus EH, HΔ: angulus autem EHΔ minor est angulo AHΔ: Basis igitur ΔE minor est basi AΔ. Q. E. D.

## PROPOSITIO LXIX.

SIT jam Sectio Hyperbola ut AB, cujus Axis ΔE, centrum E: sintque duæ Tangentes ZH, HA. Dico quod ZH minor est quam HA.




Junge HE, quæ producatur in directum; jungatur etiam AΓZ, occurrens ipsi HE in Γ: ideoque AΓ (per 30$^{\text{mam}}$ secundi) æqualis erit ipsi ΓZ. Demittatur normalis AΔ, & producatur EΓ ad Θ; &, ob angulum AΔE rectum, angulus AΘE major eo obtusus erit; unde & angulus AΓH obtusus: ac propterea HΓZ eidem deinceps minor erit eo, utpote acutus. Sed recta AΓ ipsi ΓZ æqualis est, & HΓ utrique triangulo AΓH, HΓZ communis: Basis igitur ZH minor est Basi HA. Q. E. D.

## PROPOSITIO LXX.

SIT autem Sectio ΑΒΓΔ Ellipsis, cujus Axis major ΑΓ, minor ΒΔ, & centrum Ζ; & ducantur inter puncta Β, Γ, sive ad eundem sectionis quadrantem Tangentes duæ ΧΗ, ΗΘ. Dico Axi propiorem minorem esse remotiore.




Jungantur rectæ ΘΧ, ΗΕΖ; & erit ΧΕ (per 30$^{mam}$ secundi) ipsi ΕΘ æqualis. Cumque recta ΖΧ propior est Semi-axi minori ΖΒ quam ΖΘ, & recta ΖΘ propior est Semi-axi majori quam ΖΧ; erit (per 11$^{am}$ hujus) ΖΘ major quam ΖΧ. Latera autem ΖΕ, ΕΘ æqualia sunt lateribus ΖΕ, ΕΧ; angulus igitur ΘΕΖ major est angulo ΧΕΖ, ac propterea angulus ΧΕΗ major angulo ΗΕΘ. Sed latera ΧΕ, ΕΗ æqualia sunt lateribus ΘΕ, ΕΗ: adeoque Basis ΧΗ major est Basi ΘΗ. Q. E. D.

## PROPOSITIO LXXI.

SIT ΑΒΓ Ellipsis, cujus Axis major ΑΓ, minor Βγ, ac centrum Δ; sintque ΗΕ, ΘΤ normales super Axem majorem, ita ut ΗΕ major sit quam ΘΤ: tangant autem sectionem rectæ duæ ΗΤ, ΤΘ, quæ proinde (per 27$^{mam}$ secundi) convenient inter se ad easdem partes centri. Dico ΗΤ majorem esse quam ΘΤ.




Jungantur ΗΚΘ, ΔΚΤ, & producatur ΗΕ ad Λ, ac juncta ΛΔ producatur ad Ο: ideoque erit ΛΔ (per 30$^{mam}$ primi) ipsi ΔΟ æqualis. Cumque ΛΕ ipsi ΕΗ æqualis est, ac ΔΕ super ΛΗ normalis, erit ΛΔ ipsi ΔΗ æqualis. Sed ΛΔ ipsi ΔΟ est æqualis: quare etiam ΗΔ, ΔΟ sunt æquales; junctaque ΗΟ ipsi ΕΤ parallela erit. Demittatur normalis ΟΠ, quæ proinde ipsi ΗΕ parallela & æqualis erit. Sed ΗΕ major est quam ΘΤ; unde & ΟΠ major est quam ΘΤ, ac recta ΔΘ propior est Axi majori ΔΓ quam ΔΟ: quocirca ΔΘ (per 11$^{mam}$ hujus) major est quam ΔΟ, hoc est quam ΔΗ. Est autem ΘΚ (per 30$^{mam}$ secundi) ipsi ΚΗ æqualis. Unde, ob ΔΚ communem, angulus ΔΚΘ major est angulo ΗΚΔ; ac proinde angulus ΤΚΗ major erit angulo ΤΚΘ. Latera vero duo ΗΚ, ΚΤ æqualia sunt duobus ΤΚ, ΚΘ: Basis igitur ΗΤ major erit Basi ΤΘ. Q. E. D.

## PROPOSITIO LXXII.

*SI sumatur punctum infra Axem Parabolæ vel Hyperbolæ, à quo possibile sit educere duas rectas, ita ut in utrâque portio intercepta inter Sectionem & Axem sit* Minima: *erit ea, quæ ex his duabus Vertici Sectionis propius adjacet, omnium rectarum, de sumpto puncto ad eam Sectionis partem quæ interjacet Verticem & rectam alteram ductarum,* Maxima: *è cæteris vero ad eandem partem ductis, quæ* Maximæ *utrinque propior est major erit remotiore: altera vero recta minor erit cæteris omnibus ab eodem puncto ad reliquam istius partis Sectionem, sive ad ejusdem lateris complementum: quæque eidem propior est, è rectis ad reliquam Sectionem ductis, minor erit remotiore.*

Sit Sectio ΑΒΓ, cujus Axis ΓΕ; sub quo sumptum est punctum Δ: ac sint ΔΑ, ΔΒ, rectæ duæ ad sectionem ductæ, è quibus abscindit Axis Minimas. Dico quod ΔΒ major est omnibus rectis è puncto Δ ad sectionis partem ΑΒΓ ducendis; quodque rectæ utrinque eidem ΒΔ propiores majores sunt remotioribus: quodque ΔΑ minor est quavis recta de puncto Δ ad reliquam sectionem ΑΧ ducibili: quodque eidem propior minor est remotiore.

De puncto Δ Axi ΓΕ demittatur normalis ΔΕ; & inquiratur, modo in $64^{ta}$ & $65^{ta}$ hujus usurpato, recta ΕΑ cum recta ΔΕ comparanda, qua minor esse debet ΔΕ. Non enim potest esse major eâ, quia sic impossibile esset aliquam rectam ducere per punctum Δ, è qua abscinderetur Minima. Neque eidem æqualis est, quia hâc conditione (per $51^{mam}$ & $52^{dam}$ hujus) non nisi una sola Minima daretur. Erit igitur ΔΕ minor rectâ quæsitâ ΕΑ. quo in casu duci poterunt duæ rectæ, quarum portiones interceptæ Minimæ sint; ac Minimæ à terminis rectarum inter ipsas ΔΑ, ΔΒ intermediarum propiores erunt Vertici Γ quam ipsæ intermediæ: Minimæ vero de cæterarum ductarum extremitatibus emissæ (per easdem $51^{am}$ & $52^{dam}$ hujus) remotiores erunt ab eodem. Unde, eodem modo quo demonstravimus $64^{tam}$ hujus, patebit, rectam ΔΒ majorem esse quâvis rectâ per Δ ad sectionis partem ΒΓ ductâ; eidemque ΔΒ propiores à parte Verticis Γ majores esse remotioribus: simulq; rectam ΔΒ majorem esse quacunque alia ad sectionis partem ΑΒ ductâ; eidemque propius adjacentem majorem esse remotiore. Demonstrabitur autem hoc modo. Ducantur rectæ ΔΜ, ΔΝ, & ad puncta Β, Μ tangant sectionem rectæ ΒΞ, ΞΜΘ; & ob ΒΠ Minimam, & ΒΞ sectionis Tangentem, erit (per $27^{mam}$ & $28^{vam}$ hujus) angulus ΞΒΠ rectus: angulus autem ΞΜΔ obtusus est, quia Minima de puncto Μ ad Axem ΓΕ ducta (per $51^{mam}$ & $52^{dam}$ hujus) propinquior est Vertici Γ quam recta ΜΔ. Cum autem angulus ΞΒΔ rectus est, ac angulus ΞΜΔ obtusus, erunt quadrata ex ΞΒ & ΒΔ simul sumpta majora quadratis ex ΞΜ, ΜΔ. Sed (per $68^{vam}$ & $69^{nam}$ hujus) ΒΞ minor est quam ΞΜ, quare ΒΔ major est quam ΔΜ. Pari modo demonstrabitur rectam ΜΔ majorem esse quam ΔΝ, quia angulus ΘΜΔ acutus est; ac ductâ ΝΘ sectionis Tangente, erit angulus ΘΝΔ obtusus. Similiter probabitur rectam ΝΔ majorem esse quam ΔΑ. Recta igitur ΒΔ Maxima est è rectis de puncto Δ ad partem sectionis ΑΓ ductis, eidemque propior major est remotiore. Quod vero ΔΑ minor est quavis rectâ de puncto Δ ad reliquam sectionem ΑΧ ductâ, eodem argumento constabit quo usi sumus in demonstrandâ $64^{ta}$ hujus. Pariterque patebit rectam ipsi ΑΔ propiorem, inter eas quæ prodeunt è puncto Δ ad sectionem ΑΧ, majorem esse remotiore ab eadem.




## PROPOSITIO LXXIII.

*Si capiatur punctum infra majorem Ellipseos Axem, quod non sit in Axe minore producto; ac inter rectas è puncto illo ad Sectionem ducendas non sit nisi una sola è qua abscindat Axis* Minimam: *erit hæc recta major quâvis aliâ; eidemque propior major erit remotiore*: Minima *vero quæ duci possit de puncto illo ad eandem semi-ellipsin, ad quam ducitur* Maxima, *erit recta jungens punctum datum & Sectionis Verticem puncto illi viciniorem.*

Sit ΑΒΓ Ellipsis, cujus Axis ΑΓ & centrum Δ; & ad Δ erigatur Axi normalis ΒΔΕ: sumatur etiam sub Axe punctum Z, è quo non nisi una sola recta ad sectionem ΑΒΓ duci potest, cujus portio intercepta sit Minima. Hæc igitur recta, è qua abscinditur Minima, talis esse debet, ut præter eam non alia duci possit ad sectionem de puncto sumpto. Semper autem possibile est unam rectam ducere de puncto Z, cujus intercepta sit Minima, quæque occurrat alteri semi-axi, sive semissi illi

Axis in quam non cadit normalis de puncto Z, per demonstrata in 55^ta^ hujus. Recta igitur illa de Z ad sectionem ABΓ ducta, è qua abscinditur Minima, occurret reliquo semi-axi ΓΔ. Sit autem ea recta ZHΘ, & jungatur ZA. Dico ZΘ Maximam esse è rectis de puncto Z ad sectionem ABΓ ducendis, eidemque ab utraque parte propiorem majorem esse remotiore; AZ vero Minimam esse omnium.

Quoniam enim sectio ABΓ Ellipsis est; ac sumitur sub Axe majore punctum, à quo non duci potest ad sectionem nisi una sola recta, cujus portio intercepta sit Minima: demonstratum est (per 52^dam^ hujus) cæteras Minimas, à quibuslibet sectionis punctis ad Axem ductas, longius abesse à Verticibus A vel Γ, quam rectæ jungentes puncta illa & Z. Educantur de puncto Z ad sectionem rectæ ZK, ZΛ, ZM; tangat autem AΞ sectionem in puncto A: erit igitur angulus ZAΞ obtusus. Ipsi vero AZ ad punctum A perpendicularis sit AO, quæ (per 32^dam^ primi) cadet intra sectionem. Ducatur etiam per K sectionis Tangens ΠKX. Quoniam vero Minima de puncto K ad Axem ducta remotior est ab A quam recta KZ, erit (per 57^am^ hujus) angulus ΠKZ acutus. Sed angulus OAZ rectus est; adeoque demissâ de puncto Z normali, eodem argumento, quo in demonstrandâ 64^ta^ hujus usi sumus,




mus, constabit rectam AZ non majorem esse quam ZK, neque eidem æqualem: adeoque AZ minor est quam ZK. Similiter cum ΠKX tangit sectionem, angulus XKZ obtusus erit; ac KT, ipsi KZ ad angulos rectos, cadet intra sectionem; quia (per 32^dam^ primi) nulla recta duci potest quæ cadat inter sectionem & Tangentem. Agatur jam per punctum Λ sectionis Tangens ξΛT, & Minima per Λ ducta remotior erit à Vertice A quam ΛZ; unde, juxta demonstrata in 64^ta^ hujus, recta ZK minor erit quam ZΛ. Ac si jungatur ZB & per B ducatur Tangens sectionis γBδ, ob angulum γBΔ rectum erit angulus γBZ acutus; adeoque ΛZ (juxta eandem 64^tam^) minor erit quam ZB.

Dico quoque ZB minorem esse quam ZM. Sectionem tangat recta δMσ ad punctum M. Quoniam vero ABΓ Ellipsis est, atque transit normalis BΔE per centrum sectionis Δ, ac Bδ, δM sunt duæ Tangentes; erit Bδ major quam δM (per 70^mam^ hujus). Quadrata autem ex δB, BZ simul minora erunt quadratis ex δM, MZ

* simul,

simul, quia angulus δBZ obtusus est, angulus vero δMZ acutus; adeoque recta ZB minor erit quam ZM. Similiter demonstrabitur ZM minorem esse quam ZN, ductâ scilicet Tangente σNI. Hinc manifestum est rectas ipsi ΘZ propiores majores esse remotioribus.

Dico quoque ΘZ majorem esse quam ZN. Ducatur per Θ sectionis Tangens ΘI, & erit angulus IΘZ rectus (per $28^{vam}$ hujus) & angulus INZ obtusus est, Tangens autem NI (per $70^{am}$ hujus) major est quam IΘ. Quapropter ΘZ major erit quam ZN; ac proinde major quavis recta de puncto Z ad sectionis partem AΘ ducenda, eidemque propior major erit remotiore.

Porro recta ΓZ Minima est è rectis ad sectionis partem ΘΓ ducendis; puta Zζ, Zο, Zη. Tangat sectionem recta ΓΣ in puncto Γ, ipsique ΓZ normalis sit Γθ, quæ (per $32^{dam}$ primi) cadet intra sectionem; & ad punctum ζ sectionem tangat ζτ. Minima autem de puncto ζ ad Axem ducta remotior erit à Vertice Γ quam ipsa Zζ, adeoque angulus τζZ acutus erit; propistereaque recta ZΓ minor erit quam Zζ, juxta demonstrata in $64^{ta}$ hujus. Eodemque modo probabitur quod è rectis ad sectionis partem ΘΓ de puncto Z ducendis, quæ propior est ipsi ZΓ minor erit remotiore. Recta igitur Zζ minor est quam Zο. Dico quoque quod Zο minor est quam ZΘ. Vel enim minor erit eâ, vel æqualis ei, vel major. Ac si fieri possit, sit major eâ, & capiatur ZP major quam ZΘ, minor vero quam Zο; ac centro Z, radio ZP describatur circulus Pαβ, qui proinde occurret sectioni inter Θ & ο, puta ad α. Jungatur Zα: cumque Zα remotior est à ZΓ quam Zο, major erit Zα quam Zο. Verum Zα æqualis est ipsi ZP *ex Hypothesi*: recta igitur ZP major erit quam Zο. Sed manifesto minor est eâ; quod absurdum: quare Zο non major est quam ZΘ. Si vero fieri possit, sit æqualis ei, & ducatur inter eas intermedia aliqua ut Zη: recta igitur Zη major erit quam Zο, ac proinde major quam ZΘ. Fiat igitur Zι major quam ZΘ, minor vero quam Zη; ac centro Z, radio Zι describatur circulus ικυ occurrens sectioni inter Θ & ο. Occurrat autem ad κ: adeoque juncta Zκ major erit quam Zη, utpote remotior à ZΓ. Eadem autem æqualis est ipsi Zι: quare Zι major est quam Zη. Posuimus autem eam minorem esse: quod absurdum. Recta igitur Zο minor est quam ZΘ. Quapropter ZΘ major est quavis aliâ de puncto Z ad sectionem ABΓ ducendâ, eidemque propior major est remotiore. Recta vero ZΓ Minima est rectarum de puncto Z ad sectionis partem ΓΘ ductarum, *uti* ZA *Minima est ductarum ad alteram ejus partem* AΘ; atque ZΓ major est quam ZA: igitur ZA minor est quavis recta quæ de puncto Z ad totam sectionem ABΓ duci potest, quemadmodum ZΘ earundem Maxima est. Q. E. D.

## PROPOSITIO LXXIV.

*SI detur punctum sub Axe majore Ellipseos, de quo possibile sit duas tantum rectas, è quibus abscindat Axis* Minimas, *ad oppositam sectionem ducere: erit* Maxima *rectarum, de puncto illo ad latus istud Sectionis ducendarum, altera ex duabus illis quæ occurrit Axi minori; eidemque ab utroque latere propior major erit remotiore: earundem vero* Minima *erit ea quæ à dato puncto ad Verticem Sectionis propiorem ducitur.*

Sit ABΓ Ellipsis, cujus Axis major AΓ, & sit punctum datum Z sub Axe majore; de centro vero sectionis Δ erigatur Axi normalis BΔE: ac possibile sit de puncto Z duas tantum rectas ducere, quarum portiones inter sectionem ABΓ & Axem interceptæ sint Minimæ. Ponamus autem has rectas de Z ductas esse ZH, ZΘ; neque duci posse aliam præter has duas à qua abscindatur Minima. Dico rectam ZΘ, quæ occurrit Axi minori, majorem esse qualibet aliâ de Z ad sectionem ABΓ ducendâ; eidemque ZΘ ab utroque latere propiorem majorem esse remotiore: rectam vero ZA minorem esse quavis aliâ.

De puncto Z demittatur normalis ZN, ac manifestum est ZN non cadere posse ſuper centrum Sectionis. Nam ſi caderet ſuper centrum; vel impoſſibile eſſet ducere de Z rectam aliam è qua abſcinderetur Minima, præter ipſam ZN ad ſectionem productam; vel poſſibile eſſet ducere duas alias rectas æquales (per 53$^{\text{im}}$ & 54$^{\text{am}}$ hujus) è quarum utrâque abſcinderetur Minima. Hoc autem eſt contra hypotheſin. Cadat igitur normalis ZN inter puncta A, Δ; ac recta AN major erit ſemilatere recto; quia ſi non major fuerit eo, impoſſibile foret (per 50$^{\text{mam}}$ hujus) ducere de Z inter A & B rectam aliquam cujus portio intercepta ſit Minima. Itaque AN, uti diximus, major eſſe debet dimidio lateris recti. Fiat ΔK ad KN ſicut diameter tranſverſa ad latus rectum, & inveniantur inter AΔ, ΔK duæ mediæ proportionales; & erigatur normalis, quemadmodum fecimus in Prop. 64$^{\text{tæ}}$ hujus; cæteraque peragantur, uſque dum inveniatur recta illa quæ cum recta ZN conferenda eſt. Huic autem ſic inventæ æqualis eſſe debet recta ZN: nam ſi major fuerit eâ, nulla duci poteſt recta de Z ad ſectionis partem AB, è qua abſcindatur Minima. Neque minor erit ea: tunc enim poterimus ducere duas rectas ad ſectionem AB, è quarum utraque (per 52$^{\text{dam}}$ hujus) intercipiatur Minima; poſſumus etiam (per 55$^{\text{am}}$ hujus) rectam tertiam educere de Z ad ſectionis partem BΓ. Recta igitur ZN æqualis erit rectæ inventæ.




Jam ſi duci poſſit, de Z ad ſectionem AB, una tantum recta è qua abſcindatur Minima; erunt Minimæ, à terminis cæterarum ad ſectionem AB ductarum emiſſæ, remotiores à Vertice A quam ipſæ rectæ de Z ductæ. Ducantur igitur per Z rectæ ZA, ZO, ZΠ; ac, modo in demonſtrandis Propoſitionibus 72$^{\text{dæ}}$ & 73$^{\text{tiæ}}$ uſitato, manifeſtum erit rectam ZA minorem eſſe quam ZO, ac ZO quam ZΠ. Dico quoque quod ZΠ minor eſt quam ZH. Nam ſi non ſit minor ea, ſit major ea, vel æqualis ei. Imprimis autem ſit æqualis ei, & ducatur inter eas alia recta ZT quæ major erit quam ZΠ, *utpote remotior ab* AZ: cumque ZΠ ipſi ZH æqualis eſt, erit ZT major quam ZH. Capiatur in ZT recta aliqua minor quam ZT, major vero quam ZH, ut ZI; ac centro Z, radio ZI deſcribatur circulus IΛM; qui neceſſario occurret ſectioni TH. Occurrat autem in Λ, & jungatur ZΛ, quæ, cum remotior ſit ab AZ, major erit quam ZT. Verum ZΛ ipſi ZI æqualis eſt, quare ZI major erit quam ZT. ſed eadem minor eſt, quod abſurdum: *adeoque* ZΠ *ipſi* ZH *non eſt æqualis.* Parique argumento conſtabit ZH non eſſe minorem quam ZΠ; ac proinde major erit ea. Quapropter ZH major eſt quavis recta de Z ad ſectionis partem AH ducibili; eidemque propior major eſt remotiore: earundem vero Minima eſt ZA.

Simili autem methodo, qua rem demonſtravimus in rectis inter A & H ductis, probabitur ipſam ZB majorem eſſe quavis recta inter H & B ab eodem puncto Z ducendâ; eidemque propiorem majorem eſſe remotiore. Dico quoque quod ZH minor eſt quavis recta inter H, B ducta. Ducatur enim alia ut ZP; ac, ſi fieri poſſit ut non ſit major quam ZH, ſit æqualis ei, vel minor eâ. Sit autem primo æqualis ei, & inter ipſas ZH, ZP ducatur intermedia ut ZΞ; quæ proinde minor erit quam ZP: adeoque minor quam ZH. Fiat ZΣ major quam ZΞ, minor vero quam ZH;

ac

ac centro Z radio ZΣ circinetur circulus ΣXξ, occurrens sectioni inter Ξ & H, puta ad X: & juncta recta ZX minor erit quam ZΞ, quia longius abest ab ipsa ZB. Hæc autem æqualis est ipsi Zξ; adeoque Zξ minor erit ipsa ZΞ: eandem autem supposuimus majorem eâ: quod absurdum. Quare recta ZP non est æqualis ipsi ZH. Pariterque demonstrari potest ZP non esse minorem eâ. Recta igitur ZB Maxima est rectarum de puncto Z ad sectionis partem AB ductarum, eidemque propior major est remotiore, ZH *vero minor est quavis recta ad sectionis partem* HB *ductâ.*

Quoniam vero ABΓ Ellipsis est, cujus Axis major AΓ, ac minor BΔE; punctum autem Z situm est intra angulum AΔE, si ab eodem ad sectionis partem BΓ ducatur recta altera ZΘ, *cujus intercepta* ΘA *sit Minima*: constabit, modo in proximâ Propositione usurpato, rectam ZΘ Maximam esse omnium de puncto Z ad sectionis partem BΓ ductarum, eidemque propiorem majorem esse remotiore. Demonstratum autem est ZB majorem esse quavis recta ad sectionis partem AB ducta, eidemque propiorem majorem esse remotiore. Quocirca ZΘ major est quavis ductâ de puncto Z ad totam sectionem ABΓ, eidemque utrinque propiores majores sunt remotioribus: Omnium vero Minima est recta ZA. Q. E. D.

## PROPOSITIO LXXV.

S*I detur punctum infra Axem majorem Ellipseos, tale ut ab eodem duci possint ad Sectionem tres rectæ, è quibus abscindat Axis* Minimas; *quarum duæ quidem ad easdem partes Axis minoris ad quas situm est punctum, tertia vero ad contrarias: erit tertia illa, quæ ad partes contrarias ducitur, major quavis alia ductâ quæ mediam trium & Sectionis Verticem à puncto dato remotiorem interjacet, eidemque propior major erit remotiore; è cæteris vero, inter mediam trium & Sectionis Verticem puncto dato viciniorem interjectis,* Maxima *erit illa quæ Vertici puncto dato adjacenti adjacet, eidemque utrinque propior* major erit remotiore; ex his autem duabus Maximis, major *erit ea, quæ ducitur ad partes contrarias iis ad quas situm est punctum datum.*

Sit ABΓ Ellipsis, cujus Axis major AΓ & centrum Ξ; & sit BΞ normalis super Axem ad centrum sectionis, sub quo sit punctum datum E: ducantur autem ex eodem tres rectæ è quibus abscindat Axis Minimas, ut EH, EZ, EΔ; quarum duæ, ut EZ, EΔ, erunt ad easdem partes ad quas situm est E; tertia vero EH ad contrarias. Dico EH Maximam esse rectarum de puncto E ad totam sectionem ABΓ ductarum; eidemque utrinque propiorem, è rectis ad sectionis partem inter Δ & A ductis, majorem esse remotiore.




Quoniam enim rectæ ΔΛ, ZΘ sunt Minimæ, constabit, eo quo in Parabola demonstravimus modo (Prop. 72^da^ hujus) quod recta EZ Maxima est ex iis quæ de puncto E ad sectionis partem ΓΔ duci possint; quodque eidem propior major est remotiore. Pariter cum ΔΛ & HK sunt Minimæ, eodem modo ac in Propositione præcedente, probabitur rectam EH majorem esse quavis rectâ de puncto E ad partem AΔ ductâ.

Dico quoque quod EH major est quam EZ. De punctis Z, H, E demittantur normales ZM, HN, EO; & MΞ erit ad MΘ (per 15^am^ hujus) sicut diameter transversa ad latus rectum: ac (per eandem) NΞ erit ad NK sicut diameter transversa ad latus rectum: quare ΞM erit ad MΘ sicut ΞN ad NK. Ratio autem OM ad MΘ minor est ratione ΞM ad MΘ, ac proinde ratio OM ad MΘ minor est ratione ΞN ad NK;

ac multo minor ratione ON ad NK: dividendo autem ratio OΘ ad ΘM minor erit ratione OK ad KN. Sed OΘ est ad ΘM sicut EO ad ZM: & OK est ad KN sicut EO ad HN: ratio igitur EO ad ZM minor est ratione ejusdem ad HN. unde patet ZM majorem esse quam HN; adeoque recta per punctum Z Axi AΓ parallela remotior erit à puncto A quam punctum H. Sit hæc parallela recta ZPΠ, & producatur normalis EO ad X; & ob ZP ipsi PΠ æqualem, recta ΠX major erit quam XZ. Recta vero EX, utrique triangulo EXZ, EXΠ communis, normalis est super ZΠ: quapropter EΠ major est quam EZ, & EH major est quam EΠ; atque adeo major est quam EZ. Igitur EH Maxima est è rectis ad sectionem ABΓ de puncto E ducendis, ac quæ propiores vel remotiores sunt ab eadem ita se habebunt quemadmodum in Propositione descriptum est. Q. E. D.

## PROPOSITIO LXXVI.

*SI normalis de puncto dato ad Ellipseos Axem majorem demissa cadat super centrum Sectionis; ac si nulla alia recta, è quâ abscindat Axis* Minimam, *duci possit de puncto illo ad oppositos Ellipseos quadrantes: erit* Maxima *rectarum de puncto dato ad Sectionem ducendarum ipsa normalis producta; eidemque propior major erit remotiore.*

Sit ABΓ Ellipsis, cujus Axis major AΓ & centrum Δ; & sit datum punctum E; normalis autem ab E ad centrum demissa sit EΔ, quæ producatur ad B: nec possibile sit de puncto E ad sectionem BΓ rectam aliquam ducere, cujus portio intercepta sit Minima, præter ipsam BΔ. Dico EB Maximam esse rectarum quæ de puncto E ad sectionem duci possunt.




Nam si non duci possit de puncto E ad sectionem BΓ recta aliqua è qua abscindatur Minima; rectæ Minimæ, ab extremitatibus rectarum de puncto E eductarum (per 53^am hujus) remotiores erunt à Vertice Γ quam ipsæ eductæ. Ductis autem Tangentibus, eo quo demonstrata est Prop. 72^da modo, constabit EB majorem esse quâvis aliâ rectâ de puncto E ad sectionem ductâ; eidemque propiorem majorem esse remotiore. Q. E. D.

## PROPOSITIO LXXVII.

*SI normalis ad Axem majorem Ellipseos demissa cadat super centrum Sectionis; possibile autem sit ad quadrantem alterutrum Sectionis ducere rectam aliquam è qua abscindat Axis* Minimam: *erit recta hæc* Maxima *omnium de puncto dato ad eundem quadrantem ductarum, eidemque propior major erit remotiore.*

Sit ABΓ Ellipsis, cujus Axis major AΓ, ac centrum Δ; sit autem E punctum infra Axem AΓ datum, unde demissa normalis EΔ: ac possibile sit ab E ad sectionis quadrantem ΓB educere rectam aliam è qua abscindatur Minima, puta EHZ. Dico EZ majorem esse quavis alia de puncto E ad ΓB ducenda, eidemque ab utraque parte propiorem majorem esse remotiore.




Quoniam enim BΔ, ZH sunt duæ Minimæ, quæ productæ conveniunt in E; rectæ Minimæ prodeuntes è punctis quibusvis sectionis inter Γ & Z (per 46^am hujus) occurrent Axi remotius à Vertice Γ quam rectæ connectentes eadem puncta & E, Minimæ vero de punctis sectionis inter B & Z ductæ (per eandem 46^tam) propiores erunt Vertici Γ quam rectæ de puncto dato E ad eadem in sectione puncta prodeuntes. Quibus positis, ad modum demonstrationis Prop. 72^dæ, ope Tangentium, probabitur rectam EZ majorem esse quâvis alia de puncto E ad sectionem BΓ ducta, eidemque propiorem majorem esse remotiore. Q. E. D.

ΠΑΠΠΟΥ

# ΠΑΠΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ
## ΛΗΜΜΑΤΑ
### ΕΙΣ ΚΩΝΙΚΩΝ ΤΟ ΕΚΤΟΝ
## ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ ΠΕΡΓΑΙΟΥ.

# PAPPI ALEXANDRINI
## LEMMATA
### IN SEXTUM LIBRUM CONICORUM
## APOLLONII PERGÆI.

### ΛΗΜΜΑ α'.

Ἔστω δύο τρίγωνα ἀμβλυγώνια τὰ ΑΒΓ, ΔΕΖ, ἀμβλείας ἔχοντα τὰς Γ, Ζ γωνίας, καὶ ἴσας τὰς Α, Δ ὀξείας· ὀρθαὶ ταῖς ΒΓ, ΕΖ ἤχθωσαν αἱ ΓΗ, ΖΘ· ἔστω δὲ ὡς τὸ ὑπὸ τῶν ΒΑΗ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς ΑΓ τετράγωνον, οὕτω τὸ ὑπὸ τῶν ΕΔΘ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς ΔΖ. λέγω ὅτι ὅμοιόν ἐστι τὸ ΑΒΓ τρίγωνον τῷ ΔΕΖ τριγώνῳ.

Γεγράφθω γὰρ ἐπὶ τῶν ΗΒ, ΕΘ ἡμικύκλια, ἐλεύσεται δὴ καὶ διὰ τῶν Γ, Ζ. ἐρχέσθω· καὶ ἔστω τὰ ΗΓΒ, ΕΖΘ· ἤτοι δὴ ἐφάπτονται αἱ ΑΓ, ΔΖ τῶν ἡμικυκλίων, ἢ οὔ. εἰ μὲν οὖν ἐφάπτονται, φανερὸν ὅτι γίνεται ὅμοια τὰ ΑΒΓ, ΔΕΖ τρίγωνα. ἐὰν γὰρ λάβω τὰ κέντρα τὰ Μ, Ν, καὶ ἐπιζεύξω τὰς ΜΓ, ΝΖ, ἔσονται ὀρθαὶ αἱ ὑπὸ ΜΓΑ, ΝΖΔ γωνίαι. καὶ εἰσὶν αἱ Α, Δ γωνίαι ἴσαι· καὶ ἡ ὑπὸ ΑΜΓ ἄρα τῇ ὑπὸ ΔΝΖ γωνίᾳ, καὶ τὰ ἡμίση· ἡ Β ἄρα γωνία τῇ Ε ἐστὶν ἴση. ἀλλὰ καὶ ἡ Α τῇ Δ· ὅμοια ἄρα ἐστὶ τὰ τρίγωνα.

Ἀλλὰ δὴ μὴ ἐφαπτέσθωσαν, ἀλλὰ τεμνέτωσαν τὰ ἡμικύκλια κατά τινα σημεῖα τὰ Κ, Λ, καὶ ἤχθωσαν κάθετοι αἱ ΜΞ, ΝΟ· ἴση ἄρα ἐστὶν ἡ μὲν ΚΞ τῇ ΞΓ, ἡ δὲ ΛΟ τῇ ΟΖ. ὅμοιον δὲ τὸ ΑΜΞ τῷ ΔΝΟ τριγώνῳ· ἔστιν ἄρα ὡς ἡ ΞΑ πρὸς ΑΜ οὕτως ἡ ΟΔ πρὸς ΔΝ. ἐπειδὴ ἐστὶν ὡς τὸ ὑπὸ ΒΑΗ πρὸς τὸ ἀπὸ ΑΓ οὕτω τὸ ὑπὸ ΕΔΘ πρὸς τὸ ἀπὸ ΔΖ· καὶ ὡς ἄρα τὸ ὑπὸ ΚΑΓ πρὸς τὸ ἀπὸ ΑΓ, τουτέστιν ὡς ἡ ΚΑ

### LEMMA I.

Sint duo triangula obtusangula ΑΒΓ, ΔΕΖ, angulos habentia obtusos Γ, Ζ; acutos vero & æquales angulos Α, Δ. ipsis ΒΓ, ΕΖ ad angulos rectos sint ΓΗ, ΖΘ: rectangulum autem ΒΑΗ sit ad quadratum ex ΑΓ in eadem ratione quam habet rectangulum ΕΔΘ ad quadratum ex ΔΖ. Dico triangulum ΑΒΓ simile esse triangulo ΔΕΖ.

Diametris ΗΒ, ΕΘ describantur semicirculi, quæ proinde transibunt per puncta Γ, Ζ; atque sint semicirculi ΒΓΗ, ΕΖΘ, quos vel tangunt rectæ ΑΓ, ΔΖ, vel non. Si vero tangant, manifestum est similia esse triangula ΑΒΓ, ΔΕΖ. Nam si capiantur centra Μ, Ν ac jungantur ΜΓ, ΝΖ, erunt anguli ΜΓΑ, ΝΖΔ recti.




& anguli Α, Δ sunt æquales: angulus igitur ΑΜΓ angulo ΔΝΖ æqualis est, unde & eorundem semisses, nempe anguli ΑΒΓ, ΔΕΖ sunt æquales. Sed anguli ad Α & Δ sunt æquales: quocirca triangula sunt similia.

Sed non tangant, sed occurrant semicirculis in punctis Κ, Λ, ac ducantur normales ΜΞ, ΝΟ: est igitur ΚΞ ipsi ΞΓ æqualis, ut & ΛΟ ipsi ΟΖ. Simile autem est triangulum ΑΜΞ triangulo ΔΝΟ, adeoque ΞΑ est ad ΑΜ sicut ΟΔ ad ΔΝ. Cum vero rectangulum ΒΑΗ est ad quadratum ex ΑΓ sicut rectangulum ΕΔΘ ad quadratum ex ΔΖ, erit etiam rectangulum ΚΑΓ ad quadratum ex ΑΓ, sive ΚΑ ad Α Γ, ficut rectangulum Λ Δ Z ad quadratum ex Δ Z, hoc eft Λ Δ ad Δ Z; unde fit Ξ Α ad Α Γ ficut Ο Δ ad Δ Z. Sed Ξ Α eft ad Α Μ ficut Ο Δ ad Δ Ν, ob fimilia triangula: ex æquo igitur Γ Α eft ad Α Μ ficut Z Δ ad Δ Ν: ac circa æquales angulos latera funt proportionalia, quare anguli Α Μ Γ, Δ Ν Z, eorumque femiffes, nempe anguli Β, Ε funt æquales. Sed & anguli Α, Δ ex hypothefi funt æquales: quapropter triangulum Α Β Γ triangulo Δ Ε Z fimile eft.

Hujus autem converfa manifefta eft: nempe quod, fi fuerint triangula Α Β Γ, Δ Ε Z fimilia, anguli vero Β Γ Η, Ε Z Θ recti, fiet rectangulum Β Α Η ad quadratum ex Α Γ ficut rectangulum Ε Δ Θ ad quadratum ex Δ Z. Etenim ob fimilia triangula, Β Α eft ad Α Γ ficut Ε Δ ad Δ Z; ac Η Α eft ad Α Γ ficut Θ Δ ad Δ Z: componendo igitur rationes *conftat propofitum*.

πρὸς Α Γ οὕτω τὸ ὑπὸ Λ Δ Ζ πρὸς τὸ ἀπὸ Δ Ζ, τουτέστιν ἡ Λ Δ πρὸς Δ Ζ· ὥστε καὶ ὡς ἡ Ξ Α πρὸς Α Γ οὕτως ἡ Ο Δ πρὸς Δ Ζ. ἀλλὰ καὶ ὡς ἡ Ξ Α πρὸς Α Μ οὕτως ἐστὶν ἡ Ο Δ πρὸς Δ Ν, διὰ τὴν ὁμοιότητα τῶν τριγώνων· δι' ἴσου ἄρα ἐστὶν ὡς ἡ Γ Α πρὸς Α Μ οὕτως ἡ Ζ Δ πρὸς Δ Ν, καὶ παρ' ἴσας γωνίας τὰς Α, Δ ἀνάλογόν εἰσιν· ἴση ἄρα ἐστὶν ἡ ὑπὸ τῶν Α Μ Γ τῇ ὑπὸ τῶν Δ Ν Ζ γωνίᾳ, καὶ τὰ ἡμίση. ἡ Β ἄρα γωνία ἴση ἐστὶ τῇ Ε. ἀλλὰ καὶ ἡ Α τῇ Δ καθ' ὑπόθεσιν· ὅμοιον ἄρα ἐστὶ τὸ Α Β Γ τρίγωνον τῷ Δ Ε Ζ τριγώνῳ.

Συμφανὲς δὲ τὸ ἀντίστροφον αὐτοῦ, τοῦ Α Β Γ ὄντος ὁμοίου τῷ Δ Ε Ζ, καὶ ὀρθῶν τῶν ὑπὸ Β Γ Η, Ε Ζ Θ, δεῖξαι ὅτι γίνεται ὡς τὸ ὑπὸ Β Α Η πρὸς τὸ ἀπὸ Α Γ οὕτω τὸ ὑπὸ Ε Δ Θ πρὸς τὸ ἀπὸ Δ Ζ· ἔστι γὰρ, διὰ τὴν ὁμοιότητα τῶν τριγώνων, ὡς μὲν Β Α πρὸς Α Γ οὕτως ἡ Ε Δ πρὸς Δ Ζ, ὡς δὲ ἡ Η Α πρὸς Α Γ οὕτως ἡ Θ Δ πρὸς Δ Ζ· καὶ ὁ συνημμένος.

## LEMMA II.

Super chordas Α Β, Γ Δ, fint duo fimilia fegmenta majora femicirculo, ac ducantur catheti Ε Z Η, Θ Κ Λ: fit autem ut Ε Η ad Η Z ita Θ Λ ad Λ Κ. oportet demonftrare circumferentiam Β Z fimilem effe circumferentiæ Δ Κ.

CAPIANTUR centra Μ, Ν, ac ducantur normales Μ Ξ, Μ Ο; Ν Π, Ν Ρ: ac jungantur Μ Β, Ν Δ. Anguli autem Ο Μ Β, Ρ Ν Δ æquales funt, quia angulis in utroque fegmento funt æquales; ac anguli Ο, Ρ recti funt: quare & anguli Μ Β Ο, Ν Δ Ρ funt æquales. Ipfis Α Β, Γ Δ parallelæ ducantur Z Σ, Κ Τ ac jungantur Μ Z, Ν Κ: angulus igitur Μ Σ Z angulo Ν Τ Κ æquatur. Quoniam vero Ε Η eft ad Η Z ficut Θ Λ ad Λ Κ, erit Ξ Η ad Η Z ficut Π Λ ad Λ Κ; erit quoque Η Ξ ad Ξ Z, hoc eft Μ Β five Z Μ ad Μ Σ, ficut Λ Π ad Π Κ, hoc eft Δ Ν five Ν Κ ad Ν Τ. Anguli autem Μ Σ Z, Ν Τ Κ funt æquales, anguli vero Μ Z Σ, Ν Κ Τ acuti: proinde angulus Σ Μ Z angulo Τ Ν Κ æqualis eft; adeoque circumferentia Β Z circumferentiæ Δ Κ fimilis. *Q. E. D.*




## ΛΗΜΜΑ β'.

Ἔστω δύο ὅμοια τμήματα μείζονα ἡμικυκλίου τὰ ἐπὶ τῶν Α Β, Γ Δ, καὶ ἤχθωσαν κάθετοι Ε Ζ Η, Θ Κ Λ· ἔστω δὲ ὡς ἡ Ε Η πρὸς Η Ζ οὕτως ἡ Θ Λ πρὸς Λ Κ. δεικτέον ὅτι ὁμοία ἐστὶν ἡ Β Ζ περιφέρεια τῇ Δ Κ περιφερείᾳ.

ΕΙΛΗΦΘΩ τὰ κέντρα τὰ Μ, Ν, καὶ κάθετοι ἤχθωσαν αἱ Μ Ξ, Μ Ο, Ν Π, Ν Ρ· καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ Μ Β, Ν Δ. ἴση ἄρα ἐστὶν ἡ ὑπὸ Ο Μ Β γωνία τῇ ὑπὸ Ρ Ν Δ γωνίᾳ, ἴσαι γάρ εἰσι ταῖς ἐν τοῖς τμήμασι κατὰ μίαν, καί εἰσιν ὀρθαὶ αἱ Ο, Ρ· ἴση ἄρα ἐστὶ καὶ ἡ ὑπὸ Μ Β Ο γωνία τῇ ὑπὸ Ν Δ Ρ γωνίᾳ. Ἤχθωσαν τῶν Α Β, Γ Δ παράλληλοι αἱ Ζ Σ, Κ Τ, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ Μ Ζ, Ν Κ· ἴση ἄρα ἐστὶν καὶ ἡ ὑπὸ Μ Σ Ζ γωνία τῇ ὑπὸ Ν Τ Κ γωνίᾳ. ἐπειδή ἐστιν ὡς ἡ Ε Η πρὸς Η Ζ, οὕτως ἡ Θ Λ πρὸς Λ Κ· καὶ ὡς ἄρα ἡ Ξ Η πρὸς Η Ζ οὕτως ἐστὶν ἡ Π Λ πρὸς Λ Κ· ὥστε καὶ ἡ Η Ξ πρὸς Ξ Ζ, τουτέστιν ἡ Μ Β ἤτοι Ζ Μ πρὸς Μ Σ, οὕτως ἡ Λ Π πρὸς Π Κ, τουτέστιν ἡ Δ Ν ἤτοι Ν Κ πρὸς Ν Τ. καί εἰσιν αἱ μὲν ὑπὸ Μ Σ Ζ, Ν Τ Κ ἴσαι, αἱ δὲ ὑπὸ Μ Ζ Σ, Ν Κ Τ ὀξεῖαι· ἴση ἄρα ἐστὶν ἡ ὑπὸ Σ Μ Ζ γωνία τῇ ὑπὸ Τ Ν Κ· ὅμοια ἄρα ἐστὶν ἡ Β Ζ περιφέρεια τῇ Δ Κ περιφερείᾳ.




## LEMMA III.

Sint duo triangula rectangula Α Β Γ, Δ Ε Z rectos angulos habentia Γ, Z; ac ducantur fub æqualibus angulis Β Α Η, Ε Δ Θ rectæ Α Η, Δ Θ: fit autem ut rectangulum fub Β Γ Η ad quadratum ex Α Γ, ita rectangulum Ε Z Θ ad quadratum ex Z Δ. Dico triangulum Α Β Γ fimile effe triangulo Δ Ε Z.

CIRCA triangula Α Β Η, Δ Ε Θ defcribantur fegmenta circulorum Β Η Α, Δ Θ Ε, quæ proinde fimilia funt. Tangent autem fegmenta rectæ Α Γ, Δ Z, vel non: primum vero tangant; ac proinde rectangulum Β Γ Η æquale erit quadrato ex Α Γ; hoc eft, fi ipfi Α Η ducatur normalis Α Κ, rectangulo Η Γ Κ: rectangulum autem Ε Z Θ æquale erit quadrato ex Δ Z, hoc eft rectangulo Θ Z Λ,




## ΛΗΜΜΑ γ'.

Ἔστω δύο ὀρθογώνια τὰ Α Β Γ, Δ Ε Ζ, ὀρθὰς ἔχοντα τὰς Γ, Ζ γωνίας· καὶ διήχθωσαν αἱ Α Η, Δ Θ ἐν ἴσαις γωνίαις ταῖς ὑπὸ Β Α Η, Ε Δ Θ· ἔστω τε ὡς τὸ ὑπὸ τῶν Β Γ Η πρὸς τὸ ἀπὸ Α Γ οὕτως τὸ ὑπὸ τῶν Ε Ζ Θ πρὸς τὸ ἀπὸ Ζ Δ. λέγω ὅτι ὅμοιόν ἐστι τὸ Α Β Γ τρίγωνον τῷ Δ Ε Ζ τριγώνῳ.

ΓΕΓΡΑΦΘΩ γὰρ περὶ τὰ Α Β Η, Δ Ε Θ τρίγωνα τμήματα κύκλων τὰ Β Η Α, Δ Θ Ε· ὅμοια ἄρα ἐστίν. ἤτοι ἐφάπτονται αἱ Α Γ, Δ Ζ τῶν τμημάτων, ἢ οὔ. ἐφαπτέσθωσαν πρότερον. ἴσον ἄρα ἐστὶ τὸ μὲν ὑπὸ Β Γ Η τῷ ἀπὸ Α Γ, τουτέστι, ἐὰν πρὸς ὀρθὰς ἀγάγω τῇ Α Η τὴν Α Κ, τῷ ὑπὸ τῶν Η Γ Κ· τὸ δὲ ὑπὸ τῶν Ε Ζ Θ τῷ ἀπὸ Δ Ζ, τουτέστι, ἐὰν ὀρθὴν ἀγάγω Δ Λ τῇ Δ Θ, τῷ ὑπὸ



ὑπὸ Θ Z Λ· ὥστε ἴση ἐστὶν ἡ μὲν B Γ τῇ Γ K, ἡ δὲ E Z τῇ Z Λ. καὶ ὀρθαὶ αἱ Γ, Z· διπλῆ ἄρα ἐστὶν ἡ μὲν ὑπὸ B A K γωνία τῆς ὑπὸ B A Γ γωνίας, ἡ δὲ ὑπὸ E Δ Λ γωνία τῆς ὑπὸ E Δ Z. καί εἰσιν ἴσαι αἱ ὑπὸ B A K, E Δ Λ, ἴση γάρ ἐστιν ἡ μὲν ὑπὸ B A H τῇ ὑπὸ E Δ Θ, ὀρθὴ δὲ ἡ ὑπὸ H A K, ὀρθή τε ἡ ὑπὸ Θ Δ Λ· αἱ ἄρα ὑπὸ B A Γ, E Δ Z ἴσαι εἰσίν. ἀλλὰ καὶ ὀρθαὶ αἱ Γ, Z· ὅμοιον ἄρα ἐστὶ τὸ A B Γ τρίγωνον τῷ Δ E Z τριγώνῳ. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Ἀλλὰ δὴ μὴ ἐφαπτέσθωσαν αἱ A Γ, Δ Z, ἀλλὰ τεμνέτωσαν κατὰ τὰ M, N σημεῖα. ἔστιν οὖν ὡς τὸ ὑπὸ τῶν M Γ A πρὸς τὸ ἀπὸ Γ A, τουτέστι ὡς ἡ M Γ πρὸς Γ A, οὕτω τὸ ὑπὸ τῶν Δ Z N πρὸς τὸ ἀπὸ Δ Z, τουτέστι ἡ N Z πρὸς Z Δ. καὶ ἔστιν ὅμοια μείζονα τμήματα τὰ B A H, E Δ Θ· ὅμοια ἄρα ἐστὶν ἡ A H περιφέρεια τῇ Δ Θ περιφερείᾳ· ὥστε ἴση ἐστὶν ἡ B γωνία τῇ E. ὅμοιον ἄρα ἐστὶν τὸ A B Γ τρίγωνον τῷ Δ E Z τριγώνῳ.

## Ἄλλως τὸ αὐτό.

Ἔστω δύο τρίγωνα ὀρθὰς ἔχοντα τὰς Γ, Z γωνίας, καὶ διήχθωσαν αἱ A H, Δ Θ ἐν ἴσαις γωνίαις ταῖς ὑπὸ B A H, E Δ Θ· ἔστω τε ὡς τὸ ὑπὸ B Γ H πρὸς τὸ ἀπὸ A Γ οὕτω τὸ ὑπὸ E Z Θ πρὸς τὸ ἀπὸ Δ Z. ὅτι ὅμοιόν ἐστι τὸ A B Γ τρίγωνον τῷ Δ E Z τριγώνῳ.

Ἤχθωσαν τῇ A H, Δ Θ ὀρθαὶ αἱ A K, Δ Λ· ἴσον ἄρα τὸ μὲν ἀπὸ A Γ τῷ ὑπὸ H Γ K, τὸ δὲ ἀπὸ Δ Z τῷ ὑπὸ Θ Z Λ. ἔστιν οὖν ὡς τὸ ὑπὸ B Γ H πρὸς τὸ ὑπὸ H Γ K, τουτέστιν ὡς ἡ B Γ πρὸς τὴν Γ K, οὕτω τὸ ὑπὸ E Z Θ πρὸς τὸ ὑπὸ Θ Z Λ, τουτέστιν ἡ E Z πρὸς Z Λ. ἤχθωσαν τῇ A K, Δ Λ παράλληλοι αἱ Γ M,




Z N· καὶ ὡς ἄρα ἡ B M πρὸς M A οὕτως ἡ E N πρὸς N Δ. καί εἰσιν ὀρθαὶ μὲν αἱ πρὸς τοῖς Γ, Z σημείοις, ἴσαι δὲ αἱ πρὸς τοῖς M, N γωνίαι ταῖς ὑπὸ B A K, E Δ Λ. διὰ δὴ τὸ προγεγραμμένον ὅμοιόν ἐστι τὸ A B Γ τρίγωνον τῷ Δ E Z τριγώνῳ.

## ΛΗΜΜΑ δʹ.

Ἔστω δύο τρίγωνα ὀρθὰς ἔχοντα τὰς πρὸς τοῖς B, E σημείοις γωνίας, καὶ διήχθωσαν αἱ B H, E Θ ἐν ἴσαις γωνίαις ταῖς ὑπὸ A H B, Δ Θ E· ἔστω τε ὡς τὸ ὑπὸ τῶν A H Γ πρὸς τὸ ἀπὸ H B, οὕτω τὸ ὑπὸ τῶν Δ Θ Z πρὸς τὸ ἀπὸ Θ E. δεικτέον ὅτι ὅμοιόν ἐστι τὸ A B Γ τρίγωνον τῷ Δ E Z τριγώνῳ.

Περιγεγράφθωσαν κύκλοι, καὶ εἰλήφθω αὐτῶν τὰ κέντρα τὰ K, Λ. φανερὸν δὴ ὅτι ἐπὶ τὰ αὐτὰ τῶν H, Θ σημείων εἰσίν. εἰ γὰρ δυνατὸν, ἔστω τὸ μὲν K μεταξὺ τῶν Γ, H σημείων, τὸ δὲ Λ μεταξὺ τῶν Δ, Θ, καὶ ἐκβεβλήσθωσαν αἱ B H, E Θ ἐπὶ τὰ M, N σημεῖα, καὶ ἀπὸ




τοῦ K ἐπὶ τὴν M B κάθετος ἤχθω ἡ K Ξ. πεσεῖται ἄρα μεταξὺ τῶν H, B, ἀμβλεῖα τε γίνεται ἡ ὑπὸ A H B γωνία, καὶ ἔστιν ἴση τῇ ὑπὸ Δ Θ E· ἀμβλεῖα ἄρα ἐστὶν καὶ ἡ ὑπὸ Δ Θ E γωνία· ὀξεῖα ἄρα ἐστὶν ἡ ὑπὸ Δ Θ N. ὥστε ἡ ἀπὸ τοῦ Λ ἐπὶ τὴν E N κάθετος ἀγομένη πίπτει μεταξὺ τῶν Θ, N. πιπτέτω καὶ ἔστω ἡ Λ O· ἴση ἄρα ἐστὶν ἡ N O τῇ O E, ὥστε μείζων ἐστὶν ἡ N O τῆς Θ E, πολλῷ ἄρα ἡ N Θ τῆς Θ E ἐστὶ μείζων· καὶ τὸ ὑπὸ N Θ E, τουτέστι τὸ Δ Θ Z, μεῖζόν ἐστι τοῦ ἀπὸ

ductâ scilicet ipsi Δ Θ normali Δ Λ: quare recta B Γ ipsi Γ K æqualis est, ut & E Z ipsi Z Λ. & anguli ad Γ, Z sunt recti; duplus est igitur angulus B A K anguli B A Γ, anguli etiam E Δ Λ duplus est angulus E Δ Z. angulus autem B A K æqualis est angulo E Δ Λ. quia anguli B A H, E Δ Θ sunt æquales, uti & anguli H A K, Θ Δ Λ, quia recti; quare anguli B A Γ E Δ Z æquales sunt. sed anguli ad Γ, Z sunt recti: triangulum igitur A B Γ triangulo Δ E Z simile est. *Q. E. D.*

Jam si non tangant circulos rectæ A Γ, Δ Z, conveniant iisdem in punctis M, N. erit igitur ut rectangulum M Γ A ad quadratum ex Γ A, hoc est M Γ ad Γ A, ita rectangulum Δ Z N ad quadratum ex Δ Z, sive ut N Z ad Z Δ. sunt autem segmenta B A H, E Δ Θ similia & majora semicirculo: quare (*per præcedens Lemma*) circumferentia A H circumferentiæ Δ Θ similis est; adeoque anguli B, E æquales. Simile est igitur triangulum A B Γ triangulo Δ E Z. *Q. E. D.*

## *Idem Aliter.*

Sint duo triangula rectos habentia angulos Γ, Z; ac ducantur A H, Δ Θ sub æqualibus angulis B A H, E Δ Θ: sit autem rectangulum B Γ H ad quadratum ex A Γ sicut rectangulum E Z Θ ad quadratum ex Δ Z. dico triangulum A B Γ simile esse triangulo Δ E Z.

Ducantur ad angulos rectos ipsis A H, Δ Θ rectæ A K, Δ Λ: æquale est igitur quadratum ab A Γ rectangulo H Γ K; ac quadratum ex Δ Z rectangulo Θ Z Λ. unde rectangulum B Γ H erit ad rectangulum H Γ K, sive B Γ ad Γ K, sicut rectangulum E Z Θ ad rectangulum Θ Z Λ, sive E Z ad Z Λ. ipsis A K, Δ Λ parallelæ ducantur Γ M, Z N;




ac fiet B M ad M A sicut E N ad N Δ. anguli autem ad puncta Γ, Z sunt recti, & anguli ad puncta M, N æquales sunt angulis B A K, E Δ Λ. Quapropter ex præmissis constabit triangulum A B Γ triangulo Δ E Z simile esse.

## LEMMA IV.

Sint duo triangula rectos angulos habentia ad puncta B, E, ac ducantur B H, E Θ sub æqualibus angulis A H B, Δ Θ E: sit autem rectangulum A H Γ ad quadratum ex H B sicut rectangulum Δ Θ Z ad quadratum ex Θ E. demonstrandum est triangulum A B Γ triangulo Δ E Z simile esse.

Circumscribantur circuli quorum capiantur centra K, Λ. ac manifestum est centra esse ad easdem partes punctorum H, Θ. nam si fieri possit sit K inter puncta Γ, H, centrum vero Λ inter Δ & Θ, ac producantur B H, E Θ ad puncta M, N, & de puncto K demittatur cathetus K Ξ super ipsam M B. cadat autem inter puncta H, B; & erit angulus A H B obtusus, cui æqualis est angulus Δ Θ E: unde angulus Δ Θ E est etiam obtusus, adeoque angulus Δ Θ N acutus. hinc normalis à puncto Λ in E N demissa cadet inter puncta Θ, N. cadat, sitque ea recta Λ O: est igitur N O ipsi O E æqualis, ac proinde N O major erit quam Θ E, ac N Θ multo major quam Θ E; unde rectangulum N Θ E sive Δ Θ Z majus erit quadrato ex



sed rectangulum Δ Θ Z est ad quadratum ex Θ E sicut rectangulum A H Γ ad quadratum ex H B. absurdum est igitur *rectangulum* Δ Θ Z *majus esse quadrato ex* Θ E. cum enim M H minor est quam H B erit rectangulum M H B, *hoc est* A H Γ, minus quadrato ex H B: centro igitur K existente inter puncta H, Γ, non erit centrum Λ inter puncta Δ, Θ.

Cadat igitur inter puncta Θ, Z, ac demittatur normalis Λ O. quoniam vero rectangulum A H Γ, hoc est rectangulum M H B, est ad quadratum ex H B, sive M H ad H B, sicut rectangulum Δ Θ Z sive N Θ E ad quadratum ex Θ E, hoc est ut N Θ ad Θ E; ac rectæ B M, N E bisecantur in Ξ & O: erit igitur ut B Ξ ad Ξ H ita E O ad O Θ. sed ut H Ξ ad Ξ K ita Θ O ad




O Λ; quia anguli ad Ξ, O sunt recti, anguli vero ad H, Θ æquales: ex æquo igitur ut B Ξ ad Ξ K ita E O ad O Λ; comprehendunt autem æquales angulos: ac proinde angulus B K Ξ angulo E Λ O æqualis est. verum angulus Ξ K H angulo O Λ Θ æqualis est: totus igitur B K H toti E Λ Θ æqualis, eorundemque dimidia sive anguli A Γ B, Δ Z E æqualia sunt: adeoque, ob rectos angulos ad B & E, erit triangulum A B Γ triangulo Δ E Z simile.

Ac manifesta est hujus conversa: nempe, si triangulum A B Γ triangulo Δ E Z fuerit simile, atque etiam triangulum H B Γ triangulo Θ E Z; fieri rectangulum A H Γ ad quadratum ex H B sicut rectangulum Δ Θ Z ad quadratum ex Θ E, ob similitudinem triangulorum.

## LEMMA V.

Sint duo triangula A B Γ, Δ E Z æquales habentia angulos ad A, Δ, non autem rectos; ac ducantur catheti A H, Δ Θ; habeat autem rectangulum B H Γ ad quadratum ex A H eandem rationem quam habet rectangulum E Θ Z ad quadratum ex Δ Θ: ac sint B H, E Θ segmenta majora rectarum B Γ, E Z. dico triangulum A B H simile esse triangulo Δ E Θ, reliquumque reliquo.

Circumscribantur circuli, ac producantur normales A H, Δ Θ ad puncta K, Λ; sintque circulorum centra M, N: à quibus ad ipsas A K, B Γ; Δ Λ, E Z demittantur catheti M Ξ, M O; N Π, N P. & eodem quo præcedentia constabit modo, quod K H est ad H A sicut Λ Θ ad Θ Δ, quodque A Ξ est ad Ξ H sicut Δ Π ad Π Θ. junge A M, Δ N, & erit ut A Ξ ad Ξ H ita




A M ad M Σ, utque Δ Π ad Π Θ ita Δ N ad N T; adeoque A M est ad M Σ sicut Δ N ad N T. Connectantur etiam B M, E N. quoniam vero segmentum B A Γ simile est segmento E Δ Z, reliquum segmentum B K Γ reliquo segmento E Λ Z simile est. quæ igitur in illis insunt anguli sunt inter se æquales, ac proinde anguli B M O, E N P sunt æquales, in primo casu. In secundo vero manifestum est angulum B M O angulo E N P æqualem esse, quia sunt in segmentis æ-

*

Ε Θ τετραγώνου, καί ἐστιν ὡς τὸ ὑπὸ Δ Θ Ζ πρὸς τὸ ἀπὸ Θ Ε οὕτω τὸ ὑπὸ Α Η Γ πρὸς τὸ ἀπὸ Η Β· ὅπερ ἐστὶν ἄτοπον. ἔστι γὰρ ἔλασσον, ἐπειδήπερ ἐλάσσων ἐστὶν ἡ Μ Η τῆς Η Β καὶ τὸ ὑπὸ Μ Η Β τοῦ ἀπὸ Η Β· οὐκ ἄρα τοῦ Κ κέντρου ὄντος μεταξὺ τῶν Η, Γ τὸ Λ ἔσται μεταξὺ τῶν Δ, Θ.

Ἔστω οὖν μεταξὺ τῶν Θ, Ζ, καὶ κατὰ τὰ αὐτὰ ἤχθω ἡ Λ Ο κάθετος. ἐπεὶ οὖν ἐστιν ὡς τὸ ὑπὸ Α Η Γ, τουτέστι τὸ ὑπὸ Μ Η Β, πρὸς τὸ ἀπὸ Η Β, τουτέστιν ὡς ἡ Μ Η πρὸς Η Β, οὕτω τὸ ὑπὸ Δ Θ Ζ, τουτέστι τὸ ὑπὸ Ν Θ Ε, πρὸς τὸ ἀπὸ Θ Ε, τουτέστιν ἡ Ν Θ πρὸς Θ Ε. καὶ τέμνονται αἱ Β Μ, Ν Ε δίχα τοῖς Ξ, Ο· ἔστιν ἄρα ὡς ἡ Β Ξ πρὸς Ξ Η οὕτως ἡ Ε Ο πρὸς Ο Θ. ἀλλὰ καὶ ὡς ἡ




Η Ξ πρὸς Ξ Κ οὕτως ἡ Θ Ο πρὸς τὴν Ο Λ· ὀρθαὶ μὲν γὰρ αἱ Ξ, Ο, ἴσαι δὲ αἱ πρὸς τοῖς Η, Θ σημείοις γωνίαι· δι' ἴσου ἄρα ὡς ἡ Β Ξ πρὸς Ξ Κ οὕτως ἡ Ε Ο πρὸς Ο Λ, καὶ περὶ ἴσας γωνίας· ἴση ἄρα ἐστὶν ἡ ὑπὸ τῶν Β Κ Ξ γωνία τῇ ὑπὸ τῶν Ε Λ Ο γωνίᾳ. ἔστι δὲ καὶ ἡ ὑπὸ Ξ Κ Η γωνία τῇ ὑπὸ Ο Λ Θ ἴση· ὅλη ἄρα ἡ ὑπὸ Β Κ Η ὅλῃ τῇ ὑπὸ Ε Λ Θ ἴση, καὶ τὰ ἡμίσεα· καὶ ἡ ὑπὸ τῶν Α Γ Β ἄρα γωνία ἴση ἐστὶ τῇ ὑπὸ τῶν Δ Ζ Ε. καί εἰσιν ὀρθαὶ αἱ Β, Ε γωνίαι· ὅμοιον ἄρα ἐστὶ τὸ Α Β Γ τῷ Δ Ε Ζ τριγώνῳ.

Φανερὸν δὲ καὶ τούτῳ ἀντίστροφον, τὸ, ἐὰν ᾖ ὅμοιον τὸ μὲν Α Β Γ τρίγωνον τῷ Δ Ε Ζ τριγώνῳ, τὸ δὲ Η Β Γ τῷ Θ Ε Ζ, ὅτι γίνεται ὡς τὸ ὑπὸ Α Η Γ πρὸς τὸ ἀπὸ Η Β οὕτως τὸ ὑπὸ Δ Θ Ζ πρὸς τὸ ἀπὸ Θ Ε, διὰ τὴν ὁμοιότητα τῶν τριγώνων.

## ΛΗΜΜΑ ε'.

Ἔστω δύο τρίγωνα τὰ Α Β Γ, Δ Ε Ζ ἴσας ἔχοντα τὰς Α, Δ γωνίας, μὴ ὀρθὰς δέ· καὶ κάθετοι ἤχθωσαν αἱ Α Η, Δ Θ· καὶ ὥστε τὸ ὑπὸ τῶν Β Η Γ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς Α Η, οὕτω τὸ ὑπὸ τῶν Ε Θ Ζ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς Δ Θ· ἔστω δὲ τῶν Β Γ, Ε Ζ εὐθειῶν μείζονα τμήματα Β Η, Ε Θ. λέγω ὅτι ὅμοιόν ἐστι τὸ μὲν Α Β Η τρίγωνον τῷ Δ Ε Θ, τὸ δὲ λοιπὸν τῷ λοιπῷ.

Περιγεγράφθωσαν κύκλοι καὶ ἐκβεβλήσθωσαν αἱ ΑΗ, ΔΘ ἐπὶ τὰ Κ, Λ σημεῖα, καὶ εἰλήφθω τὰ κέντρα τῶν κύκλων τὰ Μ, Ν. καὶ ἀπ' αὐτῶν ἐπὶ τὰς ΑΚ, ΒΓ· ΔΛ, ΕΖ ἤχθωσαν κάθετοι αἱ Μ Ξ, ΜΟ· ΝΠ, Ν Ρ. ἔστι δὲ κατὰ τὰ αὐτὰ τοῖς προγεγραμμένοις, ὡς ἡ Κ Η πρὸς ΗΑ οὕτως ἡ ΛΘ πρὸς Θ Δ· ὥστε καὶ ὡς Α Ξ πρὸς Ξ Η, οὕτως ἡ ΔΠ πρὸς Π Θ. ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΑΜ, ΔΝ. ἀλλ' ὡς μὲν ἡ Α Ξ πρὸς




ΞΗ οὕτως ἡ ΑΜ πρὸς ΜΣ, ὡς δὲ ἡ ΔΠ πρὸς ΠΘ οὕτως ἡ ΔΝ πρὸς ΝΤ· καὶ ὡς ἄρα ΑΜ πρὸς ΜΣ οὕτως ἡ ΔΝ πρὸς ΝΤ. ἐπεζεύχθωσαν δὴ αἱ Β Μ, Ε Ν. ἐπεὶ οὖν ὅμοιόν ἐστι τὸ Β Α Γ τμῆμα τῷ Ε Δ Ζ τμήματι· καὶ λοιπὸν ἄρα τὸ Β Κ Γ τμῆμα λοιπῷ τῷ Ε Λ Ζ τμήματι ὅμοιόν ἐστι· αἱ ἄρα ἐν αὐτοῖς γωνίαι ἴσαι εἰσίν, καί εἰσιν αὐτῶν κατὰ μίαν ἴσαι· αἱ ὑπὸ τῶν Β Μ Ο, Ε Ν Ρ ἄρα γωνίαι ἴσαι εἰσίν, ἐπὶ τῆς προτέρας διαθέσεως τῶν πτώσεων. ἐπὶ δὲ τῆς δευτέρας, ἐκ παρακειμένου δηλονότι ἴση ἐστὶν ἡ ὑπὸ τῶν Β Μ Ο γωνία τῇ ὑπὸ τῶν Ε Ν Ρ, καὶ γὰρ αἱ ἐν ἴσοις

Β Α Γ,

ΒΑΓ, ΕΔΖ τμήμασι γωνίαι· γίνεται οὖν ὡς ἡ ΒΜ πρὸς ΜΟ, τουτέστιν ὡς ἡ ΑΜ πρὸς ΜΟ, οὕτως ἡ ΕΝ πρὸς ΝΡ, τουτέστιν ἡ ΔΝ πρὸς ΝΡ. ἔστι δὲ καὶ ὡς ἡ ΑΜ πρὸς ΜΣ, οὕτως ἡ ΔΝ πρὸς ΝΤ· δι' ἴσου ἄρα ἐστὶν ὡς ἡ ΜΟ πρὸς ΜΣ οὕτως ἡ ΡΝ πρὸς ΝΤ. καί εἰσιν ὀρθαὶ μὲν αἱ Ο, Ρ γωνίαι, ὀξεῖα δ' ἑκατέρα τῶν Σ, Τ· ἴση ἄρα ἐστὶν ἡ ὑπὸ τῶν ΟΜΣ γωνία τῇ ὑπὸ τῶν ΡΝΤ γωνίᾳ. ἀλλὰ καὶ ἡ ὑπὸ τῶν ΒΜΟ τῇ ὑπὸ ΕΝΡ ἴση ἐστίν· καὶ ἡ ὑπὸ τῶν ΒΜΣ ἄρα τῇ ὑπὸ τῶν ΕΝΤ ἐστὶν ἴση· ὥστε καὶ ἡ Γ γωνία τῇ Ζ ἐστὶν ἴση. ὅμοια ἄρα ἐστὶ πάντα πᾶσι.

Δυνατὸν δὲ, καὶ τῆς μιᾶς γωνίας, ἢ τῶν ἀμβλειῶν ἢ ὀξειῶν, προγεγραμμένης τῆς δείξεως, τὸ λοιπὸν ἀποδοῦναι οὕτως. ὑποκείσθω γὰρ ἀποδεδεῖχθαι, οὐσῶν ἴσων ἀμβλειῶν τῶν γωνιῶν τὸ πρότερον, κατὰ τὸν προγεγραμμένον τρόπον, καὶ ἔστω δεῖν, ὀξειῶν οὐσῶν ἴσων τῶν ΒΑΓ, ΕΔΖ, δεῖξαι, ὅτι ὅμοια τὰ τρίγωνα. πάλιν περιγεγράφθωσαν οἱ κύκλοι, καὶ ἐκβεβλημμένων τῶν ΑΗ, ΔΘ ἐπὶ τὰ Κ, Λ, ἐπιζεύχθωσαν αἱ ΒΚ, ΚΓ, ΕΛ, ΛΖ· ἴσαι ἄρα εἰσὶν καὶ αἱ ὑπὸ ΒΚΓ, ΕΛΖ γωνίαι ἀμβλεῖαι. καὶ ἐπεί ἐστιν ὡς τὸ ὑπὸ ΒΗΓ, τουτέστι τὸ ὑπὸ ΑΗΚ πρὸς τὸ ἀπὸ ΑΗ, τουτέστι ἡ ΚΗ πρὸς ΗΑ, οὕτω τὸ ὑπὸ ΕΘΖ, τουτέστι τὸ ὑπὸ ΔΘΛ, πρὸς τὸ ἀπὸ ΔΘ, τουτέστι ἡ ΛΘ πρὸς ΘΔ· καὶ ὡς ἄρα τὸ ἀπὸ ΑΗ πρὸς τὸ ἀπὸ ΗΚ, οὕτω τὸ ἀπὸ ΔΘ πρὸς τὸ ἀπὸ ΘΛ. ἔστι δὲ καὶ ὡς τὸ ὑπὸ ΒΗΓ πρὸς τὸ ἀπὸ ΑΗ, οὕτως τὸ ὑπὸ ΕΘΖ πρὸς τὸ ἀπὸ ΔΘ· δι' ἴσου ἄρα ἐστὶν ὡς τὸ ὑπὸ ΒΗΓ πρὸς τὸ ἀπὸ ΗΚ, οὕτω τὸ ὑπὸ ΕΘΖ πρὸς τὸ ἀπὸ ΘΛ. καί εἰσιν ἴσαι ἀμβλεῖαι αἱ ὑπὸ τῶν ΒΚΓ, ΕΛΖ γωνίαι, καὶ κάθετοι αἱ ΚΗ, ΛΘ· διὰ δὴ τὸ προγεγραμμένον, ὅμοιόν ἐστι τὸ ΒΚΗ τρίγωνον τῷ ΕΛΘ τριγώνῳ, τὸ δὲ ΓΚΗ τῷ ΖΛΘ. ὥστε καὶ τὸ μὲν ΑΒΗ τρίγωνον τῷ ΔΕΘ τριγώνῳ ἐστὶν ὅμοιον, τὸ δὲ ΑΗΓ τῷ ΔΘΖ· ὥστε καὶ ὅλον τὸ ΑΒΓ ὅλῳ τῷ ΔΕΖ ἐστὶν ὅμοιον.







qualibus ΒΑΓ, ΕΔΖ: est igitur ficut ΒΜ ad ΜΟ five ΑΜ ad ΜΟ ita ΕΝ five ΔΝ ad ΝΡ. fed ΑΜ eft ad ΜΣ ficut ΔΝ ad ΝΤ: ex æquo igitur ΜΟ eft ad ΜΣ ficut ΡΝ ad ΝΤ. anguli autem ad Ο, Ρ funt recti, quare uterque angulus ad Σ, Τ acutus eft; adeoque angulus ΟΜΣ angulo ΡΝΤ æqualis eft. fed angulus ΒΜΟ angulo ΕΝΡ æqualis eft: angulus itaque ΒΜΣ angulo ΕΝΤ æquatur; ac proinde angulus Γ angulo Ζ æqualis eft. unde patet triangula effe quoad omnia fimilia.

Abfoluta autem demonftratione in altero angulorum, five obtufo five acuto, in reliquo etiam hoc modo abfolvi poteft. ponatur enim demonftratum effe modo jam defcripto, rem ita fe habere, exiftentibus angulis obtufis, ac probandum eft quod, fi fuerint anguli ΒΑΓ, ΕΔΖ acuti, triangula quoque fimilia effent. circumfcriptis circulis & productis ΑΗ, ΔΘ ad Κ, Λ, jungantur ΒΚ, ΚΓ; ΕΛ, ΛΖ: æquales igitur funt anguli obtufi ΒΚΓ, ΕΛΖ. cum autem rectangulum ΒΗΓ five ΑΗΚ eft ad quadratum ex ΑΗ, hoc eft ΚΗ ad ΗΑ, ficut rectangulum ΕΘΖ five ΔΘΛ ad quadratum ex ΔΘ, hoc eft ut ΛΘ ad ΘΔ; erit igitur quadratum ex ΑΗ ad quadratum ex ΗΚ ficut quadratum ex ΔΘ ad quadratum ex ΘΛ. fed rectangulum ΒΗΓ eft ad quadratum ex ΑΗ ficut rectangulum ΕΘΖ ad quadratum ex ΔΘ: ex æquo igitur rectangulum fub ΒΗΓ erit ad quadratum ex ΗΚ ficut rectangulum ΕΘΖ ad quadratum ex ΘΛ. æquales autem funt anguli obtufi ΒΚΓ, ΕΛΖ, ac normales funt ΚΗ, ΛΘ; unde per jam dicta fimile erit triangulum ΒΚΗ triangulo ΕΛΘ, triangulumque ΓΚΗ triangulo ΖΛΘ. Quapropter triangulum ΑΒΗ triangulo ΔΕΘ fimile eft, uti triangulum ΑΗΓ triangulo ΔΘΖ: adeoque totum ΑΒΓ toti ΔΕΖ fimile eft.

## ΛΗΜΜΑ ϛʹ.

*Θέσει δεδομένων τῶν ΑΒ, ΑΓ εὐθειῶν, ἀγαγεῖν παρὰ θέσει τὴν ΔΕ, καὶ ποιεῖν δοθεῖσαν τὴν ΔΕ.*

ΓΕΓΟΝΕΤΩ, καὶ διὰ τοῦ Α τῇ ΔΕ παράλληλος ἤχθω ἡ ΑΖ· παρὰ θέσει ἄρα ἐστί. καί ἐστι δοθὲν τὸ Α· θέσει ἄρα ἐστὶν ἡ ΑΖ. διὰ δὲ τοῦ Ε τῇ ΑΒ παράλληλος ἤχθω ἡ ΕΖ· ἴση ἄρα ἐστὶν ἡ ΑΖ τῇ ΔΕ. καὶ δοθεῖσά ἐστιν ἡ ΔΕ· δοθεῖσα ἄρα ἐστὶν καὶ ἡ ΑΖ. ἀλλὰ καὶ θέσει, καὶ δοθέν ἐστι τὸ Α· δοθὲν ἄρα ἐστὶ καὶ τὸ Ζ. διὰ δὲ δεδομένου τοῦ Ζ παρὰ θέσει τῇ ΑΒ ἦκται ἡ ΖΕ· θέσει ἄρα ἐστὶν ἡ ΖΕ, θέσει δὲ ἡ ΑΓ· δοθὲν ἄρα τὸ Ε. καὶ δι' αὐτοῦ παρὰ θέσει ἦκται ἡ ΔΕ· θέσει ἄρα ἐστὶν ἡ ΔΕ.

Συντεθήσεται δὲ τὸ πρόβλημα οὕτως. ἔστωσαν αἱ μὲν τῇ θέσει δεδομέναι δύο εὐθεῖαι αἱ ΑΒ, ΑΓ, ἡ δὲ δοθεῖσα τῷ μεγέθει ἔστω ἡ Η, παρ' ἣν δὲ ἀγαγεῖν δεῖ ἔστω ἡ ΑΖ, καὶ τῇ Η ἴση κείσθω ἡ ΑΖ, καὶ διὰ μὲν τοῦ Ζ τῇ ΑΒ παράλληλος ἤχθω ἡ ΖΕ, διὰ δὲ τοῦ Ε τῇ ΑΖ ἤχθω ἡ ΕΔ. λέγω ὅτι ἡ ΔΕ ποιεῖ τὸ πρόβλημα. ἐπεὶ γὰρ ἴση ἐστὶ ἡ ΔΕ τῇ ΑΖ, ἀλλὰ ἡ ΑΖ τῇ Η ἐστὶν ἴση, τουτέστι τῇ δοθείσῃ· καὶ ἡ ΔΕ ἄρα ἴση ἐστὶ τῇ Η τῇ δοθείσῃ· ἡ ΔΕ ἄρα ποιεῖ τὸ πρόβλημα. καὶ φανερὸν ὅτι μόνη, ἀεὶ γὰρ ἡ ἔγγιον τοῦ Α τῆς ἀπώτερόν ἐστιν ἐλάσσων.

## LEMMA VI.

Datis duabus rectis ΑΒ, ΑΓ, ducere rectam ΔΕ pofitione datæ parallelam, quæ magnitudine datæ æqualis fit.




PUTA factum, & per Α ipfi ΔΕ parallela ducatur ΑΖ; ΑΖ igitur pofitione datæ parallela eft: datum autem punctum Α, adeoque ΑΖ pofitione datur. per Ε ipfi ΑΒ parallela ducatur ΕΖ: æqualis eft igitur ΑΖ ipfi ΔΕ. ac data eft ΔΕ, quare ΑΖ etiam data eft. fed & pofitione datur, & datum eft punctum Α; unde punctum Ζ quoque datur. per datum autem punctum Ζ pofitione datæ ΑΒ parallela ducta eft recta ΖΕ; datur igitur pofitione ΖΕ. ac datur pofitione recta ΑΓ: datum eft igitur punctum Ε, ac per ipfum ducta eft ΔΕ pofitione datæ parallela: datur itaque pofitione recta ΔΕ.

Componetur autem problema hoc modo. fint rectæ duæ pofitione datæ ΑΒ, ΑΓ, magnitudine autem data fit recta Η; ac fit ΑΖ ea cui parallela ducenda eft. ipfi Η æqualis fiat ΑΖ, & per Ζ ipfi ΑΒ parallela ducatur ΖΕ; per Ε autem ipfi ΑΖ parallela ducatur ΕΔ. dico rectam ΕΔ fatisfacere problemati. quoniam enim ΔΕ æqualis eft ipfi ΑΖ, ac ΑΖ rectæ datæ Η facta eft æqualis; recta igitur ΔΕ folvit problema. ac manifeftum eft quod ea fola rem præftat, femper enim puncto Α propior minor eft remotiore.

## LEMMA VII.

Sint duo plana ABΓ, EBZ, secundum eandem rectam BΓ super idem planum subjectum normaliter erecta. dico rectas AB, BE, BΓ esse in eodem plano.

DUCATUR enim è puncto B in subjecto plano recta BH ipsi BΓ ad angulos rectos: quæ proinde plano EBZ normalis erit; adeoque & rectæ BE. pari argumento ipsi etiam AB normalis est. sed & rectæ BΓ normalis est eadem BH: tribus igitur rectis AB, BE, BΓ ad angulos rectos insistit recta BH ad ipsarum concursum in B: quare [per quintam undecimi El.] rectæ AB, BE, BΓ sunt in eodem plano. Q. E. D.




## ΛΗΜΜΑ ζ'.

Ἔστω δύο ἐπίπεδα τὰ ABΓ, EBZ, ἐπὶ τῆς αὐτῆς εὐθείας τῆς BΓ ἐφεστῶτα, τῷ αὐτῷ ἐπιπέδῳ τῷ ὑποκειμένῳ ὀρθά. λέγω ὅτι ἐν ἑνὶ ἐπιπέδῳ εἰσὶν αἱ AB, BE, BΓ εὐθεῖαι.

Ἤχθω γὰρ ἀπὸ τοῦ B τῇ BΓ ἐν τῷ ὑποκειμένῳ ἐπιπέδῳ ὀρθὴ ἡ HB· καὶ τῷ EBZ ἄρα ἐπιπέδῳ ἔσται ὀρθὴ ἡ HB, ὥστε καὶ τῇ BE ἐστὶν ὀρθή. κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ τῇ AB. ἔστι δὲ καὶ τῇ BΓ εὐθείᾳ ἡ BH ὀρθή· ἡ BH ἄρα τρισὶν εὐθείαις ταῖς AB, BE, BΓ ὀρθὴ ἐπὶ τῆς ἁφῆς τοῦ B ἐφέστηκεν· διὰ ἄρα τὸ δέκατον τρίτον στοιχεῖον ἐν ἑνί εἰσιν ἐπιπέδῳ αἱ AB, BE, BΓ εὐθεῖαι.

## LEMMA VIII.

Sint duo triangula ABΓ, ΔEZ rectos habentia angulos A & Δ, ac ducantur rectæ AH, ΔΘ sub æqualibus angulis AHB, ΔΘE; sit autem ut BH ad HΓ ita EΘ ad ΘZ. dico triangulum ABH triangulo ΔEΘ simile esse, *& triangulum AHΓ triangulo ΔΘZ, totumque toti.*

PRODUCATUR AH, ac fiat ut ΔΘ ad ΘE ita ΓH ad HK, ac jungantur BK, KΓ: est igitur angulus ΔEΘ angulo ΓKH æqualis. quoniam vero BH est ad HΓ sicut EΘ ad ΘZ, facta autem est ΓH ad HK sicut ΔΘ ad ΘE; erit ex æquo perturbatè ut BH ad HK ita ΔΘ ad ΘZ; & sunt circa angulos æquales: angulus igitur BKH angulo ad Z æqualis est. demonstratum autem est angulum ΓKH angulo ad E æqualem esse, ac anguli duo ad Z & E æquales sunt recto: adeoque angulus BKΓ rectus est. sed ex hypothesi angulus BAΓ rectus est: unde puncta A, B, Γ, K sunt in circulo; ac proinde angulus AKΓ, hoc est ΔEZ, angulo ABΓ æqualis est. ex hypothesi autem angulus AHB angulo ΔΘE æqualis est: simile igitur est triangulum ABH triangulo ΔEΘ, pariterque triangulum AHΓ triangulo ΔΘZ simile est, *totumque toti.*




## ΛΗΜΜΑ η'.

Ἔστω δύο τρίγωνα τὰ ABΓ, ΔEZ ὀρθὰς ἔχοντα τὰς A, Δ γωνίας, καὶ διήχθωσαν αἱ AH, ΔΘ ἐν ἴσαις γωνίαις ταῖς ὑπὸ AHB, ΔΘE· ἔστω δὲ ὡς ἡ BH πρὸς τὴν HΓ οὕτως ἡ EΘ πρὸς τὴν ΘZ. λέγω ὅτι ὅμοιόν ἐστι τὸ μὲν ABH τρίγωνον τῷ ΔEΘ τριγώνῳ, [τὸ δὲ AHΓ τῷ ΔΘZ, καὶ ὅλον ὅλῳ.]

ΕΚΒΕΒΛΗΣΘΩ ἡ AH, καὶ πεποιήσθω ὡς ἡ ΔΘ πρὸς ΘE οὕτως ἡ ΓH πρὸς HK, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ BK, KΓ· ἴση ἄρα ἐστὶν ἡ ὑπὸ ΔEΘ τῇ ὑπὸ ΓKH γωνίᾳ. ἐπεὶ δέ ἐστιν ὡς μὲν ἡ BH πρὸς HΓ οὕτως ἡ EΘ πρὸς ΘZ, ὡς δὲ ἡ ΓH πρὸς HK οὕτως ἡ ΔΘ πρὸς ΘE· δι' ἴσου ἄρα ἐστὶν ἐν τῇ τεταραγμένῃ ἀναλογίᾳ ὡς ἡ BH πρὸς HK οὕτως ἡ ΔΘ πρὸς ΘZ. καὶ περὶ ἴσας γωνίας· ἴση ἄρα ἐστὶν ἡ ὑπὸ τῶν BKH γωνία τῇ Z γωνίᾳ. ἐδείχθη δὲ καὶ ἡ ὑπὸ ΓKH γωνία ἴση τῇ E, καί εἰσιν αἱ E, Z ὀρθῇ ἴσαι· ἡ ἄρα ὑπὸ BKΓ γωνία ἐστὶν ὀρθή. ἀλλὰ καθ' ὑπόθεσιν καὶ ἡ ὑπὸ BAΓ γωνία ὀρθή· ἐν κύκλῳ ἄρα ἐστὶ τὰ A, B, Γ, K σημεῖα· ἴση ἄρα ἐστὶ καὶ ἡ ὑπὸ AKΓ, τουτέστιν ἡ ὑπὸ ΔEZ τῇ ὑπὸ ABΓ. καὶ ἡ ὑπὸ AHB γωνία καθ' ὑπόθεσιν ἴση ἐστὶ τῇ ὑπὸ ΔΘE γωνίᾳ· ὅμοιον ἄρα ἐστὶν τὸ ABH τρίγωνον τῷ ΔEΘ τριγώνῳ, κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ τὸ AHΓ τρίγωνον τῷ ΔΘZ ἐστὶν ὅμοιον, [καὶ ὅλον ὅλῳ.]




### *Aliter & melius.*

BISECENTUR in punctis K, Λ rectæ BΓ, EZ, ac jungantur AK, ΔΛ. jam quoniam BH est ad HΓ sicut EΘ ad ΘZ, componendo ac dimidiando antecedentes, deinde per conversionem rationis, fiet ΓK sive AK ad KH sicut ΛZ sive ΔΛ ad ΛΘ. anguli autem ad puncta H, Θ sunt æquales, & uterque angulus KAH, ΛΔΘ acutus est: angulus igitur AKH angulo ΔΛΘ est æqualis; eorundemque semisses, nempe anguli ad B & E, sunt æquales. sed angulus ad H angulo ad Θ æqualis est: simile est igitur triangulum ABH triangulo ΔEΘ. pari argumento triangulum AHΓ triangulo ΔΘZ simile est, ac totum toti. Q. E. D.




### Ἄλλως καὶ ἄμεινον.

ΤΕΤΜΗΣΘΩΣΑΝ δίχα τοῖς K, Λ σημείοις αἱ BΓ, EZ· καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ AK, ΔΛ. ἐπεὶ οὖν ἐστιν ὡς ἡ BH πρὸς HΓ οὕτως ἡ EΘ πρὸς ΘZ, συνθέντι, καὶ τὰ ἡμίση τῶν ἡγουμένων, καὶ ἀναστρέψαντι γίνεται ὡς ἡ ΓK τουτέστιν ἡ AK πρὸς KH οὕτως ἡ ΛZ, τουτέστιν ἡ ΔΛ πρὸς ΛΘ. καί εἰσιν ἴσαι μὲν αἱ πρὸς τοῖς H, Θ σημείοις γωνίαι, αἱ δὲ ὑπὸ KAH, ΛΔΘ ἑκατέρα ἅμα ὀξεῖα· ἴση ἄρα ἐστὶ καὶ ἡ ὑπὸ AKH γωνία τῇ ὑπὸ ΔΛΘ γωνίᾳ, καὶ τὰ ἡμίση· καὶ ἡ B ἄρα γωνία ἴση ἐστὶ τῇ E. ἀλλὰ καὶ ἡ H γωνία τῇ Θ ἴση ἐστίν· ὅμοιον ἄρα ἐστὶ τὸ ABH τρίγωνον τῷ ΔEΘ τριγώνῳ. κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ τὸ AHΓ τρίγωνον τῷ ΔΘZ τριγώνῳ ἐστὶν ὅμοιον, καὶ ὅλον ὅλῳ.




APOL-

# APOLLONII PERGÆI CONICORUM

## LIBER SEXTUS.

### Apollonius Attalo S. P.

*MITTO tibi Sextum Conicorum librum: qui complectitur Propositiones de Sectionibus Conicis & Sectionum Segmentis æqualibus & inæqualibus, similibus & dissimilibus; ut & alia nonnulla prætermissa ab iis qui nos præcesserunt. Nam specialiter in hoc libro invenies quomodo Sectio Sectioni datæ æqualis in dato Cono recto sit secanda: & quomodo designandus sit Conus rectus Cono dato similis qui contineat datam Sectionem Conicam. Quæ quidem uberius aliquanto ac dilucidius tractavimus quam qui ante nos his de rebus scripserunt. Vale.*

### DEFINITIONES.

I. Sectiones Conicæ dicantur *æquales*, si applicari possit altera super alteram; ita ut ubique conveniant, nec occurrant inter se. *Inæquales* autem sunto quæ non ita se habent.

II. *Similes* vero dicantur Sectiones, in quibus, ductis ad utrusque Axem ordinatim applicatis, ipsæ ordinatim applicatæ ad portiones Axis ab iisdem abscissas Verticique conterminas fuerint respectivè proportionales: diviso scilicet utroque Axe in partes numero æquales, vel eandem inter se rationem servantes. *Dissimiles* vero sint Sectiones, quibus modo dicta non competunt.

III. Recta subtendens segmentum aliquod circumferentiæ Circuli vel Sectionis Conicæ, *Basis* Segmenti vocetur.

IV. Recta autem quæ occurrens rectis Basi segmenti parallelis eas omnes bifariam dividit, dicatur segmenti *Diameter*.

V. Dicatur etiam punctum in Sectione per quod ducitur Diameter, segmenti *Vertex*.

VI. Segmenta vocentur *æqualia*, si, Basibus æqualibus existentibus, fieri possit ut unum super alterum ita applicetur ut nusquam occurrant inter se, sed utrobique congruant. *Inæqualia* vero sint, quæ aliter se habent.

 VII. Seg-

VII. Segmenta vero *similia* dicantur, quorum bases cum diametris æquales continent angulos, & in quorum singulis, ductis rectis Basi parallelis numeroque æqualibus, ipsæ parallelæ, ut & Bases ad abscissas diametrorum portiones verticibus conterminas, sunt in iisdem rationibus respectivè. Divisâ scilicet ab ipsis parallelis utriusque diametro in partes invicem proportionales.

VIII. Dicatur *Sectio Conica in Cono poni*, vel *Conus à Sectione Conicâ contineri*, si vel tota sectio comprehensa fuerit in superficie Conicâ inter Verticem & Basim Coni interceptâ: Vel si, eâdem superficie infra Basim Coni productâ, tota Sectio fuerit in ea superficiei parte quæ est infra Basim: Vel etiam si fuerit partim in hac partim in altera superficie.

IX. Coni vero recti dicantur *similes*, si eorundem Axes ad diametros Basium sint in eadem ratione.

X. Dicatur etiam *Figura Sectionis super Axem vel diametrum aliquam facta*, rectangulum contentum sub Axe vel diametro illâ & Latere ejusdem recto.

## PROPOSITIO I.

***SI in duabus Parabolis latera recta fuerint æqualia, erunt ipsæ Sectiones æquales. At si fuerint Sectiones æquales, erunt quoque earundem latera recta æqualia.***

Sint duæ Parabolæ quarum Axes AΔ, ZΘ: sintque earundem latera recta AE, ZM æqualia. Dico ipsas sectiones esse æquales.

Nam si applicetur Axis AΔ super Axem ZΘ, sectio coincidet cum sectione & cum eadem ubique congruet. Si enim fieri possit ut non congruant, sit pars aliqua sectionis AB quæ non congruat cum ZH, & capiatur punctum quoddam B, in parte cum ipsâ ZH non congruente, à quo demittatur normalis ad Axem BK, ac compleatur parallelogrammum rectangulum KE: &, factâ ZΛ ipsi AK æquali, erigatur normalis ad Axem recta HΛ, ac compleatur parallelogrammum rectangulum ΛM. Quoniam vero latera KA, AE æqualia sunt lateribus ΛZ, ZM, utraque inter se congruent, ac proinde rectangulum KE æquale erit rectangulo ΛM. Sed recta KB potest rectangulum KE (per $11^{mam}$ primi) ac (per eandem) ΛH poterit rectangulum ΛM; adeoque ipsæ KB, ΛH sunt æquales. Posito igitur Axe super Axem, ita ut coincidat recta AK cum ΛZ, recta BK cadet super ΛH, punctumque B super punctum H. Posuimus autem non debere coincidere punctum B cum sectione ZH: quod absurdum. Unde patet fieri non posse ut sectio sectioni non sit æqualis.




Porro si sectio fuerit æqualis sectioni, capiatur AK ipsi ZΛ æqualis, & è punctis K, Λ erigantur normales BK, HΛ; ac compleantur rectangula parallelogramma KE, ΛM. Congruente autem sectione AB cum sectione ZH, Axis quoque AK cum Axe ZΛ congruet; aliter enim Parabola ZH duos haberet Axes, quod fieri non potest: coincidet igitur punctum K cum puncto Λ, ob AK, ZΛ æquales. Cadente autem puncto B super H, erit recta BK ipsi ΛH æqualis; ac proinde (per $11^{mam}$ primi) rectangula KE, ΛM æqualia erunt. Sed AK ipsi ZΛ facta est æqualis. Latus igitur rectum AE Lateri recto ZM æquale est. Q. E. D.

PROPO-

## PROPOSITIO II.

*SI Figuræ factæ super Axes transversos Hyperbolarum vel Ellipsium fuerint æquales ac similes inter se, erunt ipsæ Sectiones æquales. Ac si fuerint Sectiones æquales, erunt quoque Figuræ, factæ super Axes earundem transversos, æquales ac similes similiterque sitæ.*

Sint ΑΒ, ΓΗ duæ Hyperbolæ vel Ellipses, quarum Axes ΑΚ, ΓΘ; sintque figuræ super Axes transversos factæ æquales ac similes, ut ΔΕ, ΝΛ. Dico sectiones ΑΒ, ΓΗ æquales esse.

Applicetur Axis ΑΚ super Axem ΓΘ, ac coincidet sectio cum sectione. Nam si aliter fuerit, sit pars aliqua sectionis ΑΒ extra sectionem ΓΗ; & in hac parte capiatur punctum aliquod Β, à quo demittatur ad Axem normalis ΒΚ, ac compleatur rectangulum ΔΖ. Capiatur etiam in Axe ΓΘ recta ΓΘ ipsi ΑΚ æqualis, ac erectâ normali super Axem ΓΘ ad punctum Θ, ut ΗΘΜ, compleatur rectangulum ΝΜ. Quoniam vero rectæ ΑΕ, ΑΚ æquales sunt ipsis ΛΓ, ΓΘ; rectangula ΒΚ, ΛΘ erunt æqualia. Rectangula autem ΛΜ, ΕΖ similia sunt similiterque sita, quia similia sunt rectangulis similibus ΔΕ, ΝΛ. Sed rectæ ΑΚ, ΓΘ æquales sunt, adeoque rectangula ΕΖ, ΛΜ sunt etiam æqualia. Verum rectangula ΚΕ, ΘΛ æqualia sunt, ac proinde rectangulum ΑΖ rectangulo ΓΜ æquale erit. Possunt autem hæc rectangula (per $12^{um}$ & $13^{um}$ primi) ordinatim applicatæ ΒΚ, ΗΘ: applicato igitur Axe super Axem, cadet recta ΒΚ super ΘΗ, ac punctum Β super punctum Η. Absurde igitur posuimus punctum Β cadere extra sectionem ΓΗ: ac propterea tota sectio ΑΒ coincidet cum sectione ΓΗ.




Quinetiam si fuerint sectiones æquales; fiant ΑΚ, ΓΘ æquales, ac erigantur normales ΚΒ, ΘΗ, compleanturque parallelogramma rectangula ΔΕ, ΔΖ; ΝΛ, ΝΜ, & applicetur sectio ΑΒ super sectionem ΓΗ: cadet igitur Axis ΑΚ super Axem ΓΘ necessario. Nam si non cadat super eum, in Hyperbola forent duo Axes, & in Ellipsi tres: quod quidem impossibile est. Cadente autem ΑΚ super ΓΘ quæ eidem æqualis est, cadet punctum Κ super Θ: coincidentibusque rectis ΚΒ, ΘΗ punctum Β cadet super Η; ac proinde ΚΒ, ΘΗ æquales sunt. Hinc consequitur (per $12^{um}$ & $13^{um}$ primi) rectangula ΑΖ, ΓΜ æqualia esse. Sed ΑΚ ipsi ΓΘ æqualis est, adeoque ΚΖ ipsi ΘΜ. Simili modo, si ponatur ΑΞ ipsi ΓΠ æqualis, demonstrabitur Ξξ ipsi Πγ æqualem esse; quare & ΡΖ ipsi ΜΤ & Ρξ ipsi Τγ æquales erunt: unde & rectangula Ζξ, Μγ æqualia & similia, ac (*per* $24^{um}$ VI. *Elem.*) rectangula ΔΖ, ΝΜ erunt quoque similia. Sed ΚΖ, ΘΜ sunt æquales; quare etiam ΔΚ, ΘΝ sunt æquales: & ob æquales ΑΚ, ΓΘ, ipsæ quoque ΑΔ, ΓΝ erunt æquales. Rectangula autem ΔΕ, ΝΛ similia sunt, adeoque rectæ ΑΕ, ΓΛ æquales. Quapropter rectangula ΔΕ, ΝΛ similia & æqualia sunt; quæ quidem sunt Figuræ æqualium sectionum super Axes factæ. Q. E. D.



Similiter si sectiones fuerint Parabolæ, & occurrant ordinatim applicatæ diametris quibuscunque in utrâque sectione sub æqualibus angulis; ac sint harum diametrorum Latera recta æqualia; erunt quoque Sectiones æquales.

Ac si fuerint sectiones Hyperbolæ vel Ellipses, & ordinatim applicatæ occurrant diametris sub angulis æqualibus; fuerintque Figuræ factæ super has diametros æquales & similes inter se; erunt etiam sectiones æquales. Hoc autem eodem modo constabit, quo rem ita se habere quoad Axes jam demonstratum est.

## PROPOSITIO III.

*Manifestum est Ellipsin non posse æqualem esse duabus reliquis sectionibus, quia terminata est; hæ vero in infinitum prodeunt. Dico quoque nullam Parabolam æqualem esse Hyperbolæ.*

Sit ΑΒΓ Parabola, Hyperbola vero ΗΙΚΝ; ac si fieri possit, sint inter se æquales. Sint autem sectionum Axes ΒΖ, ΚΜ, ac ΚΘ diameter transversa Hyperbolæ: &, factis ΒΕ, ΒΖ ipsis ΚΛ, ΚΜ æqualibus, ducantur ad Axes normales ΑΕ, ΔΖ; ΙΛ, ΗΜ.




Jam si fuerint æquales, sectio applicari potest super sectionem; & cadent puncta Ε, Ζ, Α, Δ super puncta Λ, Μ, Ι, Η. Verum ΖΒ est ad ΒΕ (per 20$^{am}$ primi) ut quadratum ex ΔΖ ad quadratum ex ΕΑ: erit igitur ΜΚ ad ΚΛ ut quadratum ex ΜΗ, ad quadratum ex ΛΙ. Hoc autem fieri nequit, quia quadratum ex ΜΗ est ad quadratum ex ΙΛ sicut rectangulum sub ΘΜ, ΜΚ ad rectangulum sub ΘΛ, ΛΚ, per 21$^{am}$ primi. Parabola igitur Hyperbolæ non est æqualis.

## PROPOSITIO IV.

*Si in Ellipsi de centro ducatur recta quælibet utrinque ad Sectionem terminata: dividet hæc sectionem in duas partes æquales; itemque Area ejus divisa erit bifariam.*

Sit ΑΒΓ Ellipsis, cujus centrum Θ; & per centrum ducatur recta ΑΒ, quæ primò sit alter Axium sectionis. Dico applicari posse Curvam ΑΓΒ super Curvam ΑΕΒ, ita ut tota Area ΑΓΒ super totam Aream ΑΕΒ superposita ubique coincidat cum eadem.




Nam, si fieri possit ut non coincidat Curva ΑΓΒ cum Curva ΑΕΒ, capiatur in parte non coincidente punctum Γ; &, demissa ad Axem ΑΒ, normalis ΓΔ producatur ad Ε. Recta igitur ΓΔ cadet super rectam ΔΕ, ob angulos ad punctum Δ rectos: ΓΔ autem ipsi ΔΕ æqualis est, atque adeo punctum Γ cadet super punctum Ε. Absurda est igitur positio punctum illud non cadere in sectione ΑΕΒ. Curva igitur ΑΓΒ cadet super Curvam ΑΕΒ, ubique coincidens cum eâ, uti superficies ΑΓΒ coincidet cum superficie ΑΕΒ. Quocirca Curva æqualis est Curvæ, & Area Areæ. Q. E. D.

## PROPOSITIO V.

Si vero ΑΒ non fuerit alter Axium, sint Axes ΓΔ, ΚΛ; & demittantur normales ΑΕ, ΒΗ: & applicatâ Curvâ ΓΑΔ super Curvam ΓΖΔ, eo quo factum est modo in Propositione præcedente, cadet punctum Ζ super punctum Α, ac Area ΑΓΕ super Aream ΓΖΕ. Similiter ΚΓΑ cadet super ΚΔΑ, & ΕΘ super ΘΗ; ut & ΕΖ super ΒΗ, ob ΕΘ ipsi ΘΗ & ΕΖ ipsi ΒΗ æquales. Cadet igitur Area ΓΕΖ super

per Aream ΔΗΒ, ac proinde Area ΑΓΕ coincidet cum Area ΒΔΗ, eidemque æqualis eft, ut & Curva ΑΓ Curvæ ΔΒ æqualis. Triangulum autem ΑΕΘ æquale eft triangulo ΒΗΘ: Area igitur ΑΓΘ Areæ ΒΔΘ æqualis eft, *ac area refidua* ΑΘΚ *refiduæ* ΒΘΛ, ut & Curva ΑΚ Curvæ ΒΛ æqualis. Quapropter Curva ΑΚΔ Curvæ ΓΛΒ æqualis eft, totaque Area ΑΚΔΒ toti ΑΓΛΒ, totaque Curva ΑΚΔΒ Curvæ ΑΓΛΒ etiam æqualis. Q. E. D.




## PROPOSITIO VI.

*SI portio aliqua Sectionis Conicæ, applicata fuper portionem aliquam alterius cujufdam Sectionis, coincidat cum eâdem: erit tota Sectio toti Sectioni æqualis.*

Sit ΑΒ fegmentum fectionis alicujus ΗΑΒ, quod applicatum congruat cum ΓΔ fegmento fectionis ΓΔΕ. Dico fectionem ΗΑΒ æqualem effe fectioni ΓΔΕ.

Nam, fi fieri poffit, congruat pars ΑΒ cum parte ΓΔ; non autem congruat fectionis pars reliqua ΑΗ cum ΓΝ reliqua parte fectionis alterius: fint autem ad modum fectionum ΔΓΜ, ΔΓΝ. Capiatur in ΓΜ punctum aliquod Θ, junctâque ΔΘ ducatur in fectione ΓΔΕ diameter ΚΛ bifariam dividens ipfam ΔΘ: erit igitur recta, quæ fectionem ΓΔΕ tangit in puncto Κ, ipfi ΔΘ parallela. Diameter autem ΚΛ omnes rectas ipfi ΔΘ parallelas bifariam dividit; quare, ductâ ΓΖ ipfi ΔΘ parallelâ, ΚΛ eam bifariam dividet; adeoque ΓΖ parallela eft rectæ fectionem ΔΓΜ tangenti in puncto Κ. Sed & eadem recta Tangens eft fectionis ΔΓΝ; ac proinde (per 7$^{am}$ fecundi) recta ΚΛ diameter eft fectionis ΔΓΝ, dividetque ipfam ΔΝ bifariam in puncto Λ. Eadem autem dividit rectam ΔΘ bifariam in puncto Λ: quod abfurdum eft. Tota igitur fectio ΒΑΗ fuper totam ΔΓΝ applicata ubique congruit, eidemque æqualis eft. Q. E. D.




## PROPOSITIO VII.

*IN Parabolâ vel Hyperbolâ, fi ductæ ad Axem ordinatim applicatæ ad alteram Sectionis partem producantur: abfcindentur è Sectione ab utroque Axis latere fegmenta, quæ applicatæ congruent inter fe; fed quæ neutiquam coincident cum aliâ quâvis Sectionis parte, fi eidem imponantur.*

Sit ΑΒΓ Parabola vel Hyperbola, cujus Axis ΓΗ; & capiatur fegmentum aliquod fectionis ΒΑ; & demittantur ad Axem ΓΗ ordinatim applicatæ, quæ ad alterum fectionis latus productæ, ut ΒΖΔ, ΑΗΕ, abfcindant è fectione fegmenta ΒΓΔ, ΑΓΕ. Dico Curvam ΒΓ congruere cum Curva ΓΔ, & Curvam ΒΑ cum Curva ΔΕ, itemque Aream ΑΓΗ cum Area ΗΓΕ, fegmentumque ΑΒΓ cum fegmento ΕΔΓ.




Hoc autem conftabit ad modum præcedentium; quia omnes ordinatim applicatæ, à fegmento ΑΒΓ ad Axem ΓΗ ductæ, poterunt rectangula æqualia rectangulis quæ

 poffunt

possunt ordinatim applicatæ à segmento ΓΔΕ ad eandem ΓΗ ductæ; adeoque, continuatis ipsis ordinatim applicatis, erit ΒΖ ipsi ΖΔ & ΑΗ ipsi ΕΗ æquales. Anguli autem ad puncta Ζ, Η recti sunt: segmentum igitur ΓΒ applicatum super segmentum ΓΔ coincidet cum eo; coincidet etiam segmentum ΑΒ cum segmento ΔΕ, areæque areis congruent.







Sit jam ΘΚ segmentum aliquod aliud his duabus normalibus non interceptum. Dico, quod si segmentum ΔΕ super illud applicetur, non coincidet cum eo. Nam si non ita sit, ac fieri possit ut congruant inter se, superimponatur ΔΕ coincidatque cum ΚΘ; coincidet igitur (per Prop. proximè præcedentem) Curva ΓΔ cum eâ sectionis parte quæ cum ΚΘ continuatur. Cadet vero punctum Γ in segmento ΓΔΕ in diverso situ ac in segmento ΚΘΓ; quia segmentum ΚΘΓ non est æqualis segmento ΓΔΕ: ac proinde Axis ΗΓ diversas haberet positiones, ac Parabola vel Hyperbola plures haberet Axes; quod (per 48$^{vam}$ secundi) absurdum est. Quapropter segmentum ΔΕ cum segmento ΘΚ congruere non potest. Q. E. D.

## PROPOSITIO VIII.

*SI in Ellipsi demissæ ad Axem normales producantur ad alterum Sectionis latus: segmenta ab utrâque Axis parte abscissa, unum super alterum applicata, congruent inter se. Si vero imponantur super segmenta à normalibus ad easdem à centro distantias, sed ab alterâ ejus parte abscissa: coincident etiam cum iisdem, congruent autem cum nullo alio Sectionis segmento.*

Sit ΑΒΓΔ Ellipsis, cujus Axes ΑΒ, ΚΛ, & ad ΑΒ demittantur normales duæ quæ occurrant utrinque sectioni ut ΓΕ, ΔΖ: ducantur etiam in sectione aliæ duæ normales ad easdem à centro distantias ac priores, ut ΜΞ, ΝΘ. Jam si segmentum ΓΔ ipsi ΕΖ superimponatur, congruent inter se, juxta demonstrata in Prop. proxime præcedente. Eodemque modo constabit segmentum ΜΝ cum ipso ΞΘ congruiturum. Area autem ΚΑΛ super aream ΚΒΛ applicata (per quartam hujus) coincidet; ac recta ΓΕ cadet super ipsam ΝΘ, quia eadem est utriusque à centro distantia; cadet etiam ΔΖ super ΜΞ, adeoque cadet segmentum ΓΔ super segmentum ΜΝ; ac proinde congruet ΓΔ cum segmento ΞΘ, quia ΜΝ, ΞΘ congruunt inter se. Idem quoque manifestum est de segmento ΕΖ.




Si vero capiatur in sectione segmentum aliquod aliud præter hæc quatuor, ut ΥΧ. Dico illud congruere non posse cum prædictis segmentis. Nam si fieri possit, coincidat cum segmento ΜΝ; ac, per demonstrata in præcedentibus, invenietur Ellipsis plures quam duos habitura Axes. Hoc autem (per 48$^{vam}$ secundi) absurdum est. Quocirca segmentum ΜΝ non congruet cum segmento ΥΧ. Q. E. D.

## PROPOSITIO IX.

*IN Sectionibus æqualibus, segmenta, quæ æqualiter à Verticibus earundem distant, superposita coincident inter se: quæ vero non distant æqualiter à Verticibus, non congruent inter se.*

Sectionum duarum æqualium sint Axes ΓΔ, KΛ, ac sit distantia segmenti AB à puncto Γ æqualis distantiæ segmenti EH à puncto K. Dico AB congruere cum EH.

Imponatur enim sectio ΓA super sectionem KE, ac punctum B cadet super punctum H, quia distantiæ earundem à Vertice utriusque sectionis æquales sunt: cadet etiam punctum A super punctum E, adeoque & segmentum AB super segmentum EH. Dico quoque, si superimponatur super aliud quodvis segmentum,




non congruet cum illo: Nam, si fieri potest, cadat super segmentum ZΘ. Demonstravimus autem AB congruere cum segmento EH, ac proinde congruet ZΘ cum ipso EH. Segmenta vero ZΘ, EH non sunt abscissa à duabus normalibus, neque ad easdem à centro distantias. Absurdum est igitur ea congruere posse, per demonstrata in duabus Propositionibus præcedentibus. Q. E. D.

## PROPOSITIO X.

*SI Sectiones fuerint inæquales, fieri non potest ut pars aliqua unius congruat cum ulla parte alterius.*

Sint ABΓ, ΔEZ sectiones duæ inæquales. Dico nullam partem unius coincidere posse cum parte aliquâ alterius.

Nam, si fieri possit, congruat pars AB cum parte ΔE; ac tota sectio ABΓ (per sextam hujus) congruere deberet cum ipsâ ΔEZ: atque adeo sectio ABΓ æqualis esset sectioni ΔEZ. Hoc autem est contra hypothesim. Quapropter non coincidet pars ulla sectionis ABΓ cum parte aliquâ ipsius ΔEZ. Q. E. D.




## PROPOSITIO XI.

*PArabolæ omnes similes sunt inter se.*

Sint AB, ΓΔ duæ Parabolæ, quarum Axes AK, ΓO. Dico sectiones inter se similes esse.

Sint earundem latera recta AΠ, ΓX, ac fiat AK ad ad AΠ sicut ΓO ad ΓX; ac dividatur AK in punctis Z, Θ utcunque, & in iisdem rationibus dividatur etiam ΓO in punctis M, Ξ; & ad Axes AK, ΓO erigantur normales ZE, ΘH, KB; MΛ, NΞ, ΔO.



Quoniam vero ΠΑ est ad ΑΚ sicut ΓΧ ad ΓΟ; & ΚΒ media est proportionalis inter ipsas ΠΑ, ΑΚ, (per $11^{mam}$ primi) uti ΔΟ media est inter ΓΧ, ΓΟ: erit igitur ΚΒ ad ΚΑ sicut ΔΟ ad ΟΓ; cumque Βξ dupla est ipsius ΒΚ, uti Δγ dupla ipsius ΔΟ; erit Βξ ad ΑΚ sicut Δγ ad ΓΟ. Pariter cum ΠΑ est ad ΑΚ sicut ΓΧ ad ΓΟ, ac ΑΚ est ad ΑΘ sicut ΓΟ ad ΓΞ: erit ex æquo ΠΑ ad ΑΘ sicut ΓΧ ad ΓΞ. Patebit igitur modo nuper ostenso, ΡΗ esse ad ΑΘ sicut ΝΤ ad ΓΞ; ac simili argumento ΕΙ erit ad ΑΖ sicut ΤΛ ad ΓΜ. Rationes igitur normalium ad Axem, Βξ, ΗΡ, ΕΙ, ad *abscissas* ΑΚ, ΑΘ, ΑΖ, *eædem sunt ac rationes normalium* Δγ, ΝΤ, ΛΤ *ad abscissas* ΓΟ, ΞΓ, ΓΜ respectivè. Segmenta autem ex uno Axium abscissa proportionalia sunt segmentis alterius Axis. Quocirca (*per Definitionem secundam*) sectio ΑΒ similis est sectioni ΓΔ. Q. E. D.




## PROPOSITIO XII.

*SI Hyperbolarum vel Ellipsium figuræ super Axes factæ fuerint similes; ipsæ etiam Sectiones similes erunt. Ac si sectiones fuerint similes; figuræ super Axes factæ erunt quoque similes.*

Sint ΑΒ, ΓΔ duæ Hyperbolæ vel Ellipses, quarum figuræ super Axes factæ sunt similes. Sint autem earum Axes ΑΚ, ΓΟ, diametri vero transversæ ΑΠ, ΓΧ; & capiantur Axium segmenta ΑΚ, ΓΟ, ita ut ΑΚ sit ad ΑΠ sicut ΓΟ ad ΓΧ. Dividatur ΑΚ utcunq; in punctis Ζ, Θ; & in iisdem rationibus quoq; recta ΓΟ in punctis Μ, Ξ: ac per puncta Ζ, Θ, Κ; Μ, Ξ, Ο erigantur super Axes normales ΒΚ, ΘΗ, ΖΕ; ΟΔ, ΞΝ, ΜΛ. Quoniam autem figuræ sectionum sunt similes, erit (per $21^{um}$ primi) quadratum ex ΒΚ ad rectangulum sub ΠΚΑ sicut quadratum ex ΔΟ ad rectangulum sub ΧΟΓ. Rectangulum vero sub ΠΚΑ est ad quadratum ex ΚΑ, sicut rectangulum sub ΧΟΓ ad quadratum ex ΟΓ, quia ΠΚ est ad ΚΑ sicut ΧΟ ad ΟΓ. Erit igitur ΒΚ ad ΚΑ sicut ΔΟ ad ΟΓ, & Βξ erit ad ΚΑ sicut Δγ ad ΓΟ. Jam ΚΑ est ad ΑΘ sicut ΟΓ ad ΓΞ, *ac* ΠΑ *est ad* ΑΚ *sicut* ΧΓ *ad* ΓΟ: quare *ex æquo* ΠΑ est ad ΑΘ sicut ΧΓ ad ΓΞ. Constabit igitur per jam demonstrata ΗΡ esse ΑΘ sicut ΝΤ ad ΓΞ: ac pari argumento




argumento

argumento EI esse ad AZ sicut τΛ ad ΓM. Normales itaque Bξ, HP, EI sunt ad segmenta Axis AK, AΘ, AZ in iisdem rationibus ac normales Δγ, NT, τΛ ad segmenta Axis OΓ, ΓΞ, ΓM *respectivè*: atque segmenta ipsius AK Axis sectionis AB à normalibus abscissa, ad segmenta ipsius ΓO Axis sectionis ΓΔ à normalibus abscissa, sunt in eadem ratione. Quare (*per Definit.* $2^{dam}$) sectio AB similis est sectioni ΓΔ.

Quod si sectio AB similis fuerit sectioni ΓΔ: Dico *Figuras* utriusque sectionis esse similes inter se. Demittantur enim à sectione AB normales quotlibet ad Axem AK, ut Bξ, HP, EI: & à sectione ΓΔ normales Δγ, NT, Λτ; ita ut normales ad abscissas in utroque Axe sint *respectivè* in iisdem rationibus, uti & abscissæ in uno Axium ad abscissas in altero sint in eadem ratione; nempe sit BK ad AK sicut ΔO ad OΓ, ac KA ad AΘ sicut OΓ ad ΓΞ, ac AΘ ad ΘH sicut ΓΞ ad ΞN. Erit igitur BK ad ΘH sicut ΔO ad NΞ, adeoque quadratum ex BK ad quadratum ex ΘH erit ut quadratum ex ΔO ad quadratum ex NΞ; unde (per $21^{am}$ primi) rectangulum ΠKA erit ad rectangulum ΠΘA sicut rectangulum XOΓ ad rectangulum XΞΓ. Sed KA est ad AΘ sicut OΓ ad ΓΞ: erit igitur KΠ ad ΠΘ sicut OX ad XΞ; atque adeo ΠΘ erit ad ΘK sicut XΞ ad ΞO. *Sed ΘK est ad ΞO sicut AΘ ad ΓΞ*; igitur ΠΘ est ad ΘA sicut XΞ ad ΞΓ, ac rectangulum ΠΘA est ad quadratum ex ΘA, sicut rectangulum XΞΓ ad quadratum ex ΞΓ. *Quoniam vero AΘ est ad ΘH sicut ΓΞ ad ΞN*, erit rectangulum ΠΘA ad quadratum ex ΘH sicut rectangulum XΞΓ ad quadratum ex ΞN. Sed rectangulum ΠΘA est ad quadratum ex ΘH (per $21^{am}$ primi) sicut diameter AΠ ad Latus ejus rectum, & rectangulum XΞΓ est ad quadratum ex ΞN sicut diameter XΓ ad Latus ejus rectum. Figuræ igitur utriusque sectionis super ΠA, ΓX factæ sunt similes.

## PROPOSITIO XIII.

*SI fuerint Hyperbolarum vel Ellipsium figuræ, super alios diametros præter Axes factæ, similes inter se; ac ordinatim applicatæ ad has diametros contineant cum ipsis angulos æquales: erunt hæ sectiones inter se similes.*

Sint Hyperbolarum vel Ellipsium duarum centra Z, I, diametri vero quævis ΓΛ, EM; sintque anguli quos continent diametri hæ cum ordinatim applicatis suis inter se æquales; Figuræ autem quæ fiunt super diametros ΓΛ, EM sint similes. Dico sectiones illas similes esse.



Ducantur enim è punctis Γ, E rectæ duæ quæ sectiones contingant, ut ΓΘ, EO, quæque proinde parallelæ erunt ordinatim applicatis ad has diametros: adeoque anguli qui fiunt ad puncta Γ, E cum diametris ΓΛ, EM erunt æquales: sint etiam AB, ΔK sectionum Axes, occurrentes Tangentibus in punctis Θ, O. Erit igitur angulus

gulus ΘΓΖ angulo ΟΕΙ æqualis, ob Tangentes ordinatim ductis parallelas. Per puncta Α, Δ erigantur normales ad Axes occurrentes diametris ΓΛ, ΕΜ in punctis Η & Χ, nempe rectæ ΑΗ, ΔΧ; & circumscribantur circuli triangulis ΖΑΗ, ΙΔΧ: & agantur per Vertices Α, Δ Tangentibus ΓΘ, ΕΟ parallelæ ΑξΤ, Δτγ.

Quoniam vero Figuræ super ΓΛ, ΕΜ factæ similes sunt; ac rectæ ΑΗ, ΔΧ contingunt sectiones; & rectæ Αξ, Δτ sunt ordinatim applicatæ ad diametros ΓΛ, ΕΜ: erit (per $37^{am}$ primi) rectangulum sub Ζξ, ξΗ ad quadratum ex Αξ ut rectangulum sub Ιτ, τΧ ad quadratum ex Δτ; utraque enim harum rationum eadem est, nempe diametri transversæ ad latus rectum utrique diametro competens. Rectangulum autem sub Ζξ, ξΗ æquale est rectangulo ΤξΑ, ac rectangulum ΙτΧ æquale est rectangulo Δτγ; adeoque rectangulum ΤξΑ erit ad quadratum ex ξΑ sicut rectangulum Δτγ ad quadratum ex Δτ: ac proinde Τξ erit ad ξΑ ut τγ ad Δτ. Ve-




rum anguli duo ad puncta ξ, τ sunt æquales, sed non recti, quia diametri ΓΛ, ΕΜ non sunt Axes sectionum, ac circulorum diametri sunt rectæ ΗΖ, ΧΙ: quare (*& per Lemmata priora* Pappi) erit angulus ad Ζ angulo ad Ι æqualis. Anguli autem ΖΓΘ, ΙΕΟ sunt æquales, ac propterea triangula ΖΓΘ, ΙΕΟ sunt similia. De punctis Γ, Ε demittantur ad Axes normales ΓΝ, ΕΞ; & erit rectangulum ΖΝΘ ad quadratum ex ΓΝ (*per conversas Lemmatum*) ut rectangulum ΙΞΟ ad quadratum ex ΕΞ. Sed (per $37^{am}$ primi) rectangulum ΖΝΘ est ad quadratum ex ΓΝ sicut Axis transversus ΑΒ ad latus ejus rectum; & rectangulum ΙΞΟ est ad quadratum ex ΕΞ ut Axis ΔΚ ad latus ejus rectum. Ipsæ igitur sectiones (per præcedentem $12^{mam}$) similes sunt. Oportet autem in Ellipsibus utrumque Axem ΑΒ, ΚΔ esse Axem majorem vel minorem, quia ratio ipsius ΒΑ ad latus ejus rectum eadem debet esse cum ratione Axis ΚΔ ad latus rectum ejusdem ΚΔ. Perinde autem est si uterque Axis vel major vel minor fuerit. Q. E. D.

## PROPOSITIO XIV.

*Parabola nec Hyperbolæ neque Ellipsi similis est.*

Sint duæ sectiones, nempe Parabola ΑΒ Axe ΑΗ descripta; ac Hyperbola vel Ellipsis, *si fieri possit*, eidem similis, ut ΓΔ. Sit sectionis ΓΔ Axis ΓΛ, ac sit latus transversum figuræ sive diameter transversa ΜΓ. In utraque sectione ducantur normales, ut ΒΙ, ΖΝ; ΔΞ, ΚΟ; & sint rationes earum ad abscissas in uno Axium, eædem ac rationes normalium ad abscissas in altero respectivè; simulque divisus sit uterque Axis in segmenta eandem inter se rationem habentia, nempe sit ΖΗ ad ΗΑ ut ΚΛ ad ΛΓ, ac ΗΑ ad ΑΕ ut ΛΓ ad ΓΘ, ac ΑΕ ad ΕΒ sicut ΓΘ ad ΘΔ: erit igitur ΖΗ ad ΕΒ sicut ΚΛ ad ΔΘ, adeoque quadratum ex ΖΗ ad quadratum ex ΕΒ ut quadratum ex ΚΛ ad quadratum ex ΔΘ. Sed quadratum ex ΖΗ est ad quadratum

quadratum ex ΒΕ (per $20^{mam}$ primi) sicut ΗΑ ad ΑΕ, ac ΗΑ est ad ΑΕ sicut ΑΓ ad ΓΘ: quadratum igitur ex ΚΑ est ad quadratum ex ΔΘ sicut ΑΓ ad ΓΘ. Verum (per $21^{am}$ primi) quadratum ex ΚΑ est ad quadratum ex ΔΘ ut rectangulum ΜΑΓ ad rectangulum ΜΘΓ, ac proinde ΜΑ ipsi ΜΘ æqualis: quod absurdum. Parabola itaque non potest esse similis alterutri reliquarum sectionum.



## PROPOSITIO XV.

**H**Yperbola non est similis Ellipsi.

Sit ΑΒ Hyperbola ac ΓΔ Ellipsis, axibus ΑΚ, ΓΜ, *diametris vero transversis* ΕΑ, ΓΑ descriptæ: ac si sint sectiones similes, ducantur in utrâque normales, ut ΒΝ, ΘΞ; ΖΟ, ΔΠ; ita ut earundem rationes ad abscissas in utroque Axe sint respectivè eædem, uti & abscissæ ad abscissas in eadem ratione. Eodem igitur modo, quo præcedentem demonstravimus, constabit quadratum ex ΘΚ esse ad quadratum ex ΒΗ sicut quadratum ex ΔΜ ad quadratum ex ΖΙ. Sed ut quadratum ex ΘΚ ad quadratum ex ΒΗ ita rectangulum ΕΚΑ ad rectangulum ΕΗΑ; & ut quadratum ex ΔΜ ad quadratum ex ΙΖ ita rectangulum ΓΜΑ ad rectangulum ΓΙΑ: quare rectangulum ΕΚΑ est ad rectangulum ΕΗΑ ut rectangulum ΓΜΑ ad rectangulum ΓΙΑ. Sed, ex hypothesi, ΚΑ est ad ΑΗ sicut ΜΓ ad ΓΙ; foret igitur ΚΕ ad ΕΗ sicut ΜΑ ad ΑΙ. Hoc autem absurdum est. Sectio itaque ΑΒ non est similis sectioni ΓΔ. Q. E. D.



## PROPOSITIO XVI.

**H**Yperbolæ oppositæ sunt similes inter se & æquales.

Sint Α, Β sectiones oppositæ, quarum Axis ΑΒ. Dico eas & similes & æquales esse. Quoniam enim latera recta Sectionum Α, Β (per $14^{am}$ primi) sunt æqualia, recta vero ΑΒ est latus transversum commune figuræ utriusque sectionis; erunt igitur figuræ, quæ fiunt super eundem Axem ΑΒ, inter se similes & æquales: ac proinde sectio Α (per $12^{mam}$ hujus) similis & æqualis est sectioni Β. Q. E. D.



## PROPOSITIO XVII.

**D***Uctis ad similes Sectiones Conicas Tangentibus, quæ Axibus occurrentes cum iisdem contineant angulos æquales; eductisque de punctis contactuum diametris sectionum, in quarum utrâque capiantur puncta, ita ut interceptæ inter hæc puncta & diametrorum Vertices sint ad ipsas Tangentes in eadem ratione: si per puncta sumpta ducantur rectæ Tangentibus parallelæ, abscindent hæ ab utrâque sectione segmenta similia & similiter posita. Ac si segmenta fuerint similia & similiter posita, eædem erunt rationes* *diametrorum ad Tangentes in utraque sectione, angulique sub diametris & Tangentibus contenti erunt æquales.*

Sint imprimis sectiones similes Parabolæ duæ, ut ABΓ, KΛM; quarum Axes AZ, KO; Tangentes vero ΓZ, MO, cum Axibus æquales continentes angulos AZΓ, KOM; ac per Γ, M, ducantur sectionum diametri ΓE, MΞ; ac fiat EΓ ad ΓZ sicut ΞM ad MO; perque E, Ξ ipsis ΓZ, MO parallelæ agantur ΔB, NΛ. Dico segmenta BΓΔ, ΛMN esse similia similiterque posita.

E punctis A, K erigantur AH, KX normales ad Axes; ac producantur diametri EΓ, MΞ usque ad occursum earundem in punctis H, X: ac fiat PΓ ad duplam ipsius ΓZ sicut ΘΓ ad ΓH, atque etiam ξM ad duplam ipsius MO sicut ΠM ad MX. Erunt igitur (per 49$^{am}$ primi) PΓ, Mξ latera recta ad diametros ΓE, MΞ; ac proinde quadratum ex ΔE æquale erit rectangulo PΓE, uti quadratum ex NΞ rectangulo ΞMξ. Anguli autem KOM, AZΓ sunt æquales inter se, adeoque & ipsæ XMO, HΓZ æquales; quia rectæ XΞ, HE (per 46$^{am}$ primi) parallelæ sunt ipsis OK, ZA. Quoniam vero anguli XMO, HΓZ sunt æquales, & anguli ad H & X recti ideoque æquales, erunt triangula ΘHΓ, ΠXM similia; ac ΘΓ erit ad ΓH sicut ΠM ad MX: unde PΓ erit ad ΓZ sicut ξM ad MO. Fecimus autem ΓZ ad ΓE sicut MO ad MΞ; quare *ex æquo* PΓ erit ad ΓE sicut ξM ad MΞ. Pari igitur argumento, quo Prop. XI$^{mam}$ hujus demonstravimus, constabit quod, si ducantur ad diametrum ΓE rectæ ipsi BΔ parallelæ; & ad MΞ ipsi ΛN parallelæ, *ad intervalla ipsis* ΓE, MΞ *proportionalia*, erunt hæ rectæ basibus BΔ, ΛN parallelæ, ad intercepta segmenta utriusque diametri, Verticibus Γ, M contermina, in eadem ratione respectivè; anguli autem contenti sub ordinatim applicatis utrique basi parallelis & diametris utriusque segmenti sunt utrobique æquales, ob angulos ad Γ & M æquales. Quapropter segmentum BΓΔ simile est segmento ΛMN similiterque situm. Q. E. D.




At vero si fuerit segmentum ΔΓB in unâ sectionum simile segmento NMΛ in alterâ, ac sint eorundem diametri ΓE, MΞ, Bases vero ΔB, ΛN, ac Vertices puncta Γ, M, ad quæ tangunt sectiones rectæ ΓZ, MO. Dico angulos AZΓ, KOM esse æquales, ac EΓ esse ad ΓZ sicut ΞM ad MO.

Maneant rectæ nuper descriptæ. Quoniam vero segmenta sunt similia, erit angulus contentus sub Base BΔ & diametro ΓE æqualis contento sub ΛN & MΞ; ac rectæ ZΓ, OM parallelæ sunt ipsis BΔ, ΛN; adeoque anguli ad puncta Γ, E; M, Ξ sunt æquales. Anguli itaque obtusi ZΓE, OMΞ sunt inter se æquales; unde, ob parallelas, angulus ad punctum Z æqualis est angulo ad punctum O. Porro quoniam ΔB est ad EΓ sicut NΛ ad ΞM, ob similia segmenta; ΔE erit ad EΓ sicut NΞ ad ΞM. At vero PΓ est ad ΔE sicut ΔE ad EΓ, & ξM ad NΞ sicut ΞN ad ΞM, propter Parabolas: *quare* PΓ *est ad* ΔE *sicut* ξM *ad* NΞ. *Sed* ΔE *ad* EΓ *sicut* NΞ *ad* ΞM; *ex æquo* igitur PΓ erit ad EΓ sicut ξM ad MΞ. Jam PΓ est ad duplam ipsius ΓZ (per 49. primi) sicut ΘΓ ad ΓH, & ξM est ad duplam ipsius MO ut ΠM ad MX. Sed ΘΓ est ad ΓH sicut ΠM ad MX, propter similia triangula ΓΘH, ΠMX; quare PΓ est ad ΓZ sicut ξM ad MO. *Cumque* PΓ *est ad* ΓE *sicut* ξM *ad* MΞ, *ut jam dictum est*; erit ex æquo EΓ ad ΓZ sicut MΞ ad MO. Anguli autem AZΓ, KOM per nuper demonstrata æquales sunt: *ergo constat Propositio.*

PROPO-

## PROPOSITIO XVIII.

Sint jam sectiones, de quibus agitur, Hyperbolæ vel Ellipses; ac sint omnia descripta ut in figurâ præcedente, & producantur diametri ΓΕ, ΜΞ ad centra sectionum Ι, Τ: habeat autem abscissa ΓΕ ad Tangentem ΓΖ eandem rationem ac ΞΜ ad ΜΟ. Dico segmenta ΔΓΒ, ΛΜΝ similia esse.

Fiat ΡΓ ad duplum Tangentis ΓΖ sicut ΘΓ ad ΓΗ; ac ξΜ ad duplum Tangentis ΜΟ sicut ΠΜ ad ΜΞ: erunt igitur (per $50^{mam}$ primi) ΓΡ & ξΜ latera recta ad diametros ΓΕ, ΜΞ. De punctis Λ, Κ, Γ, Μ ducantur ad Axes normales ΛΗ, ΚΧ, Γτ, Μγ. Jam quoniam sectiones similes sunt, erunt earum figuræ super Axes factæ (per $12^{am}$ hujus) etiam similes; ac si figuræ super Axes factæ fuerint similes, erit (per $37^{am}$ primi) rectangulum ΙτΖ ad quadratum ex Γτ sicut rectangulum Τγο ad quadratum ex γΜ. Anguli autem ad puncta Ζ, Ο ex hypothesi sunt æquales, & anguli ad τ & γ sunt etiam æquales, utpote recti: triangulum igitur ΓτΖ triangulo Μγο simile est. Manifestum autem est (*per Lemmata* $3^{um}$ *&* $5^{tum}$ Pappi) quod, si rectangulum ΙτΖ sit ad quadratum ex Γτ sicut rectangulum Τγο ad quadratum ex γΜ, triangula ΓτΙ, ΜΤγ erunt similia, ac proinde anguli ad centra Ι, Τ æquales. Anguli igitur ΖΓΙ, ΤΜΟ sunt æquales, quibus etiam æquales sunt anguli ad Ε & Ξ, propter ordinatim applicatas Tangentibus parallelas. Ob æquales autem angulos ad Ι & Τ, necesse est etiam angulos ad Η & Χ æquales esse. Sed anguli



ΖΓΙ, ΤΜΟ sunt æquales; quare triangula ΘΓΗ, ΠΜΧ sunt similia, ac ΘΓ est ad ΓΗ sicut ΠΜ ad ΜΧ. Fecimus autem ΡΓ ad duplum ipsius ΓΖ *sicut* ΘΓ *ad* ΓΗ, *&* ξΜ *ad duplum ipsius* ΜΟ sicut ΠΜ ad ΜΧ; erit igitur ΓΡ ad ΓΖ sicut Μξ ad ΜΟ; & (ob similia triangula) ΓΖ est ad ΓΙ sicut ΟΜ ad ΜΤ: quare *ex æquo* ΓΡ est ad ΓΙ sicut Μξ ad ΜΤ, adeoque ΓΡ est ad Γδ sicut Μξ ad ΜΣ. Figuræ igitur contentæ sub ipsis ΓΡ, Γδ, & sub Μξ, ΜΣ sunt similes. Quinetiam cum ΓΡ est ad ΓΖ sicut Μξ ad ΜΟ, & ΓΖ ad ΓΕ ut ΜΟ ad ΜΞ, erit *ex æquo* ΡΓ ad ΓΕ ut Μξ ad ΜΞ. Hoc autem cum ita sit, ac figura contenta sub ΓΡ, Γδ similis sit contentæ sub Μξ, ΜΣ; si jam secetur ΓΕ utcunque, ac per punctum divisionis ducatur recta ipsi ΒΔ basi segmenti parallela, ac dividatur diameter ΜΞ in eadem ratione qua divisa est ΓΕ, ac per punctum divisionis agatur parallela basi segmenti ΛΝ: erunt (per demonstrata in $12^{mâ}$ hujus) parallelæ diametro ΜΞ occurrentes ad abscissas ex eâdem Vertici Μ conterminas, *in eâdem ratione ac basi* ΒΔ *parallelæ ad portiones ab iisdem in diametro* ΓΕ *abscissas verticique* Γ *conterminas*. Angulus autem quem comprehendit basis ΒΔ cum ΓΕ æqualis est angulo comprehenso sub basi ΛΝ & ipsâ ΜΞ; quia hi anguli æquales sunt æqualibus angulis ad puncta Γ, Μ sub Tangentibus & diametris contentis. Segmenta igitur ΔΓΒ, ΝΜΛ similia sunt & similiter posita. Q. E. D.

Verum si fuerint segmenta similia. Dico angulos ΓΖΑ, ΜΟΚ æquales esse, ac ΓΕ esse ad ΓΖ ut ΞΜ ad ΜΟ. Positis igitur segmentis duabus similibus, ducantur in iisdem utcunque rectæ ipsis ΔΒ, ΝΛ parallelæ numeroque æquales, occurrentes ipsis ΓΕ, ΜΞ sub angulis æqualibus: & erunt ipsæ, ut & bases ΔΒ, ΛΝ, ad abscissas è diametris in iisdem rationibus respective; ac abscissæ in ipsâ ΓΕ ad abscissas in diametro ΜΞ (*per Definit. septimam*) proportionales erunt. Poterunt autem rectæ in segmento ΔΓΒ ipsi ΔΒ parallelæ & ad ΓΕ ductæ (per $50^{am}$ primi) rectangula lateri recto ΓΡ adjacentia, & excedentia vel deficientia figuris rectangulis similibus contentæ sub ΓΡ, Γδ: pariterque poterunt rectæ in segmento ΝΜΛ ad rectam ΜΞ ductæ, ipsique ΛΝ parallelæ, rectangula ipsi ξΜ adjacentia, & excedentia vel deficientia figuris rectangulis rectangulo sub ξΜ, ΜΣ contento similibus. Hoc autem cum ita sit, erit (per $12^{am}$ hujus) ΓΡ ad Γδ sicut Μξ ad ΜΣ; occurruntque ordinatim applicatæ diametris sub iisdem angulis: *quare* (per $13^{am}$ hujus) *sectiones similes sunt, ac figuræ Axium similes.* Unde (per $37^{am}$ primi) rectangulum ΙτΖ erit ad quadratum ex Γτ sicut rectangulum ΤγΟ ad quadratum ex Μγ. Verum anguli ad τ, γ sunt recti, & anguli ΖΓΙ, ΟΜΤ æquales, ac proinde triangula ΙΓΖ, ΤΜΟ (*per* Pappi *Lemmata* $3^{um}$ & $5^{tum}$) sunt similia: *adeoque angulus* ΓΖΑ *angulo* ΜΟΚ *æqualis est.* Atque hoc in Hyperbola universim constat, in Ellipsi vero opus est ut uterque Axis ΑΙ, ΚΤ sit Axis *major vel* minor.




Quoniam vero ΡΓ est ad Γδ sicut ξΜ ad ΜΣ; & *rectangulum* δΕΓ *est* (per $21^{um}$ primi) *ad quadratum ex* ΔΕ *ut* δΓ *ad* ΓΡ, quemadmodum rectangulum ΜΞΣ est ad quadratum ex ΝΞ sicut ΣΜ ad Μξ; *erit rectangulum* δΕΓ *ad quadratum ex* ΔΕ *sicut rectangulum* ΜΞΣ *ad quadratum ex* ΝΞ. Quadratum autem ex ΔΕ est ad quadratum ex ΕΓ sicut quadratum ex ΝΞ ad quadratum ex ΜΞ; *ex æquo* igitur rectangulum δΕΓ erit ad quadratum ex ΕΓ sicut rectangulum ΜΞΣ ad quadratum ex ΞΜ; hoc est δΕ ad ΕΓ sicut ΣΞ ad ΞΜ: & *dividendo vel componendo* δΓ *erit ad* ΓΕ *sicut* ΣΜ *ad* ΜΞ. Ob similia autem triangula ΙΓΖ, ΤΜΟ, ΙΓ erit ad ΓΖ sicut ΤΜ ad ΜΟ: At vero δΓ, ΣΜ duplæ sunt ipsarum ΙΓ, ΤΜ; quare δΓ est ad ΓΖ sicut ΣΜ ad ΜΟ; ac proinde ΓΕ est ad ΓΖ sicut ΜΞ ad ΜΟ, anguli autem ad Ζ, Ο sunt æquales: *ergo constat Propositio.*

## PROPOSITIO XIX.

*DUctis ad Axem Parabolæ vel Hyperbolæ normalibus, erunt segmenta à duabus quibusvis normalibus, ab utroque Axis latere abscissa, similia & æqualia; segmentum autem quodvis aliud ejusdem sectionis non erit iisdem simile.*

Sit

Sit ΓΑΚ Parabola vel Hyperbola, cujus Axis ΑΛ; & ducantur in ſectione rectæ duæ ad Axem normales, puta ΒΘ, ΓΚ, abſcindentes è ſectione ſegmenta ΒΓ, ΘΚ: ſint autem ſegmenta ΔΕ, ΘΚ à diverſis normalibus abſciſſa. Dico ſegmenta ΒΓ, ΘΚ eſſe ſimilia, quia (per $7^{mam}$ hujus) æqualia ſunt, ac ſuperimpoſita unum ſuper alterum congruunt inter ſe: ſegmenta vero ΔΕ, ΘΚ non eſſe ſimilia.




Nam, ſi fieri poſſit, ſint ſegmenta ΔΕ, ΘΚ ſimilia. Segmentum autem ΘΚ ſegmento ΒΓ (per eandem $7^{mam}$) ſimile eſt: ſegmentum igitur ΔΕ ſimile erit ſegmento ΒΓ; atque adeo baſes ΒΓ, ΔΕ productæ (per duas Prop. præcedentes) occurrent Axi ſub æqualibus angulis ΑΗΒ, ΑΖΕ: unde rectæ ΓΒ, ΔΕ erunt parallelæ. Ducatur recta ΜΞ dividens ipſas ΓΒ, ΔΕ bifariam in Ξ & Ν, & per punctum Μ ipſi ΔΕΖ parallela ſit ΜΙ. Erit igitur ΜΞ (per $28^{vam}$ ſecundi) ſectionis diameter, ac ΜΙ ordinatim applicatis parallela tanget ſectionem. Jam ſi ſegmenta ΓΒ, ΔΕ ſint ſimilia, erit (per duas proximè præcedentes) ΜΙ ad ΜΞ ſicut ΜΙ ad ΜΝ. Hoc autem abſurdum eſt, ac proinde ſegmentum ΔΜΕ non poteſt eſſe ſimile ſegmento ΘΚ. Q. E. D.

## PROPOSITIO XX.

*Ductis ad Axem Ellipſeos normalibus; erunt ſegmenta à duabus quibuſvis normalibus ab utroque Axis latere abſciſſa, ſimilia & æqualia inter ſe, ut & ſegmentis, à normalibus ab altera parte centri ad eaſdem ab eo diſtantias ductis, abſciſſis: poſitio quoque horum quatuor ſegmentorum ſimilis erit; neque ullum aliud ſegmentum ejuſdem ſectionis his ſimile eſſe poteſt.*

Sit Ellipſeos Axis ΑΛ, & ad rectos angulos occurrant Axi rectæ duæ ΒΘ, ΓΚ; ut & ab alterâ parte centri aliæ duæ ad eaſdem à centro diſtantias ut ΖΙ, ΗΟ: Dico ſegmenta ΒΓ, ΘΚ, ΖΗ, ΙΟ eſſe ſimilia, neque aliud dari ſegmentum in ſectione quod iiſdem ſimile ſit.




Quod autem ſegmenta hæc ΒΓ, ΘΚ, ΖΗ, ΙΟ ſimilia ſint ac ſimiliter poſita, hinc manifeſtum eſt; quia (per $8^{vam}$ hujus) æqualia ſunt, ac applicatæ coincident inter ſe. Verum quod nullum aliud ſegmentum his ſimile ſit hoc modo probabitur. Si fieri poſſit, ſimile ſit iis ſegmentum ΔΕ, ac jungantur rectæ ΔΕ, ΒΓ; quas productas ad occurſum Axis eidem (per $18^{vam}$ hujus) convenire oportet ſub æqualibus angulis. Rectæ igitur ΔΕ, ΓΒ erunt parallelæ; ductâque rectâ ΜΞΝ parallelas has biſariam dividente in punctis Ν, Ξ, erit ΜΞΝ (per $28^{vam}$ $II^{di}$.) ſegmentorum diameter. Jam ſi ſegmenta ΔΕ, ΓΒ ſint ſimilia, foret ΓΒ ad ΞΜ ſicut ΔΕ ad ΜΝ. Hoc autem abſurdum eſt: nam ſi hoc ita ſit, tranſirent rectæ ΜΒ, ΜΓ junctæ & productæ per puncta Ε, Δ. Segmentum igitur ΔΕ non eſſe poteſt ſimile ſegmento ΓΒ. Q. E. D.

## PROPOSITIO XXI.

*Si ducantur ad Axes duarum Parabolarum normales, ita ut Axium portiones interceptæ Verticibuſque conterminæ fuerint in eadem ratione ac latera recta utriuſque ſectionis: erunt ſegmenta à normalibus abſciſſa in unâ ſectionum ſimilia ſegmentis alterius,*

 *ſimili-*

*ſimiliterque poſita; neque in iiſdem ſectionibus reperietur ſegmentum aliud quodcunque prædictis ſimile.*

Sint ΑΒ, ΕΖ duæ Parabolæ quarum Axes ΑΞ, Εδ, latera vero recta ΑΠ, ΕΡ; & in alterâ ſectionum ducantur normales ΒΜ, ΔΞ, in alterâ vero normales Ζτ, Χδ: fiat autem ut ΑΜ ad ΑΠ ita Ετ ad ΕΡ, & ut ΞΑ ad ΑΠ ita Εδ ad ΕΡ. Dico ſegmentum ΒΑΟ ſimile eſſe ſegmento ΖΕΣ; ac ſegmentum ΔΑ ſimile ſegmento ΧΕ, atque etiam ſegmentum ΒΔ ſegmento ΖΧ.

Segmentum autem ΒΑΟ ſimile eſſe ſegmento ΖΕΣ (in 11^mi^ hujus) demonſtratum eſt. Quod autem ſegmenta ΒΔ, ΖΧ ſint ſimilia, hoc modo demonſtrabitur. Junctæ rectæ ΒΔ, ΖΧ producantur ad puncta Κ, σ; ac dividantur ipſæ ΒΔ, ΖΧ bifariam in punctis Θ, ξ, per quæ ducantur Axibus parallelæ ΓΘΛ, ΗξΤ; & de punctis Γ, Η demittantur ad Axes normales ΓΝ, Ηο. Quoniam vero ΑΠ eſt ad utramque ΑΜ, ΑΞ ut ΕΡ ad utramque ex ipſis Ετ, Εδ; manifeſtum eſt ΑΞ eſſe ad ΑΜ ſicut Εδ ad Ετ, ac proinde (per 20^mam^ primi) erit quadratum ex ΔΞ ad quadratum ex ΒΜ ut quadratum ex Χδ ad quadratum ex Ζτ; quapropter ΔΞ eſt ad ΒΜ ut Χδ ad Ζτ; atque adeo ΞΚ ad ΚΜ ſicut δσ ad στ: per converſionem autem rationis erit ΚΞ ad ΞΜ ſicut δσ ad δτ. Cum autem ΑΞ eſt ad ΑΜ ſicut δΕ ad Ετ; per converſionem rationis ΑΞ erit ad ΞΜ ſicut δΕ ad δτ. Sed jam conſtat ΚΞ eſſe ad ΞΜ ſicut σδ ad δτ; erit itaque ΚΞ ad ΞΑ ſicut σδ ad δΕ. Verum (per 11^mam^ hujus) ΞΑ eſt ad ΞΔ ſicut Εδ ad δΧ; *adeoque* ΚΞ *ad* ΞΔ *ſicut* σδ *ad* δΧ. Anguli autem ad puncta Ξ, δ ſunt recti, adeoque triangula ΚΞΔ, σδΧ ſimilia ſunt, ac proinde anguli ad puncta Κ, σ æquales. Jam propter ſimilia triangula, ΔΚ eſt ad ΚΒ ſicut Χσ ad σΖ; ac per converſionem rationis ΚΔ eſt ad ΔΒ ſicut Χσ ad ΧΖ. Biſecatur autem ΒΔ in Θ, uti ΧΖ in ξ; quare ΚΔ eſt ad ΔΘ ſicut Χσ ad Χξ: ac ΔΞ




erit ad ΞΛ ſicut Χδ ad δΤ. Sed ΞΛ æqualis eſt ipſi ΓΝ, ac δΤ ipſi Ηο; quare ΔΞ erit ad ΓΝ ſicut Χδ ad Ηο, ac (per 20^mam^ primi) ΞΑ erit ad ΑΝ ſicut δΕ ad Εο; *ac per converſionem rationis* ΞΑ *ad* ΞΝ *ſicut* δΕ *ad* δο. Demonſtravimus autem ΚΞ eſſe ad ΞΑ ſicut σδ ad δΕ, unde *ex æquo* ΚΞ erit ad ΞΝ ſicut σδ ad δο; atque adeo ΚΔ erit ad ΔΙ ſicut σΧ ad ΧΥ. Verum ΚΘ eſt ad ΘΔ ut σξ ad ξΧ, unde ΚΘ eſt ad ΘΙ ſicut σξ ad ξΥ: ob ſimilia autem triangula ΙΘΓ, ΥξΗ; erit ΙΘ ad ΘΓ ſicut Υξ ad ξΗ; quare *ex æquo* ΚΘ erit ad ΘΓ ſicut σξ ad ξΗ. Recta autem ΘΚ æqualis eſt Tangenti ſectionis ad punctum Γ ad Axem terminatæ, quia eidem ΘΚ parallela eſt ac inter duas parallelas. Pariter σξ æqualis erit Tangenti per punctum Η ductæ ad Axem: quare Tangens per Η ducta eſt ad Ηξ ſicut Tangens per Γ ducta eſt ad ΓΘ. Quod ſi hoc ita ſe habeat ac æquales ſint anguli quos continent Tangentes hæ cum ſuis Axibus, manifeſtum eſt (per 17^am^ hujus) fore ſegmenta ſimilia de quorum verticibus Tangentes ducuntur: adeoque ſegmentum ΔΓΒ ſegmento ΧΗΖ eſſe ſimile.

Quinetiam ſi capiatur aliud ſegmentum ut θι, quod non intercipiatur à prædictis normalibus. Dico illud non eſſe ſimile ſegmento ΔΓΒ. Nam ſegmentum ΔΓΒ ſimile eſt ſegmento ΧΗΖ, & ſegmentum ΧΗΖ (per 19^am^ hujus) non eſt ſimile ſegmento θι, quia non intercipitur ab iiſdem normaliter applicatis. Segmentum igitur θι non eſt ſimile ſegmento ΔΓΒ.

## PROPOSITIO XXII.

*Iisdem positis in Hyperbolis & Ellipsibus similibus, eadem evenient quæ in Parabola evenire, in Propositione præcedente, demonstravimus.*

Iisdem factis quæ prius in Parabola fecimus, producantur diametri segmentorum ΓΘ, ΗΞ ad centra Λ, Τ; & ad puncta Γ, Η tangant sectiones rectæ Γγ, Ηθ, quæ parallelæ erunt ipsis ΔΚ, Χσ. Sint autem ΑΜ, ΛΞ ad latus rectum ΑΠ sicut Ετ, Εδ ad latus rectum alterius sectionis ΕΡ.

Quoniam vero sectiones sunt similes, erunt etiam (per 12<sup>mam</sup> hujus) earundem figuræ similes, ac Axis transversus unius erit ad latus ejus rectum sicut Axis alterius ad latus ejus rectum. Supponimus autem ΑΜ, Ετ esse in ratione laterum rectorum; quare, per demonstrata in 12<sup>ma</sup> hujus, si ducantur in segmento ΒΑΟ rectæ ipsi ΒΟ parallelæ, & in segmento ΖΕΣ rectæ ipsi ΖΣ parallelæ, sitque numerus harum parallelarum in utroque segmento æqualis; erunt parallelæ in segmento ΖΕΣ & ipsa Basis ΖΣ, ad portiones Axis Ετ, ab iisdem abscissas verticique Ε conterminas, in eisdem rationibus quas habent parallelæ in segmento ΒΑΟ & ipsa ΒΟ ad abscissas in Axe ΑΜ vertici Α adjacentes, *respectivè*: erunt quoque abscissæ Axis ΑΜ ad abscissas Axis Ετ in eadem ratione. Quocirca (*per Definit. septimam*) segmenta ΒΑΟ, ΖΕΣ similia sunt.



Quoniam autem ΑΜ est ad latus rectum ΑΠ sicut Ετ ad latus rectum ΕΡ, ac ΑΞ est ad ΑΠ sicut δΕ ad ΕΡ; erunt (propter similes sectiones) ΑΜ ad ΜΒ sicut Ετ ad τΖ, & ΞΑ est ad ΑΜ sicut δΕ ad Ετ: unde *ex æquo* ΞΑ est ad ΒΜ sicut δΕ ad τΖ. Sed & ΔΞ est ad ΞΑ sicut Χδ ad δΕ; quare *iterum ex æquo* ΔΞ erit ad ΒΜ sicut δΧ ad τΖ; ac proinde ΞΚ ad ΚΜ sicut δσ ad στ: per conversionem autem rationis ΚΞ erit ad ΞΜ sicut δσ ad δτ. Verum ΞΜ est ad ΞΑ ut δτ ad δΕ (ob ΞΑ ad ΑΜ sicut δΕ ad Ετ) quare ΚΞ est ad ΞΑ ut σδ ad δΕ. Est autem ΞΑ ad ΔΞ sicut Εδ ad δΧ; quare *ex æquo* ΚΞ est ad ΔΞ sicut σδ ad δΧ. Anguli autem ad puncta Ξ, δ sunt recti, adeoque triangula ΚΔΞ, σΧδ sunt similia & anguli ad Κ, σ æquales. Jam sectionum similium figuræ sunt similes, ac rectæ Γγ, Ηθ sunt Tangentes; erit igitur (per 37<sup>mam</sup> primi) rectangulum ΛΝγ ad quadratum ex ΓΝ sicut rectangulum Τοθ ad quadratum ex Ηο. Sed quadratum ex ΓΝ est ad quadratum ex Νγ ut quadratum ex Ηο ad quadratum ex οθ, ob similia triangula ΓΝγ, Ηοθ: quare *ex æquo* rectangulum ΛΝγ est ad quadratum ex Νγ sicut rectangulum Τοθ ad quadratum ex οθ; ac propterea ΛΝ erit ad Νγ sicut Το ad οθ. Sed Νγ est ad ΓΝ sicut θο ad οΗ; adeoque ΛΝ erit ad ΓΝ sicut Το ad οΗ. Anguli autem ad Ν & ο

X sunt

sunt recti, ac triangula ΓγΝ, ΗθΟ sunt similia; quare anguli ad Λ, Τ ut & ad γ, θ sunt æquales: quocirca triangula ΓγΛ, ΗθΤ sunt similia, ac γΛ est ad ΓΛ sicut θΤ est ad ΤΗ. Est autem γΚ ad ΓΘ sicut σθ ad Ηξ, propter parallelas γΓ ipsi ΘΚ ac Ηθ ipsi σξ. Porro ob similitudinem sectionum ΑΜ est ad ΜΒ sicut ΕΤ ad ΤΖ; & ΜΒ est ad ΜΚ sicut ΖΤ ad Τσ; *unde* ex æquo ΑΜ *est ad* ΜΚ *sicut* ΕΤ *ad* Τσ, *ac componendo vel dividendo* ΑΜ *est ad* ΑΚ *sicut* ΕΤ *ad* Εσ. Est autem ΑΛ ad ΑΜ sicut ΕΤ ad ΤΕ (quia ratio composita ex ratione ΑΛ ad ΑΠ & ΑΠ ad ΑΜ eadem est ac ratio composita ex ratione ΕΤ ad ΕΡ & ΕΡ ad ΤΕ) *ex æquo* igitur ΑΛ est ad ΑΚ sicut ΤΕ ad Εσ, *ac proinde* ΑΛ *est ad* ΑΚ *sicut* ΕΤ *ad* Τσ. Ob similia autem triangula, ΑΝ est ad Αγ sicut οΤ ad Τθ; & ΝΑ est ad Αγ (per $37^{um}$ primi) sicut quadratum ex ΑΛ ad quadratum ex Αγ, quemadmodum οΤ est ad Τθ sicut quadratum ex ΕΤ ad quadratum ex Τθ: quadratum igitur ex ΑΛ est ad quadratum ex Αγ sicut quadratum ex ΕΤ est ad quadratum ex Τθ; adeoque ΑΛ est ad Αγ sicut ΕΤ ad Τθ. Verum jam demonstravimus ΑΛ esse ad ΑΚ sicut ΕΤ ad Τσ; quare Αγ est ad ΑΚ sicut Τθ ad Τσ, ac proinde Αγ est ad γΚ sicut Τθ ad θσ. Sed Γγ est ad γΛ sicut θΗ ad θΤ, ob similia triangula γΛΓ, θΤΗ: erit igitur *ex æquo* Γγ ad γΚ sicut θΗ ad θσ. Nuper autem ostensum est γΚ esse ad ΓΘ sicut σθ ad Ηξ; quare *ex æquo* Γγ *est ad* ΓΘ *sicut* θΗ *ad* Ηξ. Anguli autem ad puncta γ, θ sunt æquales: segmenta igitur ΒΓΔ, ΖΗΧ similia sunt similiterque posita, juxta ea quæ demonstrata dedimus in $18^{va}$ hujus.



Quod si capiatur segmentum aliquod aliud ut Ιι, quod non sit interceptum sub iisdem ordinatim applicatis, nec in Ellipsi sub ordinatis æqualiter ab altera parte centri distantibus: Dico illud non esse simile segmento ΔΓΒ. Nam si fieri possit, sit illi simile. Cumque segmentum ΒΔ simile est segmento ΖΧ, erit quoque segmentum Ιι ipsi ΖΧ simile. Non autem interceptum est sub iisdem ad Axem normalibus, neque sub iis quæ sunt ad easdem à centro distantias. Itaque (per $19^{um}$ & $20^{mam}$ hujus) posuimus absurdum. Segmentum igitur Ιι non potest esse simile segmento ΧΖ, adeoque nec segmento ΔΓΒ. Q. E. D.

## PROPOSITIO XXIII.

*IN sectionibus dissimilibus, nulla portio unius similis est alicui alterius portioni.*

Sint ΑΒ, ΓΔ sectiones dissimiles, ac primum sint ambæ Hyperbolæ vel Ellipses. Dico nullum segmentum sectionis ΑΒ simile esse segmento alicui ex ΓΔ.

Nam si fieri possit, sint ΒΕ, ΔΖ segmenta similia. Jungantur ΒΕ, ΔΖ ac dividantur bifariam in punctis Θ, Η; ac per centra sectionum, Κ, Λ ducantur rectæ ΗΜΚ, ΘΝΛ: quæ (per $47^{um}$ primi) diametri erunt sectionum. Hæ vero vel erunt secti-

* onum

onum Axes, vel non erunt. Quod si Axes fuerint, ac segmenta ΒΕ, ΔΖ sint similia; demissæ ad Axes normales parallelæ erunt ipsis ΕΒ, ΔΖ; & erunt normales ad abscissas Axis vertici conterminas in unâ sectionum sicut normales ad abscissas Axis in alterâ in iisdem rationibus *respective*: atque etiam abscissæ in uno Axe erunt ad abscissas in altero in eadem ratione. At hæ parallelæ normales sunt super Axes sectionum; quare sectiones ipsæ erunt similes. Hoc autem absurdum est. Posuimus enim eas dissimiles esse.




Si vero ΗΜΚ, ΘΝΛ non fuerint Axes, sint sectionum Axes ΑΚ, ΓΛ, & de punctis Μ, Ν demittantur ad Axes normales ΜΠ, ΝΧ, & ab iisdem ducantur tangentes ΜΡ, ΝΞ: ac (per demonstrata in 18$^{va}$ hujus) manifestum erit triangula ΜΡΚ, ΝΞΛ similia esse; quorum perpendicularia sunt ΜΠ, ΝΧ: quare (*per Conversas Lemmatum* Pappi *tertii & quinti*) rectangulum ΚΠΡ erit ad quadratum ex ΜΠ sicut rectangulum ΛΧΞ ad quadratum ex ΝΧ. Sed rectangulum ΚΠΡ est ad quadratum ex ΜΠ (per 37$^{am}$ primi) sicut Axis transversus sectionis ΑΒ ad latus ejus rectum; ac (per eandem) rectangulum ΛΧΞ erit ad quadratum ex ΝΧ sicut Axis transversus sectionis ΓΔ ad latus ejus rectum. Quapropter Axis sectionis ΑΒ est ad latus ejus rectum sicut Axis sectionis ΓΔ ad ejus latus rectum. Figuræ igitur sectionum ΑΒ, ΓΔ sunt similes, ac proinde (per 12$^{mam}$ hujus) sectiones ipsæ sunt similes. Sectiones itaque ΑΒ, ΓΔ sunt similes, quas tamen dissimiles esse supposuimus. Absurdum est igitur segmentum ΒΕ simile esse segmento ΔΖ. Q. E. D.

## PROPOSITIO XXIV.

SI vero sectio ΑΒΕ fuerit Parabola, ΓΔΖ vero Hyperbola aut Ellipsis; demonstravimus quidem (per 14$^{am}$ hujus) sectionem sectioni non esse similem. Dico quoque segmenta earum non posse similia esse. Nam, si possibile sit ut sint similia, duci poterunt in iisdem (*per Definit. septimam*) rectæ numero æquales, ipsis ΒΕ, ΔΖ parallelæ, ita ut portiones diametri ΜΗ vertici Μ conterminæ à parallelis abscissæ, fuerint ad ipsas parallelas in segmento ΒΕ, in iisdem rationibus ac abscissæ diametri ΝΘ vertici Ν conterminæ ad parallelas in altera segmento ΔΖ ductas: simulque Basis unius erit ad diametrum ejus sicut Basis alterius ad diametrum ejus; ac portiones in unâ diametrorum abscissæ erunt ad abscissas in alterâ ubique in eadem ratione. Hoc autem fieri non posse, eodem modo quo rem in integris sectionibus (per Prop. 14$^{am}$) demonstravimus, facile constabit. Q. E. D.




Quod si una sectionum fuerit Hyperbola, altera vero Ellipsis, patebit absurditas juxta argumentum Propositionis 15$^{tæ}$ hujus.

## PROPOSITIO XXV.

TRium *sectionum Conicarum nulla portio est arcus Circuli.*

Sit ABΓE sectio aliqua. Dico quod fieri nequit ut pars aliqua ejus sit arcus circularis.

Nam, si fieri possit, sit ABΓ arcus Circuli, & in eâ ducantur utcunque rectæ duæ non parallelæ ut AB, ΓE; atque etiam altera ut ZH iisdem non parallela; ducantur quoque ZΘ ipsi AB parallela, ut HK ipsi ΓE, ac EΛ ipsi ZH; bisecentur omnes hæ rectæ in punctis M, N; O, Ξ; Π, X: ac junctæ rectæ MN, OΞ, ΠX diametri erunt Circuli, ac proinde dividentes chordas parallelas bifariam (*per* 3. III. *Element.*) iisdem normales erunt. Eædem vero sunt diametri sectionis (per 28$^{vam}$ secundi) & *ob angulos ipsis parallelis rectos*, MN, ΞO, ΠX erunt quoque sectionis Axes. Neque coincidunt in eandem rectam, quia tres chordas prius ductas non esse parallelas supponitur. Hoc autem absurdum est, quia (per 48$^{vam}$ secundi) in nullâ sectione habentur plures quam duo Axes. Fieri igitur nequit ut pars aliqua cujuslibet sectionis Conicæ sit arcus Circuli. Q. E. D.




## PROPOSITIO XXVI.

*SI secetur Conus planis æquidistantibus, quæ producta supra Coni verticem subtendantur angulo ejus exteriori: Sectiones Hyperbolicæ hinc genitæ similes erunt inter se, sed inæquales.*

Sit Conus ABΓΔ; ac secetur planis æquidistantibus quorum communes sectiones cum plano Basis Coni sint ΘM, KN; & per centrum Basis ad has rectas demittatur Cathetus BΛHΓ: secetur etiam Conus alio plano per Axem ejus, secundum rectam BΓ, quod Conicæ superficiei occurrat in rectis AB, AΓ; ac sint communes intersectiones hujus plani cum duobus prædictis planis parallelis, rectæ ΔΛ, ZH, quæ producantur ad O, E. Dico sectionem ΘZM similem esse sectioni KΔN, sed tamen non illi æqualem.

De puncto A ipsis ΔΛ, ZH parallela ducatur AΠ; ac fiat OΔ ad ΔΞ ut quadratum ex AΠ ad rectangulum BΠΓ: fiat etiam EZ ad ZI ut quadratum ex AΠ ad rectangulum BΠΓ: *adeoque* EZ *erit ad* ZI *sicut* OΔ *ad* ΔΞ. Jam recta BΛ normalis est ipsi KN, adeoque cæteræ in sectione Hyperbolica KΔN ad rectam ΔΛ ductæ ipsique ΛN parallelæ (per 12$^{mam}$ primi) poterunt plana lateri recto ΔΞ adjacentia, excedentia vero rectangulis similibus contento sub OΔ, ΔΞ. Pariter, quia recta BH normalis est ipsi MΘ, rectæ eodem modo ductæ in Hyperbola ΘZM poterunt rectangula lateri recto ZI adjacentia, excedentia autem figuris rectangulis similibus contentâ sub EZ, ZI. Verum angulus quem continent rectæ ΔΛ, KN æqualis est angulo contento sub ZH, ΘM; quia parallelæ sunt inter se. *Figura autem* EZI *similis est figuræ* OΔΞ: Sectiones igitur (per 12$^{mam}$ hujus) sunt similes. Quoniam vero rectangulum OΔΞ majus est rectangulo EZI, sectiones (per secundam hujus) non erunt æquales. Q. E. D.




## PROPOSITIO XXVII.

*SI secetur Conus planis inter se parallelis occurrentibusque utrique lateri trianguli per verticem, neque Basi Coni parallelis, neque eidem subcontrariè positis; erunt sectiones genitæ Ellipses similes, verum non æquales.*

Secent

Secent Conum ABΓ plana duo æquidistantia, sintque communes eorum intersectiones cum plano Basis Coni rectæ ΘM, KN. De centro Basis Coni ad ipsas ΘM, KN demittatur normalis BΓHΛ; ac secetur Conus plano juxta hanc rectam Conique Axem designato: sint autem communes horum planorum intersectiones rectæ ZEH, ΔOΛ. Dico sectiones ZPE, ΔXO similes esse, sed inæquales.




Ducatur de vertice Coni A recta ipsis ZH, ΔΛ parallela, ut AΠ; & erit diameter OΔ ad latus rectum ΔΞ sicut diameter EZ ad latus rectum ZI, quia utraque ratio est ut quadratum ex AΠ ad rectangulum BΠΓ. Est autem recta BΓΛ ipsi KN normalis; ac proinde rectæ, ordinatim ad Axem ΔO ductæ in sectione Elliptica ΔXO, ipsi KN parallelæ erunt; poteruntque rectangula lateri recto ΔΞ adjacentia, deficientia vero figuris (per 13$^{am}$ primi) similibus contentæ sub ipsis ΞΔ, ΔO. Simili ratione ordinatim ductæ ad diametrum ZE, in Ellipsi ZPE, ipsi ΘM parallelæ erunt; ac poterunt rectangula lateri recto ZI adjacentia, deficientia autem figuris similibus factæ sub EZ, ZI. Verum angulus KΛΔ æqualis est angulo ΘHZ, quia rectæ KΛ, ΛΔ ipsis ΘH, HZ parallelæ sunt. *Cumque* OΔ *est ad* ΔΞ *sicut* EZ *ad* ZI, figura contenta sub OΔ, ΔΞ similis erit contentæ sub ZE, ZI. Quod si hoc ita se habeat, sectiones ipsæ (per 12$^{mam}$ hujus) similes erunt, adeoque sectiones ZPE, ΔXO sunt similes. Non possunt autem æquales esse, quia rectangulum EZI majus est contento sub OΔ, ΔΞ; ac proinde (juxta demonstrata in secundâ hujus) sectiones quoque sunt inæquales.

## PROPOSITIO XXVIII. PROBL.

*IN Cono recto dato invenire sectionem datæ Parabolæ æqualem.*

Sit Conus rectus datus, cujus sectio per Axem est triangulum ABΓ: Parabola autem data sit ΔE, cujus Axis ΔΛ & latus rectum ΔZ: fiat ΔZ ad AH sicut quadratum ex ΓB ad rectangulum sub AB, AΓ; ac ducatur recta HΘ ipsi AΓ parallela: dein secetur Conus plano transeunte per rectam HΘ & ad angulos rectos super planum ABΓ, ac genita erit sectio KHM super Axem HΘ. Dico sectionem KHM æqualem esse sectioni ΔE.




Quoniam normales in sectione KH, ad Axem HΘ ductæ, possunt rectangula *lateri ejus recto* adjacentia; quod quidem est ad AH (per 11$^{mam}$ primi) sicut quadratum ex BΓ ad rectangulum sub AB, AΓ: fecimus autem ΔZ ad AH in eadem ratione quadrati ex BΓ ad rectangulum BAΓ; recta igitur ΔZ æqualis est lateri recto sectionis KHM. Sed, si ita fuerit, manifestum est (per primam hujus) sectiones esse æquales; ac proinde sectio ΔE sectioni HK æqualis est.

Dico quoque quod non reperietur in hoc Cono alia Parabola datæ æqualis, cujus vertex sive Axis extremitas sit in recta AB, præter hanc solam. Nam si fieri possit ut reperiatur alia Parabola æqualis sectioni ΔE, planum ejus secabit triangulum per Coni Axem ad angulos rectos; & erit Axis sectionis in plano trianguli

ΑΒΓ, ob Conum rectum: in Cono enim recto omnium sectionum Axes ita se habent. At si possibile sit ut alia sectio æqualis sectioni ΔΕ Verticem habeat in recta ΑΒ, erit Axis ejus parallela ipsi ΑΓ, & punctum Verticis diversum erit à puncto Η: erit autem latus ejus rectum ad interceptam in recta ΑΒ, inter sectionis illius & Coni Verticem Α, ut quadratum ex ΒΓ ad rectangulum ΒΑΓ. Hæc autem eadem est ratio ipsius ΔΖ ad ΑΗ; quare ΔΖ non est æqualis lateri recto hujus alterius sectionis, quæ proinde sectioni ΔΕ non est æqualis. Posuimus autem sectiones æquales esse: quod absurdum est, uti constat ex primâ hujus. Non igitur reperietur in recta ΑΒ Vertex Axis alicujus alterius sectionis sectioni ΔΕ æqualis.




## PROPOSITIO XXIX. PROBL.

*In Cono recto dato invenire sectionem Hyperbolæ datæ æqualem. Oportet autem rationem quadrati Axis Coni ad quadratum semidiametri Basis non majorem esse ratione quam habet diameter transversa, sive Axis datæ sectionis, ad latus ejus rectum.*

Sit Conus rectus propositus, in quo triangulum per Axem est ΑΒΓ, Axis vero ΑΘ: sit quoque Hyperbola data ΔΕ, cujus Axis ΗΔΣ; figura vero rectangulum contentum sub ΗΔ, ΔΖ. Primum autem sit quadratum ex ΑΘ ad quadratum ex ΒΘ in ratione ΗΔ ad ΔΖ; ac ducatur (*per Lemma* VI. Pappi) recta ipsi ΑΘ parallela ipsique ΗΔ æqualis, quæ subtendat angulum ΒΑΠ, ad modum rectæ ΝΠ; & per ΝΠ, ad angulos rectos super planum trianguli ΑΒΓ, erigatur planum Conicæ superficiei occurrens. Dico Hyperbolam sectione ejus genitam, cujus Axis est ΙΝΠ, *æqualem esse Hyperbolæ datæ* ΔΕ.

Quoniam enim ΑΘ parallela est ipsi ΠΝ, erit ΠΝ, sive diameter transversa, ad latus rectum sectionis (per 12$^{\mathrm{am}}$ primi) ut quadratum ex ΑΘ ad rectangulum sub ΓΘ, ΘΒ; & ΗΔ est ad ΔΖ in eadem ratione; ΠΝ autem ipsi ΗΔ facta est æqualis: quare ΔΖ æqualis erit lateri recto sectionis cujus Axis est ΠΝΙ. Figura igitur sectionis cujus Axis est ΠΝΙ æqualis est figuræ sectionis ΔΕ, ac proinde (per secundam hujus) sectiones ipsæ sunt æquales.




Neque reperietur alia sectio sectioni ΔΕ æqualis, cujus punctum Axis verticale sit in recta ΑΒ. Nam, si fieri possit, erit quoque Axis hujus sectionis in plano trianguli ΑΒΓ (ut demonstratum est in Propositione præcedente) ac planum hujus alterius sectionis erit ad angulos rectos super planum trianguli ΑΒΓ. Cum autem sectio altera Hyperbola est & æqualis sectioni ΔΕ, occurret Axis ejus lateri ΑΓ ultra apicem Coni Α producto, ita ut portio intercepta inter latus trianguli ΑΒ & occursum cum ΑΓ productâ (per 2$^{\mathrm{dam}}$ hujus) æqualis sit ipsi ΔΗ. At vero non est ipsa ΠΝ, neque eidem parallela; quia si rectæ

ΠΝ

ΠΝ parallela esset, non foret eidem æqualis. Sit igitur eidem non parallela, ac ab Α Axi ejus parallela ducatur ΑΜ, quæ cadet vel inter ΑΒ & ΑΘ, vel inter ΑΘ & ΑΓ: erit igitur (per 12^mam^ primi & secundam hujus) quadratum ex ΑΜ ad rectangulum ΒΜΓ sicut ΔΗ ad ΔΖ. Hoc autem absurdum est: nam quadratum ex ΑΜ majus est quadrato ex ΑΘ & rectangulum ΒΜΓ minus rectangulo ΒΘΓ.

Jam habeat quadratum ex ΑΘ ad quadratum ex ΘΒ minorem rationem quam ΔΗ ad ΔΖ, ac circumscribatur Circulus triangulo ΑΒΓ, ac producatur Axis ΑΘ ad Ρ: erit igitur ratio ΑΘ ad ΘΡ minor ratione ipsius ΗΔ ad ΔΖ. Fiat itaque ΑΘ ad Θγ sicut ΗΔ ad ΔΖ, ac, ductâ rectâ Χγ Ξ Basi ΒΓ parallelâ, jungantur rectæ ΑΜΞ, ΑΚΧ: fiat etiam utraque ΠΝ, ξΟ (*per sextum Lemma* Pappi) ipsi ΔΗ æqualis, ita ut ΠΝ sit ipsi ΑΧ, & ξΟ ipsi ΑΞ parallela; ac concipiantur, per rectas ΠΝ, ξΟ, plana duo ad angulos rectos super planum trianguli ΑΒΓ erecta, quæ proinde generabunt in superficie Conica Hyperbolas binas, quarum Axes sunt ξΟΛ, ΠΝΙ. *Dico utramque Hyperbolam æqualem esse Hyperbolæ propositæ* ΔΕ.




Quoniam enim ΔΗ est ad ΔΖ sicut ΑΘ ad Θγ, hoc est ut ΑΜ ad ΜΞ, atque etiam quadratum ex ΑΜ (per 12^am^ primi) est in eadem ratione ad *rectangulum* ΑΜΞ, *hoc est ad* rectangulum ΒΜΓ, quam habet ξΟ diameter transversa figuræ sectionis cujus Axis est ξΟΛ, ad latus rectum ejus: erit figura sectionis ΔΕ & sectionis cujus Axis est ξΟΛ inter se æquales; ac proinde (per secundam hujus) sectiones ipsæ æquales sunt. Pari argumento probabitur sectionem ΔΕ æqualem esse sectioni cujus Axis est ΠΝΙ.

Neque reperietur sectio alia *sectioni* ΔΕ *æqualis, quæ verticem habeat in recta* ΑΒ, præter jam descriptas. Nam, si fieri possit, erit Axis sectionis (juxta demonstrata in Parabola) in plano ΑΒΓ: huic autem Axi parallela ducatur recta ΑΤ; ac, argumento nuper usurpato constabit rectam ΑΤ non coincidere cum recta ΑΚ, neque cum recta ΑΜ; sed ΔΗ esse ad ΔΖ (per 12^mam^ primi) sicut quadratum ex ΑΤ ad rectangulum ΒΤΓ, sive ut quadratum ex ΑΤ ad rectangulum ΑΤσ, quod æquale est rectangulo ΒΤΓ. Sed quadratum ex ΑΤ est ad rectangulum ΑΤσ sicut ΑΤ ad Τσ; quare ΔΗ est ad ΔΖ sicut ΑΤ ad Τσ: quod absurdum. Nam ΔΗ est ad ΔΖ sicut ΑΘ ad Θγ, sive ut ΑΤ ad Τδ.

Porro si fuerit ratio quadrati ex ΑΘ ad quadratum ex ΒΘ major ratione ΔΗ ad ΔΖ; Dico non reperiri posse in Cono sectionem aliquam sectioni ΔΕ æqualem. Nam, si fieri possit, reperiatur; ac ducatur recta ΑΜ hujus sectionis diametro parallela: erit igitur quadratum ex ΑΜ ad rectangulum ΒΜΓ sicut ΔΗ ad ΔΖ. Supponitur autem ratio quadrati ex ΑΘ ad rectangulum ΒΘΓ major ratione ΔΗ ad ΔΖ: quapropter ratio quadrati ex ΑΜ ad rectangulum ΒΜΓ minor erit ratione quadrati ex ΑΘ ad rectangulum ΒΘΓ. Sed quadratum ex ΑΜ majus est quadrato ex ΑΘ, & rectangulum ΒΜΓ minus rectangulo ΒΘΓ: quod quidem absurdum est. Non reperietur igitur in hoc Cono sectio aliqua sectioni ΔΕ æqualis.

## PROPOSITIO XXX. PROBL.

*In dato Cono recto invenire sectionem Ellipsi datæ æqualem.*

Detur Conus rectus, cujus sectio per Axem sit triangulum ΑΒΓ; ac sit Ellipsis data ΔΕ, cujus Axis *major* ΔΗ ac latus rectum ΔΖ: circumscribatur triangulo ΑΒΓ

 Circulus;

Circulus; ac fiat AM ad MΞ ſicut ΔH ad ΔZ (quod quidem nullo negotio fieri poteſt) ac in triangulo ABΓ ducatur recta OΠ ipſi AM parallela rectæque ΔH æqualis: erigatur autem normaliter ſuper planum trianguli ABΓ, ſecundum rectam OΠ, planum quod Conicæ ſuperficiei occurrens producat Ellipſin. *Dico hanc Ellipſin, cujus Axis eſt* OΠ, *æqualem eſſe Ellipſi datæ* ΔE.

Eſt enim OΠ ad latus ejus rectum (per $13^{um}$ primi) ut quadratum ex AM ad rectangulum BMΓ. Sed rectangulum BMΓ æquale eſt rectangulo AMΞ; quare Axis tranſverſus OΠ erit ad latus rectum ſectionis hujus, ut quadratum ex AM ad rectangulum AMΞ, hoc eſt ut AM ad MΞ. Fecimus autem AM ad MΞ ſicut ΔH ad ΔZ; quapropter OΠ eſt ad latus rectum ſectionis cujus Axis eſt OΠ, ſicut ΔH ad ΔZ: figura igitur ſectionis ΔE & ejus cujus Axis eſt OΠ ſunt æquales; adeoque (per ſecundam hujus) & ipſæ ſectiones ſunt æquales.

Dico quoque non reperiri in hoc Cono ſectionem aliam ipſi ΔE æqualem, cujus Vertex apici Coni vicinior fuerit in recta AB. Nam, ſi fieri poſſit, (juxta demonſtrata in $28^{va}$ hujus) conſtabit Axem ejus eſſe in plano trianguli ABΓ, planumque ejus normaliter inſiſtere eidem plano ABΓ. Quoniam vero hæc ſectio Ellipſis eſt, occurret Axis ejus productus rectæ BΓ, & erit ipſi ΔH æqualis (per $2^{dam}$ hujus) ac Vertex ejus puncto A propior erit in recta AB. Verum non cadet Axis ille ſuper rectam OΠ, neque eidem parallela eſſe poteſt. Ducatur igitur de puncto A




huic Axi parallela, quæ non coincidat cum recta AM, ſicut AΣT; hæc autem occurret arcui AΓ, quia non eſt ipſi BΓ parallela. Verum eſt Axis tranſverſus hujus ſectionis ad latus ejus rectum (per $13^{um}$ primi) ut quadratum ex AT ad rectangulum BTΓ, ac in eâdem debet eſſe ratione ΔH ad ΔZ. Sed rectangulum BTΓ æquale eſt rectangulo ATΣ; erit igitur ΔH ad ΔZ ut quadratum ex AT ad rectangulum ATΣ, hoc eſt ut AT ad TΣ. Verum ΔH eſt ad ΔZ ut quadratum ex AM ad rectangulum AMΞ, ſive ut AM ad MΞ; quare AT ad TΣ erit ut AM ad MΞ, quod abſurdum & impoſſibile eſt. Quapropter non reperietur in hoc Cono ſectio alia æqualis ſectioni ΔE, cujus Vertex apici Coni propior fuerit in recta AB, præter ſolam ſectionem cujus Axis major eſt OΠ. Q. E. D.

## PROPOSITIO XXXI. PROBLEMA.

*Invenire Conum rectum Cono recto dato ſimilem, qui contineatur à Parabolâ datâ.*

Sit ſectio ABΓ Parabola, cujus Axis AΛ, latus vero rectum ejus AΔ; ſitque Conus datus & triangulum per Axem ejuſdem EZK: & ſecundum AΛ erigatur normaliter, ſuper planum ſectionis ABΓ, planum aliud, ut ΘAΛ; & in hoc plano ducatur recta AM quæ contineat cum recta AΛ angulum æqualem angulo EZK: ac fiat ΔA ad AM ſicut KZ ad ZE: & ſuper baſim AM deſcribatur triangulum AΘM ſimile triangulo ZEK, ac ducantur rectæ ΘA, ΘM de punctis A, M; ac fiat Conus cujus Vertex Θ, ac Baſis circulus, cujus diameter AM, ſuper planum AΘM normaliter erectus. *Dico Conum* AΘM *Cono* EZK *ſimilem contineri à Parabolâ datâ* ABΓ.

Eſt enim angulus MAΛ æqualis angulo EZK, & angulus EZK æqualis eſt angulo

ΘΜΑ; angulus igitur ΜΑΛ æqualis est angulo ΘΜΑ, adeoque ΑΛ ipsi ΘΜ parallela est. Sed ΘΜ latus est trianguli per Axem Coni; adeoque planum sectionis propositæ producit in superficie Conicâ Parabolam. Jam vero ΔΑ est ad ΑΜ sicut ΚΖ ad ΖΕ, hoc est ut ΑΜ ad ΜΘ; quare ΔΑ est ad ΑΜ sicut ΑΜ ad ΑΘ (ob ΑΘ ipsi ΜΘ æqualem) quocirca quadratum ex ΑΜ rectangulo ΔΑΘ æquale, est ad rectangulum ΑΘΜ sicut ΑΔ ad ΑΘ: est igitur latus rectum sectionis in Cono genitæ (per $11^{am}$ primi) ipsa recta ΔΑ. Eadem autem est latus rectum sectionis ΒΑΓ: cumque utraque Parabola est, quarum latera recta sunt æqualia, ipsæ sectiones (per primam hujus) sunt etiam æquales. Posita itaque est sectio ΑΒΓ in Cono jam invento, qui quidem similis est Cono ΖΕΚ, quia similia sunt triangula ΕΖΚ, ΘΜΑ.

Dico quoque hanc sectionem non reperiri in alio Cono simili Cono ΕΖΚ, ita ut Apex ejus respiciat idem latus plani in quo est sectio, præter hunc Conum solum. Nam, si fieri possit, sit alter ille Conus qui contineat hanc sectionem, similisque sit Cono ΕΖΚ, Conus cujus Apex est Ι; & per Axem ejus transeat planum super planum sectionis normaliter erectum, eidem occurrens secundum Axem sectionis, nempe in recta ΑΛ: erit igitur ΑΛ communis intersectio planorum. Planum autem ΘΑΛ erigitur ad angulos rectos super planum sectionis, juxta eandem rectum ΑΛ; quare punctum Ι (*per Lemma* VII.) erit in plano ΘΑΛ. Jam sint ΑΙ, ΙΝ latera Coni, ac erit ΙΝ ipsi ΑΛ parallela, & angulus ΖΕΚ angulo ΑΙΝ æqualis, ut & angulo ΑΘΜ: recta igitur ΑΙ est in directo ipsius ΘΑ. Producatur recta ΑΜ ad Ξ; ac si foret sectio ΒΑΓ in Cono cujus Apex est Ι, & caperetur recta quædam ad ΑΙ in ratione quadrati ex ΑΞ ad rectangulum ΑΙΞ; esset recta illa latus rectum sectionis ΒΑΓ. Sed ΑΔ est latus rectum sectionis ΒΑΓ; quare quadratum ex ΑΞ *esset ad rectangulum* ΑΙΞ *sicut* ΑΔ *ad* ΑΙ: *quadratum autem ex* ΑΜ est ad rectangulum ΑΘΜ sicut ΑΔ ad ΑΘ. Est vero quadratum ex ΑΜ ad rectangulum ΑΘΜ sicut quadratum ex ΑΞ ad rectangulum ΑΙΞ; adeoque ΑΔ erit ad ΑΘ in eadem ratione ac ad ΑΙ. Hoc autem absurdum est. Non itaque inveniri potest Conus alius Cono dato ΖΕΚ similis, qui contineat sectionem ΑΒΓ, ita ut Apex ejus respiciat idem latus plani sectionis. Q. E. D.




## PROPOSITIO XXXII. PROBL.

*Invenire Conum rectum Cono recto dato similem ab Hyperbolâ datâ contentum. Oportet autem rationem quadrati Axis Coni ad quadratum semidiametri Basis ejus non majorem esse ratione lateris transversi, in figurâ sectionis super Axem factâ, ad latus rectum ejusdem.*

Sit ΑΒΓ Hyperbola data, cujus Axis ΑΛ, diameter transversa ΑΝ ac *latus rectum* ΑΔ; *ita ut* figura super Axem facta sit rectangulum ΝΑΔ: sit etiam Conus datus Conus ille in quo triangulum per Axem est triangulum ΕΖΚ. Producatur recta ΚΕ ad ϑ; & secundum Axem sectionis ΑΛ erigatur planum ΘΑΛ, ad angulos rectos super planum sectionis; in hoc autem plano super rectam ΝΑ describatur segmentum circuli ΝΘΑ (*per* $33^{am}$ III. *Elem.*) quod capiat angulum æqualem angulo ϑΕΖ: ac completo circulo dividatur arcus ΑΘΝ bifariam in puncto Θ, & per Θ ipsi ΑΝ normalis ducatur ΘΞΠ.

Imprimis autem sit quadratum ex Axe Coni, sive ex ΕΗ, ad quadratum ex ΖΗ in ratione ΑΝ ad ΔΑ; & producatur recta ΝΘ ultra punctum Θ, ut ΜΝ, cui occurrat

rat recta AM, ipsi ΘP parallela, in puncto M. Quoniam vero arcus NP æqualis est arcui PA, erit angulus NΘP æqualis angulo AΘP, adeoque angulus ΘMA æqualis angulo MAΘ. Fiat itaque Conus æquicruris cujus Apex est Θ, ac Basis circulus cujus diameter est AM, & cujus planum normaliter insistit plano ΘAΛ. Dico, his positis, planum in quo est sectio producere in hoc Cono Hyperbolam cujus Axis est AΛ, diameter transversa AN, *& latus rectum* AΔ; *Conumque hunc* ΘAM *Cono dato* EKZ *similem esse.*




Angulus enim AΘM angulo ZEK æqualis est, quia fecimus segmentum AΘN capax anguli angulo ZEδ æqualis; ac ΘA, ΘM sunt æquales inter se, ut sunt rectæ ZE, EK. Demissa igitur normali ΘΠ, erit quadratum ex EH ad rectangulum KHZ (*per Convers. Lemmat.* V.) sicut quadratum ex ΘΠ ad rectangulum MΠA. Sed (*ex hypothesi*) quadratum ex EH est ad rectangulum KHZ sicut NA ad AΔ; est igitur quadratum ex ΠΘ ad rectangulum MΠA sicut NA ad AΔ. Poterunt igitur ordinatim applicatæ ad AΛ Axem sectionis genitæ (per $12^{mam}$ primi) rectangula lateri recto AΔ adjacentia, excedentia vero figuris similibus factæ sub ipsis NA, AΔ. Normales autem ad AΛ ductæ in sectione ABΓ possunt etiam rectangula adjacentia eidem AΔ & excedentia figuris similibus factæ sub iisdem NA, AΔ: sectioni itaque BAΓ (per $2^{dam}$ hujus) æqualis est sectio genita in Cono ΘAM, cujus Apex est Θ, ac basis circulus diametro AM descriptus. Sunt autem in eodem plano, ac Axis coincidit cum Axe: continetur igitur à sectione BAΓ Conus ille cujus vertex est Θ, qui quidem similis est Cono EZK, quia ΘΠ est ad ΠM ut EH ad HZ.

Dico quoque non contineri ab hac sectione Conum alium Cono EZK similem, ita ut Apex ejus ad idem latus plani, in quo est sectio ABΓ, jaceat, ad quod jacet punctum Θ, præter Conum jam factum. Nam si possibile sit, contineat Conum alium, cujus vertex est I; ac, per ea quæ in Propositione præcedente demonstravimus, manifestum erit punctum I in plano ΘAΛ reperiri. Sint autem latera hujus Coni rectæ IO, IA; ac sit Conus ille similis Cono ZEK, adeoque anguli AIO, ZEK æquales, ut & anguli AIN, ZEδ: unde punctum I cadet in arcu AΘN; ac recta IO producta transibit per N. Jungatur PXI, & per A eidem parallela ducatur AO; & per punctum I ipsi AN parallela fit recta ξI. Si igitur sectio ABΓ fuerit in Cono cujus Apex est I; producto sectionis Axe AΛ ad N, erit quadratum ex ξI ad rectangulum Aξo sicut diameter transversa AN ad latus rectum AΔ. Sed AN est ad AΔ ut quadratum ex EH ad rectangulum ZHK; anguli autem duo NIP, PIA, hoc est, anguli IAO, AOI sunt æquales inter se, utpote angulis EZK, EKZ æquales; sicut angulus AIO angulo ZEK æqualis est: quare similia sunt triangula AIO, ZEK. Verum, per jam demonstrata, quadratum ex Iξ est ad rectangulum Aξo sicut quadratum ex EH ad rectangulum ZHK. Est autem ZH æqualis ipsi HK, adeoque & Aξ ipsi ξo. Sed Aξ est ad ξo sicut NI ad IO, hoc est sicut NX ad XA: quapropter rectæ NX, XA æquales erunt. Hoc autem absurdum est; quia sola ΘP circuli diameter occurrit ipsi AN ad angulos rectos in puncto Ξ. Non igitur in-

* venire

venire licet Conum alium Cono EZK similem, qui à sectione ABΓ contineatur, præter Conum ΘAM jam descriptum.

Jam si fuerit ratio quadrati ex EH ad quadratum ex HZ minor ratione NA ad AΔ: fiant eadem quæ in priori casu, & erit quadratum ex EH ad rectangulum HZK ut quadratum ex ΘΠ (*per Lemma quintum*) ad rectangulum MΠA, ob similia triangula. Rectangulum autem MΠA æquale est quadrato ex ΠA, hoc est quadrato ex ΘΞ, & quadratum ex ΘΠ æquale est quadrato ex AΞ; quare quadratum ex EH est ad rectangulum ZHK ut quadratum ex AΞ est ad quadratum ex ΘΞ. Sed quadratnm ex AΞ æquale est rectangulo PΞΘ; quare quadratum ex EH est ad rectangulum ZHK, hoc est ad quadratum ex ZH, sicut rectangulum PΞΘ ad quadratum ex ΞΘ, sive ut PΞ ad ΞΘ. Posuimus autem rationem quadrati ex HE ad quadratum ex ZH minorem esse ratione NA ad AΔ; ratio igitur PΞ ad ΞΘ minor erit ratione NA ad AΔ. Fiat itaque PΞ ad Ξγ sicut NA ad AΔ, & per punctum γ ipsi NA parallela ducatur recta IγΣξ, ac jungantur IN, IA, IP & per A ipsi IP parallela sit AO.

Manifestum quidem est ex præmissis triangula æquicrura OIA, ZEK esse similia; ac si fiat Conus cujus Apex est I, ac Basis circulus cujus diameter AO, cujusque planum super planum ΘAΛ normaliter erectum sit, planum in quo est sectio ABΓ huic Cono occurrere, Hyperbolamque producere cujus Axis est recta AΛ ac diameter transversa AN. Fecimus autem PΞ ad Ξγ, sive PX ad XI, sicut AN ad AΔ. Sed PX est ad XI ut rectangulum PXI ad quadratum ex XI, ac rectangulum PXI æquale est rectangulo NXA; quare rectangulum NXA est ad quadratum ex IX sicut NA ad AΔ. Sed & rectangulum NXA est ad quadratum ex IX sicut quadratum ex Iξ ad rectangulum OξA, (nam ob parallelogrammum AξIX, XA *est ad* IX *sicut* Iξ *ad* ξA; *ac* XN *est ad* XI *sicut* Iξ *ad* ξO, *& componendo*) quapropter NA est ad AΔ sicut quadratum ex Iξ ad rectangulum AξO: recta igitur AΔ est latus rectum sectionis in Cono AIO genitæ. Unde & per ea quæ in hac Propositione demonstrata sunt, manifestum erit Conum cujus Apex est punctum I contineri ab hac sectione ABΓ. Continebitur etiam ab eadem sectione Conus alter cujus Apex est punctum Σ, junctis rectis NΣ, ΣA, ac productâ ipsâ NΣ; ac Conus uterque similis erit Cono dato EZK.

Dico quoque non contineri ab eadem Conum aliquem tertium Cono EZK similem, cujus Apex fuerit ad easdem partes plani sectionis BAΓ ad quas situm est punctum I. Apex enim ejus erit, per præmissa, in arcu AIN. Sit autem ille in puncto T, ac jungatur recta TτP; & è conversâ præcedentis demonstrationis consequetur AN esse ad AΔ sicut Pτ ad Tτ: quod quidem absurdum est, cum scilicet PΞ sit ad Ξγ in illâ ratione. Sectio igitur BAΓ non continet tertium Conum similem Cono EZK.

Quod si ratio quadrati ex EH ad quadratum ex ZH major fuerit ratione AN ad AΔ, impossibile erit ut Conus Cono EZK similis contineatur à sectione ABΓ. Nam, si fieri possit, contineatur ab ea Conica superficies cujus Apex est I; & modo in præcedentibus usurpato, constabit PX esse ad XI sicut AN ad AΔ. Sed ratio AN ad AΔ minor est ratione quadrati ex EH ad quadratum ex ZH, quam demonstravimus esse sicut PΞ ad ΞΘ; erit igitur ratio PX ad XI minor ratione PΞ ad ΞΘ. Hoc autem absurdum est: ac proinde nullus Conus Cono dato EZK similis contineri potest à sectione BAΓ. Q. E. D.

## PROPOSITIO XXXIII. PROBL.

*INvenire Conum rectum Cono recto dato similem qui contineatur ab Ellipsi data.*

Sit ABΓ data Ellipsis, cujus Axis major AΓ & latus rectum AΔ. Conus autem rectus datus sit EZK; & secundum rectam AΓ normaliter, super planum in quo est sectio ABΓ, erigatur planum, & in eo super basin AΓ describatur arcus circuli qui capiat angulum æqualem angulo ZEK, ut arcus AΘΓ: & bisecetur hic arcus in puncto Θ, & è puncto Θ educatur recta ΘIΛ, ita producenda ut ΘΛ sit ad ΛI sicut AΓ ad AΔ. Pari modo ducatur recta ΘΞ in eadem ratione dividenda in puncto N. Jungantur AI, IΓ, ac ipsi AΓ parallela ducatur IΠ; ipsique ΘA parallela sit AΠ, *occurrens*

*rens ipsi* ΙΓ *in* Μ: ac fiat Conus cujus Apex sit Ι, & Basis circulus cujus diameter est ΑΜ. Dico hunc Conum similem esse Cono ΕΖΚ, ac à sectione ΑΒΓ contineri.

Quoniam enim angulus ΘΙΓ æqualis est angulo ΘΑΓ, utpote in eodem arcu; idemque æqualis est angulo ΙΜΑ, ob parallelas ΘΑ, ΑΜ; erit igitur angulus ΘΑΓ æqualis angulo ΙΜΑ: angulus autem ΜΙΑ æqualis est angulo ΑΘΓ: reliquus igitur ΙΑΜ reliquo ΘΓΑ æqualis est, ac triangula ΑΙΜ, ΑΘΓ similia. Triangulum autem ΑΘΓ simile est triangulo æquicruri ΕΖΚ; adeoque triangulum ΑΜΙ etiam æquicrure est ac simile triangulo ΕΖΚ: Conus igitur cujus Apex est Ι, ac Basis circulus cujus diameter est ΑΜ, similis est Cono ΕΖΚ; & planum in quo est sectio ΑΒΓ producet in hoc Cono Ellipsin cujus Axis major est ΑΓ; & factum est ut ΑΓ ad ΑΔ ita ΘΛ ad ΛΙ, sive rectangulum ΘΛΙ ad quadratum ex ΛΙ. Sed rectangulum ΘΛΙ æquale est rectangulo ΓΛΑ; quare ΓΑ est ad ΑΔ sicut rectangulum ΓΛΑ ad quadratum ex ΛΙ. Est autem quadratum ex ΓΛΑ ad quadratum ex ΛΙ ut quadratum ex ΠΙ ad rectangulum ΑΠΜ, ob parallelogrammum ΠΑΛΙ: quare ΓΑ est ad ΑΔ ut quadratum ex ΙΠ ad rectangulum ΑΠΜ. Sed ΑΓ est diameter transversa, ergo ΑΔ (per 13$^{am}$ primi) est latus rectum sectionis in Cono ΑΙΜ genitæ. Est etiam latus rectum sectionis datæ ΑΒΓ; adeoque sectio illa (per secundam hujus) æqualis est sectioni ΑΒΓ. Sectio igitur ΑΒΓ continet Conum jam descriptum.




Pari modo demonstrabitur eandem continere Conum alium cujus Apex est Ν, ac latera rectæ ΑΝ, ΝΓ. Neque continetur ab hac sectione Conus aliquis tertius Cono ΕΖΚ similis, cujus Apex fuerit ad easdem partes plani sectionis. Nam, si fieri possit ut contineat Conum alium, demonstrabitur, eo quo in præcedentibus modo, quod, si erigatur ad angulos rectos super planum sectionis, secundum Axem ejus, planum aliquod, communis intersectio horum planorum esset sectionis Axis major; ac quemadmodum demonstravimus de Hyperbolâ in Prop. præced. reperiretur Apex Coni in arcu ΑΘΓ. Sit autem ille in puncto Ο, ac sint latera Coni ΟΑ, ΟΗ. Juncta ΘΟ producatur ad Χ, ipsique ΘΧ parallela ducatur ΑΡ, ipsi vero ΑΓ recta ΟΡ: erit igitur triangulum ΟΑΗ æquicrure, ac quadratum ex ΟΡ erit ad rectangulum ΑΡΗ sicut ΑΓ ad ΑΔ. Sed quadratum ex ΟΡ est ad rectangulum ΑΡΗ sicut rectangulum ΓΧΑ ad quadratum ex ΟΧ, propter parallelogrammum ΟΡΑΧ; rectangulum autem ΓΧΑ æquale est rectangulo ΘΧΟ, *ob circulum*: adeoque ΓΑ est ad ΑΔ sicut rectangulum ΘΧΟ ad quadratum ex ΟΧ, hoc est ut ΘΧ ad ΧΟ. Demonstravimus autem ΓΑ esse ad ΑΔ sicut ΘΛ ad ΛΙ; quare ΘΧ erit ad ΧΟ sicut ΘΛ ad ΛΙ; quod quidem impossibile est. Fieri igitur nequit ut tres Coni Cono ΕΖΚ similes contineantur ab hac sectione ΑΒΓ. Q. E. D.

ΠΑΠΠΟΥ

# ΠΑΠΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ
## ΛΗΜΜΑΤΑ
### ΕΙΣ ΚΩΝΙΚΩΝ ΤΟ Ζ'. ΚΑΙ Η'.
### ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ ΠΕΡΓΑΙΟΥ.

# PAPPI ALEXANDRINI
## LEMMATA
### IN VII. ET VIII. LIBRUM CONICORUM
### APOLLONII PERGÆI.

#### ΛΗΜΜΑ α'.

Παραλληλόγραμμον ὀρθογώνιον τὸ ΑΓ, καὶ διήχθω ἡ ΕΖΑ. ὅτι τὸ ὑπὸ ΕΑΖ ἴσον ἐστὶ τῷ τε ὑπὸ ΖΒΓ καὶ τῷ ὑπὸ ΓΔΕ.

ΕΠΕΙ γὰρ τὸ ἀπὸ τῆς ΕΖ ἴσον ἐστὶ τοῖς ἀπὸ τῶν ΕΓ, ΓΖ, καὶ τὰ ἀπὸ τῶν ΕΑ, ΑΖ τετράγωνα ἴσα ἐστὶ τοῖς ἀπὸ τῶν ΕΔ, ΔΑ, τουτέστι τοῖς ἀπὸ τῶν ΕΔ, ΒΓ, καὶ τοῖς ἀπὸ τῶν ΑΒ, ΒΖ, τουτέστι τοῖς ἀπὸ τῶν ΓΔ, ΒΖ τετραγώνοις· [ἀλλὰ τὸ μὲν ἀπὸ ΕΖ μετὰ τοῦ δὶς ὑπὸ ΕΑΖ ἴσον ἐστὶ τοῖς ἀπὸ ΕΑ, ΑΖ, τὰ δ' ἀπὸ ΓΕ, ΓΖ μετὰ τοῦ δὶς ὑπὸ ΕΔΓ καὶ τοῦ δὶς ὑπὸ ΖΒΓ ἴσα ἐστὶ τοῖς τε ἀπὸ ΕΔ, ΒΓ καὶ τοῖς ἀπὸ τῶν ΓΔ, ΒΖ τετραγώνοις·] λοιπὸν ἄρα τὸ δὶς ὑπὸ τῶν ΕΑΖ ἴσον ἐστὶ τῷ τε δὶς ὑπὸ τῶν ΕΔ, ΔΓ καὶ τῷ δὶς ὑπὸ τῶν ΖΒ, ΒΓ· καὶ τὸ ἅπαξ ἄρα ὑπὸ τῶν ΕΑΖ ἴσον ἐστὶ τῷ τε ὑπὸ τῶν ΕΔΓ καὶ τῷ ὑπὸ ΖΒΓ.

#### LEMMA I.

Sit ΑΓ parallelogrammum rectangulum, ac ducatur recta ΕΖΑ. dico rectangulum ΕΑΖ æquale esse utrique rectangulo ΖΒΓ & ΓΔΕ simul.

QUONIAM enim quadratum ex ΕΖ æquale est quadratis ex ΕΓ, ΓΖ simul, ac quadrata ex ΕΑ, ΑΖ simul æqualia sunt quadratis ex ΕΔ, ΔΑ, hoc est, quadratis ex ΕΔ, ΒΓ, una cum quadratis ex ΑΒ, ΒΖ simul, hoc est quadratis ex ΓΔ, ΒΖ. [Sed quadratum ex ΕΖ (per 7. 2di El.) una cum duplo rectangulo sub ΕΑΖ æquale est utrique quadrato ex ΕΑ, ΑΖ; quadrata vero ex ΓΕ, ΓΖ una cum duplo rectanguli sub ΕΔΓ & duplo rectanguli ΖΒΓ æqualia sunt quadratis ex ΕΔ, ΒΓ & ex ΓΔ, ΒΖ.] reliquum igitur nempe duplum rectanguli ΕΑΖ æquale erit duplo rectanguli ΕΔΓ una cum duplo rectanguli ΖΒΓ: quare rectangulum ΕΑΖ æquale est rectangulis ΕΔΓ, ΖΒΓ simul sumptis.




#### ΛΗΜΜΑ β'.

Παραλληλόγραμμον ὀρθογώνιον τὸ ΑΓ, καὶ διήχθω ἡ ΕΑΖ. ὅτι τὸ ὑπὸ τῶν ΕΔ, ΔΓ μετὰ τοῦ ὑπὸ ΓΒΖ ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ ΕΑΖ.

ΕΠΕΙ γὰρ τὸ ἀπὸ τῆς ΕΖ ἴσον ἐστὶ τοῖς ἀπὸ τῶν ΕΓ, ΓΖ, ἐστὶ δὲ καὶ τὰ ἀπὸ τῶν ΕΑ, ΑΖ τετράγωνα ἴσα τοῖς ἀπὸ τῶν ΕΔ, ΔΓ, ΓΒ, ΒΖ· καὶ τὸ δὶς ὑπὸ τῶν ΕΑΖ ἄρα ἴσον ἐστὶ τῷ δὶς ὑπὸ τῶν ΕΔΓ μετὰ τοῦ δὶς ὑπὸ τῶν ΖΒΓ· καὶ τὸ ἅπαξ ἄρα τῷ ἅπαξ.

#### LEMMA II.

Sit ΑΓ parallelogrammum rectangulum ac ducatur ΕΑΖ. dico rectangulum ΕΔΓ una cum rectangulo ΓΒΖ æquale esse rectangulo ΕΑΖ.




QUONIAM enim quadratnm ex ΕΖ æquale est quadratis ex ΕΓ, ΓΖ simul, quadrata vero ex ΕΑ, ΑΖ simul æqualia sunt quadratis ex ΕΔ, ΔΓ, ΓΒ, ΒΖ simul: duplum igitur rectanguli ΕΑΖ æquale erit duplo rectanguli ΕΔΓ una cum duplo rectanguli ΖΒΓ; ac proinde rectangulum ΕΑΖ semel æquale est utrique rectangulo ΕΔΓ, ΖΒΓ.

#### ΛΗΜΜΑ γ'.

Ἔστω μείζων ἡ ΑΒ τῆς ΓΔ, καὶ ἴσον τὸ ὑπὸ ΑΕΒ τῷ ὑπὸ ΓΖΔ, καὶ ἔστω μείζονα τμήματα αἱ ΑΕ, ΓΖ. ὅτι μείζων ἐστὶ ἡ ΑΕ τῆς ΓΖ.

#### LEMMA III.

Sit ΑΒ major quam ΓΔ, & rectangulum ΑΕΒ æquale rectangulo ΓΖΔ, ac sint ΑΒ, ΓΖ utriusque portiones majores. dico majorem esse ΑΕ quam ΓΖ.

Bisecentur totæ A B, Γ Δ in punctis H, Θ: major itaque est H B quam Δ Θ, ac quadratum ex H B majus quadrato ex Δ Θ. verum rectangulum A E B æquale est rectangulo Γ Z Δ; majus igitur est quadratum ex H E quadrato ex Θ Z, ac proinde H E major quam Θ Z. est autem A H major quam Γ Θ; tota igitur A E totâ Γ Z major est.




Τετμήσθωσαν ὅλαι αἱ A B, Γ Δ δίχα τοῖς H, Θ σημείοις· μείζων ἄρα ἐστὶν ἡ H B τῆς Δ Θ· ὥστε καὶ τὸ ἀπὸ τῆς H B μεῖζόν ἐστι τοῦ ἀπὸ τῆς Δ Θ τετραγώνου. ἔστι δὲ καὶ τὸ ὑπὸ A E B ἴσον τῷ ὑπὸ Γ Z Δ· καὶ τὸ ἀπὸ H E ἄρα μεῖζόν ἐστι τοῦ ἀπὸ Θ Z· μείζων ἄρα ἐστὶν ἡ H E τῆς Θ Z. ἔστι δὲ καὶ ἡ A H μείζων τῆς Γ Θ· ὅλη ἄρα ἡ A E ὅλης τῆς Γ Z μείζων ἐστί.

## LEMMA IV.

Sit rectangulum A E B æquale rectangulo Γ Z Δ, æqualibus existentibus rectis A B, Γ Δ. dico majora segmenta A E, Γ Z esse æqualia.




Hoc autem eodem modo manifestum erit, bisectis rectis A B, Γ Δ in punctis H, Θ, &c.

## ΛΗΜΜΑ δ΄.

Ἴσον τὸ ὑπὸ A E B τῷ ὑπὸ Γ Z Δ, ἴσων οὐσῶν τῶν A B, Γ Δ. ὅτι τὰ μείζονα τμήματα τὰ A E, Γ Z ἴσα ἐστί.

Τετμήσθωσαν γὰρ αἱ A B, Γ Δ δίχα τοῖς H, Θ, καὶ τὰ ἑξῆς.

## LEMMA V.

Sit A B major quam Γ Δ; B E vero minor quam Δ Z; existente A B majore quam B E, ac Γ Δ quam Δ Z. dico excessum quo A B superat B E majorem esse excessu quo Γ Δ superat Δ Z.

## ΛΗΜΜΑ ε΄.

Ἔστω μὲν μείζων ἡ A B τῆς Γ Δ, ἐλάσσων δὲ ἡ B E τῆς Δ Z, οὔσης μείζονος τῆς μὲν A B τῆς B E, τῆς δὲ Γ Δ τῆς Δ Z· ὅτι ἡ τῶν A B, B E ὑπεροχὴ μείζων ἐστὶ τῆς τῶν Γ Δ, Δ Z ὑπεροχῆς.

Quoniam enim A B major est quam Γ Δ, major erit excessus ipsius A B supra B E excessu quo Γ Δ superat eandem B E. major autem est excessus ipsius Γ Δ supra E B quam supra Δ Z, quia E B minor est quam Δ Z: quocirca excessus ipsius A B supra B E multo major erit excessu quo Γ Δ superat Δ Z.




Ἐπεὶ γὰρ μείζων ἐστὶν ἡ A B τῆς Γ Δ· μείζων ἄρα ἔσται ἡ τῶν A B, B E ὑπεροχὴ τῆς τῶν Γ Δ, B E ὑπεροχῆς. ἀλλὰ ἡ τῶν Γ Δ, E B μείζων τῆς τῶν Γ Δ, Δ Z ὑπεροχῆς, ἐλάσσων γάρ ἐστιν ἡ E B τῆς Δ Z· ὥστε ἡ τῶν A B, B E ὑπεροχὴ πολλῷ μείζων ἐστὶ τῆς τῶν Γ Δ, Δ Z ὑπεροχῆς.

## LEMMA VI.

Sit A B ipsi B Γ æqualis, uti Δ K ipsi K Z: dico rectangulum sub A Γ, Δ Z quadruplum esse rectanguli sub A B, Δ K.

## ΛΗΜΜΑ ς΄.

Ἔστω ἴση ἡ μὲν A B τῇ B Γ, ἡ δὲ Δ K τῇ K Z· ὅτι τὸ ὑπὸ A Γ, Δ Z τετραπλάσιόν ἐστι τοῦ ὑπὸ A B, Δ K.

Quoniam enim Γ A dupla est ipsius A B, sumptâ in communem altitudinem Δ K, erit rectangulum sub Γ A, Δ K duplum rectanguli sub A B, Δ K. rursus quoniam Δ Z dupla est ipsius Z K, sub communi altitudine A Γ, fiet rectangulum sub A Γ, Δ Z duplum rectanguli sub A Γ, Δ K: sed & rectangulum sub A Γ, Δ K duplum est rectanguli sub A B, Δ K: proinde rectangulum sub A Γ, Δ Z quadruplum est facti sub A B, Δ K.




Ἐπεὶ γὰρ διπλῆ ἐστιν ἡ Γ A τῆς A B, κοινὸν ὕψος ἡ Δ K· τὸ ἄρα ὑπὸ Γ A, Δ K διπλάσιόν ἐστι τοῦ ὑπὸ A B, Δ K. πάλιν ἐπεὶ διπλῆ ἐστιν ἡ Δ Z τῆς Z K, κοινὸν ὕψος ἡ A Γ· τὸ ἄρα ὑπὸ A Γ, Δ Z διπλάσιόν ἐστι τοῦ ὑπὸ A Γ, Δ K. ἀλλὰ καὶ τὸ ὑπὸ A Γ, Δ K τοῦ ὑπὸ A B, Δ K· τὸ ἄρα ὑπὸ A Γ, Δ Z τετραπλάσιόν ἐστι τοῦ ὑπὸ A B, Δ K.

## LEMMA VII.

Sit ut A B ad B Γ ita Δ K ad K Z, & ut A B ad B H ita Δ K ad K Θ. dico rectangulum sub A B H esse ad rectangulum sub A H Γ sicut rectangulum Δ K Θ ad rectangulum Z Θ Δ.

## ΛΗΜΜΑ ζ΄.

Ἔστω ὡς μὲν ἡ A B πρὸς τὴν B Γ οὕτως ἡ Δ K πρὸς τὴν K Z, ὡς δὲ ἡ A B πρὸς τὴν B H οὕτως ἡ Δ K πρὸς τὴν K Θ. ὅτι γίνεται ὡς τὸ ὑπὸ τῶν A B H πρὸς τὸ ὑπὸ τῶν A H Γ οὕτω τὸ ὑπὸ τῶν Δ K Θ πρὸς τὸ ὑπὸ τῶν Z Θ Δ.

Nam cum A B est ad B H sicut Δ K ad K Θ, per conversionem rationis B A erit ad A H sicut K Δ ad Δ Θ; adeoque quadratum ex B A ad quadratum ex A H sicut quadratum ex Δ K ad quadratum ex Δ Θ. sed ut quadratum ex A B ad rectangulum A B H ita quadratum ex Δ K ad rectangulum Δ K Θ: erit igitur ut quadratum ex A H ad rectangulum A B H

Ἐπεὶ γάρ ἐστιν ὡς ἡ A B πρὸς τὴν B H οὕτως ἡ Δ K πρὸς τὴν K Θ, ἀναστρέψαντί ἐστιν ὡς ἡ B A πρὸς τὴν A H οὕτως ἡ K Δ πρὸς τὴν Δ Θ· ὥστε καὶ ὡς τὸ ἀπὸ B A πρὸς τὸ ἀπὸ A H οὕτω τὸ ἀπὸ Δ K πρὸς τὸ ἀπὸ Δ Θ. ἀλλὰ καὶ ὡς τὸ ἀπὸ A B πρὸς τὸ ὑπὸ A B H οὕτω τὸ ἀπὸ Δ K πρὸς τὸ ὑπὸ Δ K Θ· καὶ ὡς ἄρα τὸ ἀπὸ A H πρὸς τὸ ὑπὸ A B H

οὕτω

οὕτω τὸ ἀπὸ ΔΘ πρὸς τὸ ὑπὸ ΔΚΘ. ἐπεὶ δὲ ὑπόκειται ὡς ἡ ΑΒ πρὸς τὴν ΒΓ οὕτως ἡ ΔΚ πρὸς ΚΖ, ἀνάπαλιν καὶ συνθέντι ὡς ἄρα ἡ ΓΑ πρὸς τὴν ΑΒ οὕτως ἡ ΔΖ πρὸς τὴν ΔΚ. ἔστι δὲ καὶ ὡς ἡ ΒΑ πρὸς τὴν ΑΗ οὕτως ἡ ΚΔ πρὸς τὴν ΔΘ· δι' ἴσου ἄρα ἐστὶν ὡς ἡ ΓΑ πρὸς ΑΗ οὕτως ἡ ΖΔ πρὸς ΔΘ· καὶ ὡς ἄρα ἡ ΓΗ πρὸς τὴν ΑΗ οὕτως ἡ ΖΘ πρὸς ΘΔ, καὶ ὡς τὸ ὑπὸ ΑΗΓ πρὸς τὸ ἀπὸ ΑΗ οὕτω τὸ ὑπὸ ΖΘΔ πρὸς τὸ ἀπὸ ΔΘ. ἀλλὰ καὶ ὡς τὸ ἀπὸ ΑΗ πρὸς τὸ ὑπὸ ΑΒΗ οὕτω τὸ ἀπὸ ΔΘ πρὸς τὸ ὑπὸ ΔΚΘ· δι' ἴσου ἄρα ὡς τὸ ὑπὸ ΑΒΗ πρὸς τὸ ὑπὸ ΑΗΓ οὕτω τὸ ὑπὸ ΔΚΘ πρὸς τὸ ὑπὸ ΖΘΔ.




ita quadratum ex ΔΘ ad rectangulum ΔΚΘ. quoniam vero ponitur ΑΒ esse ad ΒΓ sicut ΔΚ ad ΚΖ, componendo inverse erit ΓΑ ad ΑΒ sicut ΔΖ ad ΔΚ. est autem ΒΑ ad ΑΗ sicut ΚΔ ad ΔΘ: ex æquo igitur ΓΑ est ad ΑΗ sicut ΖΔ ad ΔΘ, ac proinde dividendo ΓΗ erit ad ΗΑ sicut ΖΘ ad ΘΔ: rectangulum igitur ΑΗΓ erit ad quadratum ex ΑΗ sicut rectangulum ΖΘΔ ad quadratum ex ΔΘ. sed [per jam ostensa] quadratum ex ΑΗ est ad rectangulum ΑΒΗ ut quadratum ex ΔΘ ad rectangulum ΔΚΘ; ex æquo igitur rectangulum ΑΒΗ erit ad rectangulum ΑΗΓ sicut rectangulum ΔΚΘ ad rectangulum ΖΘΔ.

## ΛΗΜΜΑ η'.

Ἔστω δοθέντα συναμφότερα τὰ ἀπὸ τῶν ΑΒ, ΒΓ, καὶ δοθεῖσα ἡ τῶν αὐτῶν ὑπεροχή. ὅτι δοθεῖσά ἐστιν ἑκατέρα τῶν ΑΒ, ΒΓ.

Κείσθω γὰρ τῇ ΓΒ ἴση ἡ ΒΔ· δοθὲν ἄρα ἐστὶν καὶ τὸ ὑπὸ τῶν ΓΑΔ· ὑπεροχὴ γάρ ἐστι τῶν ἀπὸ ΑΒ, ΒΓ τετραγώνων. ἐπεὶ δὲ τὸ ὑπὸ ΓΑΔ δοθὲν ἐστί, καὶ τὸ δὶς ὑπὸ τῶν ΓΑΔ δοθέν ἐστι· δοθὲν ἄρα ἐστὶ καὶ τὸ ἀπὸ συναμφοτέρας τῆς ΓΑ, ΑΔ, ὥστε δοθεῖσά ἐστι συναμφότερα ἡ ΓΑ, ΑΔ. καὶ ἔστιν αὐτῆς ἡμίσεια ἡ ΒΑ· δοθεῖσα ἄρα ἐστὶν ἡ ΒΑ· ὥστε καὶ ἡ ΒΓ δοθεῖσά ἐστιν.




## LEMMA VIII.

Datâ summâ quadratorum ex ΑΒ & ΒΓ, una cum differentia eorundem. dico utramque ex ipsis ΑΒ, ΒΓ datam esse.

Ponatur enim ΒΔ ipsi ΓΒ æqualis, ac datum erit rectangulum ΓΑΔ, quod nempe [per 6. 2.] differentia est quadratorum ex ΑΒ, ΒΓ; dato autem rectangulo ΓΑΔ ejusdem duplum quoque datur, ac proinde (per 10. 2.) datum est quadratum ex ΓΑ, ΑΔ simul sumptâ. adeoque & summa ipsarum ΓΑ, ΑΔ data est. hujus vero dimidia est recta ΒΑ; quare ΒΑ data est, ac proinde ΒΓ quoque datur.

## ΛΗΜΜΑ θ'.

Ἔστω ἡ μὲν ΑΒ τῇ ΒΓ ἴση, ἡ δὲ ΔΚ τῇ ΚΖ, ἔτι δὲ ἔστω ὡς ἡ ΓΒ πρὸς ΒΗ οὕτως ἡ ΖΚ πρὸς ΚΘ. ὅτι γίνεται ὡς τὸ ὑπὸ ΑΗΒ πρὸς τὸ ὑπὸ ΒΓΗ οὕτω τὸ ὑπὸ ΔΘΚ πρὸς τὸ ὑπὸ ΚΖΘ.

Ἐπεὶ γάρ ἐστιν ὡς ἡ ΓΒ πρὸς ΒΑ οὕτως ἡ ΖΚ πρὸς ΚΔ, ἀλλὰ καὶ ὡς ἡ ΓΒ πρὸς ΒΗ οὕτως ἡ ΖΚ πρὸς ΚΘ· ἔσται ἄρα καὶ ὡς τὸ ἀπὸ ΑΗ πρὸς τὸ ὑπὸ ΑΗΒ οὕτω τὸ ἀπὸ ΔΘ πρὸς τὸ ὑπὸ ΔΘΚ. ἀλλὰ καὶ ὡς μὲν τὸ ἀπὸ ΑΗ πρὸς τὸ ἀπὸ ΒΓ οὕτω τὸ ἀπὸ ΔΘ πρὸς τὸ ἀπὸ ΚΖ· ὡς δὲ τὸ ἀπὸ ΒΓ πρὸς τὸ ὑπὸ ΒΓΗ οὕτω τὸ ἀπὸ ΚΖ πρὸς τὸ ὑπὸ ΚΖΘ· ἔσται ἄρα δι' ἴσου ὡς τὸ ὑπὸ ΑΗΒ πρὸς τὸ ὑπὸ ΒΓΗ οὕτω τὸ ὑπὸ ΔΘΚ πρὸς τὸ ὑπὸ ΚΖΘ.




## LEMMA IX.

Sit ΑΒ ipsi ΒΓ æqualis, ut & ΔΚ ipsi ΚΖ; sit etiam ut ΓΒ ad ΒΗ ita ΖΚ ad ΚΘ. dico rectangulum ΑΗΒ esse ad rectangulum ΒΓΗ sicut rectangulum ΔΘΚ ad rectangulum ΚΖΘ.

Quoniam enim ΓΒ est ad ΒΑ sicut ΖΚ ad ΚΔ, atque etiam ΓΒ est ad ΒΗ sicut ΖΚ ad ΚΘ; erit igitur ut quadratum ex ΑΗ ad rectangulum ΑΗΒ ita quadratum ex ΔΘ ad rectangulum ΔΘΚ. sed ut quadratum ex ΑΗ ad quadratum ex ΒΓ ita quadratum ex ΔΘ ad quadratum ex ΚΖ; & ut quadratum ex ΒΓ ad rectangulum ΒΓΗ ita quadratum ex ΚΖ ad rectangulum ΚΖΘ: ex æquo igitur erit ut rectangulum ΑΗΒ ad rectangulum ΒΓΗ ita rectangulum ΔΘΚ ad rectangulum ΚΖΘ.

## ΛΗΜΜΑ ι'.

Ἔστω ἴση ἡ μὲν ΑΒ τῇ ΒΓ, ἐλάσσων δὲ ἡ ΒΔ τῆς ΒΚ. ὅτι τὸ ὑπὸ τῶν ΑΔΒ πρὸς τὸ ὑπὸ τῶν ΒΓΔ ἐλάσσονα λόγον ἔχει ἤπερ τὸ ὑπὸ τῶν ΓΚΒ πρὸς τὸ ὑπὸ τῶν ΒΑΚ.

Ἐπεὶ γὰρ ἴση μέν ἐστιν ἡ ΑΒ τῇ ΒΓ, ἐλάσσων δὲ ἡ ΒΔ τῆς ΒΚ· ἡ ΓΔ ἄρα μείζων ἐστὶ τῆς ΑΚ· ὥστε καὶ ἡ ΓΚ μείζων ἐστὶ τῆς ΑΔ· ἔλασσον ἄρα ἐστὶ τὸ ὑπὸ ΑΔΒ τοῦ ὑπὸ ΓΚΒ. μεῖζον δὲ τὸ ὑπὸ τῶν ΒΓΔ τοῦ ὑπὸ ΒΑΚ· τὸ ἄρα ὑπὸ ΑΔΒ πρὸς τὸ ὑπὸ ΒΓΔ ἐλάσσονα λόγον ἔχει ἤπερ τὸ ὑπὸ ΓΚΒ πρὸς τὸ ὑπὸ ΒΑΚ.




## LEMMA X.

Sit ΑΒ ipsi ΒΓ æqualis, minor vero sit ΒΔ quam ΒΚ. dico rectangulum ΑΔΒ ad rectangulum ΒΓΔ minorem habere rationem quam habet rectangulum ΓΚΒ ad rectangulum ΒΑΚ.

Nam cum ΑΒ æqualis est ipsi ΒΓ, ac ΒΔ minor quam ΒΚ, ΓΔ major erit quam ΑΚ, quemadmodum ΓΚ major est quam ΑΔ: minus igitur est rectangulum ΑΔΒ rectangulo ΓΚΒ, majus vero rectangulum ΒΓΔ rectangulo ΒΑΚ. quocirca rectangulum ΑΔΒ ad rectangulum ΒΓΔ minorem habet rationem quam rectangulum ΓΚΒ ad rectangulum ΒΑΚ.

## LEMMA XI.

Restat jam præcedentium conversam demonstrare. nempe existentibus æqualibus A B, B Γ; Δ E, E Z; ac rectangulo A H B eandem rationem habente ad B Γ H quam habet rectangulum Δ Θ E ad rectangulum E Z Θ: fieri ut Γ B ad B H ita Z E ad E Θ.

PONATUR rectangulum sub Γ H, A K æquale rectangulo sub A H B, & rectangulum sub Z Θ, Δ Λ æquale rectangulo Δ Θ E: est igitur ut rectangulum sub A K, Γ H ad rectangulum B Γ H, hoc est A K ad B Γ, ita rectangulum sub Δ Λ, Z Θ ad rectangulum E Z Θ, hoc est Δ Λ ad E Z. sed ut Γ B ad B A ita Z E ad E Δ, quare rectæ A B, B Γ, Γ K ipsis Δ E, E Z, Z Λ eandem inter se servant rationem & ordinem, nempe B Γ est ad Γ K sicut E Z ad Z Λ, ac proinde B Γ est ad B K sicut Z E ad E Λ. quoniam vero rectangulum A H B æquale est rectangulo sub A K, Γ H, auferatur utrumque è rectangulo sub A K, H B, ac residuum rectangulum sub H K, H B æquale erit rectangulo sub A K, B Γ: erit igitur ut rectangulum sub A K, B Γ ad quadratum ex B K ita rectangulum B H K ad idem quadratum ex B K. simili argumento rectangulum sub Δ Λ, E Z erit ad quadratum ex E Λ sicut rectangulum E Θ Λ ad quadratum ex E Λ. est autem rectangulum sub A K, B Γ ad quadratum ex B K, sicut rectangulum sub Δ Λ, E Z ad quadratum ex E Λ, ob proportionalitatem partium pari ordine dispositarum: ut igitur rectangulum B H K ad quadratum ex B K ita rectangulum E Θ Λ ad quadratum ex E Λ. eædem autem sunt portiones B H, E Θ: erit igitur ut K B ad B H ita Λ E ad E Θ. sed prius ostensum est B Γ esse ad B K sicut Z E ad E Λ; ex æquo igitur B Γ est ad B H sicut Z E ad E Θ.




## ΛΗΜΜΑ ιαʹ.

Ἔστω δὲ νῦν τὸ τοῖς προηγουμένοις ἀντίστροφον δεῖξαι. οὔσης ἴσης τῆς μὲν A B τῇ B Γ, τῆς δὲ Δ E τῇ E Z, καὶ ἔτι ὡς τὸ ὑπὸ A H B πρὸς τὸ ὑπὸ B Γ H οὕτως τὸ ὑπὸ Δ Θ E πρὸς τὸ ὑπὸ E Z Θ· δεῖξαι ὅτι γίνεται ὡς ἡ Γ B πρὸς B H οὕτως ἡ Z E πρὸς E Θ.

ΚΕΙΣΘΩ τῷ μὲν ὑπὸ A H B ἴσον τὸ ὑπὸ τῶν Γ H, A K, τῷ δὲ ὑπὸ Δ Θ E ἴσον ἔστω τὸ ὑπὸ Z Θ, Δ Λ· ἔστιν ἄρα ὡς τὸ ὑπὸ A K, Γ H πρὸς τὸ ὑπὸ B Γ H, τουτέστιν ἡ A K πρὸς B Γ, οὕτω τὸ ὑπὸ Δ Λ, Z Θ πρὸς τὸ ὑπὸ E Z Θ, τουτέστιν ἡ Δ Λ πρὸς E Z. ἀλλὰ καὶ ὡς ἡ Γ B πρὸς B A οὕτως ἐστὶν ἡ Z E πρὸς E Δ· αἱ ἄρα A B, B Γ, Γ K ταῖς Δ E, E Z, Z Λ ὁμοταγεῖς εἰσιν ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ, τουτέστιν ὡς ἡ B Γ πρὸς Γ K οὕτως ἡ E Z πρὸς Z Λ· [καὶ ὡς ἄρα ἡ B Γ πρὸς τὴν B K οὕτως ἡ Z E πρὸς τὴν E Λ.] ἐπεὶ δὲ τὸ ὑπὸ τῶν A H B ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ A K, Γ H, ἀμφότερον ἀφῃρήσθω ἀπὸ τοῦ ὑπὸ τῶν A K, H B· λοιπὸν ἄρα τὸ ὑπὸ τῶν H K, H B ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ τῶν A K, B Γ· ἔστιν ἄρα ὡς τὸ ὑπὸ τῶν A K, B Γ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς B K οὕτω τὸ ὑπὸ τῶν B H K πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς B K. διὰ ταῦτα δὲ ὡς τὸ ὑπὸ τῶν Δ Λ, E Z πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς E Λ, οὕτως ἐστὶ τὸ ὑπὸ E Θ Λ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς E Λ. καί ἐστιν ὡς τὸ ὑπὸ τῶν A K, B Γ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς B K οὕτω τὸ ὑπὸ τῶν Δ Λ, E Z πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς E Λ, διὰ τὴν ἀναλογίαν τῶν ὁμοιοταγῶν τμημάτων· καὶ ὡς ἄρα τὸ ὑπὸ B H K πρὸς τὸ ἀπὸ B K οὕτω τὸ ὑπὸ E Θ Λ πρὸς τὸ ἀπὸ E Λ. καί ἐστι τὰ αὐτὰ τμήματα τὰ B H, E Θ· ἔστιν ἄρα ὡς ἡ K B πρὸς B H οὕτως ἡ Λ E πρὸς E Θ. [ἀλλ᾽ ἐδείχθη ὡς ἡ B Γ πρὸς τὴν B K οὕτως ἡ Z E πρὸς τὴν E Λ· δι᾽ ἴσου] ἄρα ὡς ἡ B Γ πρὸς B H οὕτως ἐστὶν ἡ Z E πρὸς E Θ.

## LEMMA XII.

Sit A B ipsi B Γ uti & Δ K ipsi K Z æqualis; habeat autem B Γ ad Γ H majorem rationem quam K Z ad Z Θ. dico quod in primo casu A H majorem habet rationem ad B Γ quam Δ Θ ad K Z: in secundo vero minorem.

QUONIAM enim B Γ majorem habet rationem ad Γ H quam K Z ad Z Θ; in primo casu Γ B ad B H minorem habet rationem quam Z K ad K Θ; in secundo vero, majorem. adeoque A B ad B H minorem habet rationem quam Δ K ad K Θ: in secundo vero casu majorem. quare H A in primo casu majorem habet rationem ad A B quam Θ Δ ad Δ K, in secundo vero minorem. sed ut A B ad B Γ ita Δ K ad K Z; ex æquo igitur, in primo casu, A H majorem habet rationem ad B Γ quam Δ Θ ad K Z: in secundo vero casu minorem.




## ΛΗΜΜΑ ιβʹ.

Ἔστω ἴση ἡ μὲν A B τῇ B Γ, ἡ δὲ Δ K τῇ K Z, ἔτι δὲ ἡ B Γ πρὸς Γ H μείζονα λόγον ἐχέτω ἤπερ ἡ K Z πρὸς τὴν Z Θ. ὅτι ἐπὶ μὲν τῆς πρώτης πτώσεως, ἡ A H πρὸς τὴν B Γ μείζονα λόγον ἔχει ἤπερ ἡ Δ Θ πρὸς τὴν K Z· ἐπὶ δὲ τῆς δευτέρας, ἐλάσσονα.

ΕΠΕΙ γὰρ B Γ πρὸς Γ H μείζονα λόγον ἔχει ἤπερ [ἡ K Z πρὸς Z Θ, ἐπὶ μὲν τῆς πρώτης πτώσεως ἡ Γ B πρὸς B H ἐλάσσονα λόγον ἔχει ἤπερ] ἡ Z K πρὸς K Θ, ἐπὶ δὲ τῆς δευτέρας μείζονα· ὥστε καὶ ἡ A B πρὸς τὴν B H ἐλάσσονα λόγον ἔχει ἤπερ ἡ Δ K πρὸς K Θ, ἐπὶ δὲ τῆς δευτέρας μείζονα· καὶ ἡ H A ἄρα πρὸς τὴν A B, ἐπὶ μὲν τῆς πρώτης πτώσεως μείζονα λόγον ἔχει ἤπερ ἡ Θ Δ πρὸς Δ K, ἐπὶ δὲ τῆς δευτέρας ἐλάσσονα. καὶ ἔστιν ὡς ἡ A B πρὸς B Γ οὕτως ἡ Δ K πρὸς K Z· δι᾽ ἴσου ἄρα, ἐπὶ μὲν τῆς πρώτης πτώσεως, ἡ A H πρὸς τὴν B Γ μείζονα λόγον ἔχει ἤπερ Δ Θ πρὸς τὴν K Z· ἐπὶ δὲ τῆς δευτέρας ἐλάσσονα.

## LEMMA XIII.

Sint rursus A B, B Γ æquales, ut & Δ K, K Z; habeat autem A H ad H B minorem rationem quam Δ Θ ad Θ K. dico B Γ majorem habere rationem ad Γ H quam K Z ad Z Θ.

## ΛΗΜΜΑ ιγʹ.

Ἔστω πάλιν ἴση ἡ μὲν A B τῇ B Γ, ἡ δὲ Δ K τῇ K Z, ἔτι δὲ ἡ A H πρὸς τὴν H B ἐλάσσονα λόγον ἐχέτω ἤπερ ἡ Δ Θ πρὸς τὴν Θ K. ὅτι ἡ B Γ πρὸς τὴν Γ H μείζονα λόγον ἔχει ἤπερ ἡ K Z πρὸς τὴν Z Θ.

ΕΠΕΙ

Ἐπεὶ γὰρ κατ' ἀναστροφὴν καὶ διαίρεσιν ἡ ΗΒ πρὸς τὴν ΒΑ, τουτέστι τὴν ΒΓ, μείζονα λόγον ἔχει ἤπερ ἡ ΘΚ πρὸς τὴν ΚΔ, τουτέστι πρὸς τὴν ΚΖ· ἀναστρέψαντι καὶ διελόντι, ἡ ΒΓ πρὸς τὴν ΓΗ μείζονα λόγον ἔχει ἤπερ ἡ ΚΖ πρὸς τὴν ΖΘ.




Quoniam enim per conversionem rationis & dividendo ΗΒ ad ΒΑ sive ΒΓ majorem habet rationem quam ΘΚ ad ΚΔ, hoc est ad ΚΖ: per conversionem rationis & dividendo, ΒΓ majorem habet rationem ad ΓΗ quam ΚΖ ad ΖΘ.

## ΛΗΜΜΑ ιδ'.

Ἔστω ἴση ἡ μὲν ΑΒ τῇ ΒΓ, ἡ δὲ ΔΕ τῇ ΕΖ, καὶ ἡ ΑΗ πρὸς τὴν ΗΒ μείζονα λόγον ἐχέτω ἤπερ ἡ ΔΘ πρὸς τὴν ΘΕ· ὅτι ἡ ΒΗ πρὸς τὴν ΗΓ ἐλάσσονα λόγον ἔχει ἤπερ ἡ ΕΘ πρὸς τὴν ΘΖ.

## LEMMA XIV.

Sint ΑΒ, ΒΓ æquales, uti & ΔΕ, ΕΖ; habeat autem ΑΗ ad ΗΒ majorem rationem quam ΔΘ ad ΘΕ. dico ΒΗ majorem habere rationem ad ΗΓ quam ΕΘ ad ΘΖ.

Ἐπεὶ γὰρ κατὰ διαίρεσιν ἡ ΑΒ, τουτέστιν ἡ ΒΓ, πρὸς τὴν ΒΗ μείζονα λόγον ἔχει ἤπερ ἡ ΔΕ, τουτέστιν ἡ ΕΖ, πρὸς τὴν ΕΘ· ἀναστρέψαντι καὶ κατὰ διαίρεσιν ἡ ΒΗ πρὸς τὴν ΗΓ ἐλάσσονα λόγον ἔχει ἤπερ ἡ ΕΘ πρὸς τὴν ΘΖ.




Dividendo enim ΑΒ sive ΒΓ majorem habet rationem ad ΒΗ quam ΔΕ sive ΕΖ ad ΕΘ: per conversionem rationis igitur ac dividendo ΒΗ ad ΗΓ minorem habet rationem quam ΕΘ ad ΘΖ.

*His subjungere liceat Lemmata nonnulla manifestò assumpta in demonstrationibus hujus Libri septimi, quæ propterea eidem præfixit* Abdolmelec Schirazita *Author Epitomes Conicorum* Apollonii Arabicè *scriptæ.*

## LEMMA I.

**Si dividatur ΑΒ utcunque in punctis Γ, Δ; erit quadratum ex ΑΒ, ΒΓ simul æquale quadruplo rectanguli sub ΑΒ, ΓΔ simul sumptis & ΒΔ, una cum quadrato ex ΑΔ, ΔΓ simul.**




Fiat ΒΚ ipsi ΒΓ æqualis, ac ΔΖ ipsi ΔΓ, & erit ΖΚ duplum ipsius ΒΔ. Bisecetur ΚΖ in Η, ac erit [per 8. II. El.] quadratum ex ΑΚ sive ex ΑΒ, ΒΓ simul, æquale quadruplo rectanguli ΑΗΖ, hoc est quadruplo rectanguli sub ΑΒ, ΔΓ simul & ΒΔ, una cum quadrato ex ΑΖ, hoc est quadrato ex ΑΔ, ΔΓ simul.

## LEMMA II.

**Si dividatur recta ΑΒ utcunque in punctis Γ, Δ; erunt quadrata ex ΑΒ, ΒΓ simul sumpta æqualia quadratis ex ΑΔ, ΔΓ simul, una cum duplo rectangulo sub ΑΒ, ΔΓ simul & ΒΔ.**




Quoniam quadrata ex ΑΒ, ΒΓ [per 7. II. El.] æqualia sunt duplo rectangulo ΑΒΓ una cum quadrato ex ΑΓ, ac quadrata ex ΑΔ, ΔΓ [per eandem] æqualia sunt duplo rectangulo ΑΔΓ cum quadrato ex ΑΓ: ob utrinque commune quadratum ex ΑΓ, erit excessus quadratorum ex ΑΒ, ΒΓ supra quadrata ex ΑΔ, ΔΓ æqualis excessui dupli rectanguli ΑΒΓ supra duplum rectangulum ΑΔΓ. Bisecetur ΑΓ in Ζ, ac fiat ΑΚ ipsi ΔΓ æqualis, & erit [per 6. II.] excessus dupli rectanguli ΑΒΓ supra duplum rectangulum ΑΔΓ æqualis excessui quo duplum quadrati ex ΒΖ superat duplum quadrati ex ΔΖ, hoc est, duplo rectanguli ΚΒΔ. sed ΚΒ æqualis est utrisque ΑΒ, ΓΔ: quare quadrata ex ΑΒ, ΒΓ æqualia sunt quadratis ex ΑΔ, ΔΓ una cum duplo rectangulo sub ΑΒ, ΓΔ simul & ΒΔ.

## LEMMA III.

**Divisâ rectâ ΑΒ in punctis Γ, Δ, ita ut ΑΓ, ΔΒ fuerint æquales; si sumatur in ΓΔ punctum Κ, erunt quadrata ex ΑΔ, ΔΒ æqualia quadratis ex ΑΚ, ΚΒ una cum duplo rectanguli ΓΚΔ.**




Si dividatur ΔΓ bifariam in Κ, res manifesta est. Sin secus fuerit, dividatur bifariam in Ζ. Quoniam vero ΑΒ divisa est inæqualiter in Δ, æqualiter vero in Ζ; erunt quadrata ex ΑΔ, ΔΒ [per 9. II.] æqualia duplo quadratorum ex ΑΖ, ΖΔ. Sed duplum quadrati ex ΖΔ [per 5. II.] æ-

 quale

quale est duplo rectangulo ΓΚΔ una cum duplo quadrato ex ΖΚ, ob ΓΔ æqualiter divisum in Ζ & inæqualiter in Κ: quadrata igitur ex ΑΔ, ΔΒ æqualia sunt duplo quadratorum ex ΑΖ, ΖΚ una cum duplo rectangulo ΓΚΔ. Sed duplum quadratorum ex ΑΖ, ΖΚ [per 9. II.] æquale est quadratis ex ΑΚ, ΚΒ: quadrata igitur ex ΑΔ, ΔΒ æqualia sunt quadratis ex ΑΚ, ΚΒ una cum duplo rectangulo ΓΚΔ.

## LEMMA IV.

**Si dividatur recta ΑΒ in punctis Γ, Δ ita ut ΑΓ, ΒΔ sint æquales, ac bisecetur ΓΔ in Ζ, secetur autem utcunque in Κ; secta vero sit ΖΔ in Η ita ut ΚΖ major sit quam ΖΗ: erunt quadrata ex ΑΗ, ΗΒ una cum rectangulo sub ΚΗ & duplâ differentiâ ipsarum ΗΒ, ΚΑ æqualia quadratis ex ΑΚ, ΚΒ.**

|——|————|—|—|—|————|——|

Β Δ Η Ζ Θ Κ Γ Α

Fiat ΘΖ ipsi ΖΗ æqualis, & erit ΘΑ ipsi ΒΗ æqualis, ac ΘΚ erit differentia inter ΗΖ, ΖΚ; eademque differentia est ipsarum ΗΒ, ΚΑ: erit igitur excessus quadratorum ex ΑΚ & ΚΒ supra quadrata ex ΑΗ, ΗΒ [per 9. II.] æqualis duplæ differentiæ quadratorum ex ΚΖ, ΖΗ. Hæc autem [per 6. II.] æqualis est duplo rectangulo sub ΗΚ, ΚΘ, ob ΗΖ ipsi ΖΘ æqualem & ΘΚ adjectam: quadrata igitur ex ΑΗ, ΗΒ una cum duplo rectanguli sub ΗΚ, ΚΘ æqualia sunt quadratis ex ΑΚ, ΚΒ.

## LEMMA V.

**Iisdem positis, erit quadruplum rectanguli ΒΖΘ, una cum duplo rectangulo ΚΘΒ & quadruplo quadrati ex ΘΖ, æquale duplo rectanguli sub ΚΖ, ΖΘ simul & ΘΒ.**

Quadruplum enim rectanguli ΒΖΘ una cum quatuor quadratis ex ΖΘ [per 3. II.] æquale est quadruplo rectanguli ΒΘΖ: adjiciatur utrinque duplum rectanguli ΚΘΒ; fiet summa æqualis duplo rectangulo sub ΖΚ, ΘΒ una cum duplo rectanguli ΒΘΖ, hoc est, rectangulo sub ΚΖ, ΖΘ simul & duplo ipsius ΘΒ.

## LEMMA VI.

**Iisdem positis, erit etiam duplum rectanguli ΑΘΒ una cum quadruplo quadrati ex ΘΖ æquale quadratis ex ΑΘ, ΘΒ.**

Quoniam enim ΑΘ ipsi ΗΒ æqualis est, erit rectangulum ΑΘΒ æquale rectangulo ΘΒΗ; ac quadruplum quadrati ex ΘΖ æquale est quadrato ex ΗΘ, ob ΘΖ ipsi ΖΗ æqualem: duplum igitur rectanguli sub ΘΒ, ΒΗ, hoc est rectangulum ΑΘΒ una cum quadrato ex ΗΘ, æquale est [per 7. II.] quadratis ex ΘΒ & ΒΗ, hoc est quadratis ex ΑΘ, ΘΒ.

## LEMMA VII.

**Erit etiam duplum rectanguli sub ΑΒ, ΓΖ æquale differentiæ quadratorum ex ΑΓ, ΓΒ.**

Quoniam duplum rectanguli ΑΒ, ΓΖ æquale est duplo rectanguli sub ΒΓ, ΓΖ, sive rectangulo ΒΓΔ (ob ΓΖ ipsi ΖΔ æqualem) una cum duplo rectanguli ΑΓΖ sive rectangulo ΒΔΓ; erit rectangulum ΒΓΔ una cum rectangulo ΒΔΓ, sive duplum rectanguli ΒΔΓ una cum quadrato ex ΔΓ, æquale rectangulo sub ΒΑ, ΓΖ: rectangulum igitur sub ΒΑ, ΓΖ [per 4. II.] æquale est excessui quo quadratum ex ΒΓ superat quadratum ex ΒΔ sive ex ΑΓ.

## LEMMA VIII.

**Si ratio ipsius ΑΒ ad ΒΓ major fuerit ratione ΔΚ ad ΚΖ, [existente ΑΒ majore quam ΒΓ & ΔΚ quam ΚΖ] erit ratio quadrati ex ΑΓ ad quadrata ex ΑΒ & ΒΓ simul minor ratione quadrati ex ΔΖ ad quadrata ex ΔΚ, ΚΖ simul.**

|————|———|—————|

Γ Β Η Α

|————|————|

Ζ Κ Δ

Fiat ΑΗ ad ΗΓ sicut ΔΚ ad ΚΖ, & erit ΑΓ ad ΓΗ sicut ΔΖ ad ΖΚ; pariterque ΑΓ erit ad ΑΗ sicut ΔΖ ad ΔΚ: quocirca quadratum ex ΑΓ erit ad quadrata ex ΑΗ & ΓΗ sicut quadratum ex ΔΖ ad quadrata ex ΔΚ, ΚΖ simul sumpta. Sed ratio quadrati ex ΑΓ ad quadrata ex ΑΒ, ΒΓ minor est ratione quadrati ex ΑΓ ad quadrata ex ΑΗ, ΗΓ; quia quadrata ex ΑΒ, ΒΓ majora sunt quadratis ex ΑΗ, ΗΓ: erit igitur ratio quadrati ex ΑΓ ad quadrata ex ΑΒ, ΒΓ minor ratione quadrati ex ΔΖ ad quadrata ex ΔΚ, ΚΖ.

# APOLLONII PERGÆI CONICORUM

## LIBER SEPTIMUS.

### Apollonius Attalo S. P.

*MITTO tibi una cum his librum Septimum de Conicis Sectionibus. In hoc autem libro insunt plurimæ Propositiones novæ, diametros Sectionum figurasque super eas factas spectantes: quæ quidem omnes utilitatem suam habent in multis Problematum generibus, præcipueque in eorum* διορισμοῖς. *Horum autem plura occurrunt exempla in Problematis Conicis determinatis, à nobis resolutis & demonstratis in Octavo libro; qui loco appendicis est, quemque tibi quantocyus fieri possit mittendum curabo. Vale.*

PROPOSITIO I.

*SI in Axe Parabolæ supra verticem Sectionis producto ponatur recta æqualis lateri recto; ac ducatur recta quælibet à Vertice ad Sectionem, de cujus extremitate demissa sit normalis ad Axem: poterit recta sic ducta rectangulum contentum sub interceptâ inter Verticem & normalem & interceptâ inter normalem & punctum ad quod productus est Axis.*

Sit ΑΒ Parabola cujus Axis ΑΓ, & producatur ΑΓ ad Δ, ita ut ΑΔ æqualis sit lateri recto: & de puncto Α ducatur utcunque ad sectionem recta ΑΒ, & sit ΒΓ Axi normalis. Dico quadratum ex ΑΒ æquale esse rectangulo ΔΓΑ.




Quoniam enim ΑΓ est Axis sectionis, & ΒΓ eidem normalis est, ac ΑΔ æqualis est lateri recto; erit quadratum ex ΒΓ (per 11$^{um}$ primi) æquale rectangulo ΔΑΓ. Huic autem si adjiciatur quadratum ex ΑΓ, erunt quadrata ex ΑΓ, ΓΒ simul sumpta æqualia rectangulo ΔΑΓ una cum quadrato ex ΑΓ, hoc est rectangulo ΔΓΑ. Sed quadrata ex ΑΓ, ΓΒ simul æqualia sunt quadrato ex ΑΒ: quocirca quadratum ex ΑΒ æquale est rectangulo ΔΓΑ. Q. E. D.

## PROPOSITIO II.

*SI dividatur Axis transversus Hyperbolæ in ratione ejusdem Axis ad latus ejus rectum, ita ut portio ea, quæ Axis termino alterutri adjacet, respondeat lateri recto; ac si ab eodem Axis termino ducatur recta ad punctum quodlibet in Sectione, à quo demittatur Axi normalis: erit quadratum rectæ sic ductæ ad rectangulum sub interceptis inter normalem & utramque Axis portionis lateri recto respondentis extremitatem, sicut Axis transversus ad residuam Axis partem. Vocetur autem Axis portio lateri recto respondens recta* Homologa.

Sit Hyperbolæ Axis productus ΑΓΕ, figura autem sectionis sit ΓΔ; ac dividatur Axis ΑΓ in Θ, ita ut ΓΘ sit ad ΘΑ sicut ΓΑ ad ΑΔ sive ad latus rectum: & ab Α ducatur utcunque recta ΑΒ, & demittatur ΒΕ normalis ad Axem. Dico quadratum ex ΑΒ esse ad rectangulum ΘΕΑ sicut ΑΓ ad ΓΘ.




Fiat rectangulum ΑΕΖ æquale quadrato ex ΒΕ, ac erit rectangulum ΑΕΖ ad rectangulum ΑΕΓ sicut quadratum ex ΒΕ ad rectangulum ΑΕΓ. At vero quadratum ex ΒΕ est ad rectangulum ΑΕΓ (per 12^am primi) sicut latus rectum ΑΔ ad Axem transversum ΑΓ: quare rectangulum ΑΕΖ est ad rectangulum ΑΕΓ sicut ΔΑ ad ΑΓ; ac proinde ΖΕ est ad ΕΓ sicut ΔΑ ad ΑΓ, hoc est sicut ΑΘ ad ΘΓ; ac componendo ΖΓ erit ad ΓΕ sicut ΑΓ ad ΓΘ: unde consequitur ΖΑ esse ad ΘΕ sicut ΑΓ ad ΓΘ. Sumptâ autem in communem altitudinem ΑΕ, erit rectangulum ΖΑΕ ad rectangulum ΘΕΑ in eadem ratione, sive ut ΑΓ ad ΓΘ. Sed rectangulum ΖΑΕ æquale est quadrato ex ΑΒ; adeoque quadratum ex ΑΒ est ad rectangulum ΘΕΑ ut ΑΓ ad ΓΘ. Q. E. D.

## PROPOSITIO III.

*SI Axis alteruter Ellipseos producatur extra sectionem, ita ut Axis auctus ejusdemque pars extra sectionem fuerint inter se ut Axis ipse & latus ejus rectum inter se; & ab eo Vertice, cui contermina est portio illa quæ lateri recto respondet, ducatur recta ad punctum quodlibet in sectione, de quo demittatur ad Axem normalis: erit quadratum ductæ ad rectangulum sub interceptis inter normalem & utramque lateri recto respondentis rectæ extremitatem, sicut Axis sectionis ad portionem illam quæ Axi proportionalis est. Vocetur autem ea quæ lateri recto respondet recta* Homologa.

Sit sectio Ellipsis, cujus Axis ΑΓ ac figura ΓΔ; sitque ΑΘ recta in Axe producto, ita ut ΓΘ sit ad ΘΑ sicut ΓΑ ad ΑΔ: &, ductâ utcunque rectâ ΑΒ, demittatur ad Axem normalis ΒΕ. Dico quadratum ex ΑΒ esse ad rectangulum ΑΕΘ ut ΑΓ ad ΓΘ.

Fiat rectangulum ΑΕΖ æquale quadrato ex ΒΕ: erit igitur rectangulum ΑΕΖ ad ad rectangulum ΑΕΓ ut quadratum ex ΒΕ ad rectangulum ΑΕΓ. Quadratum autem ex ΒΕ est ad rectangulum ΑΕΓ (per $21^{mam}$ primi) ut latus rectum ΑΔ ad latus transversum ΑΓ. Est igitur rectangulum ΑΕΖ ad rectangulum ΑΕΓ sicut ΔΑ ad ΑΓ, unde etiam ΖΕ est ad ΕΓ sicut ΑΔ ad ΑΓ sive ut ΑΘ ad ΘΓ; ac dividendo ΖΓ erit ad ΓΕ sicut ΑΓ ad ΓΘ. *Summa autem vel differentia antecedentium est ad summam vel differentiam consequentium in eadem ratione*; quare ΖΑ erit ad ΕΘ sicut ΑΓ ad ΓΘ; ac sumptâ ΑΕ in communem altitudinem, erit ut ΖΑ ad ΕΘ ita rectangulum ΖΑΕ ad rectangulum ΑΕΘ: est itaque ΑΓ ad ΓΘ ut rectangulum ΖΑΕ ad rectangulum ΑΕΘ. Sed rectangulum ΖΑΕ æquale est quadrato ex ΑΒ. Quapropter quadratum ex ΑΒ est ad rectangulum ΑΕΘ sicut ΑΓ ad ΓΘ. Q. E. D.



## PROPOSITIO IV.

*SI tangat Hyperbolam vel Ellipsin recta quælibet sectionis axi occurrens, ac si à puncto contactus ducatur ordinatim applicata, ut & è centro recta Tangenti parallela, æqualis vero semidiametro conjugatæ cum diametro illâ quæ per punctum contactûs ducitur: erit quadratum Tangentis ad quadratum semidiametri eidem parallelæ, sicut intercepta inter ordinatim applicatam & punctum occursûs axis & Tangentis, ad interceptam inter eandem ordinatim applicatam & centrum sectionis.*

Sit ΑΓ Axis Hyperbolæ vel Ellipseos, cujus centrum Θ; tangat autem sectionem recta ΒΔ in puncto Β, & sit ΒΕ ordinatim applicata ad diametrum ΓΑΕ; ac sit ΘΗ ipsi ΒΔ parallela, æqualis vero semidiametro conjugatæ cum diametro illâ quæ per punctum contactûs Β ducitur. Dico quadratum ex ΒΔ esse ad quadratum ex ΘΗ sicut ΔΕ ad ΕΘ.



Per punctum Β ducatur diameter ΒΘΖ, ac sint rectæ ΑΛ, ΔΚ ipsi ΒΕ parallelæ, & fiat recta quædam Μ ad ΒΔ sicut ΟΒ ad ΒΛ: erit igitur recta Μ dimidium lateris recti, sive illius juxta quam possunt ordinatim ductæ ad diametrum ΒΘ; rectangulis, quæ eidem adjacent, excedentibus quidem in Hyperbolâ, *deficientibus vero in Ellipsi*, figuris similibus contentæ sub duplo ipsius Μ & diametro ΖΒ (uti constat ex $50^{ma}$ primi). Recta autem ΘΗ dimidium est diametri conjugatæ cum diametro ΖΒ: erit igitur rectangulum sub ΘΒ & Μ (per $15^{am}$ primi & $20^{um}$ secundi) æquale quadrato ex ΘΗ. Verum ΟΒ est ad ΒΛ sicut Μ ad ΒΔ, hoc est ut ΒΔ ad ΒΚ; quare rectangulum sub Μ & ΒΚ æquale est quadrato ex ΒΔ. Sed rectangulum sub Μ & ΒΚ est ad rectangulum sub Μ & ΒΘ ut ΒΚ ad ΒΘ: est igitur quadratum ex ΒΔ ad rectangulum sub ΒΘ & Μ sicut ΒΚ ad ΒΘ; hoc est sicut

ΕΔ ad ΕΘ. Rectangulum autem sub ΒΘ & Μ demonstravimus æquale esse quadrato ex ΘΗ: quapropter quadratum ex ΒΔ est ad quadratum ex ΘΗ ut ΔΕ ad ΕΘ. Q. E. D.

## PROPOSITIO V.

*SI in Parabola sumatur diameter quævis, à cujus vertice demittatur ad Axem normalis: erit recta illa juxta quam poterunt ordinatim applicatæ à sectione ad diametrum illam ductæ, nempe latus rectum sumptæ diametri, æqualis lateri recto Axis una cum quadrupla interceptæ inter normalem & Verticem principalem sectionis.*

Sit Parabolæ Axis ΑΗ, ac sit ΒΙ aliqua alia è diametris ejus, sitque ΑΓ ea juxta quam possunt ordinatim applicatæ ad Axem ΑΗ, sive latus rectum Axis; ac de puncto Β demittatur ad Axem normalis ΒΖ. Dico rectas à sectione ad diametrum ΒΙ ordinatim ductas, sive ipsi ΒΔ sectionis Tangenti in puncto Β parallelas, posse rectangula adjacentia rectæ ΑΓ quadrupla ipsius ΑΖ auctæ.




Ducatur ΑΕ Axi normalis, ac producatur ΒΙ ad Ε; rectæ autem ΒΔ, sectionem tangenti in puncto Β, ad rectos angulos insistat recta ΒΗ. Erit igitur triangulum ΒΔΗ simile triangulo ΒΘΕ, adeoque ΒΘ ad ΒΕ erit ut ΗΔ ad ΔΒ; unde (per 49$^{am}$ primi) ΔΗ erit dimidium lateris recti diametri ΒΙ. Sed rectangulum sub ΔΖ, ΖΗ æquale est quadrato ex ΒΖ, ob angulum ΔΒΗ rectum & ΒΖ perpendicularem; ac quadratum ex ΒΖ æquale est rectangulo ΓΑΖ: quare rectangulum ΔΖΗ æquale est rectangulo ΓΑΖ. Verum (per 35$^{am}$ primi) recta ΔΖ dupla est ipsius ΑΖ, unde & ΑΓ dupla erit ipsius ΖΗ: quadrupla igitur ipsius ΑΖ dupla est rectæ ΔΖ. Quocirca ΑΓ una cum quadrupla ipsius ΑΖ simul, æqualis erit duplæ ipsarum ΔΖ, ΖΗ simul, sive dupla ipsius ΔΗ. Demonstravimus autem ΔΗ dimidium esse lateris recti ad diametrum ΒΙ: latus igitur rectum ad diametrum ΒΙ æquale est ipsi ΑΓ, lateri recto Axis, una cum quadruplâ ipsius ΑΖ. Q. E. D.

## PROPOSITIO VI.

*SI ponantur in Axe Hyperbolæ rectæ duæ, utrique Axis termino adjacentes, & illi quam* Homologam *diximus æquales similiterque sitæ; ac si ducantur quælibet duæ sectionis diametri conjugatæ, ut & à Vertice principali ad occursum sectionis recta ipsi diametro ὀρθίᾳ parallela; & de puncto occursûs demittatur normalis ad Axem: erit potentiâ diameter transversa ex his conjugatis ad diametrum ejus ὀρθίαν, sicut intercepta inter normalem & terminum rectæ* Homologæ *Vertici remotiori* adjacentis *ad interceptam inter eandem normalem & terminum* Homologæ *Vertici propiori adjacentis: longitudine autem ratio diametri transversæ ad latus ejus rectum, sive ad eam juxta quam possunt ordinatim ductæ, hoc est diametro ὀρθίᾳ sive secundæ parallelæ, eadem erit quam habent interceptæ modo dictæ inter se.*

Sit Hyperbolæ Axis ΓΑΜ, Axis autem transversus sectionis ΑΓ & centrum Θ; sitque utraque ΑΝ, ΓΞ æqualis rectæ Homologæ, ac per punctum Θ ducantur diametri

metri conjugatæ ZH, BK; ipsique ZH parallela sit AΛ, & ad Axem AM demittatur normalis ΛM. Dico quadratum diametri transversæ BK esse ad quadratum diametri ὀρθίας sive secundæ ZH sicut ΞM ad MN.

Jungatur ΓΛ & è puncto B demittatur normalis BE, & ex eodem ducatur recta BΔ ipsi ZH parallela, quæ proinde sectionem continget. Quoniam vero ΓΘ ipsi ΘA æqualis est, & ΛO ipsi OA; erit ΓΛ ipsi BΘ parallela: adeoque ob similia triangula, ΔE erit ad EΘ sicut AM ad MΓ. Sed & ΔE est ad EΘ (per 4tam hujus) sicut quadratum ex ΔB ad quadratum ex ΘH. Cum autem, ob similia triangula, quadratum ex ΘB est ad quadratum ex BΔ ut quadratum ex ΓΛ ad quadratum ex AΛ; ac quadratum ex BΔ est ad quadratum ex ΘH sicut AM ad MΓ; componetur ratio quadrati ex ΘB ad quadratum ex ΘH ex ratione quadrati ex ΓΛ ad quadratum ex AΛ & ratione AM ad MΓ. Sed ratio quadrati ex ΓΛ ad quadratum ex AΛ componitur ex rationibus quadrati ex ΓΛ ad rectangulum ΓMΞ, & rectanguli ΓMΞ ad rectangulum AMN, & rectanguli AMN ad quadratum ex AΛ. Composita est igitur ratio quadrati ex ΘB ad quadratum ex ΘH ex rationibus quadrati ex ΓΛ ad rectangulum ΓMΞ, & rectanguli ΓMΞ ad rectangulum AMN, & rectanguli AMN ad quadratum ex AΛ & ratione ipsius AM ad MΓ. Quadratum autem ex ΓΛ (per 2dam hujus) est ad rectangulum ΓMΞ sicut AΓ ad AΞ; &, per eandem, rectangulum AMN est ad quadratum ex AΛ sicut ΓN ad AΓ. Verum ratio rectanguli ΓMΞ ad rectangulum AMN componitur ex ratione MΞ ad MN & ratione ΓM ad MA: ratio igitur quadrati ex ΘB ad quadratum ex ΘH componitur ex rationibus AΓ ad AΞ, ΓN ad AΓ, MΞ ad MN, ΓM ad MA, & ratione AM ad MΓ. Ratio autem ex his omnibus conflata æqualis est rationi MΞ ad MN. Nam ratio ΓN ad AΓ conjuncta cum ratione AΓ ad AΞ fit ratio ΓN ad AΞ; ac ΓN æqualis est ipsi AΞ: Ratio autem ΓM ad MA composita cum ratione AM ad MΓ, fit ratio ipsius MΓ ad seipsam. Quare ratio ex his omnibus composita æqualis erit rationi reliquæ, nempe rationi MΞ ad MN. Est igitur quadratum ex ΘB ad quadratum ex ΘH sicut MΞ ad MN; adeoque quadratum ex BK ad quadratum ex ZH est ut MΞ ad MN. Porro quadratum ex BK (per 21am primi) est ad quadratum ex ZH, sicut KB ad rectam juxta quam possunt ductæ à sectione ad diametrum KB, ipsi ZH parallelæ: erit igitur KB ad latus rectum ejus, sive ad eam juxta quam possunt ordinatim ad eandem applicatæ, sicut MΞ ad MN. Q. E. D.




## PROPOSITIO VII.

*SI adjaceant utrique Axis Ellipseos Vertici rectæ æquales illi quam* Homologam *diximus, & habeantur in sectione quælibet diametri duæ conjugatæ; & si ducatur de sectionis Vertice recta alteri conjugatarum parallela, & ab occursu ejus cum sectione demittatur normalis ad Axem: erit potentiâ diameter ea cui non ducitur parallela ad alteram quæ ejusdem conjugata est, sicut intercepta*

*cepta inter normalem & terminum rectæ* Homologæ *Vertici alteri adjacentis ad interceptam inter eandem normalem & terminum* Homologæ *Vertici, à quo ducta est parallela, adjacentis: sive fuerint* Homologæ *in Axe majore extra sectionem, sive in Axe minore super Axem ipsum. Erit quoque diameter ista ad eam juxta quam possunt ordinatim ductæ, sive alteri diametro parallelæ, in ratione dictarum interceptarum.*

Sit Ellipseos Axis AΓ, ac rectæ duæ Homologæ AN, ΓΞ; sintque diametri duæ conjugatæ BK, ZH. Ducatur recta AΛ diametro ZH parallela, & de puncto in sectione Λ demittatur normalis ad Axem, ut ΛM. Dico quadratum ex BK esse ad quadratum ex ZH sicut MΞ ad MN: & in eadem esse ratione KB ad rectam juxta quam possunt ordinatim applicatæ ad diametrum KB sive ipsi ZH parallelæ; nempe KB ad latus ejus rectum esse ut MΞ ad MN.

Jungatur ΓΛ & de puncto B demittatur cathetus ad Axem BE, & per idem B ducatur BΔ ipsi ZH parallela, quæ proinde sectionem continget. Quoniam autem ΓΘ ipsi ΘA æqualis est, & ΛO ipsi OA æqualis, erit ΓΛ ipsi BΘ parallela: unde, ob similia triangula, ΔE erit ad EΘ sicut AM ad MΓ. Sed & ΔE est ad EΘ (per 4^tam hujus) sicut quadratum ex BΔ ad quadratum ex ΘH; adeoque AM est ad MΓ sicut quadratum ex BΔ ad quadratum ex ΘH. Quoniam vero, ob similia triangula, quadratum ex BΘ est ad quadratum ex BΔ sicut quadratum ex ΓΛ ad quadratum ex AΛ; ac quadratum ex BΔ est ad quadratum ex ΘH sicut AM ad MΓ







erit quadratum ex BΘ ad quadratum ex ΘH in ratione compositâ ex ratione quadrati ex ΓΛ ad quadratum ex AΛ & ratione AM ad MΓ. Ratio autem quadrati ex ΓΛ ad quadratum ex AΛ componitur ex ratione quadrati ex ΓΛ ad rectangulum ΓMΞ, & ratione rectanguli ΓMΞ ad rectangulum AMN, & ratione rectanguli AMN ad quadratum ex AΛ: quare ratio quadrati ex BΘ ad quadratum ex ΘH componitur ex rationibus quadrati ex ΓΛ ad rectangulum ΓMΞ, & rectanguli ΓMΞ ad rectangulum AMN, & rectanguli AMN ad quadratum ex AΛ, una cum ratione AM ad MΓ. Est autem quadratum ex ΓΛ ad rectangulum ΓMΞ (per tertiam hujus) sicut AΓ ad AΞ; ac, per eandem, rectangulum AMN est ad quadratum ex AΛ sicut ΓN ad AΓ. Ratio autem rectanguli ΓMΞ ad rectangulum AMN componitur ex ratione ΓM ad AM & MΞ ad MN: quapropter ratio quadrati ex BΘ ad quadratum ex ΘH componitur ex rationibus AΓ ad AΞ, ΓN ad AΓ, ΓM ad AM & MΞ ad MN, & ex ratione AM ad MΓ. Est autem ratio ex his omnibus composita eadem ac ratio MΞ ad MN: nam ratio ΓN ad AΓ conjuncta cum ratione AΓ ad AΞ fit ratio ΓN ad AΞ, quæ quidem æqualitatis est; ac ratio composita ex ratione ΓM ad AM & ratione AM ad MΓ fit ratio ipsius ΓM ad seipsam: ratio igitur ex his omnibus composita erit ratio reliqua, nempe MΞ ad MN. Quocirca quadratum ex ΘB est ad quadratum ex ΘH ut MΞ ad MN. Quinetiam cum quadratum ex BK est ad quadratum ex ZH sicut BK ad illam juxta quam possunt rectæ ipsi ZH parallelæ, à sectione ad diametrum BK ductæ; erit BK ad rectam illam, nempe ad latus rectum ejus, sicut MΞ ad MN. Q. E. D.

Hinc manifestum est, quod si normalis de puncto Λ cadat super centrum sectionis, diameter KB æqualis erit diametro ZH, quia MΞ ipsi MN æqualis est.

PROPO-

## PROPOSITIO VIII.

Iisdem positis quæ in Propositionibus sextâ & septimâ præcedentibus, tam in Hyperbolâ quam in Ellipsi. Dico quadratum Axis transversi ΑΓ esse ad quadratum ex utraque ΒΚ, ΖΗ simul sumptâ & in directum productâ, ut rectangulum sub ΓΝ, ΜΞ ad quadratum ex utrâque ΜΞ & eâ quæ potest rectangulum ΝΜΞ simul sumptâ.

Fiat ΞΙ media proportionalis inter ipsas ΜΝ, ΜΞ. Jam quadratum ex ΑΓ est ad quadratum ex ΒΚ sicut quadratum ex ΑΘ ad quadratum ex ΘΒ; quadratum autem ex ΑΘ (per 37$^{am}$ primi) æquale est rectangulo ΔΘΕ: quare quadratum ex ΑΓ est ad quadratum ex ΒΚ sicut rectangulum ΔΘΕ ad quadratum ex ΘΒ. Rectangulum autem ΔΘΕ est ad quadratum ex ΘΒ sicut rectangulum ΑΓΜ ad quadratum ex ΓΛ, propter rectas ΔΒ, ΒΘ ipsis ΑΛ, ΑΓ parallelas, *per Lemma* IX. *in Lib. secundum*: quapropter rectangulum ΑΓΜ est ad quadratum ex ΓΛ ut quadratum ex ΑΓ ad quadratum ex ΒΚ. Sumatur ΓΜ in communem altitudinem, ac erit ut ΓΛ ad ΓΝ ita rectangulum ΑΓΜ ad rectangulum ΜΓΝ. Quadratum autem ex ΓΛ est ad rectangulum ΞΜΓ (per 2$^{dam}$ & 3$^{am}$ hujus) sicut ΑΓ ad ΑΞ; ac ΓΝ ipsi ΑΞ est æqualis, quia rectæ sunt Homologæ: rectangulum igitur ΑΓΜ est ad rectangulum ΜΓΝ sicut quadratum ex ΓΛ ad rectangulum ΞΜΓ, ac permutando rectangulum ΑΓΜ erit ad quadratum ex ΓΛ ut rectangulum ΜΓΝ ad rectangulum ΓΜΞ.







Demonstravimus autem rectangulum ΑΓΜ esse ad quadratum ex ΓΛ ut quadratum ex ΑΓ ad quadratum ex ΒΚ; quare quadratum ex ΑΓ est ad quadratum ex ΒΚ sicut rectangulum ΜΓΝ ad rectangulum ΓΜΞ sive ut ΓΝ ad ΜΞ. At vero ut ΓΝ ad ΜΞ ita rectangulum sub ΓΝ, ΜΞ ad quadratum ex ΜΞ; *adeoque quadratum ex* ΑΓ *est ad quadratum ex* ΒΚ *ut rectangulum sub* ΓΝ, ΜΞ *ad quadratum ex* ΜΞ. Jam ex duabus Propositionibus præcedentibus constat quadratum ex ΒΚ esse ad quadratum ex ΖΗ ut ΞΜ ad ΜΝ; adeoque ΒΚ est ad ΖΗ sicut ΞΜ ad ΞΙ mediam proportionalem inter ΞΜ & ΜΝ: unde ΒΚ erit ad ΒΚ, ΖΗ simul sicut ΜΞ ad ΜΙ sive ΜΞ, ΞΙ simul; ac quadratum ex ΒΚ erit ad quadratum ex ΒΚ, ΖΗ simul sumptis ut quadratum ex ΜΞ ad quadratum ex ΜΙ. Verum jam ostensum est quadratum ex ΑΓ esse ad quadratum ex ΒΚ sicut rectangulum sub ΓΝ, ΜΞ ad quadratum ex ΞΜ: ex æquo igitur quadratum ex ΑΓ erit ad quadratum ex ΒΚ, ΖΗ simul ut rectangulum sub ΓΝ, ΞΜ ad quadratum ex ΜΙ. Sed ΜΙ æqualis est ipsi ΜΞ una cum ea quæ potest rectangulum ΝΜΞ: quadratum igitur Axis ΑΓ est ad quadratum summæ duarum diametrorum conjugatarum ΒΚ, ΖΗ simul, sicut rectangulum sub ΝΓ, ΜΞ ad quadratum ex ΜΙ; quæ scilicet æqualis est utrique ΜΞ & ΞΙ simul, quarum ΞΙ potest rectangulum ΝΜΞ. Q. E. D.

## PROPOSITIO IX.

Iisdem manentibus ac in sextâ & septimâ præcedentibus. Dico quadratum ex ΑΓ esse ad quadratum differentiæ inter ΒΚ, ΖΗ sicut rectangulum sub ΝΓ, ΜΞ ad quadratum differentiæ inter ΜΞ & ΞΙ, sive illam quæ potest rectangulum ΝΜΞ.

Quoniam KB est ad ZH ficut MΞ ad ΞI, uti patet ex demonſtratione Propoſitionis ultimæ; erit quadratum ex KB ad quadratum differentiæ inter BK & ZH ut quadratum ex MΞ ad quadratum differentiæ ipſarum MΞ, ΞI. Quadratum autem ex AΓ eſt ad quadratum ex BK ficut rectangulum ſub ΓN, MΞ ad quadratum ex MΞ, per eandem præcedentis octavæ demonſtrationem: quare ex æquo quadratum ex AΓ erit ad quadratum differentiæ ipſarum BK, ZH ficut rectangulum ſub ΓN, MΞ ad quadratum differentiæ inter ipſas MΞ, ΞI. Sed recta ΞI poteſt rectangulum NMΞ: quadratum igitur ex AΓ eſt ad quadratum differentiæ inter conjugatas diametros BK, ZH ut rectangulum ſub NΓ, MΞ ad quadratum differentiæ inter MΞ & illam quæ poteſt rectangulum NMΞ, hoc eſt ΞI. Q. E. D.

## PROPOSITIO X.

Iiſdem manentibus. Dico quadratum ex AΓ eſſe ad rectangulum ſub BK, ZH ficut NΓ ad illam quæ poteſt rectangulum NMΞ.

Quoniam enim quadratum ex AΓ eſt ad quadratum ex BK (per demonſtrata in 8<sup></sup>va hujus) ficut ΓN ad MΞ; & ex eâdem conſtat quadratum ex BK eſſe ad rectangulum ſub BK, ZH ficut MΞ ad ΞI, quia MΞ eſt ad ΞI ficut BK ad ZH: ex æquo igitur quadratum ex AΓ erit ad rectangulum ſub BK, ZH ficut ΓN ad ΞI quæ




poteſt rectangulum NMΞ: quocirca quadratum ex AΓ eſt ad rectangulum ſub diametris conjugatis BK, ZH ficut NΓ ad illam quæ poteſt rectangulum NMΞ Q. E. D.

## PROPOSITIO XI.

Iiſdem manentibus quæ in Hyperbolâ deſcripſimus ad Propoſitionem ſextam hujus. Dico quadratum ex AΓ eſſe ad quadrata ex BK & ZH ſimul ut ΓN ad utramque NM, MΞ ſimul ſumptam.

Quoniam enim (per 8vam hujus) quadratum ex AΓ eſt ad quadratum ex BK ficut ΓN ad MΞ, ac quadratum ex BK eſt ad quadrata ex BK, ZH ſimul ficut MΞ ad utramque MΞ, MN ſimul; per ſextam enim hujus conſtat quadratum ex BK eſſe ad quadratum ex ZH ficut MΞ ad MN: ex æquo igitur quadratum ex AΓ erit ad ſummam quadratorum ex diametris conjugatis BK, ZH ficut ΓN ad utramque NM, MΞ ſimul ſumptam. Q. E. D.

## PROPOSITIO XII.

*In omni Ellipſi quadrata ex quibuſvis diametris conjugatis ſimul ſumpta æqualia ſunt quadratis Axium ſimul ſumptis.*

Adhibeatur Schema quo uſi ſumus in Propoſitione ſeptima hujus, & ſit alter Axium AΓ, ac diametri conjugatæ BK, ZH; rectæ autem duæ Homologæ ſint AN, ΓΞ.

Quoniam quadratum ex AΓ eſt ad quadratum Axis alterius Ellipſeos (per 15<sup></sup>ma primi) ficut Axis tranſverſus AΓ ad latus ejus rectum; & AΓ eſt ad latus ejus rectum ficut ΓN ad NA, quia recta AN Homologa eſt; & AN ipſi ΓΞ æqualis eſt: quadratum igitur ex AΓ eſt ad quadratum alterius Axis ficut NΓ ad ΓΞ, unde componendo quadratum ex AΓ erit ad quadratum ex AΓ una cum quadrato alterius Axis ficut NΓ ad NΞ. Sed quadratum ex AΓ eſt ad quadratum ex BK (per demonſtrata in 8va hujus) ficut NΓ ad MΞ: ac quadratum ex BK eſt ad quadrata ex BK, ZH ſimul

ficut

sicut MΞ ad MΞ, MN simul sumptas, quia (in septima hujus) ostendimus quadratum ex BK esse ad quadratum ex ZH sicut MΞ ad MN; atque sunt MΞ, MN simul sumptæ æquales ipsi NΞ: quare ex æquo quadratum ex AΓ est ad quadrata ex BK, ZH simul sicut NΓ ad NΞ. Sed jam demonstratum est NΓ esse ad NΞ ut quadratum Axis AΓ ad quadrata ex utroque Axe simul: quadrata igitur Axium æqualia sunt quadratis quarumvis diametrorum conjugatarum Ellipseos, BK, ZH. Q. E. D.

## PROPOSITIO XIII.

*In omni Hyperbola differentia inter quadrata Axium æqualis est differentiæ inter quadrata ex diametris quibusvis conjugatis sectionis.*

Adhibeatur figura Hyperbolæ quâ usi sumus in sextâ hujus, in quâ AΓ est alter Axium, ac BK, ZH diametri conjugatæ, rectæque duæ Homologæ sunt AN, ΓΞ.

Quoniam quadratum ex Axe AΓ est ad quadratum alterius Axis Hyperbolæ (per 16$^{am}$ primi) sicut AΓ ad latus ejus rectum; & AΓ est ad latus rectum ejus sicut ΓN ad NA, quia AN Homologa est; eadem autem est ipsi ΓΞ æqualis: erit igitur quadratum ex AΓ ad differentiam quadratorum utriusque Axis sicut ΓN ad NΞ. Quadratum autem ex AΓ est ad quadratum ex BK (per 8$^{vam}$ hujus) sicut ΓN ad MΞ,







ac (per 6$^{tam}$ hujus) quadratum ex BK est ad quadratum ex ZH sicut MΞ ad MN; adeoque per conversionem rationis quadratum ex BK est ad differentiam quadratorum ex BK & ZH sicut MΞ ad ΞN: ex æquo igitur quadratum ex AΓ est ad differentiam quadratorum ex BK, ZH sicut ΓN ad NΞ. Sed jam demonstratum est quadratum ex AΓ esse ad differentiam quadratorum utriusque Axis sectionis in eadem ratione ac ΓN ad NΞ: quapropter differentia inter quadrata Axium sectionis æqualis est differentiæ quadratorum diametrorum quarumvis conjugatarum BK, ZH. Q. E. D.

## PROPOSITIO XIV.

Quinetiam manente figura Ellipseos quâ in Propositione septimâ hujus usi sumus. Dico quadratum Axis AΓ esse ad differentiam quadratorum diametrorum conjugatarum BK, ZH sicut NΓ ad duplam ipsius MΘ; posito quod AΛ fuerit diametro ZH parallela, ac ΛM normalis ad Axem demissa.

Quoniam enim (per octavam hujus) quadratum ex AΓ est ad quadratum ex BK sicut ΓN ad MΞ, ac (per hujus septimam) quadratum ex BK est ad quadratum ex ZH sicut MΞ ad MN; unde, per conversionem rationis, quadratum ex BK erit ad differentiam quadratorum ex BK & ZH sicut MΞ ad differentiam inter MΞ & MN. Differentia autem ipsarum MΞ, MN dupla est rectæ MΘ: ex æquo igitur quadratum ex AΓ erit ad differentiam quadratorum ex BK, ZH sicut ΓN ad duplam ipsius MΘ. Q. E. D.

## PROPOSITIO XV.

Manentibus Schematis tum Hyperbolæ tum Ellipseos in Prop. sexta & septima hujus descriptis. Dico quadratum ex AΓ esse ad quadratum ejus quæ cum BK continet figuram sectionis, hoc est ad quadratum lateris recti ad diametrum BK, sicut rectangulum sub NΓ, MΞ ad quadratum ex MN.

Fiat BK ad ξ sicut MΞ ad MN. Cumque MΞ est ad MN (per $6^{am}$ & $7^{am}$ hujus) sicut KB ad latus ejus rectum: recta ξ continebit cum diametro KB figuram sectionis. Est autem quadratum ex AΓ ad quadratum ex KB sicut rectangulum sub ΓN, MΞ ad quadratum ex MΞ, per demonstrata in octava hujus; & quadratum ex BK est ad quadratum lateris recti ξ sicut quadratum ex MΞ ad quadratum ex MN: erit igitur ex æquo quadratum ex AΓ ad quadratum lateris recti ξ sicut rectangulum sub NΓ, MΞ ad quadratum ex MN. Q. E. D.

## PROPOSITIO XVI.

Iisdem manentibus ac in sextâ & septimâ hujus, sit ξ latus rectum diametri BK. Dico quadratum ex AΓ esse ad quadratum differentiæ inter ipsas BK & ξ ut rectangulum sub NΓ, MΞ ad quadratum differentiæ inter ipsas MN, MΞ.

Quoniam enim (per $6^{am}$ & $7^{am}$ hujus) BK est ad ξ sicut MΞ ad MN; erit, per conversionem rationis, BK ad differentiam inter BK & ξ sicut MΞ ad differentiam




inter eam & MN, ac proinde earundem quadrata: nempe quadratum ex BK erit ad quadratum differentiæ inter BK & ξ sicut quadratum ex MΞ ad quadratum differentiæ inter MΞ, MN. Sed quadratum ex AΓ est ad quadratum ex BK (per $8^{vam}$ hujus) sicut rectangulum sub NΓ, MΞ ad quadratum ex MΞ: est igitur ex æquo quadratum ex AΓ ad quadratum differentiæ inter BK & ξ sicut rectangulum sub NΓ, MΞ ad quadratum differentiæ inter MΞ & MN. Q. E. D.

## PROPOSITIO XVII.

Iisdem manentibus quæ in sextâ & septimâ hujus descripsimus. Dico quadratum ex AΓ esse ad quadratum summæ diametri BK & lateris ejus recti ξ sicut rectangulum sub ΓN, MΞ ad quadratum summæ ipsarum MΞ, MN simul sumptarum.

Quoniam enim (per dictas $6^{tam}$ & $7^{mam}$) BK est ad ξ sicut MΞ ad MN, erit componendo quadratum ex BK ad quadratum utriusque BK & ξ simul sumptæ, sicut quadratum ex MΞ ad quadratum ex ipsis MΞ, MN simul sumptis. Est autem quadratum ex AΓ (per $8^{vam}$ hujus) ad quadratum ex BK ut rectangulum sub ΓN, MΞ ad quadratum ex MΞ: quocirca ex æquo quadratum ex AΓ erit ad quadratum summæ ipsarum BK & ξ sicut rectangulum sub ΓN, MΞ ad quadratum ex ipsis MΞ, MN simul sumptis. Q. E. D.

## PROPOSITIO XVIII.

Iisdem etiam manentibus. Dico quadratum Axis AΓ esse ad rectangulum sub diametro BK & latus ejus rectum ξ sicut NΓ ad MN.

Quoniam enim quadratum ex AΓ (per $8^{vam}$ hujus) est ad quadratum ex BK sicut NΓ ad MΞ; & quadratum ex BK est ad rectangulum sub BK & ξ sicut BK ad ξ, hoc est (per $6^{tam}$ & $7^{mam}$ hujus) sicut MΞ ad MN: erit ex æquo quadratum ex AΓ ad rectangulum sub BK, ξ sicut NΓ ad MN. Q. E. D.

PROPO-

## PROPOSITIO XIX.

Iisdem etiam manentibus. Dico quadratum ex AΓ esse ad quadrata ex utraque BK & ξ simul sumpta sicut rectangulum sub NΓ, MΞ ad quadrata ex utraque MN, MΞ simul sumpta.

Quoniam enim quadratum ex AΓ est ad quadratum ex BK (per $8^{vam}$ hujus) sicut rectangulum sub NΓ, MΞ ad quadratum ex MΞ; & quadratum ex BK est ad summam quadratorum ex BK & ξ sicut quadratum ex MΞ ad quadrata ex utraque MN, MΞ simul sumpta; nam per demonstrata in sexta & septima hujus, BK est ad ξ ut MΞ ad MN: erit igitur ex æquo quadratum ex AΓ ad utrumque quadratum ex BK & ξ simul sicut rectangulum sub ΓN, MΞ ad quadrata ex utraque MN, MΞ simul sumpta. Q. E. D.







## PROPOSITIO XX.

Iisdem etiam manentibus. Dico quadratum ex AΓ esse ad differentiam quadratorum ex BK & ξ sicut rectangulum sub NΓ, MΞ ad differentiam quadratorum ex MN, MΞ.

Quoniam enim (per $8^{vam}$ hujus) quadratum ex AΓ est ad quadratum ex BK sicut rectangulum sub NΓ, MΞ ad quadratum ex MΞ; ac (per sextam & septimam hujus) BK est ad ξ sicut MΞ ad MN: erit quadratum ex BK ad differentiam quadratorum ex BK & ξ sicut quadratum ex MΞ ad differentiam quadratorum ex MΞ & MN. Ex æquo igitur erit quadratum ex AΓ ad differentiam quadratorum ex BK & ξ ut rectangulum sub ΓN, MΞ ad differentiam quadratorum ex MN, MΞ. Q. E. D.

## PROPOSITIO XXI.

*IN Hyperbola si fuerit Axis transversus major Axe recto: diameter omnis transversa, è diametris conjugatis sectionis, major erit diametro ejus ὀρθίᾳ: & ratio Axis majoris ad minorem major erit ratione cujusvis alterius diametri transversæ ad diametrum ὀρθίαν conjugatam: ac ratio cujusvis diametri transversæ Axi majori propioris, ad diametrum cum eâ conjugatam major erit ratione diametri transversæ ab Axe remotioris ad diametrum ὀρθίαν cum eadem conjugatam.*

Sint Hyperbolæ Axes AΓ, IO, ac sint diametri duæ transversæ BK, ZH: sit autem AΓ major quam IO. Dico diametrum BK majorem esse diametro ὀρθίᾳ cum eadem conjugatâ, pariterque ZH majorem esse diametro ejus ὀρθίᾳ: rationem autem AΓ ad IO majorem esse ratione BK ad diametrum ὀρθίαν cum eâ conjugatam, vel ratione ZH ad conjugatam ejus: denique rationem diametri BK Axi propioris ad conjugatam ejus majorem esse ratione diametri ZH ad ὀρθίαν cum eadem conjugatam.

Fiat utraque ΓN ad AN & AΞ ad ΓΞ ficut Axis AΓ ad latus ejus rectum: & proinde AN, ΓΞ erunt rectæ quas Homologas voco. Ducatur AΔ parallela rectæ quæ contingit fectionem in puncto B, ac fit AΛ parallela tangenti fectionem in puncto Z, & demittantur normales ad Axem majorem ut ΔE, ΛM: erit igitur quadratum ex BK (per 6$^{am}$ hujus) ad quadratum diametri ὀρθίας cum eadem conjugatæ ficut ΞE ad EN; pariterque quadratum ex ZH erit ad quadratum conjugatæ ejus ut ΞM ad MN. Quapropter BK major eft ὀρθίᾳ ejus conjugatâ, ut & ZH major conjugatâ cum eadem. Eft autem AΓ ad latus ejus rectum ficut ΓN ad AN, vel AΞ ad ΞΓ; quia ΓN, AΞ æquales funt, & ratio utriufque ad AN eadem eft: ratio autem ΞE ad EN minor eft ratione ΞA ad AN; ac proinde ratio ΞA ad ΓΞ major eft ratione ΞE ad EN. Ac pari modo probabitur rationem ΞA ad ΓΞ majorem effe ratione ΞM ad MN. Verum ΞA eft ad ΓΞ ut quadratum ex AΓ ad quadratum ex IO, quia utraque ratio (per 16$^{am}$ primi) eadem eft ac ratio ipfius AΓ ad latus ejus rectum: ratio igitur quadrati ex AΓ ad quadratum ex IO major eft ratione ΞE ad EN, vel ratione ΞM ad MN. Eft autem ΞE ad EN ut quadratum ex BK ad quadratum diametri ὀρθίας cum eadem conjugatæ, & MΞ eft ad MN ut quadratum ex ZH ad quadratum ex conjugatâ illius: quapropter ratio quadrati ex AΓ ad quadratum ex IO major eft ratione quadrati ex BK ad quadratum diametri cum eadem conjugatæ; ac major ratione quadrati ex ZH ad quadratum conjugatæ cum eadem: unde & laterum, five ratio AΓ ad IO major eft ratione BK ad fuam conjugatam, vel ratione ZH ad fuam. Cum autem ratio ΞE ad EN, five quadrati ex BK ad quadratum conjugatæ ejus, major fit ratione ΞM ad MN, five quadrati ex ZH ad quadratum conjugatæ ejus; erit ratio diametri BK ad ejufdem conjugatam major ratione diametri ZH ad conjugatam ejus. Q. E. D.




## PROPOSITIO XXII.

*Si vero Axis tranfverfus Hyperbolæ minor fit Axe ὀρθίῳ: erit quælibet diameter tranfverfa minor diametro ὀρθίᾳ cum eadem conjugatâ; ac ratio axis minoris ad majorem minor erit ratione cujufvis diametri tranfverfæ ad fuam ὀρθίαν conjugatam; & ratio diametri Axi minori propioris ad fuam conjugatam minor erit ratione diametri remotioris ab eadem ad fuam conjugatam.*

Sint Hyperbolæ Axes AΓ, OI, & centrum Θ; fintque BK, ZH duæ quælibet diametri: minor autem fit AΓ quam IO. Dico utramque BK, ZH minorem effe diametro ὀρθίᾳ cum illis refpective conjugatâ; ac rationem AΓ ad IO minorem effe ratione BK ad diametrum cum illâ conjugatam, ut & ratione ZH ad conjugatam fuam: & rationem ipfius BK ad fuam conjugatam minorem effe ratione diametri ZH ad fuam conjugatam.

Fiat ΓN ad NA ficut Axis AΓ ad latus ejus rectum, & in eadem ratione capiatur AΞ ad ΞΓ; & erunt ΞΓ, AN rectæ quas Homologas vocamus: ducatur etiam AΔ parallela rectæ quæ contingit fectionem in puncto B, ut & AΛ parallela tangenti fectionis in puncto Z; & de punctis Δ, Λ Axi normales fint ΔE, ΛM. Jam quadratum diametri BK eft ad quadratum diametri ὀρθίας cum eadem conjugatæ (per 6$^{am}$ hujus) ficut ΞE ad EN; pariterque quadratum ex ZH ad quadratum conjugatæ ejus eft ut ΞM ad MN: unde manifeftum eft diametrum BK minorem effe diametro ὀρθίᾳ cum eadem conjugatâ, ac diametrum ZH minorem effe conjugatâ ejus. Quinetiam quia ΓA eft ad latus ejus rectum ficut ΓN ad NA, ac ΞA eft ad ΓΞ in eadem ratione; erit ΓN ipfi AΞ æqualis, eademque erit utriufque ratio ad rectam

rectam ΑΝ. Ratio autem ΞΕ ad ΕΝ major est ratione ΞΑ ad ΑΝ, adeoque ratio ΞΕ ad ΕΝ major est ratione ΓΝ ad ΝΑ. Sed ΞΕ est ad ΕΝ (per $6^{am}$ hujus) ut quadratum ex ΒΚ ad quadratum conjugatæ ejus; ac ΓΝ est ad ΝΑ (per $16^{am}$ primi) ut quadratum Axis transversi ΑΓ ad quadratum Axis ὀρθίας: ratio igitur ipsius ΑΓ ad Axem ὄρθιον conjugatum minor est ratione diametri ΒΚ ad diametrum cum eadem conjugatam; ac pari argumento minor erit ratione ΖΗ ad diametrum rectam cum eadem conjugatam. Quoniam vero ratio ΞΕ ad ΕΝ minor est ratione ΞΜ ad ΜΝ; ac ΞΕ est ad ΕΝ ut quadratum ex ΒΚ ad quadratum conjugatæ ejus; & ΞΜ est ad ΜΝ ut quadratum ex ΖΗ ad quadratum diametri cum eadem conjugatæ: erit ratio diametri ΚΒ ad suam ὀρθίαν conjugatam minor ratione diametri ΖΗ ad conjugatam ejus. Q. E. D.




PROPOSITIO XXIII.

*SI vero Axes Hyperbolæ fuerint æquales, diametri quoque omnes conjugatæ erunt inter se æquales.*

Manente enim Schemate Propositionis $21^{mæ}$, si fuerit ΑΓ ipsi ΟΙ æqualis, erit etiam ΑΓ (per $16^{am}$ primi) æqualis lateri recto. Est autem ΑΘ ipsi ΘΓ æqualis, quarum quoque utraque recta est Homologa, quia sunt inter se sicut diameter transversa ΑΓ ad latus ejus rectum: quadratum vero ex ΒΚ est ad quadratum diametri ὀρθίας cum eadem conjugatæ sicut ΘΕ ad ΕΘ, sive ut æqualis ad æqualem; quadratum quoque ex ΖΗ est ad quadratum conjugatæ ejus ut ΘΜ ad ΜΘ. Utraque igitur diameter ΒΚ, ΖΗ æqualis est conjugatæ suæ, ac proinde lateri ejus recto. Q. E. D.

PROPOSITIO XXIV.

*SI ducantur diametri quævis conjugatæ in Ellipsi: erit ratio diametri majoris ad conjugatam suam minorem, minor ratione Axis longioris ad Axem minorem; ac ratio diametri majoris, Axi sectionis longiori propioris, ad diametrum conjugatam ejus minorem, major erit ratione diametri majoris ab Axe longiore remotioris ad conjugatam suam.*

Sit ΑΒ Axis longior Ellipseos, ac ΓΔ Axis minor; ac sint sectionis diametri conjugatæ ΕΖ, ΗΚ; ΞΝ, ΠΟ, quarum ΕΖ major sit conjugatâ ejus ΗΚ, ac ΞΝ major conjugatâ ΟΠ: & de punctis Ε, Ν ad Axem ΑΒ demittantur normales ΕΛ, ΝΧ; & de punctis Η, Ο ducantur ad Axem ΓΔ normales ΗΜ, ΟΡ. Jam rectangulum ΑΘΒ (per $21^{am}$ primi) est ad quadratum ex ΘΓ sicut rectangulum ΑΛΒ ad quadratum ex ΛΕ; rectangulum autem ΑΘΒ majus est quadrato ex ΘΓ: adeoque rectangulum ΑΛΒ majus est quadrato ex ΛΕ; unde ΑΘ major erit quam ΘΕ. [*Nam si fiat quadratum ex* ΘΛ *commune, rectangulum* ΑΛΒ *una cum quadrato ex* ΘΛ, *hoc est quadratum ex* ΘΑ, *majus erit quadratis ex* ΕΛ, ΛΘ *simul sumptis, sive quadrato ex* ΘΕ,] ac ΑΒ major erit quam ΖΕ. Rectangulum etiam ΓΘΔ est ad quadratum ex ΘΒ sicut rectangulum ΓΜΔ ad quadratum ex ΜΗ, & rectangulum ΓΘΔ minus est quadrato ex ΘΒ; quare



rectangulum ΓΜΔ minus est quadrato ex ΜΗ, ac proinde ΘΔ minor erit quam ΘΗ ac ΓΔ minor quam ΗΚ. Est autem ΑΒ major quam ΕΖ, adeoque ratio ΑΒ ad ΓΔ major est ratione ΕΖ ad ΗΚ, ac diameter ΕΖ conjugata est cum diametro ΗΚ, quæ nempe parallela est rectæ sectionem contingenti in puncto Ε.

Diameter autem ΟΠ conjugata est cum diametro ΝΞ, sive *parallela* rectæ sectionem tangenti in puncto Ν; diameter igitur ΟΠ propior est Axi majori ΑΒ quam ΚΗ: ac rectangulum ΑΛΒ est ad rectangulum ΑΧΒ (per 21$^{am}$ primi) ut quadratum ex ΛΕ ad quadratum ex ΝΧ; & rectangulum ΑΧΒ majus est rectangulo ΑΛΒ; quare quadratum ex ΝΧ majus est quadrato ex ΕΛ, & excessus rectanguli ΑΧΒ supra rectangulum ΑΛΒ major est excessu quadrati ex ΝΧ supra quadratum ex ΕΛ. Constat etiam rectangulum ΑΧΒ majus esse quadrato ex ΝΧ. Excessus autem rectanguli ΑΧΒ supra rectangulum ΑΛΒ æqualis est excessui quadrati ex ΘΛ supra quadratum ex ΘΧ; excessus igitur quadrati ex ΘΛ supra quadratum ex ΘΧ major est excessu quo quadratum ex ΝΧ superat quadratum ex ΕΛ; adeoque quadrata ex ΘΛ, ΛΕ simul sumpta majora sunt quadratis ex ΘΧ, ΧΝ simul; ac proinde ΘΕ major est quam ΘΝ, ac diameter ΕΖ major diametro ΝΞ. Pari argumento rectangulum ΓΡΔ est ad rectangulum ΓΜΔ (per 21$^{am}$ primi) sicut quadratum ex ΟΡ ad quadratum ex ΗΜ, & rectangulum ΓΡΔ minus est quadrato *ex* ΟΡ, *uti rectangulum* ΓΜΔ *minus est quadrato* ex ΗΜ; quare excessus quo rectangulum ΓΡΔ superat rectangulum ΓΜΔ minor est excessu quadrati ex ΟΡ supra quadratum ex ΗΜ. Excessus autem rectanguli ΓΡΔ supra rectangulum ΓΜΔ æqualis est excessui quadrati ex ΘΜ supra quadratum ex ΘΡ; quare excessus quadrati ex ΘΜ supra quadratum ex ΘΡ minor est excessu quadrati ex ΟΡ supra quadratum ex ΗΜ; atque adeo quadrata ex ΘΜ, ΜΗ simul sumpta minora sunt quadratis ex ΘΡ, ΡΟ simul sumptis: quapropter recta ΘΗ minor est quam ΘΟ, diameterque ΗΚ minor diametro ΟΠ. Quoniam vero diameter ΕΖ conjugata cum ΗΚ major est diametro ΞΝ conjugatâ cum ΟΠ, ac ΗΚ minor est quam ΟΠ; erit ratio diametri ΕΖ ad conjugatam ejus ΗΚ major ratione diametri ΞΝ ad conjugatam ejus ΟΠ.




Hinc etiam manifestum est excessum Axis ΑΒ supra Axem ΓΔ majorem esse excessu diametri ΕΖ supra ΗΚ, excessumque ipsius ΕΖ supra ΗΚ majorem esse excessu diametri ΞΝ supra ΟΠ. Excessus quoque quadrati ex ΑΒ supra quadratum ex ΓΔ major erit excessu quadrati ex ΕΖ supra quadratum ex ΗΚ, qui major est excessu quadrati ex ΞΝ supra quadratum ex ΟΠ.

Dico quoque illam quæ cum ΑΒ continet figuram sectionis minorem esse eâ quæ cum ΕΖ continet figuram sectionis; illam etiam quæ cum ΕΖ continet figuram sectionis minorem esse eâ quæ cum ΞΝ ejusdem figuram continet: ut & illam quæ cum ΞΝ continet figuram ejus minorem esse eâ quæ cum Axe breviore ΓΔ sectionis figuram continet. Nam Axis ΑΒ major est quam ΟΠ, & ΟΠ quam ΗΚ, & ΗΚ quam ΓΔ; ac ΞΝ minor est quam ΕΖ, & ΕΖ quam ΑΒ: quadratum autem ex ΑΒ æquale est rectangulo sub ΓΔ & eâ quæ cum ΓΔ continet figuram sectionis, per 15$^{am}$ primi; & quadratum ex ΟΠ æquale est figuræ sectionis quæ fit super ΞΝ; *& quadratum ex* ΗΚ *æquale est figuræ sectionis super* ΕΖ factæ; uti quadratum ex ΓΔ æquale est figuræ super Axe ΑΒ factæ. *Figura igitur major applicata ad rectam minorem producit altitudinem majorem, quam quæ producitur applicatione figuræ minoris ad majorem.* Ergo constat Propositio.

## PROPOSITIO XXV.

*IN Hyperbola summa duorum Axium minor est summâ duarum quarumvis diametrorum conjugatarum: & diameter omnis transversa, quæ propior est Axi transverso sectionis, una cum suâ conjugatâ*

*conjugatâ simul sumpta, minor est diametro quavis transversâ ab Axe magis remotâ una cum conjugata ejus simul sumptâ.*

Sit Hyperbolæ Axis transversus AΓ, & centrum Θ: aliæ vero diametri conjugatæ sint BK, HZ; Tξ, IO. Axis autem AB vel æqualis erit Axi ὀρθίῳ, vel non erit eidem æqualis. Si vero æqualis fuerit ei, erunt (per $23^{am}$ hujus) diametri KB, HZ æquales, pariterque diameter Tξ æqualis erit diametro IO. Sed diameter KB major est Axe ΓA, ac diameter Tξ major diametro KB. Ergo constat Propositio.




Si vero Axis AΓ non fuerit æqualis alteri sectionis Axi, erit differentia quadratorum Axis AΓ & alterius Axis sectionis æqualis differentiæ quadratorum ex diametris conjugatis KB, ZH, per $13^{am}$ hujus: recta igitur utrique Axi æqualis minor erit rectâ utrisque KB, ZH æquali. Quoniam autem differentia quadratorum ex BK, ZH æqualis est differentiæ quadratorum ex Tξ, IO, *ac* Tξ *major est quam* BK; erit recta æqualis utrique diametro BK, ZH minor rectâ utrique diametro Tξ, IO æquali. Q. E. D.

## PROPOSITIO XXVI.

*IN Ellipsi axes duo simul sumpti minores sunt quibusvis aliis duabus diametris conjugatis sectionis simul sumptis: diametrique duæ conjugatæ Axibus propiores simul sumptæ minores sunt diametris conjugatis ab iisdem remotioribus simul: diametri autem conjugatæ, quæ sunt inter se æquales, simul sumptæ majorem efficiunt summam quam diametri quævis aliæ conjugatæ.*

Sit Ellipseos Axis major AB, minor ΓΔ: sint etiam ZE, KH; NΞ, OΠ; Tξ, XP diametri conjugatæ; ac sit EZ major quam KH, & NΞ major quam OΠ; XP vero æqualis sit diametro Tξ. Dico rectam utrique Axi AB, ΓΔ æqualem minorem esse rectâ diametris EZ, HK æquali; ut & rectâ utrisque NΞ, OΠ æquali: omnium autem maximam summam esse diametrorum æqualium XP, Tξ.




Quoniam enim ratio AB ad ΓΔ (per $24^{am}$ hujus) major est ratione EZ ad KH, erit ratio summæ quadratorum ex ipsis AB, ΓΔ ad quadratum rectæ compositæ ex utrâque AB, ΓΔ (*per Lemm.* VIII. *Abdol.*) major ratione summæ quadratorum ex EZ, KH ad quadratum ipsarum EZ, KH simul sumptarum. Quadrata autem ex EZ, KH simul sumpta (per $12^{am}$ hujus) æqualia sunt utrique quadrato ex AB, ΓΔ simul: quadratum igitur compositæ ex AB, ΓΔ simul minus est quadrato compositæ ex ipsis ZE, KH. Summa igitur Axium AB, ΓΔ minor est recta æquali diametris EZ, KH simul sumptis. Pari modo demonstrabitur summam ipsarum EZ, KH minorem esse *diametris* NΞ, OΠ *simul sumptis*; *ipsasque* NΞ, OΠ *simul* minores esse diametris æqualibus conjugatis XP, Tξ simul sumptis. Q. E. D.

## PROPOSITIO XXVII.

*IN omni Ellipsi vel Hyperbola, cujus Axes sunt inæquales, excessus Axis majoris supra minorem major est excessu cujusvis alterius diametri supra conjugatam suam: & excessus diametri*

 *Axi*

*Axi majori propioris supra suam conjugatam major est excessu remotioris ab eadem supra diametrum cum eadem conjugatâ.*

Hoc autem in Ellipsi manifestum est per demonstrata in 24$^{ta}$ hujus. In Hyperbola vero hunc in modum probabitur. Sit ΑΓ Axis Hyperbolæ in qua sint diametri conjugatæ ΚΒ, ΖΗ; ΞΤ, ΙΟ. Dico differentiam inter ΑΓ & Axem alterum sectionis majorem esse differentia inter ΚΒ & ΖΗ; & differentiam inter ΚΒ, ΖΗ majorem esse differentia inter ΞΤ & ΙΟ.




Quoniam enim differentia inter quadratum ex ΑΓ & quadratum alterius Axis sectionis (per 13$^{am}$ hujus) æqualis est differentiæ inter quadrata ex ΚΒ & ΖΗ, ac diameter ΚΒ major est Axe: erit differentia inter ΑΓ & Axem cum eodem conjugatam major differentia inter ΚΒ & ΖΗ. Eodemque modo probabitur differentiam inter ΚΒ & ΖΗ majorem esse differentiâ inter ΞΤ & ΙΟ. Q. E. D.

## PROPOSITIO XXVIII.

**I***N omni Hyperbola vel Ellipsi, rectangulum sub Axibus contentum minus erit contento sub quibuslibet aliis diametris conjugatis: contentaque sub diametris conjugatis, quæ propiores sunt sectionis Axibus, minora erunt contentis sub conjugatis remotioribus ab iisdem.*

Hoc autem in Hyperbola ex præcedentibus manifestum est; nam Axis uterque minor est qualibet aliâ diametro eidem adjacente: In Ellipsi vero hunc in modum demonstrabitur. Sit ΑΒ Axis major & ΓΔ Axis minor sectionis; sintque diametri ejus conjugatæ ΕΖ, ΚΗ; ΝΞ, ΟΠ; *conjugatæ vero æquales* ΧΡ, ΤΞ. Dico rectangulum sub ΑΒ, ΓΔ minus esse rectangulo sub ΕΖ, ΚΗ; & rectangulum sub ΞΝ, ΟΠ minus esse rectangulo contento sub ΧΡ, ΤΞ.




Quoniam enim Axes ΑΒ, ΓΔ simul sumpti (per 26$^{tam}$ hujus) minores sunt diametris conjugatis ΕΖ, ΚΗ simul; quadratum etiam summæ ipsarum ΑΒ, ΓΔ minus erit quadrato ex ΕΖ, ΚΗ simul sumptis. Quadrata autem ex ΑΒ & ΓΔ simul (per 12$^{mam}$ hujus) æqualia sunt summæ quadratorum ex ΕΖ, ΚΗ: quibus utrinque sublatis, duplum rectangulum sub ΑΒ, ΓΔ minus erit duplo rectangulo sub ΕΖ, ΚΗ; adeoque rectangulum sub ΑΒ, ΓΔ minus est rectangulo sub ΕΖ, ΚΗ. Pari argumento constabit rectangulum sub ΕΖ, ΚΗ minus esse contento sub ΝΞ, ΟΠ, ac rectangulum sub ΝΞ, ΟΠ minus esse rectangulo sub *æqualibus conjugatis* ΧΡ ΤΞ contento; *quod proinde rectangulum maximum est*. Q. E. D.

## PROPOSITIO XXIX.

**I***N Hyperbola, differentia inter figuram sectionis super diametrum quamlibet factam & ejusdem diametri quadratum ubique æqualis est.* Vide figuram Prop. XXVII.

Sit Hyperbolæ Axis ΑΓ & centrum Θ; sint autem in eâ diametri conjugatæ ΒΚ, ΖΗ; ΞΤ, ΟΙ. Dico differentiam inter figuram sectionis super ΑΓ factam & quadratum ex ΑΓ æqualem esse differentiæ inter figuram sectionis super ΒΚ factam

&

& quadratum ex BK; ut & differentiæ inter quadratum ex ξT & figuram super ξT factam.

Quoniam enim differentia inter quadratum ex AΓ & quadratum alterius Axis sectionis æqualis est differentiæ inter quadrata ex KB & ZH; atque etiam (per 13$^{am}$ hujus) differentiæ inter quadrata ex ξT & OI: ac figura sectionis super AΓ facta æqualis est quadrato alterius Axis (per 16$^{mam}$ primi) sicut figura sectionis super KB facta æqualis est quadrato ex ZH; & figura sectionis super ξT æqualis est quadrato ex OI: differentia igitur inter figuram sectionis super AΓ factam & quadratum ejusdem AΓ æqualis est differentiæ inter figuram sectionis super BK factam & quadratum ex BK; eademque æqualis est differentiæ inter figuram super ξT factam & quadratum ipsius ξT. Q. E. D.

## PROPOSITIO XXX.

*IN Ellipsi vero, si adjiciatur figuræ super quamvis diametrum factæ quadratum ejusdem diametri, fiet summa semper æqualis.*

Sit centrum Ellipseos Θ, & diametri ejus conjugatæ BK, ZH; ξT, OI. Dico figuram sectionis super BK factam una cum quadrato ex BK æqualem esse figuræ sectionis super ξT factæ una cum quadrato ex ξT.




Quoniam enim quadratum ex BK una cum quadrato ex ZH (per 12$^{mam}$ hujus) æquale est quadrato ex ξT una cum quadrato ex OI; ac figura sectionis super BK facta æqualis est quadrato ex ZH, uti & quadratum ex OI (per 15$^{am}$ primi) æqualis est figuræ sectionis super ξT factæ: figura igitur super BK facta una cum quadrato ex BK æqualis est figuræ super ξT factæ una cum quadrato ex ξT. Q. E. D.

## PROPOSITIO XXXI.

*SI ducantur diametri quævis conjugatæ in Ellipsi, vel inter sectiones oppositas conjugatas; erit parallelogrammum contentum sub his diametris æquale rectangulo sub ipsis Axibus facto: modo anguli ejus æquales sint angulis ad centrum sectionis à diametris conjugatis comprehensis.*

Sit Ellipseos vel Sectionum oppositarum conjugatarum centrum Θ, Axes autem sint AB, ΓΔ, ac diametri quævis conjugatæ ZΛ, ΞN. Per puncta Z, Λ; Ξ, N ducantur tangentes HX, KM; HK, XM; erunt igitur HX, KM diametro ΞN parallelæ, ut rectæ HK, XM (per 6$^{am}$ & 20$^{mam}$ secundi) diametro ZΛ parallelæ sunt.: erit quoque HM parallelogrammum, cujus anguli æquales sunt angulis à diametris conjugatis ZΛ, ΞN ad centrum Θ contentis. Dico ideo parallelogrammum HM æquale esse rectangulo sub Axibus AB, ΓΔ contento.




*Occurrant Axi transverso* AB *parallelæ* HX, HK *in punctis* E *&* ξ; & de puncto Z demittatur ad Axem AΘB normalis ZΠ; ac fiat ΠO media proportionalis inter ipsas

ipsas ΕΠ, ΠΘ: & erit (per 37^um primi) quadratum ex ΑΘ ad quadratum ex ΘΓ sicut rectangulum ΘΠΕ ad quadratum ex ΖΠ. Rectangulum autem ΘΠΕ æquale est quadrato ex ΟΠ; quare quadratum ex ΑΘ est ad quadratum ex ΘΓ ut quadratum ex ΠΟ ad quadratum ex ΖΠ: unde etiam ΑΘ est ad ΘΓ sicut ΠΟ ad ΖΠ. Sed ΑΘ est ad ΘΓ ut quadratum ex ΑΘ ad rectangulum ΑΘΓ; ac ΟΠ est ad ΠΖ sicut rectangulum sub ΟΠ, ΘΕ ad rectangulum sub ΠΖ, ΘΕ: quadratum igitur ex ΑΘ est ad rectangulum ΑΘΓ ut rectangulum sub ΟΠ, ΘΕ ad rectangulum sub ΠΖ, ΘΕ; ac permutando erit quadratum ex ΑΘ ad rectangulum sub ΟΠ, ΘΕ sicut rectangulum ΑΘΓ ad rectangulum sub ΖΠ, ΘΕ. Quadratum autem ex ΑΘ (per trigesimam septimam primi) æquale est rectangulo ΕΘΠ; quare rectangulum ΕΘΠ est ad rectangulum sub ΟΠ, ΘΕ ut rectangulum ΑΘΓ ad rectangulum sub ΖΠ, ΘΕ. Verum recta ΘΞ parallela est ipsi ΖΕ, adeoque (per quartam hujus) quadratum ex ΖΕ est ad quadratum ex ΘΞ sicut ΕΠ ad ΠΘ: atque triangulum ΘΖΕ est ad triangulum ΘΞξ ut quadratum ex ΖΕ ad quadratum ex ΘΞ, ob similia triangula; adeoque triangulum ΘΖΕ est ad triangulum ΘΞξ, atque eorundem dupla, in ratione ΕΠ ad ΠΘ. Parallelogrammum autem ΞΘΖΗ medium proportionale est inter duplum trianguli ΘΖΕ & duplum trianguli ΞΘξ: [duplum enim trianguli ΘΖΕ ad planum ΘΗ est ut ΕΖ ad ΖΗ, sive ut ΕΘ ad Θξ; ac




planum ΘΗ est ad duplum trianguli ΞΘξ sicut ΗΞ ad Ξξ, sive ut ΘΕ ad Θξ.] Porro cum ΟΠ media proportionalis sit inter ΕΠ & ΠΘ; erit duplum trianguli ΘΖΕ ad parallelogrammum ΗΘ ut ΟΠ ad ΠΘ. Verum ΟΠ est ad ΠΘ ut rectangulum sub ΟΠ, ΘΕ ad rectangulum ΠΘΕ: ac jam demonstravimus rectangulum sub ΟΠ, ΘΕ esse ad rectangulum ΠΘΕ sicut rectangulum sub ΠΖ, ΘΕ ad rectangulum ΑΘΓ: duplum igitur trianguli ΘΖΕ *est ad parallelogrammum* ΘΗ sicut rectangulum sub ΖΠ, ΘΕ ad rectangulum ΑΘΓ. Sed duplum trianguli ΘΖΕ æquale est rectangulo sub ΖΠ, ΘΕ: quapropter parallelogrammum ΘΗ æquale est rectangulo ΑΘΓ; ac quadruplum plani ΘΗ, nempe parallelogrammum ΗΜ, æquale est quadruplo rectanguli ΑΘΓ, hoc est rectangulo contento sub Axibus ΑΒ, ΓΔ. Q. E. D.

Demonstravimus itaque, in præcedentibus Propositionibus, quod in omni Hyperbola quadrata Axium simul sumpta minora sunt quadratis ex quibusvis aliis diametris conjugatis sectionis: quodque quadrata diametrorum conjugatarum Axibus propiorum minora sunt quadratis diametrorum conjugatarum ab Axibus remotiorum: quodque in omni Ellipsi differentia inter quadrata Axium major est differentia quadratorum quarumvis diametrorum conjugatarum: quodque differentia inter quadrata diametrorum conjugatarum Axibus propiorum major est differentia quadratorum ex diametris conjugatis ab iisdem remotioribus: quodque in Hyperbola, si Axis, sive latus transversum figuræ sectionis super Axem factæ, major fuerit latere ejus recto, latus transversum figuræ super diametrum quamvis aliam factæ majus erit latere recto ejusdem: quodque ratio Axis transversi ad ejusdem latus rectum major erit ratione cujusvis alterius diametri transversæ ad latus rectum ejusdem: quodque ratio hæc, in figuris super diametros Axi propiores factis, major est ratione eâ in figuris super remotiores ab Axe factis. Si vero Axis, sive latus transversum figuræ sectionis, minor fuerit latere ejus recto; cæteræ diametri transversæ minores erunt earundem lateribus rectis; ac ratio Axis transversi

verfi

versi ad latus ejus rectum minor erit ratione cujusvis alterius diametri transversæ ad latus rectum figuræ super eandem diametrum factæ: atque hæc ratio, in figuris super diametros transversas Axi propiores factis, *minor* erit eâ quam habet latus transversum ad latus rectum in figuris super diametros ab Axe remotiores factis. Quod si figura sectionis super Axem facta æquilatera fuerit, figuræ cæteræ super reliquas diametros factæ erunt quoque æquilateræ.

Demonstratum etiam est, quod in omni Ellipsi, latus transversum figuræ sectionis, super diametrum quamlibet inter Axem majorem & diametros conjugatas æquales intermediam factæ, majus est latere recto ejusdem diametri: ac ratio quam habet diameter ad latus ejus rectum major est in iis quæ Axi majori propius adjacent, quam in iis quæ ab eodem longius absunt. E contrario vero latus transversum figuræ sectionis factæ super diametrum quamlibet, inter Axem minorem & diametros conjugatas æquales jacentem, minus est latere ejus recto: ac diametri quæ propiores sunt Axi minori, minores habent rationes ad latera sua recta, quam quæ remotiores sunt ab eodem. Hæc autem Corollaria sunt ad ea quæ demonstravimus in Propositionibus de diametris & figuris Sectionum.

## PROPOSITIO XXXII.

*IN omni Parabola latus rectum, sive ea juxta quam possunt ordinatim ad Axem applicatæ, minus est latere recto cujusvis alterius diametri; ac diametri sectionis quæ Axi propiores sunt minora habent latera recta quam quæ longius distant ab eodem.*

Sit AB Parabola, cujus Axis AZ, diametri autem aliæ sint BΘ, ΓH; latera vero recta, sive juxta quas possunt ordinatim ad eas applicatæ, sint AK, ΓΛ, BM. Dico AK minorem esse quam ΓΛ, ac ΓΛ minorem quam BM.




De punctis B, Γ demittantur ad Axem normales BΔ, ΓE; & recta ΓΛ (per quintam hujus) æqualis erit ipsi AK una cum quadruplo ipsius AE. Pariter BM æqualis erit ipsi AK cum quadruplo ipsius AΔ. Quare AK minor est quam ΓΛ, ac ΓΛ quam BM. Q. E. D.

## PROPOSITIO XXXIII.

*IN Hyperbola, si latus transversum figuræ sectionis super Axem factæ non sit minus latere ejus recto; erit latus illud rectum figuræ super Axem minus latere recto cujusvis alterius figuræ super aliam quamvis diametrum sectionis factæ: & latus rectum figuræ super diametrum Axi propiorem factæ minus erit latere recto figuræ super remotiorem ab Axe factæ.*

Sit Hyperbolæ Axis AΓ & centrum Θ; diametri autem aliæ sint KB, TΞ. Dico latus rectum figuræ sectionis super AΓ factæ minus esse latere recto figuræ super BK factæ; & latus rectum super BK factæ minus esse latere recto figuræ sectionis super TΞ factæ.




Ponatur imprimis Axis AΓ æqualis lateri recto figuræ sectionis super AΓ factæ; & erit BK æqualis lateri recto figuræ super illam factæ, per 23^am hujus & 16^mam primi. Sed AΓ minor est quam BK: latus igitur rectum Axis AΓ minus est latere recto diametri BK. Quoniam etiam diameter TΞ æqualis est lateri recto figuræ super eam factæ; ac diameter KB minor est diametro ΞT: latus rectum diametri KB minus erit latere recto ad diametrum ΞT.

Si vero Axis ΑΓ major fuerit latere recto figuræ super Axem factæ, erit ratio ipsius ΑΓ ad latus ejus rectum (per 21am hujus & 16mam primi) major ratione diametri ΚΒ ad latus rectum ejusdem ΚΒ: ac pari argumento ratio ΚΒ ad latus ejus rectum major erit ratione Τξ ad latus rectum ejus. Sed ΑΓ minor est quam ΚΒ, ac ΚΒ minor quam Τξ. Quapropter latus rectum diametri ΑΓ minus est latere recto diametri ΚΒ; & latus rectum diametri ΚΒ minus latere recto diametri Τξ. Q.E.D.

## PROPOSITIO XXXIV.

Quinetiam si Axis ΑΓ minor fuerit latere recto figuræ super Axem factæ, non tamen minor dimidio ejusdem lateris recti. Dico quoque latus rectum figuræ super Axem factæ minus esse latere recto figuræ super ΚΒ factæ: ac latus rectum figuræ diametri ΚΒ minus esse latere recto figuræ diametri Τξ.

Fiat ΓΝ ad ΝΑ, ut & ΑΞ ad ΞΓ, sicut ΑΓ ad latus rectum figuræ Axis ΑΓ; & è puncto Γ educantur rectæ, ΓΛ ipsi ΚΒ parallela & ΓΔ ipsi ξΤ parallela; & de punctis Δ, Λ demittantur normales ad Axem ΔΕ, ΛΜ. Cum autem ΓΝ est ad ΝΑ, sicut & ΑΞ ad ΞΓ, in ratione Axis ΑΓ ad latus rectum figuræ ejus; erit ΓΝ ipsi ΑΞ æqualis, ut & ΓΞ ipsi ΑΝ; ac proinde quadratum ex ΑΓ erit ad quadratum lateris recti ejus ut rectangulum sub ΓΝ, ΑΞ ad quadratum ex ΑΝ. Sed Axis ΑΓ minor est latere recto ejus, at non minor dimidio lateris recti; quare ΑΝ major est quam ΑΞ, at non major duplo ejus. Verum rectæ ΜΝ, ΝΑ simul sumptæ majores sunt duplo ipsius ΑΝ; unde rectangulum sub ΜΝ, ΝΑ simul & ΑΞ majus est quadrato ex ΑΝ; [*quia ratio ipsarum* ΜΝ, ΝΑ *simul sumptarum ad rectam* ΑΝ *major est ratione ipsius* ΑΝ *ad* ΑΞ:] rectangulum igitur sub ΜΝ, ΝΑ simul & ΑΜ ad rectangulum sub ΜΝ, ΝΑ simul & ΑΞ, hoc est ΜΑ ad ΑΞ, est in minore ratione quam contentum sub ΜΝ, ΝΑ simul & ΑΜ ad quadratum ex ΑΝ: ac *componendo* ratio ΜΞ ad ΞΑ minor erit ratione rectanguli sub ΜΝ, ΝΑ simul & ΑΜ una cum quadrato ex ΑΝ ad quadratum ex ΑΝ. Est autem rectangulum sub ΜΝ, ΝΑ simul & ΑΜ una cum quadrato ex ΑΝ æquale quadrato ex ΜΝ, *per* 6. II. *Elem.*: quare ratio ΜΞ ad ΞΑ minor est ratione quadrati ex ΜΝ ad quadratum ex ΑΝ. Cum autem ΜΞ est ad ΞΑ ut rectangulum sub ΓΝ, ΜΞ ad rectangulum sub ΓΝ, ΑΞ; erit ratio rectanguli sub ΓΝ, ΜΞ ad rectangulum sub ΓΝ, ΑΞ minor ratione quadrati ex ΜΝ ad quadratum ex ΑΝ; ac permutando ratio




rectanguli sub ΓΝ, ΜΞ ad quadratum ex ΜΝ minor erit ratione rectanguli sub ΓΝ, ΑΞ ad quadratum ex ΑΝ. Sed rectangulum sub ΓΝ, ΜΞ (per 15am hujus) est ad quadratum ex ΜΝ, ut quadratum ex ΑΓ ad quadratum lateris recti diametri ΚΒ: ac rectangulum sub ΓΝ, ΑΞ est ad quadratum ex ΑΝ (per jam demonstrata) sicut quadratum Axis ΑΓ ad quadratum lateris recti figuræ Axis; ratio igitur quadrati ex ΑΓ ad quadratum lateris recti diametri ΚΒ minor est ratione ejusdem quadrati ex ΑΓ ad latus rectum figuræ Axis: quare latus rectum Axis ΑΓ minus est latere recto diametri ΚΒ.

Quinetiam cum ΑΝ non sit major duplo ipsius ΑΞ, erit ΜΝ minor duplo rectæ ΜΞ; ipsæ autem ΕΝ, ΝΜ simul sumptæ majores sunt duplo rectæ ΜΝ; quare rectangulum sub ΜΞ & ΕΝ, ΝΜ simul majus est quadrato ex ΜΝ. Hinc ratio rectanguli sub ΝΕ, ΜΝ simul & ΜΕ ad rectangulum sub ΝΕ, ΜΝ simul & ΜΞ minor est ratione rectanguli sub ΝΕ, ΜΝ simul & ΜΕ, *ad quadratum ex* ΜΝ; *adeoque ratio* ΜΕ *ad* ΜΞ *minor est ratione rectanguli sub* ΝΕ, ΜΝ *simul &* ΜΕ *ad quadratum ex* ΜΝ; *ac componendo ratio* ΕΞ *ad* ΜΞ *minor erit ratione rectanguli sub* ΕΝ, ΝΜ *simul &* ΕΜ una cum quadrato ex ΜΝ, *hoc est* (*per* 6. II. *Elem.*) *quadrati ex* ΕΝ, ad quadratum ex ΜΝ: ratio itaque ΕΞ ad ΞΜ minor est ratione quadrati ex ΕΝ ad quadratum ex ΜΝ. Sed ΕΞ est ad ΞΜ ut rectangulum sub ΓΝ, ΞΕ ad rectangulum sub ΓΝ, ΜΞ; quare ratio rectanguli sub ΓΝ, ΞΕ ad rectangulum sub ΓΝ, ΞΜ minor

minor est ratione quadrati ex ΕΝ ad quadratum ex ΜΝ. Permutando autem ratio rectanguli sub ΓΝ, ΞΕ ad quadratum ex ΕΝ minor est ratione rectanguli sub ΓΝ, ΞΜ ad quadratum ex ΜΝ. Verum rectangulum sub ΓΝ, ΞΕ (per 15$^{am}$ hujus) eandem habet rationem ad quadratum ex ΕΝ quam habet quadratum ex Axe ΑΓ ad quadratum lateris recti diametri ξΤ; ac, per eandem, rectangulum sub ΓΝ, ΜΞ est ad quadratum ex ΜΝ ut idem quadratum ex ΑΓ ad quadratum lateris recti diametri ΒΚ. Ratio igitur quadrati ex ΑΓ ad quadratum lateris recti diametri ξΤ minor est ratione ejusdem ad quadratum lateris recti diametri ΒΚ: proinde latus rectum diametri ΒΚ minus est latere recto diametri ξΤ, uti latus rectum Axis ΑΓ minus est latere recto diametri ΚΒ. Q. E. D.

## PROPOSITIO XXXV.

*Si vero Axis Hyperbolæ minor fuerit dimidio lateris recti figuræ super Axem factæ. Dico ab utraque Axis parte reperiri diametrum, cujus latus rectum diametri duplum est; atque hoc latus rectum minus esse quovis alio latere recto cujuscunque diametri ad idem sectionis latus ductæ; latera etiam recta diametrorum reliquarum his duabus utrinque propiorum minora esse lateribus rectis remotiorum ab iisdem.*

Dividatur recta ΑΓ in punctis Ξ, Ν, ita ut ΑΞ sit ad ΞΓ sicut Axis ΑΓ ad latus ejus rectum; ac sit ΓΝ ad ΝΑ in eadem ratione. Cum autem Axis ΑΓ minor est dimidio lateris ejus recti, erit ΑΝ major duplo ipsius ΑΞ; unde & ΝΞ major erit quam ΞΑ. Fiat ΞΜ ipsi ΞΝ æqualis, & sit ΛΜ normalis super Axem, occurrens sectioni in puncto Λ; & jungatur ΓΛ, ipsique ΓΛ parallela ducatur diameter ΚΒ: erit igitur ΞΜ ad ΜΝ (per sextam hujus) sicut ΒΚ ad latus rectum figuræ super eam factæ. Inter puncta Λ, Β ducantur diametri ΔΕ, Τξ; & per punctum Γ diametro ΔΕ parallela agatur recta ΓΧ; diametroque Τξ parallela sit ΓΟ; & de punctis Χ & Ο demittantur ad Axem normales Χο, ΟΠ.




Quoniam vero ΜΞ æqualis est ipsi ΞΝ, erit rectangulum ΜΞο minor quadrato ex ΞΝ; ac adjecto utrinque communi rectangulo sub Νο, ΞΝ simul sumptis & οΞ, erit rectangulum sub ΜΝ, Νο simul & οΞ minus quadrato ex Νο, *per 6. II. Elem.* Est igitur ratio rectanguli sub ΜΝ, Νο simul & Μο ad rectangulum sub ΜΝ, Νο simul & Ξο major ratione rectanguli sub ΜΝ, Νο simul & Μο ad quadratum ex Νο. Sed rectangulum sub ΜΝ, Νο simul & Μο est ad rectangulum sub ΜΝ, Νο simul & Ξο

 sicut

ſicut MO ad ΞO; quare ratio MO ad ΞO major eſt ratione rectanguli ſub MN, NO ſimul & MO ad quadratum ex NO; ac componendo ratio MΞ ad ΞO major erit ratione rectanguli ſub MN, NO ſimul & MO una cum quadrato ex NO ad quadratum ex NO. Verum (*per* 6. II.) rectangulum ſub MN, NO ſimul & MO una cum quadrato ex NO æquale eſt quadrato ex MN; quare MΞ eſt ad ΞO in majori ratione quam quadratum ex MN ad quadratum ex NO. Eſt autem MΞ ad ΞO ſicut rectangulum ſub ΓN, MΞ ad rectangulum ſub ΓN, ΞO; adeoque ratio rectanguli ſub ΓN, MΞ ad rectangulum ΓN, ΞO major erit ratione quadrati ex MN ad quadratum ex NO: permutando autem ratio rectanguli ſub ΓN, MΞ ad quadratum ex MN major erit ratione rectanguli ſub ΓN, ΞO ad quadratum ex NO. Sed rectangulum ſub ΓN, MΞ eſt ad quadratum ex MN (per 15$^{tam}$ hujus) ſicut quadratum ex ΑΓ ad quadratum lateris recti figuræ ſuper KB factæ: ac, per eandem, rectangulum ſub ΓN, ΞO eſt ad quadratum ex NO ut quadratum ex ΑΓ ad quadratum lateris recti figuræ ſuper ΔE factæ: ratio igitur quadrati ex ΑΓ ad quadratum lateris recti diametri KB major eſt ratione ejuſdem ad quadratum lateris recti diametri ΔE;




adeoque latus rectum diametri KB minus eſt latere recto diametri ΔE. Pari modo probabitur latus rectum diametri ΔE minus eſſe latere recto diametri ζT; cum ſcilicet rectangulum OΞΠ minus ſit quadrato ex ΞN: ac, ob rectangulum ΠΞA minus quadrato ex ΞN, eodem argumento conſtabit latus rectum diametri ζT minus eſſe latere recto Axis AΓ.

Porro ſi ducantur diametri ZH, ϒγ remotiores ab Axe quam KB. Dico latus rectum diametri KB minus eſſe latere recto diametri ZH; ac latus rectum diametri ZH minus eſſe latere recto diametri ϒγ. Per punctum Γ ducantur ipſis ZH, ϒγ parallelæ, ut ΓΣ, Γδ; & de punctis Σ, δ demittantur normales ad Axem ΣP, δσ: erit igitur rectangulum PΞM majus quadrato ex NΞ; ac, procedendo juxta modum nuper traditum, demonſtrabitur rationem rectanguli ſub ΓN, ΞP ad quadratum ex NP minorem eſſe ratione rectanguli ſub ΓN, ΞM ad quadratum ex NM; unde manifeſtum eſt latus rectum diametri ZH majus eſſe latere recto diametri KB. Cumque rectangulum σΞP majus eſt quadrato ex ΞN, erit latus rectum diametri ϒγ majus latere recto diametri ZH. Q. E. D.

## PROPOSITIO XXXVI.

*Si in Hyperbola latera figuræ ſectionis ſuper Axem factæ fuerint inæqualia; differentia laterum figuræ Axis major erit differentiâ laterum figuræ ſuper quamvis aliam diametrum factæ: ac differentia hæc laterum figuræ major eſt in diametris Axi propioribus quam in remotioribus.*

Sit

Sit Hyperbolæ Axis ΑΓ, ac centrum Θ; ac ſint aliæ quælibet diametri ΔΕ, ΒΚ. Dico differentiam inter latera figuræ Axis ΑΓ majorem eſſe differentiâ inter latera figuræ diametri ΔΕ; ac differentiam laterum figuræ diametri ΔΕ majorem eſſe differentiâ inter latera figuræ diametri ΒΚ.

Ducantur ΓΖ, ΓΛ ipſis ΔΕ, ΒΚ parallelæ; & de punctis Ζ, Λ cadant normales ΖΠ, ΛΜ ad Axem: ac fiant ΓΝ ad ΝΑ; ΑΞ ad ΞΓ in ratione Axis ΑΓ ad latus rectum figuræ ejus. Hinc quadratum ex ΑΓ erit ad quadratum differentiæ inter ΑΓ & latus ejus rectum ut rectangulum ſub ΓΝ, ΑΞ ad quadratum ex ΞΝ. Recta vero ΓΖ parallela eſt diametro ΔΕ, ac ΖΠ normalis eſt ſuper Axem; erit igitur rectangulum ſub ΓΝ, ΞΠ ad quadratum differentiæ inter ΞΠ & ΠΝ (per 16^am^ hujus) ut quadratum ex ΑΓ ad quadratum differentiæ inter ΔΕ & latus rectum figuræ ſuper ΔΕ factæ. Differentia autem inter ΞΠ, ΠΝ eſt recta ΞΝ; quare quadratum




ex ΑΓ eſt ad quadratum differentiæ inter diametrum ΔΕ & latus rectum ejus, ut rectangulum ſub ΓΝ, ΞΠ ad quadratum ex ΞΝ. Ratio autem rectanguli ſub ΓΝ, ΞΠ ad quadratum ex ΞΝ major eſt ratione rectanguli ſub ΓΝ, ΑΞ ad quadratum ex ΞΝ; quare ratio quadrati Axis ΑΓ ad quadratum differentiæ inter ΔΕ & latus ejus rectum major eſt ratione ejuſdem quadrati ex ΑΓ ad quadratum differentiæ inter ΑΓ & latus ejus rectum: ac proinde differentia inter ΔΕ & latus ejus rectum minor eſt differentiâ inter ΑΓ & latus rectum figuræ ejus.

Pari modo cum ΓΛ parallela ſit diametro ΚΒ, ac ΛΜ normalis ſit ſuper Axem, rectangulum ſub ΓΝ, ΞΜ erit ad *quadratum* differentiæ inter ΜΞ, ΜΝ (*ſive ad quadratum ex* ΞΝ) ſicut quadratum ex ΑΓ ad quadratum differentiæ inter ΒΚ & latus rectum ejus, per 16^am^ hujus. Sed ratio rectanguli ſub ΓΝ, ΜΞ ad quadratum ex ΞΝ major eſt ratione rectanguli ſub ΓΝ, ΞΠ ad idem quadratum ex ΞΝ; quare ratio quadrati ex ΑΓ ad quadratum differentiæ inter ΚΒ & ejus latus rectum major eſt ratione quadrati ex ΑΓ ad quadratum differentiæ *inter* ΔΕ & latus ejus rectum. Quapropter differentia inter ΒΚ & latus ejus rectum minor eſt differentiâ *inter* ΔΕ *& latus ejus rectum; & differentia inter* ΔΕ *& latus ejus rectum minor eſt differentia* inter ΑΓ & latus ejus rectum. Q. E. D.

## PROPOSITIO XXXVII.

*In omni Ellipſi, ſi figuræ ſectionis fiant ſuper diametros lateribus ſuis rectis majores: erit differentia laterum figuræ ſuper Axem majorem factæ major differentiâ laterum figuræ ſuper quamvis aliam ex diametris illis factæ; ac differentia hæc in diametris Axi propioribus major erit quam in remotioribus: differentia autem laterum figuræ, in diametris lateribus ſuis rectis minoribus, maxima ſit inter Axem minorem & latus ejus rectum: quæque Axi minori propiores ſunt diametri majorem habent hanc differentiam quam ab eodem remotiores: differentia etiam inter latera figuræ Axis minoris* major *eſt quam inter latera figuræ Axis majoris.*

Sit Ellipſeos Axis major ΑΓ, minor vero ΔΕ; ac ſint diametri aliæ ΚΒ, ΖΗ, quarum utraque major ſit latere ſuo recto. Dico differentiam inter ΑΓ & latus ejus rectum majorem eſſe differentia inter ΒΚ & latus ejus rectum; differentiam vero inter BK & latus ejus rectum majorem esse differentia inter ZH & latus ejus rectum.

Quoniam enim AΓ major est latere ejus recto, & KB major latere ejus recto; ac latus rectum diametri KB (per 24$^{am}$ hujus) majus est latere recto figuræ Axis AΓ; erit differentia inter AΓ & latus ejus rectum major differentiâ inter BK & latus ejus rectum. Eodem modo probabitur differentiam inter BK & latus ejus rectum majorem esse differentiâ inter ZH & latus rectum ejus.

Similiter si utræque BK, ZH minores fuerint quam latera sua recta. Dico differentiam inter ΔE & latus ejus rectum majorem esse differentiâ inter ZH & latus rectum ejus: ac differentiam inter ZH & latus ejus rectum majorem esse differentia inter BK & latus ejus rectum.







Quia Axis ΔE minor est quam ZH, ac latus ejus rectum majus est latere recto diametri ZH, per 24$^{am}$ hujus; erit differentia inter ΔE & latus ejus rectum major differentia inter ZH & latus ejus rectum: ac pari argumento differentia inter ZH & latus ejus rectum major erit differentia inter KB & latus ejus rectum.

Porro cum latus rectum figuræ Axis minoris ΔE (per 15$^{am}$ primi) sit ad ΔE sicut AΓ ad latus rectum figuræ Axis AΓ; ac, per eandem, latus rectum figuræ Axis ΔE majus sit quam AΓ; erit differentia inter ΔE & latus ejus rectum *major* differentia inter AΓ & latus ejus rectum. [*Per conversionem enim rationis latus rectum Axis* ΔE *est ad differentiam inter* ΔE *&* *latus ejus rectum sicut* AΓ *ad differentiam inter latera figuræ Axis* AΓ, *ac permutando.*] Q. E. D.

## PROPOSITIO XXXVIII.

*SI in Hyperbolâ latus transversum figuræ Axis non minus fuerit tertiâ parte lateris ejus recti: summa utriusque lateris figuræ sectionis, super quamlibet diametrum præter Axem factæ, major erit summâ laterum figuræ Axis simul sumptorum; ac summa laterum figuræ super diametrum Axi propiorem factæ minor erit quam latera figuræ diametri remotioris simul sumpta.*

Sit AΓ Hyperbolæ Axis, qui non sit minor tertiâ parte lateris ejus recti; ac sint KB, ξT diametri duæ quævis aliæ. Dico quod latera duo figuræ Axis AΓ simul sumpta minora sunt lateribus figuræ diametri KB simul sumptis, quodque latera figuræ ipsius KB minora sunt lateribus figuræ diametri ξT.




Primum sit AΓ non minor latere ejus recto: & diameter KB major erit Axe AΓ, & diameter ξT major diametro KB; latus etiam rectum diametri ξT (per 33$^{am}$ hujus) majus erit latere recto diametri KB; & latus rectum diametri KB majus erit latere recto Axis AΓ: diameter igitur ξT una cum latere ejus recto major erit diametro KB unà cum latere ejus recto: ac diameter KB unà cum latere ejus recto major erit Axe AΓ unà cum latere ejus recto. Latera igitur, figuram super diametrum ξT factam continentia, simul sumpta majora sunt lateribus figuræ diametri KB: atque hæc latera majora sunt utroque latere figuræ super AΓ factæ simul sumpto. Q. E. D.

PROPO-

## PROPOSITIO XXXIX.

Verum si Axis ΑΓ minor fuerit latere ejus recto, sed non minor tertiâ parte ejusdem lateris recti. Fiat ΓΝ ad ΝΑ & ΑΞ ad ΞΓ in ratione Axis ΑΓ ad latus ejus rectum; ac per punctum Γ ducantur utrique diametro Τξ, ΚΒ parallelæ, ut ΓΔ, ΑΓ; & de punctis Δ, Λ demittantur ad Axem normales ΔΕ, ΛΜ.

Quoniam vero ΑΓ est ad latus ejus rectum sicut ΑΞ ad ΞΓ, ac ΑΓ non est minor tertiâ parte lateris ejus recti; erit ΑΞ non minor tertiâ parte ipsius ΑΝ: unde etiam recta ΑΞ non minor erit quartâ parte ipsarum ΑΝ, ΑΞ simul sumptarum, & rectangulum sub ΑΝ, ΑΞ simul in quadruplum ipsius ΑΞ non minus erit quadrato ex ipsis ΑΝ, ΑΞ simul; adeoque ratio quadrupli rectanguli sub ΝΑ, ΑΞ simul & ΑΜ ad quadruplum rectangulum sub ΝΑ, ΑΞ simul & ΑΞ non major erit ratione quadrupli rectanguli sub ΝΑ, ΑΞ simul & ΑΜ ad quadratum ex ipsis ΝΑ, ΑΞ simul sumptis; ac componendo ratio ΜΞ ad ΞΑ non major erit ratione quadrupli rectanguli sub ΝΑ, ΑΞ simul & ΑΜ una cum quadrato ex utrâque ΝΑ, ΑΞ simul ad quadratum ex ΝΑ, ΑΞ simul. Sed quater rectangulum sub ΝΑ, ΑΞ simul & ΑΜ cum quadrato ex ΝΑ, ΑΞ simul (*per Lemm.*I. *Abdol.*) minus est quadrato ex ΞΜ, ΜΝ simul: adeoque ratio ΜΞ ad ΞΑ minor est ratione quadrati ex ΜΝ, ΜΞ simul ad quadratum ex ipsis ΝΑ, ΑΞ simul sumptis. Sed ΜΞ est ad ΞΑ ut rectangulum sub ΓΝ, ΜΞ ad rectangulum sub ΓΝ, ΞΑ; quare ratio rectanguli sub ΓΝ, ΜΞ ad rectangulum sub ΓΝ, ΞΑ minor est ratione quadrati ex ΜΝ, ΜΞ simul ad quadratum ex ΝΑ, ΑΞ: ac permutando, ratio rectanguli sub ΓΝ, ΜΞ ad quadratum ex ΜΝ, ΜΞ simul minor est ratione facti sub ΓΝ, ΞΑ ad quadratum ex ΝΑ, ΑΞ simul. Verum rectangulum sub ΓΝ, ΜΞ (per 17[um] hujus) est ad quadratum ex ΜΝ, ΜΞ simul, ut quadratum ex ΑΓ ad quadratum diametri ΚΒ unà cum latere ejus recto simul sumptæ; ac rectangulum sub ΓΝ, ΑΞ




est ad quadratum ex ΝΑ, ΑΞ simul, sicut quadratum Axis ΑΓ ad quadratum ex ΑΓ una cum latere ejus recto simul sumpto: ratio igitur quadrati ex ΑΓ ad quadratum summæ laterum figuræ diametri ΚΒ minor est ratione ejusdem quadrati ex ΑΓ ad quadratum summæ laterum figuræ super Axem ΑΓ factæ; ac proinde summa laterum figuræ diametri ΚΒ major est summâ laterum figuræ Axis ΑΓ.

Quinetiam cum ΜΞ major sit quartâ parte ipsarum ΜΝ, ΜΞ simul sumptarum, erit quadruplum rectanguli sub ΜΝ, ΜΞ *simul & ΜΞ* majus quadrato ex ΜΝ, ΜΞ simul sumptis: unde argumento supra usitato probabitur, rationem rectanguli sub ΓΝ, ΞΕ ad quadratum ex ΝΕ, ΕΞ simul minorem esse ratione rectanguli sub ΓΝ, ΜΞ ad quadratum ipsarum ΜΝ, ΜΞ simul. Sed rectangulum sub ΓΝ, ΞΕ (per 17[um] hujus) est ad quadratum ex ΝΕ, ΕΞ simul, ut quadratum ex ΑΓ ad quadratum summæ laterum figuræ diametri ξΤ; ac rectangulum sub ΓΝ, ΜΞ est ad quadratum ex ipsis ΜΝ, ΜΞ simul, sicut quadratum ex ΑΓ ad quadratum summæ laterum figuræ diametri ΒΚ: ratio igitur quadrati ex ΑΓ ad quadratum summæ laterum figuræ diametri ξΤ minor est ratione ejusdem ad quadratum summæ laterum figuræ diametri ΚΒ. Quapropter latera figuræ super diametrum ξΤ factæ simul sumpta majora sunt lateribus figuræ super diametrum ΚΒ factæ simul; prout latera figuræ super ΚΒ majora sunt lateribus figuræ Axis simul sumptis. Q. E. D.

## PROPOSITIO XL.

*Si vero in Hyperbolâ Axis transversus minor fuerit tertiâ parte lateris ejus recti datur: ab utrâque Axis parte diameter una tertiæ parti lateris sui recti æqualis, cujus latera figuræ simul*

 *sumpta*

*ſumpta minorem efficiunt ſummam quam latera figuræ cujuſvis alterius diametri ad eandem Axis partem ductæ; latera quoque figuræ, ſuper diametrum huic utrinque propiorem factæ, ſimul ſumpta minora ſunt lateribus figuræ ſuper remotiorem ab eâdem factæ.*

Repetatur figura in Propoſitione 35ª adhibita, ac ſit A Ξ jam minor tertiâ parte ipſius A N, unde & minor erit dimidio ipſius Ξ N. Fiat M Ξ æqualis dimidio ipſius Ξ N; & erectâ M Λ normali ſuper Axem jungatur Γ Λ, ipſique Γ Λ parallela ducatur ſectionis diameter K B. Eſt autem (per 6ªᵐ hujus) M Ξ ad M N ſicut K B ad latus rectum figuræ ejus, ac M Ξ eſt pars tertia ipſius M N; quare & K B tertia pars eſt lateris ejus recti. Ducantur inter A & B diametri quælibet ut Δ E, ξ T, iiſdemque parallelæ Γ X, Γ O; ac demittantur normales ad Axem X o, O Π.




Jam M Ξ quarta pars eſt ipſarum M N, M Ξ ſimul; quadratum vero ex M N, M Ξ ſimul majus erit rectangulo ſub M N, Ξ o ſimul & quater M Ξ; ac utrinque ſublato communi rectangulo ſub M N, Ξ o ſimul & quater M o, remanebit quadratum ex N o, o Ξ ſimul majus rectangulo ſub N M, Ξ o ſimul & quater Ξ o: ratio igitur rectanguli ſub M N, Ξ o ſimul & quater M o ad rectangulum ſub N M, Ξ o ſimul & quater Ξ o major eſt ratione ejuſdem ad quadratum ex N o, o Ξ ſimul. Sed rectangulum ſub N M, Ξ o ſimul & quater M o eſt ad rectangulum ſub N M, Ξ o ſimul & quater Ξ o ſicut M o ad o Ξ: quare ratio M o ad o Ξ major eſt ratione rectanguli ſub N M, Ξ o & quater M o ad quadratum ex N o, o Ξ ſimul: igitur componendo erit ratio M Ξ ad Ξ o major ratione rectanguli ſub M N, Ξ o ſimul & quater M o, unà cum quadrato ex N o, o Ξ ſimul, ad quadratum ejuſdem N o, o Ξ. Rectangulum autem ſub M N, Ξ o ſimul & quater M o una cum quadrato ex N o, o Ξ ſimul (*per Lemma* I. *Abdol.*) æquale eſt quadrato ex N M, M Ξ ſimul; quare ratio M Ξ ad Ξ o major eſt ratione quadrati ex N M, M Ξ ſimul ad quadratum ex N o, o Ξ ſimul. Verum M Ξ eſt ad Ξ o ſicut rectangulum ſub Γ N, M Ξ ad rectangulum ſub Γ N, Ξ o; quare ratio rectanguli ſub Γ N, M Ξ ad rectangulum ſub Γ N, Ξ o major eſt ratione quadrati ex M N, M Ξ ſimul ad quadratum ex N o, o Ξ: ac permutando ratio rectanguli ſub Γ N, M Ξ ad quadratum ex M N, M Ξ ſimul major eſt ratione rectanguli ſub Γ N, Ξ o ad quadratum ex N o, o Ξ ſimul. Eſt autem rectangulum ſub Γ N, M Ξ ad quadratum ex M N, M Ξ ſimul (per 17ªᵐ hujus) ſicut quadratum ex A Γ ad quadratum ſummæ laterum figuræ diametri K B: ac (per eandem 17ªᵐ) rectangulum ſub Γ N, Ξ o eſt ad quadratum ex N o, o Ξ ſimul ſicut quadratum ex A Γ ad quadratum ſummæ laterum figuræ diametri ſectionis Δ E. Ratio igitur quadrati ex A Γ ad quadratum ſummæ diametri laterum figuræ diametri KB major est ratione ejusdem ad quadratum laterum figuræ diametri ΔE simul sumptorum. Quocirca latera figuræ diametri KB minora sunt lateribus figuræ diametri ΔE.

Porro cum quadratum ipsarum Nο, οΞ simul sumptarum majus est rectangulo sub Nο, ΞΠ simul & quater ΞΠ; eodem, quo præcedentia demonstravimus, modo probabitur latera figuræ diametri ΔE minora esse lateribus figuræ diametri ξτ simul sumptis. Nec absimili argumento, cum rectangulum sub NΠ, ΞA & quater AΞ minus sit quadrato ex NΠ, ΠΞ simul, constabit latera figuræ diametri ξτ minora esse lateribus figuræ Axis AΓ simul sumptis.

Ducantur jam diametri aliæ remotiores ab Axe quam KB, sicut ZH, τγ; iisdemque parallelæ sint ΓΣ, Γδ; ac de punctis Σ, δ demittantur normales ad Axem ut ΣP, δσ: ac erit rectangulum sub PN, MΞ simul & quater MΞ majus quadrato ex MN, MΞ simul. Adjecto autem communi rectangulo sub PN, MΞ simul & quater PM, *erit rectangulum sub PN, MΞ simul & quater PΞ majus quadrato ex NP, PΞ simul*; & eâdem argumentandi methodo, qua in præcedentibus usi sumus, manifestum erit latera figuræ diametri ZH majora esse lateribus figuræ diametri BK. Pari modo demonstrabitur latera figuræ diametri τγ majora esse lateribus figuræ diametri ZH, ex eo quod rectangulum sub σN, PΞ simul & quater PΞ majus est quadrato ex PN, ΞP simul. Q. E. D.

## PROPOSITIO XLI.

*In omni Ellipsi latera figuræ Axis majoris simul sumpta minora sunt lateribus figuræ cujuscunque alterius diametri: ac latera figuræ diametri Axi majori propioris minora sunt lateribus figuræ diametri remotioris ab eodem: latera vero figuræ Axis minoris simul sumpta majora sunt lateribus figuræ super quamlibet aliam diametrum factæ.*

Sit AΓ Axis major Ellipseos, minor vero ΔE; diametri autem aliæ sint KB, ZH, quibus parallelæ ducantur ΓΛ, ΓI; & ad Axem demittantur normales ΛM, IO; ac fiat ΓN ad NA, ut & AΞ ad ΞΓ, sicut Axis AΓ ad latus rectum figuræ Axis: & erit quadratum ex AΓ ad quadratum rectæ ipsi AΓ una cum latere ejus recto simul æqualis, sicut quadratum ex NΓ, sive rectangulum sub NΓ, AΞ, ad quadratum ex NΞ. Sed quadratum ex AΓ est ad quadratum ex ΔE sicut NΓ ad ΓΞ, quia (per 15$^{am}$ primi) demonstratum est quadratum ex AΓ esse ad quadratum ex ΔE sicut AΓ ad latus ejus rectum; NΓ autem est ad ΓΞ sicut rectangulum sub NΓ, ΓΞ ad quadratum ex ΓΞ: quadratum etiam ex ΔE est ad quadratum rectæ æqualis utrisque ΔE & lateri recto ejusdem simul, ut quadratum ex ΓΞ est ad quadratum ex NΞ, per eandem 15$^{am}$ primi: ex æquo igitur quadratum ex AΓ est ad quadratum ex utrâque ΔE & latere recto ejusdem, sicut rectangulum sub NΓ, ΓΞ ad quadratum ex NΞ. Sed rectangulum sub NΓ, AΞ est ad quadratum ex NΞ ut quadratum ex AΓ ad quadratum compositæ ex AΓ & latere ejus recto: ratio igitur




Axis AΓ ad AΓ una cum latere ejus recto simul major est ratione ipsius AΓ ad ΔE una cum latere recto ejusdem ΔE simul. Latera igitur figuræ Axis majoris AΓ minora sunt lateribus figuræ Axis minoris ΔE simul sumptis.

Jam rectangulum sub NΓ, MΞ est ad quadratum ex NΞ (per 17$^{am}$ hujus) sicut quadratum ex AΓ ad quadratum diametri KB una cum latere ejus recto; quare ratio ipsius AΓ ad AΓ una cum latere ejus recto major est ratione ejusdem AΓ ad KB cum latere ejus recto simul: ac proinde latera figuræ super AΓ factæ minora sunt lateribus figuræ diametri KB. Quinetiam cum rectangulum sub NΓ, MΞ est

 ad

ad quadratum ex ΝΞ ut quadratum ex ΑΓ ad quadratum diametri ΚΒ una cum latere ejus recto; ac rectangulum ΝΓ, ΞΟ est ad quadratum ex ΝΞ (per eandem $17^{am}$) sicut quadratum ex ΑΓ ad quadratum diametri ΖΗ una cum latere ejus recto simul: erit igitur ratio ΑΓ ad ΚΒ una cum latere ejus recto major ratione ejusdem ad ΖΗ una cum latere ejus recto: proinde latera figuræ diametri ΚΒ simul minora sunt lateribus figuræ diametri ΖΗ. Quoniam vero rectangulum sub ΓΝ, ΞΟ est ad quadratum ex ΝΞ ut quadratum ex ΑΓ ad quadratum diametri ΖΗ una cum latere ejus recto; ac, per nuper demonstrata, rectangulum sub ΝΓ, ΓΞ est ad quadratum ex ΝΞ ut quadratum ex ΑΓ ad quadratum Axis minoris ΔΕ una cum latere ejus recto simul; erit ratio ΑΓ ad ΖΗ & latus ejus rectum simul major ratione ejusdem ad ΔΕ una cum latere ejus recto. Unde latera figuræ diametri ΖΗ simul minora sunt lateribus figuræ Axis ΔΕ simul sumptis. Q. E. D.




## PROPOSITIO XLII.

*Figura Axis, in sectione Hyperbolica, minor est figura cujusvis alterius diametri; ac diametri Axi propiores minores habent figuras quam quæ ab eodem remotiores sunt.*

Sit Hyperbolæ Axis ΑΓ, diametri autem quævis aliæ ΚΒ, ΞΤ. Dico figuram super ΑΓ factam minorem esse factâ super quamlibet aliam diametrum præter Axem: ac figuram diametri ΚΒ minorem esse figura diametri ΞΤ.

Ducantur rectæ ΓΛ, ΓΔ diametris ΚΒ, ΞΤ parallelæ; ac demittantur normales ad Axem ΛΜ, ΔΕ; ac fiat ΓΝ ad ΝΑ sicut ΑΓ ad latus rectum figuræ super ΑΓ factæ: erit igitur ΓΝ ad ΝΑ ut quadratum ex ΑΓ ad figuram sectionis super Axem factam; ac ΓΝ est ad ΝΜ (per $18^{vum}$ hujus) sicut quadratum ex ΑΓ ad figuram diametri ΚΒ. Ratio autem ΓΝ ad ΝΑ major est ratione ejusdem ad ΝΜ; quare ratio quadrati ex ΑΓ ad figuram super ΑΓ factam major est ratione ejusdem ad figuram super ΚΒ factam: adeoque figura Axis ΑΓ minor est figura diametri ΚΒ. Porro (per $18^{vum}$ hujus) ΓΝ est ad ΝΕ sicut quadratum ex ΑΓ ad figuram super ΞΤ factam, ac ΓΝ est ad ΝΜ sicut quadratum ex ΑΓ ad figuram diametri ΚΒ; ratio autem ΓΝ ad ΝΜ major est ratione ejusdem ad ΝΕ: erit igitur ratio quadrati ex ΑΓ ad figuram diametri ΚΒ major ratione ejusdem ad figuram diametri ΞΤ; ac proinde figura super ΚΒ facta major est factâ super ΞΤ. Q. E. D.




## PROPOSITIO XLIII.

*Figura Axis majoris in Ellipsi minor est figurâ cujuslibet alterius diametri; maxima autem figura ea est quæ fit super Axem minorem: figura quoque diametri Axi majori propioris minor est factâ super remotiorem ab eodem.* Vide figuram Prop. XLI.

Sit Ellipseos Axis major ΑΓ, minor ΔΕ, ac aliæ quævis diametri ΚΒ, ΖΗ. Dico figuram Axis ΑΓ minorem esse figurâ diametri ΚΒ; ac figuram ipsius ΚΒ minorem esse factâ super diametrum ΖΗ: denique figuram ipsius ΖΗ minorem esse figurâ super Axem minorem ΔΕ factâ.

* Ducantur

Ducantur ΓΔ, ΓΙ ipsis ΚΒ, ΖΗ parallelæ, ac demittantur ad Axem normales ΔΜ, ΙΟ; fiat etiam ΓΝ ad ΝΑ sicut ΑΓ ad latus ejus rectum: unde quadratum ex Axe ΑΓ erit ad figuram super Axe factam sicut ΓΝ ad ΝΑ. Sed quadratum ex ΑΓ (per $15^{am}$ primi) æquale est figuræ Axis minoris ΔΕ; quare figura Axis ΑΓ minor est factâ super Axe minore ΔΕ. Quoniam vero ΓΝ est ad ΝΜ (per $18^{vam}$ hujus) sicut quadratum ex ΑΓ ad figuram diametri ΚΒ; pariterque ΓΝ est ad ΝΟ ut quadratum ex ΑΓ ad figuram diametri ΖΗ; ut est ΓΝ ad ΝΓ sicut quadratum ex ΑΓ ad figuram Axis ΔΕ: ΑΝ autem minor est quam ΝΜ, ac ΝΜ quam ΝΟ, ac ΝΟ quam ΝΓ: erit igitur figura Axis ΑΓ minor figura diametri ΚΒ; & figura super ΚΒ facta minor erit figura diametri ΖΗ; ac figura diametri ΖΗ minor erit figura Axis ΔΕ. Q. E. D.

## PROPOSITIO XLIV.

*IN Hyperbola, si vel latus transversum figuræ Axis non minus fuerit latere ejus recto; vel si minus fuerit eo, quadratum vero ejus non minus fuerit dimidio quadrati differentiæ inter latera figuræ: erunt quadrata è lateribus figuræ Axis simul sumpta minora quadratis laterum figuræ, super quamlibet aliam sectionis diametrum factæ, simul sumptis.*

Sit Hyperbolæ Axis ΑΓ, ac quælibet aliæ diametri ΚΒ, ΞΤ; ac sive ΑΓ non minor fuerit latere ejus recto, vel si minor fuerit eo, modo quadratum ex ΑΓ non minus fuerit dimidio quadrati differentiæ inter Axem & latus ejus rectum. Dico summam quadratorum laterum figuræ Axis minorem esse quadratis laterum figuræ diametri ΚΒ simul sumptis; quadrata vero laterum figuræ super ΚΒ factæ simul minora esse quadratis laterum figuræ diametri ΞΤ.




Imprimis autem sit ΑΓ non minor latere ejus recto; ac (per $33^{am}$ hujus) erit latus rectum diametri ΚΒ majus latere recto Axis ΑΓ; & (per eandem) latus rectum diametri ΞΤ majus erit latere recto diametri ΚΒ; ΑΓ autem minor est quam ΚΒ, ac ΚΒ quam ΞΤ: proinde quadrata laterum figuræ Axis ΑΓ minora sunt quadratis laterum figuræ diametri ΚΒ; ac quadrata laterum figuræ diametri ΚΒ minora sunt quadratis laterum figuræ ΞΤ simul sumptis. Q. E. D.

## PROPOSITIO XLV.

*SI vero Axis minor fuerit quam latus ejus rectum, quadratum autem ejus non minus dimidio quadrati differentiæ inter Axem & latus ejus rectum. Dico eadem etiam consequi quæ in proximâ Propositione demonstravimus.*

Maneat figura Propositionis XLII. præcedentis; ac fiat ΓΝ ad ΝΑ ut & ΑΞ ad ΞΓ in ratione ipsius ΑΓ ad latus ejus rectum: duplum igitur quadrati ex ΑΞ non minus erit quadrato ex ΝΞ (quia ΑΞ ipsi ΓΝ æqualis est, ac ΑΓ est ad latus ejus rectum sicut ΑΞ ad ΞΓ; ac quadratum ex ΑΓ non minus est dimidio quadrati differentiæ inter ΑΓ & latus ejus rectum.) Ductis autem sectionis diametris ΚΒ, ΞΤ, parallelæ agantur rectæ ΓΔ, ΓΑ; & demittantur ad Axem normales ΔΕ, ΑΜ.

Quoniam vero ΑΓ est ad latus ejus rectum sicut ΓΝ ad ΝΑ, atque etiam ut ΑΞ ad ΞΓ; ac duplum quadrati ex ΑΞ non minus est quadrato ex ΞΝ: duplum rectangulum sub ΜΞ, ΑΞ majus erit quadrato ex ΞΝ. Adjiciatur utrinque duplum rectangulum sub ΝΑ, ΑΞ; & duplum rectangulum sub ΜΝ, ΑΞ simul & ΑΞ majus erit duplo rectangulo sub ΝΑ, ΑΞ una cum quadrato ex ΞΝ simul: hoc est, majus erit quadratis ex ΝΑ, ΑΞ simul, *per* 7.II. *El.* Quocirca ratio dupli rectanguli sub ΝΜ, ΑΞ

 &

& ΜΑ ad duplum rectangulum ſub ΝΜ, ΑΞ & ΞΑ minor eſt ratione ejuſdem ad quadrata ex ΝΑ, ΑΞ ſimul. Sed duplum rectangulum ſub ΜΝ, ΑΞ ſimul & ΑΜ eſt ad duplum rectangulum ſub ΜΝ, ΑΞ ſimul & ΑΞ, ſicut ΑΜ ad ΑΞ; quare ratio ΑΜ ad ΑΞ minor eſt ratione dupli rectanguli ſub ΜΝ, ΑΞ ſimul & ΜΑ ad quadrata ex ΝΑ, ΑΞ ſimul. Quadrata autem ex ΝΜ, ΜΞ ſimul (*per Lemma II. Abdolm.*) *æqualia* ſunt quadratis ex ΝΑ, ΑΞ ſimul una cum duplo rectangulo ſub ΝΜ, ΑΞ ſimul & ΑΜ: *componendo* igitur ratio ΜΞ ad ΞΑ minor erit ratione quadratorum ex ΝΜ & ΜΞ ſimul ad quadrata ex ΝΑ & ΑΞ ſimul. Sed ΜΞ eſt ad ΞΑ ut rectangulum ſub ΓΝ, ΜΞ ad rectangulum ſub ΓΝ, ΞΑ; quare ratio rectanguli ſub ΓΝ, ΜΞ ad rectangulum ſub ΓΝ, ΞΑ minor eſt ratione quadratorum ex ΝΜ & ΜΞ ſimul ad quadrata ex ΝΑ & ΑΞ ſimul. Permutando autem ratio rectanguli ſub ΓΝ, ΜΞ ad quadrata ex ΝΜ & ΜΞ ſimul minor eſt ratione rectanguli ſub ΓΝ, ΑΞ ad quadrata ex ΝΑ & ΑΞ ſimul. Verum rectangulum ſub ΓΝ, ΜΞ (per 19$^{am}$ hujus) eſt ad quadrata ex ΝΜ & ΜΞ ſimul, ut quadratum ex ΑΓ ad quadrata laterum figuræ diametri ΚΒ ſimul; ac rectangulum ſub ΓΝ, ΞΑ, *ſive quadratum ex* ΞΑ, eſt ad quadrata ex ΝΑ & ΑΞ ſimul, ſicut quadratum ex ΑΓ ad quadrata laterum figuræ Axis ΑΓ; ut manifeſtum eſt ex præmiſſis: ratio igitur quadrati ex ΑΓ ad ſummam quadratorum laterum figuræ diametri ΚΒ minor eſt ratione ejus ad ſummam quadratorum laterum figuræ Axis ΑΓ: quadrata igitur laterum figuræ ſuper ΚΒ factæ ſimul majora ſunt quadratis laterum figuræ Axis ſimul ſumptis. Quoniam vero duplum quadrati ex ΜΞ majus eſt quadrato ex ΞΝ, ac duplum rectangulum ſub ΕΞ, ΞΜ majus eſt quadrato ex ΝΞ; modo in præcedentibus uſurpato, probabitur quadrata laterum figuræ diametri ξΤ majora eſſe quadratis laterum figuræ diametri ΚΒ. Q. E. D.




## PROPOSITIO XLVI.

*SI vero quadratum Axis tranſverſi minus fuerit dimidio quadrati differentiæ inter Axem & latus ejus rectum: ab utrâque parte Axis reperietur diameter cujus quadratum æquatur dimidio quadrati differentiæ inter ipſam & latus ejus rectum; ac ſumma quadratorum laterum figuræ ejus minor erit quadratis laterum figuræ cujuſcunque alterius diametri ab utrâque ejus parte ſumendæ: ſumma quoque quadratorum laterum figuræ ſuper diametrum huic propiorem factæ minor erit ſummâ quadratorum laterum figuræ diametri remotioris ab eâdem.*

Sint ΓΝ ad ΝΑ, ſicut ΑΞ ad ΞΓ, in eadem ratione quam habet ΑΓ ad latus ejus rectum; ac ſit duplum quadrati ex ΑΞ minus quadrato ex ΝΞ. Fiat duplum quadrati ex ΜΞ æquale quadrato ex ΝΞ, & ad punctum Μ erigatur Axi normalis ΜΑ, ac junctâ ΓΑ eidem parallela ducatur diameter ΚΘΒ: erit igitur ΜΞ ad ΜΝ (per 6$^{am}$ hujus) ſicut ΚΒ ad latus rectum ejuſdem, adeoque quadratum ex ΚΒ æquale erit dimidio quadrati differentiæ inter eam & latus ejus rectum.

Ducantur jam inter puncta Α, Β aliæ quævis diametri ut ΔΕ, ξΤ, iiſdemque parallelæ ΓΧ, ΓΟ; & Axi normales ſint Χϙ, ΟΠ. Quoniam autem duplum quadrati ex ΜΞ æquale eſt quadrato ex ΞΝ, erit duplum rectangulum ſub ΜΞ, Ξϙ minus quadrato ex ΞΝ; ac, facto duplo rectangulo ſub ϙΝ, Ξϙ communi, erit duplum rectanguli ſub ΜΝ, Ξϙ ſimul & Ξϙ minus *duplo rectangulo ſub* ϙΝ, Ξϙ *& quadrato ex* ΞΝ *ſimul*; *hoc eſt* (*per* 7. II. *El.*) quadratis ex ϙΝ, Ξϙ. Unde eodem omnino argumentandi modo, quo uſi ſumus in Propoſitione præcedente, manifeſtum erit quadrata laterum

figuræ

figuræ diametri ΚΒ minora eſſe quadratis laterum figuræ diametri ΔΕ. Cumque duplum rectangulum ſub ΟΞ, ΞΠ minus eſt quadrato ex ΞΝ, facto duplo rectangulo ΝΠΞ communi; erit *duplum* rectangulum ſub ΟΝ, ΞΠ ſimul & ΞΠ minus quadratis ex ΝΠ, ΠΞ ſimul ſumptis: unde pari argumento conſtabit quadrata laterum figuræ diametri ΔΕ minora eſſe quadratis laterum figuræ diametri ξΤ. Quinetiam quoniam duplum rectangulum ſub ΠΞ, ΞΑ minus eſt quadrato ex ΞΝ, ſimili modo probabitur quadrata laterum figuræ diametri ξΤ minora eſſe quadratis laterum figuræ Axis ΑΓ ſimul ſumptis.




Quod ſi ducantur diametri aliæ remotiores ab Axe quam ΚΒ, ut diametri ΖΗ, τγ; iiſdem parallelæ ſint ΓΣ, Γδ; ac demittantur ad Axem normales ΣΡ, δσ. Quoniam enim *duplum* rectangulum ſub ΡΞΜ majus eſt quadrato ex ΞΝ, pari proceſſu patebit quadrata laterum figuræ diametri ΖΗ eſſe majora quadratis laterum figuræ diametri ΚΒ. Denique cum *duplum* rectangulum σΞΡ majus eſt quadrato ex ΞΝ, eodem modo demonſtrabitur quadrata laterum figuræ diametri τγ majora eſſe quadratis laterum figuræ diametri ΖΗ. Q. E. D.

## PROPOSITIO XLVII.

*IN Ellipſi, ſi quadratum lateris tranſverſi figuræ Axis majoris non majus fuerit dimidio quadrati ſummæ laterum figuræ ejus: erunt quadrata laterum figuræ Axis majoris ſimul ſumpta minora quadratis laterum figuræ cujuſcunque alterius diametri; ac quadrata laterum figuræ diametri Axi propioris ſimul ſumpta minora erunt quadratis laterum figuræ diametri remotioris ab eodem; maxima autem quadratorum ſumma fiet ex lateribus figuræ Axis minoris.*

Sit Ellipſeos Axis major ΑΓ, minor vero ΔΕ; ſitque quadratum Axis ΑΓ non majus dimidio quadrati ſummæ laterum figuræ ejus: ſint etiam aliæ ſectionis diametri ΚΒ, ξΤ, quibus ducantur parallelæ ΓΛ, ΓΙ; ac demittantur ad Axem normales ΛΜ, ΙΟ.

Fiat ΓΝ ad ΝΑ & ΑΞ ad ΞΓ in ratione Axis ΑΓ ad latus ejus rectum; ac rectangulum ſub ΝΓ, ΑΞ, *ſive quadratum ex* ΑΞ, erit ad quadrata ex ΝΓ, ΓΞ ſimul ut quadratum ex ΑΓ ad quadrata laterum figuræ ſuper ΑΓ factæ. Latus autem rectum figuræ Axis minoris ΔΕ eſt ad ΔΕ ſicut ΓΝ ad ΓΞ: quia ΓΝ eſt ad ΓΞ, ſicut ΑΓ ad latus ejus rectum, ac ΑΓ eſt ad latus ejus rectum (per 15$^{\text{tam}}$ primi) ut latus rectum Axis ΔΕ ad ipsam ΔΕ. Verum latus rectum Axis ΔΕ (per eandem 15$^{am}$ primi) est ad ipsam ΔΕ sicut quadratum ex ΑΓ ad quadratum ex ΔΕ; ac ΝΓ est ad ΓΞ sicut rectangulum ΝΓΞ ad quadratum ex ΓΞ: erit igitur rectangulum ΝΓΞ ad quadratum ex ΓΞ sicut quadratum ex ΑΓ ad quadratum ex ΔΕ. Quadratum autem ex ΓΞ est ad summam quadratorum ex ΝΓ & ΓΞ sicut quadratum Axis ΔΕ ad summam quadratorum ex lateribus figuræ super ΔΕ factæ: ex æquo igitur rectangulum ΝΓΞ erit ad summam quadratorum ex ΝΓ & ΓΞ sicut quadratum ex ΑΓ ad summam quadratorum laterum figuræ super ΔΕ factæ. Rectangulum autem sub ΝΓ & ΑΞ est ad quadrata ex ΝΓ, ΓΞ simul sicut quadratum ex ΑΓ ad quadrata laterum figuræ ipsius ΑΓ.

Quadratum autem ex ΑΓ non majus est dimidio quadrati summæ laterum figuræ ejus: duplum igitur rectanguli sub ΝΓ, ΑΞ non erit majus quadrato ex ΝΞ; ac proinde quod fit sub ΝΓ, ΜΞ bis minus erit quadrato ex ΝΞ. Sublato itaque utrinque communi rectangulo ΝΜ, ΜΞ bis; erit residuum rectangulum sub ΜΓ, ΜΞ bis minus quadratis ex ΝΜ, ΜΞ simul: ratio igitur dupli rectanguli sub ΑΜ, ΜΓ ad duplum rectangulum sub ΜΓ, ΜΞ, sive ratio ΑΜ ad ΜΞ, major erit ratione rectanguli dupli sub ΑΜ, ΜΓ ad quadrata ex ΝΜ, ΜΞ simul. Sed duplum rectangulum sub ΑΜ, ΜΓ una cum quadratis ex ΝΜ, ΜΞ simul (*per Lemma* III. *Abdolm.*) æqualia sunt quadratis ex ΝΓ, ΓΞ, ob æquales ΑΝ, ΓΞ: quare componendo erit ratio ΑΞ ad ΞΜ major ratione quadratorum ex ΝΓ & ΓΞ ad quadrata ex ΝΜ, ΜΞ simul; adeoque ratio rectanguli sub ΝΓ, ΑΞ ad rectangulum sub ΝΓ, ΞΜ major erit ratione quadratorum ex ΝΓ, ΓΞ ad quadrata ex ΝΜ, ΜΞ. Permutando autem ratio rectanguli sub ΝΓ, ΑΞ ad quadrata ex ΝΓ, ΓΞ simul major erit ratione rectanguli sub ΝΓ, ΜΞ ad quadrata ex ΝΜ, ΜΞ simul: atque supra demonstratum est rectangulum sub ΝΓ, ΑΞ esse ad quadrata ex ΝΓ, ΓΞ simul sicut quadratum ex ΑΓ ad summam quadratorum laterum figuræ ejus. Sed & (per 19$^{am}$ hujus) rectangulum sub ΓΝ, ΜΞ est ad summam quadratorum ex ΝΜ, ΜΞ, sicut quadratum ex ΑΓ ad summam quadratorum laterum figuræ diametri ΚΒ: ratio igitur quadrati ex ΑΓ ad quadrata laterum figuræ ejus simul major est ratione ejusdem ad quadrata laterum figuræ diametri ΚΒ; adeoque quadrata laterum figuræ Axis majoris ΑΓ minora sunt quadratis laterum figuræ diametri ΚΒ simul sumptis.




Jam vero ΜΝ vel minor erit quam ΟΞ, vel non minor erit eâ. Imprimis autem sit minor eâ. Unde quadrata ex ΜΝ, ΜΞ simul majora erunt quadratis ex ΝΟ, ΟΞ simul; ac quadrata ex ΝΟ, ΟΞ simul majora sunt rectangulo sub ΟΞ & dupla differentia ipsarum ΟΞ, ΜΝ; quare ratio rectanguli sub ΜΟ & dupla differentia inter ΟΞ & ΜΝ ad rectangulum sub ΟΞ & dupla differentia inter ΟΞ & ΜΝ major est ratione ejusdem ad summam quadratorum ex ΝΟ, ΟΞ; ac proinde ratio ΜΟ ad ΟΞ major erit ratione rectanguli sub ΜΟ & dupla differentia ipsarum ΟΞ, ΜΝ ad quadrata ex ΝΟ, ΟΞ simul. Sed rectangulum sub ΜΟ & dupla differentia ipsarum ΟΞ, ΜΝ unà cum quadratis ex ΝΟ, ΟΞ simul (*per Lemma* IV. *Abdolm.*) æquale est quadratis ex ΜΝ, ΜΞ simul; quia differentia inter quadrata ex ΜΝ, ΜΞ & quadrata ex ΝΟ, ΟΞ simul æqualis est duplæ differentiæ inter quadrata ex ΜΘ, ΘΟ: componendo igitur ratio ΜΞ ad ΞΟ major erit ratione quadratorum ex ΜΝ & ΜΞ simul ad quadrata ex ΝΟ & ΟΞ simul. Sed ut ΜΞ ad ΞΟ ita rectangulum sub ΓΝ, ΜΞ ad rectangulum sub ΓΝ, ΞΟ; quare ratio rectanguli sub ΓΝ, ΜΞ ad rectangulum ΓΝ, ΞΟ major est ratione summæ quadratorum ex ΜΝ, ΜΞ ad summam quadratornm ex ΝΟ, ΟΞ: ac permutando ratio rectanguli sub ΝΓ, ΜΞ ad summam quadratorum ex ΜΝ, ΜΞ major est ratione rectanguli

guli NΓ, ΞO ad summam quadratorum ex NO, OΞ. Sed rectangulum sub NΓ, MΞ est ad summam quadratorum ex MN, MΞ (per 19^am hujus) sicut quadratum ex AΓ ad summam quadratorum laterum figuræ diametri KB; ac, per eandem, rectangulum sub NΓ, ΞO est ad quadrata ex NO, OΞ simul ut quadratum ex AΓ ad summam quadratorum laterum figuræ diametri ξT: ratio itaque quadrati ex AΓ ad summam quadratorum laterum figuræ diametri KB major est ratione ejusdem ad summam quadratorum laterum figuræ diametri ξT; ac proinde quadrata laterum figuræ diametri KB minora sunt quadratis laterum figuræ diametri ξT.

Si vero MN non minor fuerit quam ΞO, summa quadratorum ex MN, MΞ non major erit summa quadratorum ex NO, OΞ; ac proveniet ratio rectanguli sub NΓ, MΞ ad quadrata ex NM, MΞ simul major ratione rectanguli sub NΓ, ΞO ad summam quadratorum ex NO, OΞ: unde, modo nuper ostenso, manifestum erit quadrata laterum figuræ diametri KB minora esse quadratis laterum figuræ diametri ξT. Hæc autem ita se habebunt, sive cadat normalis de puncto I demissa inter puncta Θ & M, vel super ipsum Θ, vel etiam inter Θ, Γ; modo segmentum MN minus fuerit intercepta NO. Est autem rectangulum sub NΓ, ΓΞ ad quadrata ex NΓ, ΓΞ simul ut quadratum ex AΓ ad summam quadratorum laterum figuræ Axis minoris ΔE, per demonstrata in principio hujus Propositionis; ac rectangulum sub NΓ, OΞ est ad quadrata ex NO & OΞ simul (per 19^am hujus) ut quadratum ex AΓ ad summam quadratorum laterum figuræ diametri ξT: unde, consimili argumento, probabitur summam quadratorum laterum figuræ diametri cujuscunque ξT minorem esse quadratis laterum figuræ Axis ΔE simul sumptis. Q. E. D.

## PROPOSITIO XLVIII.

*Si vero in Ellipsi quadratum Axis majoris majus fuerit dimidio quadrati summæ laterum figuræ Axis: dabitur ab utraque Axis parte diameter, cujus quadratum æquale est dimidio quadrati summæ laterum figuræ ejus: ac summa quadratorum laterum figuræ hujus diametri minor erit summa quadratorum laterum figuræ cujuscunque alterius diametri ad eundem sectionis quadrantem ducendæ: quadrata etiam laterum figuræ diametri huic utrinque propioris minora sunt quadratis laterum figuræ super diametrum remotiorem factæ.*

Describatur Schema præcedenti simile: ac eodem modo constabit duplum quadratum ex AΞ majus esse quadrato ex NΞ. Fiat duplum quadrati ex MΞ æquale quadrato ex NΞ, & ad punctum M erigatur Axi normalis AM occurrens sectioni in A; & jungatur ΓA, eidemque parallela ducatur sectionis diameter KB: erit igitur MΞ ad ΞN (per 7^mam hujus) sicut diameter KB ad latera figuræ ejus simul sumpta; ac proinde quadratum ex MΞ ad quadratum ex ΞN sicut quadratum ipsius KB ad quadratum summæ laterum figuræ ejus. Sed quadratum ex MΞ dimidium est quadrati ex ΞN; quare quadratum ex KB dimidium est quadrati summæ laterum figuræ ejus.

Ducantur jam diametri ΔE, ξT inter A & B; & per punctum Γ iisdem parallelæ sint ΓO, ΓT; ac demittantur ad Axem normales Oo, TΠ. Quoniam vero quadratum ex MΞ dimidium est quadrati ex ΞN, ac rectangulum sub NΞ, ΞΘ etiam dimidium est quadrati ex ΞN; erit rectangulum sub NΞ, ΞΘ æquale quadrato ex MΞ: unde NΞ erit ad MΞ sicut MΞ ad ΞΘ; ac auferendo antecedentes à consequentibus, erit residuum MN ad residuum MΘ sicut NΞ ad MΞ. Hinc rectangulum sub NΞ, MΘ æquale erit rectangulo sub MN, MΞ. Est igitur rectangulum sub NΞ, MΘ majus rectangulo sub No, MΞ; ac duplum rectanguli sub NΞ, MΘ majus rectangulo duplo sub No, MΞ: rectangulum igitur sub MΘ, ΘΞ quater majus est duplo rectangulo sub No, MΞ: Adjiciatur commune duplum rectangulum sub Mo, MΞ; & quadruplum rectangulum sub MΘ, ΘΞ unà cum duplo rectangulo sub Mo, MΞ majus erit duplo rectangulo sub MN, MΞ. Addatur insuper quater quadratum ex ΘM

 utrinque

utrinque; & erit quadruplum rectangulum sub MΘ, ΘΞ, unà cum duplo rectangulo sub Mο, MΞ & quater quadrato ex ΘM simul, majus quam duplum rectangulum sub MN, MΞ unà cum quadruplo quadrato ex ΘM. Verum quadruplum rectangulum sub MΘ, ΘΞ, una cum duplo rectangulo sub Mο, MΞ & quater quadrato ex ΘM simul (*per Lemma* V. *Abdolm.*) æquale est duplo rectangulo sub Θο, ΘM simul & MΞ; ac duplum rectangulum sub NM, MΞ unà cum quadrato ex ΘM quater (*per Lemma* VI. *Abdolm.*) æquale est quadratis ex NM, MΞ simul: rectangulum igitur duplum sub Θο, ΘM simul & MΞ majus est quadratis ex NM, MΞ simul. Unde ratio dupli rectanguli sub Θο, ΘM simul & Mο ad duplum rectangulum sub Θο, ΘM simul & MΞ minor est ratione dupli rectanguli sub Θο, ΘM simul & Mο ad summam quadratorum ex MN, MΞ: id est, ratio Mο ad MΞ minor est ratione dupli rectanguli sub Θο, ΘM & Mο ad summam quadratorum ex MN, MΞ. Quadrata autem ex Nο & οΞ simul majora sunt quadratis ex MN, MΞ, excessu rectanguli dupli sub Mο & Θο, ΘM simul, *per Lemma* IV. *Abdolm.* componendo igitur ratio οΞ ad MΞ minor erit ratione quadratorum ex Nο & οΞ simul ad quadrata ex MN, MΞ simul. Hinc, modo in Propositione præcedente usurpato, demonstrabitur quadrata laterum figuræ diametri KB minora esse quadratis laterum figuræ diametri ΔE. Cumque duplum rectangulum sub NΞ, οΘ majus est duplo rectangulo sub NΠ, οΞ; eodem argumento probabitur quadrata laterum figuræ diametri ΔE minora esse quadratis laterum figuræ diametri ξΤ.

Quoniam etiam duplum rectangulum sub NΞ, ΠΘ majus est duplo rectangulo sub NΛ, ΠΞ; pari modo patebit rationem ΛΞ ad ΞΠ minorem esse ratione quadratorum ex NΛ & ΛΞ simul ad quadrata ex NΠ, ΠΞ simul sumpta: unde pari ratiocinio constabit quadrata laterum figuræ ξΤ minora esse quadratis laterum figuræ Axis ΛΓ.




Ducantur jam, in iisdem Ellipseos quadrantibus, diametri aliæ remotiores ab Axe majore quam KB, ut ZH, τγ; & per punctum Γ his diametris parallelæ sint ΓX, Γδ: ac demittantur ad Axem normales XP, δσ. Et, argumento prædictis consimili, manifestum fiet quadrata laterum figuræ diametri KB minora esse quadratis laterum figuræ diametri ZH: atque hæc quoque minora esse quadratis laterum figuræ diametri τγ; sive puncta P, σ ceciderint utraque inter Θ & M, sive eorum unum fuerit in centro & alterum inter Θ & M vel inter Θ & Γ; vel denique si utrumque fuerit inter Θ & Γ. Quadrata igitur laterum figuræ diametri KB, cujus quadratum dimidium est quadrati summæ laterum figuræ ejus, minora sunt quadratis laterum figuræ cujuscunque alterius diametri in Ellipseos quadrantibus ΛΣ, Γθ ducendæ: ac quadrata laterum figuræ diametri huic utrinque propioris, in iisdem quadrantibus ductæ, minora sunt quadratis laterum figuræ diametri ab eadem remotioris. Consequitur etiam quadrata laterum figuræ Axis minoris Σθ majora esse quadratis è lateribus figuræ cujuscunque alterius diametri sectionis simul sumptis. Q. E. D.

## PROPOSITIO XLIX.

*SI in Hyperbola latus transversum figuræ Axis majus fuerit latere ejus recto: erit differentia quadratorum laterum figuræ Axis*

*Axis minor differentia quadratorum laterum figuræ cujuslibet alterius diametri: ac differentia quadratorum laterum figuræ diametri Axi propioris minor erit differentia quadratorum laterum figuræ diametri ab eodem remotioris: differentia autem inter quadrata laterum figuræ cujuscunque diametri sectionis præter Axem, major erit differentia inter quadratum Axis & figuram ejusdem; sed minor dupla ejus.*

Sit Axis Hyperbolæ AΓ, & centrum Θ; & sit AΓ major latere ejus recto: fiat ΓN ad NA & AΞ ad ΞΓ in ratione ipsius AΓ ad latus ejus rectum, ac ducantur diametri KB, ξT. Dico differentiam inter quadratum ex AΓ & quadratum lateris ejus recti minorem esse differentiâ inter quadratum diametri KB & quadratum lateris recti ejusdem KB: ac differentiam inter quadrata ex KB & ex latere ejus recto minorem esse differentia inter quadrata ex ξT & ex latere ejus recto.




Ducantur ΓΛ, ΓΔ diametris KB, ξT parallelæ; ac demittantur ad Axem normales ΛM, ΔE. Quoniam vero AΓ est ad latus ejus rectum ut ΓN ad NA sive ut AΞ ad ΞΓ; erit rectangulum sub ΓN, ΞA ad differentiam quadratorum ex AΞ & AN sicut quadratum ex AΓ ad differentiam quadratorum ex AΓ & ex latere ejus recto. Ratio autem MΞ ad ΞA minor est ratione MN ad NA; adeoque ratio MΞ ad ΞA minor est ratione ipsarum MΞ, MN simul ad ipsas ΞA, AN simul: ac proinde minor est ratione rectanguli sub ΞM, MN simul & ΞN ad rectangulum sub ΞA, AN simul & ΞN. Verum rectangulum sub ΞM, MN simul & ΞN (*per* 6. II. *Elem.*) differentia est inter quadrata ex ΞM & MN, ac rectangulum sub ΞA, AN simul & ΞN differentia est inter quadrata ex ΞA, AN: quare ratio rectanguli sub ΓN, MΞ ad rectangulum sub ΓN, ΞA minor est ratione differentiæ quadratorum ex ΞM & MN ad differentiam quadratorum ex ΞA & AN: ac permutando ratio rectanguli sub ΓN, MΞ ad differentiam quadratorum ex ΞM & MN minor erit ratione rectanguli sub ΓN, ΞA ad differentiam quadratorum ex ΞA, AN. Sed rectangulum sub ΓN, MΞ est ad differentiam quadratorum ex ΞN, MN (per 20$^{mam}$ hujus) sicut quadratum ex AΓ ad differentiam quadratorum è lateribus figuræ diametri KB; ac rectangulum sub ΓN, AΞ est ad differentiam quadratorum ex ΞA & AN ut quadratum ex AΓ ad differentiam quadratorum ex Axe AΓ & ex latere ejus recto: ratio igitur quadrati ex AΓ ad differentiam quadratorum è lateribus figuræ diametri KB minor est ratione ejusdem ad differentiam quadratorum laterum figuræ Axis AΓ. Quocirca differentia quadratorum laterum figuræ diametri KB major est differentia quadratorum laterum figuræ Axis.

Similiter, quoniam ratio EΞ ad ΞM minor est ratione EN ad NM, erit ratio EΞ ad ΞM minor ratione ipsarum EΞ, NE simul ad ΞM, MN simul; unde modo nuper adhibito probabitur differentiam quadratorum laterum figuræ diametri ξT majorem esse differentiâ quadratorum laterum figuræ diametri KB. Quinetiam si fiat BO æqualis lateri recto figuræ diametri KB; erit differentia inter quadrata ex BK & BO æqualis duplo rectangulo sub BO, OK una cum quadrato ex OK; quæ proinde major erit rectangulo sub BK, KO, minor vero duplo ejusdem. Verum rectangulum sub BK, KO æquale est differentiæ inter quadratum ex BK & figuram super BK factam; quæ quidem differentia (per 29$^{am}$ hujus) æqualis est differentiæ inter quadratum Axis AΓ & figuram ejusdem: differentia igitur inter quadratum diametri BK & quadratum lateris ejus recti major est differentia inter quadratum Axis AΓ & figuram ejusdem; minor vero est duplo istius differentiæ. Q. E. D.

## PROPOSITIO L.

*SI vero in Hyperbola latus transversum figuræ sectionis minus fuerit latere ejus recto: erit differentia inter quadrata laterum figuræ Axis major differentia inter quadrata laterum figuræ cujuscunque alterius diametri: ac differentia quadratorum laterum figuræ factæ super diametrum Axi propiorem major erit differentiâ quadratorum laterum factæ super remotiorem: differentia autem inter quadratum cujusvis diametri & quadratum lateris ejus recti major erit duplo differentiæ inter quadratum Axis & figuram super Axem factam.*

Sit sectionis Axis AΓ, ac fiat ΓN ad NA ut & AΞ ad ΞΓ in ratione AΓ ad latus ejus rectum; & quoad cætera sit Schema idem ac in Propositione præcedente: erit igitur rectangulum sub ΓN, AΞ ad differentiam inter quadrata ex AN & ex AΞ, sicut quadratum ex Axe AΓ ad differentiam inter quadratum istud & quadratum lateris recti figuræ Axis. Ratio autem MΞ ad ΞA major est ratione MN ad NA; adeoque ratio MΞ ad ΞA major est ratione ipsarum MΞ, MN simul ad ΞA, AN simul, ac ratio rectanguli sub ΓN, MΞ ad rectangulum sub ΓN, ΞA major erit ratione ipsarum MΞ, MN ad AΞ, AN simul. Sed rectæ MΞ, MN simul sunt ad AΞ, AN simul sicut rectangulum sub MΞ, MN simul & NΞ ad rectangulum sub ΞA, AN simul & NΞ: ratio igitur rectanguli sub ΓN, MΞ ad rectangulum sub ΓN, ΞA major est ratione rectanguli sub MΞ, MN simul & NΞ ad rectangulum sub ΞA, AN simul & NΞ. *Sed rectangulum sub* MΞ, MN *simul &* NΞ *æquale est differentiæ quadratorum ex* MN, MΞ; *ac rectangulum sub* ΞA, AN *simul &* NΞ *æquale est differentiæ quadratorum ex* ΞA *&* AN: quare, eodem modo quo præcedentia, demonstrabitur differentiam quadratorum diametri KB laterisque recti ejusdem minorem esse differentiâ quadrati Axis AΓ & lateris ejus recti: pariterque differentiam quadratorum diametri ξT & lateris ejus recti minorem esse differentia quadratorum laterum figuræ diametri KB.




Fiat autem BO æqualis lateri recto diametri KB, ac rectangulum sub BK, KO (per 29am hujus) æquale erit differentiæ inter quadratum Axis AΓ & figuram super Axem factam. Duplum autem rectanguli sub BK, KO una cum quadrato ex KO, *hoc est differentia quadratorum ex* BK *&* BO, majus est duplo rectangulo sub BK, KO: differentia igitur quadratorum laterum figuræ cujuscunque diametri KB major erit duplâ differentiâ *inter quadratum Axis* AΓ *ejusdemque figuram.* Q. E. D.

## PROPOSITIO LI.

*DIfferentia quadratorum laterum figuræ Axis majoris, in Ellipsi, major est differentia quadratorum laterum figuræ cujuslibet alterius diametri, quæ major est latere suo recto: ac differentia quadratorum laterum figuræ factæ super diametrum Axi majori propiorem major est differentia quadratorum laterum figuræ diametri remotioris ab eodem: differentia autem quadratorum laterum figuræ Axis minoris major est differentia quadratorum laterum figuræ cujusvis alterius diametri, quæ minor est latere suo recto: ac differentia quadratorum laterum figuræ diametri Axi minori propioris major erit differentia quadratorum laterum figuræ super remotiorem factæ.*

Sit

Sit Ellipseos Axis major ΑΓ, minor vero ΔΕ; ac sit ξΤ altera è diametris conjugatis æqualibus. Ducantur inter puncta Α & ξ diametri ΚΒ, ΑΜ, ac iisdem parallelæ ΓΠ, ΓΧ; & ad Axem demittantur normales Πγ, Χο: atque fiant reliqua omnia prout in Schemate Hyperbolæ Propositionis proximæ. Dico excessum quadrati ex ΑΓ supra quadratum lateris ejus recti majorem esse excessu *quadrati ex* ΚΒ supra quadratum lateris recti ejusdem; atque hunc quoque excessum majorem esse excessu quadrati ex ΑΜ supra quadratum lateris ejus recti.

Quoniam enim ratio ΑΞ ad Ξγ minor est ratione ΑΘ ad Θγ, erit ratio rectanguli sub ΓΝ, ΑΞ ad rectangulum sub ΓΝ, Ξγ minor ratione dupli rectanguli sub ΞΝ, ΑΘ ad duplum rectangulum sub ΞΝ, Θγ. Sed duplum rectangulum sub ΞΝ, ΑΘ (*per Lem.* VII. *Abd.*) æquale est differentiæ quadratorum ex ΞΑ, ΑΝ; ac duplum rectangulum sub ΞΝ, Θγ æquale est differentiæ quadratorum ex Ξγ, γΝ: ratio igitur rectanguli sub ΓΝ,ΑΞ ad rectangulum sub ΓΝ,Ξγ minor est ratione differentiæ quadratorum ex ΞΑ & ΑΝ ad differentiam quadratorum ex Ξγ,γΝ. Permutando autem ratio rectanguli sub ΓΝ, ΞΑ ad differentiam quadratorum ex ΞΑ, ΑΝ minor est ratione rectanguli sub ΓΝ, Ξγ ad differentiam quadratorum ex Ξγ, γΝ. Verum rectangulum sub ΓΝ, ΞΑ est ad differentiam quadratorum ex ΞΑ, ΑΝ sicut quadratum ex Axe ΑΓ ad differentiam quadratorum laterum figuræ ejusdem Axis, (quia ΓΝ est ad ΑΝ ut & ΑΞ ad ΞΓ in ratione Axis ad latus ejus rectum; atque adeo utraque ΑΝ, ΓΞ sunt rectæ quas Homologas vocamus) ac rectangulum sub ΓΝ, Ξγ (per 20^mam^ hujus) est ad differentiam quadratorum ex Ξγ, γΝ sicut quadratum ex ΑΓ ad differentiam quadratorum diametri ΚΒ laterisque recti ejusdem: ratio igitur quadrati ex ΑΓ ad differentiam quadratorum laterum figuræ ejus minor est ratione ejusdem quadrati ex ΑΓ ad differentiam quadratorum diametri ΚΒ & lateris ejus




recti: quapropter differentia quadratorum laterum figuræ Axis ΑΓ major est differentiâ quadratorum laterum figuræ diametri ΚΒ. Eodemque modo demonstrabitur rationem rectanguli sub ΓΝ, Ξγ ad rectangulum sub ΓΝ,Ξο minorem esse ratione differentiæ quadratorum ex Ξγ, γΝ ad differentiam quadratorum ex Ξο, οΝ: ac permutando rationem rectanguli sub ΓΝ, Ξγ ad differentiam quadratorum ex Ξγ, γΝ minorem esse ratione rectanguli sub ΓΝ,Ξο ad differentiam quadratorum ex Ξο, οΝ. Unde manifestum fiet differentiam quadratorum laterum figuræ diametri ΚΒ majorem esse differentiâ quadratorum laterum figuræ diametri ΑΜ.

Ducantur jam aliæ diametri inter ξ & Δ, sicut σδ, ΤΡ; ac per punctum Γ agantur parallelæ illis rectæ ΓΗ, ΓΟ; & demittantur ad Axem normales ΗΥ, ΟΣ. Dico differentiam quadratorum laterum figuræ Axis minoris ΔΕ majorem esse differentia inter quadratum diametri σδ & quadratum lateris recti ejus; atque hanc differentiam majorem esse differentiâ quadratorum laterum figuræ diametri ΤΡ.

Quoniam enim ratio rectanguli sub ΓΝ, ΞΥ ad rectangulum sub ΓΝ, ΞΣ major est ratione ΥΘ ad ΘΣ, (quia ΞΥ major est quam ΞΣ ac ΥΘ minor quam ΘΣ) ac ΥΘ est ad ΘΣ ut duplum rectangulum sub ΝΞ & ΥΘ ad duplum rectangulum sub ΝΞ,ΘΣ; duplum autem rectangulum sub ΞΝ,ΥΘ æquale est differentiæ quadratorum ex ΝΥ, ΥΞ, uti duplum rectangulum sub ΞΝ,ΘΣ æquale est differentiæ quadratorum ex ΝΣ, ΣΞ: ratio igitur rectanguli sub ΓΝ, ΞΥ ad rectangulum sub ΓΝ, ΞΣ major est ratione differentiæ quadratorum ex ΝΥ, ΥΞ ad differentiam quadratorum ex ΝΣ, ΣΞ: permutando autem ratio rectanguli sub ΓΝ, ΞΥ ad differentiam quadratorum ex ΝΥ, ΥΞ major erit ratione rectanguli sub ΓΝ, ΞΣ ad differentiam quadratorum ex ΝΣ, ΣΞ. Unde, eodem quo in præcedentibus usi sumus argumento, constabit rationem quadrati ex ΑΓ ad differentiam quadratorum diametri τρ & lateris ejus recti majorem esse ratione ejusdem quadrati ex ΑΓ ad differentiam quadratorum laterum figuræ diametri σδ: ac proinde differentiam quadratorum laterum figuræ diametri σδ majorem esse differentiâ inter quadratum diametri τρ & quadratum lateris recti ejus.




Denique cum ratio ΣΞ ad ΞΓ major est ratione ΣΘ ad ΘΓ (quia ΣΞ major est quam ΞΓ & ΣΘ minor quam ΘΓ) erit ratio rectanguli sub ΓΝ, ΣΞ ad rectangulum ΓΝ, ΞΓ major ratione dupli rectanguli sub ΝΞ, ΣΘ ad duplum rectangulum sub ΝΞ, ΘΓ: quocirca, modo in præcedentibus usurpato, demonstrabitur differentiam quadratorum laterum figuræ Axis minoris ΔΕ majorem esse differentia inter quadratum diametri σδ & quadratum lateris recti figuræ ejusdem. Q. E. D.

APOL-

# APOLLONII PERGÆI CONICORUM

## LIBER OCTAVUS RESTITUTUS:

SIVE

## DE PROBLEMATIS DETERMINATIS DIVINATIO.

## Halleius Aldrichio S. P.

*CUM de* Apollonio *edendo tecum agerem, non mediocriter nos angebat, quod in Codicibus etiam* Arabicis *ultimus Conicorum liber desideraretur. Tu tamen, qua es ingenii felicitate, statim sensisti, pro re deplorata non habendum esse, sed forte quadantenus restitui posse, indicio ex eo facto quod in* Pappi Collectionibus Mathematicis *eadem ipsa tradantur* Lemmata *Conicorum Octavo pariter ac Septimo demonstrando inservientia; quæ tamen in cæteros libros diversos diversa reperiuntur. Hinc Tibi pro comperto fuit, utriusque libri argumenta conjunctissima fuisse; ac Problemata Octavi à Theorematis Septimi* διορισμοῖς *suas sortiri determinationes. Illud quidem mihi, re probe perpensa, cum conjecturâ probabile tum vestigiis quibusdam indicari videbatur: quo factum ut, Te viam monstrante, jacturæ isti, quantum in me est, resarciendæ memet accingerem. Quæso igitur hoc, quicquid est conaminis, benigne accipias. Vale.*

### PROPOSITIO I. PROBL.

*DAto in Parabola data cujuslibet diametri latere recto; exhibere latus rectum cujuscunque alterius diametri.*

Quoniam (per 5^am^ VII^mi^) demonstratum est, latus rectum cujuslibet alterius diametri Parabolæ excedere latus rectum Axis, quadruplâ interceptæ inter normalem ad Axem demissam & verticem principalem sectionis: manifestum est quod, si supra verticem Axis capiatur punctum quod quartâ parte lateris ejus recti distet à vertice, portio Axis, inter punctum illud & normalem à vertice cujusvis alterius diametri demissam, erit quarta pars lateris recti istius diametri.

Sit itaque Parabolæ ΑΒΓ vertex Β, Axis ΒΔ, & latus rectum ΒΖ; producaturque Axis ad Ε, ita ut ΕΒ sit quarta pars lateris recti Axis; & per punctum quodvis sectionis Γ ducatur Axi parallela ΓΗ, quæ proinde (per 46. 1. hujus) diameter erit; ac demittatur ad Axem normalis ΓΘ. Dico latus rectum diametri ΓΗ quadruplum esse interceptæ ΘΕ.




Quod si diameter data non fuerit Axis, ut ΓΗ; producatur ΓΗ supra verticem ad Κ, ita ut ΓΚ sit quarta pars lateris recti datæ diametri; ad quam demittatur normalis de puncto quovis sectionis Λ, ut ΛΜ: erit latus rectum diametri ΛΝ quadruplum interceptæ ΚΜ. Hæc autem omnia liquido patent ex quintâ septimi hujus.

## PROPOSITIO II. PROBL.

*Vicissim dato in Parabola cujuslibet diametri latere recto; invenire diametrum quæ habeat latus suum rectum rectæ datæ æquale.*

Sit data Parabola ΑΒΓ, datæ autem diametri ΓΗ sit latus rectum datum. producatur ΓΗ ad Κ, ita ut ΓΚ sit quarta pars lateris recti diametri istius; ac fiat ΚΜ æqualis quartæ parti alicujus alterius lateris recti; & per Μ ipsi ΓΗ normalis erigatur ΛΜ, occurrens sectioni in Λ; per Λ vero ipsi ΓΗ parallela ducatur ΛΝ. Dico ΛΝ esse diametrum sectionis quæsitam, quæ producatur ad Ο.

Vel si per Κ ducatur diametro normalis ΕΚΟ, & intervallo ΟΛ quartæ parti lateris recti dati æquali ducatur ΜΛ ipsi ΕΚΟ parallela; occurret sectioni in puncto quæsito Λ. Etenim cum ΓΚ sit quarta pars lateris recti diametri ΓΗ, & ΚΜ sit quarta pars lateris recti dati, cui æqualis est ΛΟ; sit autem ΛΟ (per demonstrata in quinto VII$^{mi}$) quarta pars lateris recti diametri ΛΝ: erit igitur ΛΝ diameter illa quam quærimus.

Latus autem rectum datum (per 32. VII$^{mi}$) non minus esse potest latere recto Axis.

## PROPOSITIO III. PROBL.

*Dato in data Hyperbola datæ cujuslibet diametri latere recto; alterius cujusvis diametri latus rectum invenire.*

Sit in Hyperbola ΒΕ, cujus centrum Α, data aliqua diameter ΓΒ, ac semissi lateris ejus recti fiat ΖΒ æqualis: proponitur latus rectum diametri cujuscunque alterius ΔΕ investigandum.

Per data tria puncta Β, Ε, Ζ (per 5. 4. *El.*) describatur circulus ΕΒΖΗ occurrens diametro propositæ ΔΕ in puncto Η. Dico ΕΗ dimidium esse lateris recti quæsiti. Nam (per 29$^{um}$. VII$^{mi}$) differentia inter quadratum diametri cujuscunque Hyperbolæ & figuram ejusdem ubique eadem est: adeoque rectangula sub diametris & differentiis inter easdem & latera sua recta sunt semper æqualia, uti & rectangula contenta sub earundem dimidiis; quare rectangulum ΒΑΖ æquale est contento sub ΑΕ & differentia inter ΑΕ & semissem lateris recti diametri ΔΕ. Sed, ob circulum (per 35. vel 36. III. *Elem.*) rectangulum sub ΕΑ, ΑΗ æquale est rectangulo ΒΑΖ: est igitur ΑΗ differentia inter semidiametrum ΑΕ & semilatus rectum ejusdem diametri, ac proinde ΕΗ dimidium est lateris recti quæsiti.




PRO-

## PROPOSITIO IV. PROBL.

*IN Ellipsi datâ, si detur diameter aliqua una cum ejusdem latere recto; possumus diametri cujusvis alterius latus rectum exhibere.*

Sit ΓΕΒΔ Ellipsis data, cujus centrum Α; & diametri ΓΒ detur latus rectum, ejusque dimidio æqualis fiat ΒΖ, in producta diametro ponenda: ac sit quælibet alia diameter ΔΕ: & per tria puncta Ε, Β, Ζ describatur circulus occurrens ipsi ΔΕ productæ in puncto Η. Dico ΕΗ dimidium esse lateris recti quæsiti.

Est enim in Ellipsi (per 30. VII^mi) summa quadrati diametri cujuscunque & figuræ ejusdem semper æqualis; hoc est, rectangulum contentum sub diametro & utrâque diametro & latere ejus recto simul ubique æquale est; adeoque & contenta sub earundem dimidiis: rectangulum igitur ΒΑΖ æquale est contento sub ΕΑ & utrâque ΕΑ & semisse lateris ejus recti simul. Sed (per 36^tam III. *El.*) rectangulum ΕΑΗ æquale est rectangulo ΒΑΖ; quare ΑΗ æqualis est semidiametro ΕΑ una cum semisse lateris ejus recti simul sumpto: quapropter ΑΗ superat ΕΑ dimidio lateris recti quæsiti; duplum igitur rectæ ΕΗ eidem lateri recto æquale est.




## PROPOSITIO V. PROBL.

*DAtis lateribus figuræ Axis Hyperbolæ, & datâ quavis ejusdem diametro magnitudine: positionem diametri istius in sectione determinare, atque situm & magnitudinem diametri cum eâdem conjugatæ, latusque ejus rectum.*

Sit Hyperbolæ ΑΒ Axis transversus ΑΓ, & latus rectum ΑΔ; quod ponatur in directo Axis ad Δ & δ; ac fiat ΓΝ ad ΝΑ ut & ΑΞ ad ΞΓ sicut ΓΑ ad ΑΔ; erunt itaque puncta Ν, Ξ (per 2^dam VII^mi) termini rectarum quas *Homologas* diximus: Componendo autem ΓΑ erit ad ΑΝ sicut Axis transversus & latus ejus rectum simul ad latus rectum, sive ut ΓΔ ad ΔΑ; per conversionem vero rationis ΑΝ erit ad ΝΞ sicut ΑΔ ad Γδ differentiam Axis & lateris recti: ex æquo igitur ΓΑ erit ad ΝΞ sicut ΓΔ ad δΓ; ac proinde rectangulum sub ΝΞ & ΓΔ æquale erit contento sub ΑΓ & Γδ, sive sub Axe & differentiâ Axis laterisque recti. Rectangulum autem sub ΑΓ & differentiâ ejusdem & lateris ejus recti æquale est differentiæ quadrati Axis & figuræ ejus, quæ quidem (per 13^am & 29^am VII^mi) differentia est quadratorum è quibusvis sectionis diametris conjugatis: adeoque rectangulum sub ΝΞ, ΓΔ æquale est differentiæ quadratorum ex quibuslibet sectionis diametris conjugatis. Pone jam ΒΚ esse diametrum quam quærimus, ac repetito Schemate Prop. 6^tæ VII^mi (per eandem 6^tam) quadratum ex ΒΚ erit ad quadratum ex ΖΗ ut ΞΜ ad ΜΝ, ac per conversionem rationis quadratum ex ΒΚ erit ad differentiam quadratorum ex ΒΚ, ΖΗ, sive ad rectangulum sub ΝΞ & ΓΔ, sicut ΞΜ ad ΝΞ: quocirca quod fit sub ΝΞ & quadrato ex ΒΚ æquale erit contento sub ΝΞ & rectangulo sub ΓΔ & ΞΜ; adeoque quadratum ex ΒΚ æquale erit rectangulo sub ΞΜ & ΓΔ, sive sub ΞΜ & summâ Axis & lateris ejus recti: est igitur ΒΚ media proportionalis inter ΓΔ & ΜΞ. Dantur autem ΒΚ & ΓΔ; data est igitur ΜΞ, ac dato puncto Ξ punctum Μ datur.




Compositio autem manifesta est: manentibus enim descriptis, fiat ut ΓΔ ad ΒΚ ita BK ad MΞ, & erectâ Axi normali AM, fiat quadratum ex AM ad rectangulum AMΓ ficut figuræ Axis latus rectum ad transversum, ac punctum A (per $21^{am}$ primi) tanget sectionem. Jungantur ΛA, ΛΓ; & per centrum Θ ipsis ΛA, ΛΓ parallelæ ducantur diametri BK, ZH: habemus itaque (per demonstrata in $6^{ta}$ $VII^{mi}$) positionem utriusque diametri quæsitæ; ac factâ ΘB æquali semidiametro datæ, punctum B tanget sectionem. Fiat autem quadratum ex ΘZ vel ΘH ad quadratum ex ΘB sicut MN ad MΞ, & erit ZH diameter cum BK conjugata: ac (per eandem $6^{am}$ $VII_{mi}$) data diameter BK erit ad latus suum rectum sicut MΞ ad MN.

Invenimus itaque positionem diametri BK, & conjugatæ cum eadem tam magnitudinem quam situm, latusque rectum ejusdem, Curvâ nondum descriptâ: id quod in cæteris omnibus observandum. In hunc enim usum destinasse librum suum septimum videtur *Apollonius*, ut viam sterneret ad solutiones & determinationes problematum omnium quæ summas vel differentias diametrorum conjugatarum vel laterum figuræ earundem; sicut & summas vel differentias quadratorum ex iisdem similiaque spectant, absque supposita Sectionum delineatione: nec vulgari artificio quæsitarum diametrorum positiones in singulis assequitur.

Diametri autem conjugatæ cum diametro datâ magnitudinem,& latus rectum ejus, constructione paulo faciliore invenies, modo positionem non requiras. Capiatur enim media proportionalis inter AΓ & Γ♂ sive inter Axem & differentiam Axis & lateris ejus recti: quæ proinde poterit differentiam quadrati ex Axe & figuræ ejusdem, hoc est (per $29^{am}$ $VII^{mi}$) differentiam quadratorum è quibusvis diametris conjugatis. Sit ea ΠO; & erectâ ad OΠ normali ΠP, fiat OP æqualis diametro datæ, & erit ΠP æqualis diametro conjugatæ cum PO: si nempe latus rectum minus fuerit Axe. Si vero majus fuerit eo, fiat ΠP diametro propositæ æqualis, & juncta OP erit ejusdem diametro conjugatæ æqualis; & erecta super OP normali OΣ, erit PΣ latus rectum diametri ΠP. In priori vero casu, demissâ normali ΠT erit PT latus rectum diametri OP: conjugata enim media est proportionalis inter diametrum & latus suum rectum. Cætera patent ex $13^{a}$ & $29^{a}$ $VII^{mi}$.




Ac manifestum est diametrum propositam non minorem esse debere Hyperbolæ Axe dato.

## PROPOSITIO VI. PROBL.

*Datis Ellipseos Axe & latere recto, & datâ quavis ejusdem diametro magnitudine: diametri istius positionem designare, situmque & magnitudinem diametri cum datâ conjugatæ, simulque latus rectum ejusdem.*

Sit Ellipseos ABΓ Axis transversus AΓ, qui producatur utrinque, ac fiat utraque AΔ, A♂ æqualis lateri recto, & (per $3^{am}$ $VII^{mi}$) habeantur rectæ Homologæ AN, ΓΞ; capiendo scilicet ΓN ad NA & AΞ ad ΞΓ sicut AΓ ad AΔ. Hinc dividendo ΓA erit ad AN sicut differentia Axis & lateris ejus recti ad latus rectum, sive ut Γ♂ ad ΔA; componendo vero AN erit ad NΞ sicut latus rectum ad summam Axis laterisque ejus recti, sive ut AΔ ad ΔΓ: ex æquo igitur ΓA erit ad NΞ sicut Γ♂ ad ΔΓ, sive ut differentia Axis & lateris ejus recti ad summam eorundem: rectangulum igitur sub Axe & summâ Axis & lateris ejus recti æquale est rectangulo sub NΞ & eorundem differentiâ. Sed rectangulum sub Axe & utroque Axe & latere recto simul æquale est quadrato ex Axe & figuræ ejusdem simul; quorum quidem summa (per $30^{am}$ & $12^{am}$ $VII^{mi}$) æqualis est sum-



mæ quadratorum è quibuscunque sectionis diametris conjugatis: huic igitur summæ æquale est rectangulum sub datis ΝΞ, ΓΔ sive differentiâ Axis & lateris recti.

Puta jam factum quod quæritur, sitque diameter ΒΚ æqualis datæ, eidemque conjugata ΖΗ; ductâque ΑΓ ipsi parallelâ, jungatur ΑΔ & demittatur normalis ΑΜ: & (per demonstrata in $7^{ma}$ $VII^{mi}$) quadratum ex ΒΚ erit ad quadratum ex ΖΗ sicut ΞΜ ad ΜΝ. Componendo autem quadratum ex ΒΚ erit ad summam quadratorum ex ΒΚ, ΖΗ, hoc est ad rectangulum sub ΝΞ & ΓΔ sive differentiâ Axis & lateris ejus recti, sicut ΞΜ ad ΝΞ: igitur quod fit sub ΝΞ & quadrato ex ΒΚ æquale erit facto sub ΝΞ & rectangulo sub ΜΞ & ΓΔ; unde quadratum ex ΒΚ æquale erit rectangulo sub ΜΞ & ΓΔ, & proinde ΒΚ media proportionalis erit inter ΜΞ & ΓΔ. Datur autem utraque ΒΚ & ΓΔ: data est itaque ΜΞ; &, ob datum punctum Ξ, punctum Μ quoque datur.

Componetur autem hoc modo. Fiat ut ΓΔ sive differentia Axis & lateris ejus recti ad diametrum datam ΒΚ ita eadem ΒΚ ad ΞΜ: &, erecta normali ΜΑ, fiat quadratum ex ΜΑ ad rectangulum ΑΜΓ sicut latus rectum Axis ad ipsum Axem, ac (per $21^{am}$ primi) punctum Α tanget sectionem. Jungantur ΑΓ, ΑΔ, & per centrum Θ parallelæ ipsis ducantur diametri ΒΘΚ, ΖΘΗ; ac (per demonstrata in $7^{ma}$ $VII^{mi}$) habebuntur diametri quæsitæ positione; ac, factâ utraque ΘΒ, ΘΚ æquali semidiametro datæ, puncta quoque Β, Κ tangent sectionem. Per eandem autem $7^{am}$ $VII^{mi}$, erit ut ΜΞ ad ΜΝ ita ΒΚ ad latus rectum ejusdem, & ita quadratum ex ΒΚ ad quadratum diametri ΖΗ cum ΒΚ conjugatæ. Satisfactum est igitur problemati, & inventus est situs utriusque diametri, Ellipsi etiam nondum descriptâ.

Absque positione autem paratius est diametri conjugatæ laterisque recti magnitudinem invenire. Nam cum quadrata ex ΒΚ, ΖΗ quadratis Axium simul sumptis, hoc est summæ quadrati Axis & figuræ ejus (per $12^{mam}$ & $30^{am}$ $VII^{mi}$) semper æqualia sunt, si capiatur ΓΠ media proportionalis inter ΑΓ & ΓΔ, poterit ΓΠ summam quadratorum ex ΒΚ, ΖΗ, sive quadruplum summæ quadratorum semiaxium ΑΘ, ΘΟ, hoc est quadrati ex ΑΟ. Quapropter si diametro ΓΠ vel radio ΑΟ describatur semi-circulus ΑΔΒ, in quo inscribatur recta ΑΒ datæ diametro ΒΚ æqualis, ac jungatur ΒΔ: erit ΒΔ æqualis conjugatæ ΖΗ; erectaque ΓΔ normali super ΑΔ usque dum occurrat ipsi ΑΒ productæ in Γ, erit ΒΓ tertia proportionalis ipsis ΑΒ, ΒΔ, hoc est ipsis ΒΚ, ΖΗ; ac proinde ΒΓ æqualis erit lateri recto quæsito.




Manifestum autem est oportere diametrum ΒΚ non majorem esse Axe majore, nec minorem Axe minore, sive mediâ proportionali inter latus rectum Axis ipsumque Axem.

## PROPOSITIO VII. PROBL.

**D***atis Axe & latere recto Axis Hyperbolæ, ac datâ ratione diametrorum sectionis conjugatarum: invenire diametros illas conjugatas tam magnitudine quam positione.*

Habeantur puncta Ξ, Ν Homologarum termini, ut in quinta hujus docetur: & quoniam fieri potest ut Axis major sit latere ejus recto, vel æqualis, vel minor eo; primum sit major eo, ac (per demonstrata in $21^{ma}$ $VII^{mi}$) ratio Axis ad suam conjugatam major esse debet ratione cujuscunque alterius diametri ad suam conjugatam. Sit igitur ratio data sicut ΡΣ ad ΣΤ sive majoris ad minorem, sed minor ratione Axium inter se; ac fiat ut ΡΣ ad ΣΤ ita ΣΤ ad ΣΥ: datis igitur ΡΣ, ΣΤ datur quoque ΣΥ, & ratio ΡΣ ad ΣΥ quoque datur, nempe ratio quadratorum ex ΡΣ, ΣΤ, hoc est ratio quadratorum diametrorum quas quærimus. Puta jam factum, & sit ΒΚ diameter quæsita, ejusque conjugata ΖΗ, ac



ducatur ΓΛ ipsi BK parallela, & demittatur normalis ΛM. Erit igitur (per 6$^{\text{tam}}$ VII$^{\text{mi}}$) quadratum ex BK ad quadratum ex ZH sicut MΞ ad MN, adeoque MΞ erit ad MN sicut PΣ ad ΣT: ac, factâ ΣΦ ipsi PΣ æquali, erit dividendo ΞN ad MΞ sicut ΦT ad ΣP. Datur autem ratio ΦT ad ΣP, adeoque data est ratio ΞN ad MΞ: ac data est NΞ, quare & MΞ datur; unde, ob datum punctum Ξ, punctum M quoque datur. Est autem (per ea quæ in quinta hujus demonstravimus) diameter BK media proportionalis inter datas MΞ & summam Axis laterisque ejus recti; adeoque & BK datur magnitudine. Sed & ratio BK ad ZH datur; quapropter, ob datum BK, ZH quoque datur.




Componetur itaque problema, si fiat ut ΦT ad ΣP, sive ut differentia quadratorum è terminis rationis ΣP, ΣT, ad quadratum termini diametro BK analogi, ita ΞN ad MΞ; &, erecta normali MΛ, fiat quadratum ex MΛ ad rectangulum ΛMΓ sicut latus rectum Axis ad ipsum Axem. Jungantur ΛΓ, ΛA, & per centrum Θ iis parallelæ ducantur BΘK, ZΘH: dico eas esse diametros quæsitas positione, ut ex analysi manifestum est. Dein capiatur BK media proportionalis inter ΓΔ & MΞ; & ponatur semissis ejus de centro Θ ad B & K, quæ proinde contingent sectionem; ac fiat ut PΣ ad ΣT ita ΘB ad ΘH vel ΘZ: ac recta ZH erit diameter conjugata cum diametro BK.

Cum autem differentia quadratorum ex diametris conjugatis sit semper æqualis differentiæ quadratorum Axium, possumus modo satis expedito problema hoc resolutum dare, sed absque diametrorum positione. Radio ΣP describatur arcus circuli; ac, ductâ de centro recta ΣP, fiat ΣT æqualis minori rationis termino; & erigatur normalis TX occurrens circulo in X; & per X ducatur ΣX, si opus est, producenda. Dein capiatur TΨ, quæ poterit differentiam quadratorum ex Axibus sectionis, & ad distantiam TΨ ipsi ΣT parallela ducatur ΨΦ, occurrens ipsi ΣX in Φ, & ipsi TX parallela ducatur ΦΥ: dico ΣΦ, ΣΥ esse diametros quæsitas. Nec aliâ demonstratione opus est, nisi quod ΣΥ sit ad ΣΦ sicut ΣT ad ΣX, hoc est ad ΣP, sive in ratione proposita; quodque ΦΥ possit differentiam quadratorum ex utroque Axe, sive rectangulum sub Axe & differentia Axis laterisque ejus recti. Hoc autem fieri debet juxta 13$^{\text{am}}$ & 29$^{\text{am}}$ VII$^{\text{mi}}$.




Quod si Axis minor fuerit latere ejus recto, eadem prorsus erit tam analysis quam compositio: oportebit autem rationem propositam majorem esse ratione Axis ad Axem ejus conjugatam, minorem vero ratione æqualis ad æqualem, prout demonstratur in 22$^{\text{da}}$ VII$^{\text{mi}}$. At vero si Axes fuerint æquales, erunt quoque omnes diametri conjugatæ (per 23$^{\text{am}}$ VII$^{\text{mi}}$) æquales inter se respective; ac proinde in Hyperbola quam vocant, æquilatera, nulla alia reperietur inter conjugatas ratio nisi æqualitatis: in cæteris vero omnibus, ad rationem æqualitatis propius accedunt diametri, quo propiores asymptotis sunt.

## PROPOSITIO VIII. PROBL.

*Pariter in Ellipsi, datis Axe & latere recto ejusdem, oporteat invenire conjugatas diametros, tam magnitudine quam positione, quæ inter se sint in datâ ratione.*

Manentibus descriptis in Prop. VI$^{\text{ta}}$, sit ratio data sicut PΣ ad ΣT, & sit invenienda diameter BK quæ eandem habeat rationem ad conjugatam suam ZH ac PΣ ad ΣT. Fiat ut PΣ ad ΣT ita ΣT ad ΣΥ, ac PΣ erit ad ΣΥ sicut quadratum ex BK ad quadratum ex ZH. Quoniam vero (per 7$^{\text{am}}$ VII$^{\text{mi}}$) quadratum ex BK est ad quadratum ex ZH sicut MΞ ad MN, erit quoque PΣ ad ΣΥ sicut MΞ ad MN, ac compo-

componendo ΤΡ erit ad ΡΣ sicut ΝΞ ad ΞΜ. Datur autem ratio ΤΡ ad ΡΣ, ac proinde ratio ΝΞ ad ΞΜ datur; ac, ob datam ΝΞ, data quoque est ΞΜ, punctumque Μ datur.

Componetur itaque problema, si fiat ut ΡΣ ad ΣΤ ita ΣΤ ad ΣΥ; dein fiat ut ΡΥ ad ΣΡ ita ΝΞ ad ΞΜ; &, erecta normali ΜΛ, cujus quadratum sit ad rectangulum ΑΜΓ sicut latus rectum ad Axem ΑΓ, jungantur ΛΓ, ΛΑ, quæ ex jam dictis parallelæ erunt diametris quæsitis ΒΚ, ΖΗ per centrum Θ ducendis. Invenimus igitur utramque diametrum positione: media autem proportionalis inter Γδ (differentiam inter Axem & latus ejus rectum) & nuper inventam ΞΜ erit (per 6$^{am}$ hujus) æqualis diametro quæsitæ ΒΚ; ac si capiatur ΖΗ ad ΒΚ in ratione proposita, sive ut ΣΤ ad ΡΣ, erit ΖΗ diameter cum ΒΚ conjugata; & ΒΚ erit ad latus ejus rectum sicut ΡΣ ad ΣΤ sive ut ΜΞ ad ΜΝ, ut patet ex 7$^{ma}$ VII$^{mi}$. Atque hæc in sequentibus ubique observanda; nec opus est ut repetantur.




Oportebit autem rationem propositam non majorem esse quam ratio Axis majoris ad minorem, nec minorem ratione Axis minoris ad majorem, per ea quæ in 24$^{ta}$ septimi demonstrata sunt.

Absque positione autem diametrorum magnitudinem hoc modo invenies. Quoniam data est earum ratio, ac summa quadratorum ex iisdem æqualis est quadrato Axis & figuræ ejus simul, hoc est (per 12$^{am}$ & 30$^{mam}$ VII$^{mi}$) summæ quadratorum Axium, sive quadruplo quadrati ex ΑΟ: si termini rationis ΡΣ, ΣΤ ponantur ad angulos rectos, & in juncta ΡΤ capiatur ΡΦ ipsi ΑΟ æqualis; ac centro Φ, radio ΦΡ, describatur semicirculus occurrens ipsi ΡΣ in puncto Χ, & diametro ΡΤ in puncto Ψ, & jungatur ΧΨ: dico rectas ΡΧ, ΧΨ æquales esse diametris quæsitis. possunt enim simul quadruplum quadrati ex ΑΟ, ob angulum rectum, & sunt in ratione ΡΣ ad ΣΤ; ac proinde æquales sunt ipsis ΒΚ, ΖΗ, quas quærimus.




## PROPOSITIO IX. PROBL.

*Datis Hyperbolæ Axe & latere recto; invenire diametros ejus conjugatas, tam positione quam magnitudine, quarum summa æqualis sit rectæ datæ.*

Repetatur Schema Propositionis quintæ hujus, ac habeantur puncta Ξ, Ν termini rectarum Homologarum. Quoniam vero ΝΑ est ad ΓΝ sicut latus rectum ad Axem transversum; erit componendo ΑΓ ad ΓΝ sicut Axis transversus ac latus rectum simul ad ipsum Axem ΑΓ; ac proinde quadratum ex ΑΓ æquale erit rectangulo ΝΓΔ, sive sub ΝΓ & ea quæ æqualis est utrique Axi & lateri recto simul sumpto. Jam (per 8$^{vam}$ VII$^{mi}$) quadratum ex ΑΓ, hoc est rectangulum sub ΝΓ, ΓΔ, est ad rectangulum sub ΝΓ, ΜΞ sicut quadratum summæ diametrorum conjugatarum ad quadratum ex utraque ΜΞ & ea quæ po-



test rectangulum NMΞ simul sumptâ: erit igitur ΓΔ sive summa Axis & lateris ejus recti ad MΞ sicut quadratum summæ diametrorum conjugatarum ad quadratum ex MΞ & eâ quæ potest rectangulum NMΞ simul sumptâ, hoc est (per 4. II. *El.*) ad quadratum ex MΞ una cum rectangulo NMΞ & duplo rectangulo sub MΞ & eâ quæ potest NMΞ: erit igitur, ob utrinque inventam MΞ, ut ΓΔ (summa Axis & lateris recti) ad ΠΡ (datam summam diametrorum conjugatarum) ita eadem conjugatarum summa ad ΞM, MN simul (hoc est ad duplam ipsius ΘM) una cum dupla ejus quæ potest rectangulum NMΞ; ac proinde ita semi-summa conjugatarum ad ΘM & eam quæ potest NMΞ simul. Sit ea ΘO, quæ, ob datas ΓΔ & conjugatarum summam, data erit; &, ob datum Θ, datur quoque punctum O. Auferatur utrinque communis ΘM, & erit OM æqualis ei quæ potest rectangulum NMΞ: quocirca MN erit ad OM sicut OM ad MΞ, ac componendo NO erit ad OM sicut OΞ ad ΞM. Permutando autem NO erit ad OΞ sicut OM ad MΞ; unde iterum componendo NO & OΞ simul, sive dupla ipsius ΘO, erit ad OΞ sicut OΞ ad ΞM. Datis autem punctis Ξ, N, O rectæ quoque ΞO, ON dantur; adeoque & ΞM data est: &, dato puncto Ξ, punctum M quoque datur.

Componetur itaque problema hoc modo. Inventis punctis N, Ξ fiat ut semi-summa Axis & lateris ejus recti ad semi-summam diametrorum conjugatarum ita eadem semi-summa conjugatarum ad ΘO, quæ à centro Θ in Axe Hyperbolæ producto ponatur: dein fiat ut dupla ipsius ΘO ad OΞ ita OΞ ad ΞM; ac invento jam puncto M erigatur normalis MΛ, ac fiant cætera, prout in Prop. quinta & septima præcedentibus ostensum est.




Coëuntibus autem punctis Θ, N, Ξ, ut fit in Hyperbola æquilatera, erunt ΘO, ΞO æquales; ac proinde, si fiat ut Axis ad semi-summam conjugatarum datam ita eadem semi-summa ad ΘO: & si capiatur ΘM ipsius ΘO dimidium; erit punctum M quod quærimus. Id quod aliunde, nempe ex quintâ hujus, manifestum est.

Aliter autem, nec inconcinne, problema hoc resolvi potest. Etenim cum differentia quadratorum è quibusvis conjugatis (per 13$^{am}$ & 29$^{am}$ VII$^{mi}$) æqualis sit rectangulo sub Axe & differentia Axis laterisque ejus recti; ac rectangulum sub summâ & differentiâ diametrorum conjugatarum sit (per 6. II. *El.*) æquale differentiæ quadratorum ex iisdem; erit rectangulum sub summa & differentia conjugatarum æquale rectangulo sub Axe & differentiâ Axis & lateris ejus recti: quapropter summa conjugatarum erit ad Axem sicut differentia Axis & lateris recti ad differentiam conjugatarum. Datis autem cæteris, data quoque est differentia conjugatarum; ac proinde ipsæ conjugatæ, ob datas tam summam quam differentiam earundem.

Fiat igitur ut summa proposita ΠΡ ad Axem AΓ ita Γδ ad quartam proportionalem, quæ sit ΡΤ; ac, divisa ΠΤ bifariam in Σ, erit ΡΣ major è diametris, ΠΣ vero minor.

Inventis autem diametris (per quintam hujus) earundem positionem obtinebimus, capiendo MΞ tertiam proportionalem ipsis ΓΔ, BK, vel NM tertiam proportionalem ipsis ΓΔ, ZH. Sed hoc inversâ (ut ita dicam) compositione fit, nec ad mentem *Apollonii*, quem in singulis problematis ante omnia punctum M, unde cætera consequuntur, quæsivisse verisimile est.

Oportebit autem summam propositam non minorem esse summa Axium conjugatarum, per ea quæ demonstrata sunt ad Prop. 25. Lib. VII$^{mi}$.

## PROPOSITIO X. PROBL.

*Datis Ellipseos Axe & latere recto, invenire diametros ejus conjugatas, tam positione quam magnitudine, quarum summa rectæ datæ æqualis sit.*

Habeantur

Habeantur Homologarum termini, puncta nempe Ν, Ξ: & quoniam ΑΝ est ad ΝΓ sicut latus rectum ad Axem transversum, erit dividendo ΑΓ ad ΓΝ sicut differentia Axis & lateris recti ad Axem ΑΓ; adeoque quadratum Axis æquale erit rectangulo sub ΓΝ & Γδ differentiâ Axis & lateris recti. Est autem (per 8$^{vam}$ VII$^{mi}$) differentia Axis & lateris recti sive Γδ ad ΜΞ sicut quadratum è datâ summâ diametrorum Ellipseos conjugatarum ad quadratum ex ΜΞ una cum eâ quæ potest rectangulum ΝΜΞ simul sumptâ. Hoc autem quadratum conficitur (per 4$^{am}$ II$^{di}$ *El.*) ex quadrato ex ΜΞ & rectangulo ΝΜΞ una cum duplo rectangulo sub ΜΞ & eâ quæ potest rectangulum ΝΜΞ; & ob utrinque inventam ΜΞ, erit ut Γδ ad summam diametrorum conjugatarum ita eadem summa ad ΜΞ, ΜΝ simul (hoc est ΝΞ) una cum duplâ ejus quæ potest rectangulum ΝΜΞ; & ita semi-summa diametrorum ad ΘΞ una cum ea quæ potest rectangulum ΝΜΞ: data est igitur ΘΞ una cum ea quæ potest rectangulum ΝΜΞ. Sit ea ΘΚ, è quâ auferatur data ΘΞ: datum itaque residuum ΞΚ poterit rectangulum ΝΜΞ; hoc est (per 6$^{am}$ II$^{di}$ *El.*) differentiam quadratorum ex ΞΘ, ΘΜ: ac proinde excessus quadrati ex ΞΘ supra quadratum ex ΞΚ æqualis erit quadrato ex ΘΜ. Dantur autem ΞΘ, ΞΚ; adeoque ΘΜ data est, datumque punctum Μ.




Componetur itaque hoc modo: fiat ut semi-differentia Axis & lateris recti ad semi-summam conjugatarum (quæ sit ΠΡ) ita eadem semi-summa ad quartam proportionalem ΘΚ; quæ ponatur in Axe ultra punctum Ξ: dein in producto Axe altero ponatur ΘΧ ipsi ΚΞ æqualis, ac centro Χ radio ΞΘ describatur arcus circuli occurrens Axi, si problema possibile sit, in puncto Μ; & ordinatim ductâ rectâ ΜΛ, jungantur ΓΛ, ΑΛ, quibus parallelæ erunt diametri quas quærimus &c. Est enim quadratum ex ΘΜ æquale excessui quo quadratum ex ΞΘ superat quadratum ex ΘΧ sive quadratum ex ΚΞ, prout ex præmissâ Analysi fieri oportuit.

Invenientur autem diametri ipsæ ex data earum summa, methodo omnino diversa. Cum enim summa quadratorum diametrorum quarumvis conjugatarum sit (per 30$^{am}$ VII$^{mi}$) æqualis datæ summæ quadrati Axis & figuræ ejusdem; atque (per 4$^{am}$ II$^{di}$ *El.*) quadratum summæ sit æquale summæ quadratorum partium una cum duplo rectangulo earundem, & hoc quoque quadratum datum sit: dabitur etiam duplum rectangulum sub diametris conjugatis. Hoc autem duplo rectangulo è datâ quadratorum summâ sublato, erit reliquum (per 7$^{am}$. II. *El.*) æquale dato quadrato differentiæ conjugatarum: adeoque & ipsa differentia data est. Datis autem tam summâ quam differentiâ habentur quoque ipsæ diametri quas quærimus.

Oportebit autem datam summam diametrorum conjugatarum non minorem esse summâ Axium, nec majorem summâ conjugatarum æqualium, sive eâ quæ potest duplum quadratorum ex utroque Axe simul sumptorum; ut ex iis quæ in 26$^{ta}$ septimi demonstrata sunt.

## PROPOSITIO XI. PROBL.

*Datis Hyperbolæ Axe & latere recto, invenire diametros conjugatas, quarum differentia æqualis sit rectæ datæ.*

Maneant ea quæ in Hyperbola prius descripta sunt, ac eodem quo in præcedentibus demonstratum est modo, constabit (ex 9$^{na}$ septimi) ΓΔ, sive summam Axis & lateris recti, esse ad ΜΞ sicut quadratum ex differentiâ diametrorum quarumvis conjugatarum ad quadratum differentiæ ipsius ΜΞ & ejus quæ potest rectangulum ΝΜΞ; hoc est ad quadratum ex ΜΞ & rectangulum ΝΜΞ simul, dempto duplo rectangulo sub ΜΞ & eâ quæ potest ΝΜΞ. Cumque ΜΞ ex utraque parte inventa sit, erit ut ΓΔ ad differentiam conjugatarum ita eadem differentia ad ΜΞ, ΜΝ simul (sive ad duplam ipsius ΘΜ) demptâ duplâ ejus quæ potest rectangulum ΝΜΞ. Si igitur fiat ut ΓΔ ad datam differentiam conjugatarum ita semissis ejusdem differentiæ ad ΘΡ, data erit recta ΘΡ, punctumque Ρ datum. Est autem ΘΡ æqualis ipsi ΘΜ demptâ eâ quæ potest rectangulum ΝΜΞ: quare ΜΡ poterit rectangulum ΝΜΞ, ac ΝΜ erit ad ΜΡ sicut ΜΡ ad ΜΞ; dividendo autem ΝΡ erit ad ΡΜ sicut ΡΞ ad ΞΜ, & permutando ΝΡ erit ad ΡΞ sicut ΡΜ ad ΜΞ; unde iterum dividendo dupla ipsius ΘΡ erit ad ΡΞ sicut ΡΞ ad ΞΜ. Dantur autem puncta Θ, Ρ, Ξ; adeoque & rectæ ΘΡ, ΡΞ; ac proinde recta ΞΜ datur, punctumque Μ datum est.

Componetur igitur hoc modo. Inventis punctis Ν, Ξ, fiat ut ΓΔ, sive summa Axis & lateris ejus recti, ad datam conjugatarum differentiam, ita ejusdem differentiæ semissis ad quartam proportionalem, quæ sit ΘΡ in Axe ponenda: dein fiat ut dupla ipsius ΘΡ ad ΡΞ ita ΡΞ ad ΞΜ, ac invento puncto Μ erigatur normalis ΜΛ; fiantque cætera prout supra.




Quoniam vero in nonâ hujus ostensum est rectangulum sub summâ & differentiâ quarumvis Hyperbolæ diametrorum conjugatarum æquale esse rectangulo sub Axe & differentiâ Axis & lateris ejus recti; erit ἀνάλογον ut differentia conjugatarum ad Axem sectionis ita differentia Axis & lateris recti ad diametrorum conjugatarum summam; ac datis cæteris data quoque erit summa conjugatarum: & ob datam summam & differentiam dabuntur etiam ipsæ conjugatæ.

Hinc modo satis expedito tam nonum quam hoc undecimum problema construxeris. Erecta enim normali ΤΥ super rectam aliquam ΠΡ, fiat ΤΥ æqualis mediæ proportionali inter Axem & differentiam Axis & lateris recti, sive quæ possit differentiam quadratorum Axium, ac capiatur ΥΡ æqualis differentiæ quarumvis conjugatarum, vel ΠΥ æqualis summæ earundem; junctaque ΡΥ vel ΥΠ bifariam secetur in Φ, Χ; ac ducatur ipsi ΥΡ normalis ΦΣ, vel ΣΧ ipsi ΠΥ, quæ occurrat rectæ ΠΡ in puncto Σ: Dico rectas ΣΡ, ΣΥ æquales esse diametris conjugatis quæsitis, si ΥΡ fuerit data differentia; vel ΠΣ, ΣΥ, si ΠΥ data fuerit conjugatarum summa. Namque ob æquales ΡΦ, ΦΥ, erunt ΣΡ, ΣΥ æquales inter se, ac quadratum ex ΣΥ, hoc est ΣΡ, superabit quadratum ex ΣΤ quadrato ex ΤΥ sive differentiâ inter quadratum Axis & figuram sectionis: adeoque (per 13$^{am}$ & 29$^{am}$ VII$^{mi}$) ΡΣ, ΣΥ sunt diametris quæsitis æquales. Pari modo, si ΠΥ fuerit data summa, ΠΣ, ΣΥ erunt æquales, ob ΠΥ in Χ bisectam & angulum ΠΧΣ rectum; ac quadratum ex ΤΥ æquale erit differentiæ quadratorum ex ΠΣ, ΣΥ, quæ proinde erunt diametri quæsitæ. Oportebit autem, per ea quæ in 27$^{ma}$ septimi demonstrata sunt, differentiam conjugatarum datam minorem esse differentia inter Axes Hyperbolæ conjugatas.




*Coroll.* Hinc manifestum est quod, si in diversissimis Hyperbolis differentiæ inter quadrata Axium & figuras sectionum æquales fuerint, quascunque sumpseris diametros magnitudine datas, æquales quoque erunt diametri cum æqualibus conjugatæ.

PRO-

## PROPOSITIO XII. PROBL.

*Datis Ellipseos Axe majore & latere recto, invenire diametros ejus conjugatas, quarum differentia æqualis sit rectæ datæ.*

Iisdem manentibus quæ in Ellipsi descripsimus, erit (per $9^{am}$ $VII^{mi}$) ut quadratum Axis ad rectangulum sub $N\Gamma$, $M\Xi$ ita quadratum differentiæ diametrorum conjugatarum ad quadratum differentiæ ipsius $M\Xi$ & ejus quæ potest rectangulum $NM\Xi$; unde eodem omnino argumento quo in præcedente usi sumus, erit ut $\Gamma\delta$ (sive differentia Axis & lateris recti) ad differentiam diametrorum conjugatarum ita eadem differentia ad $M\Xi$, $MN$ simul, hoc est ad $N\Xi$ sive dupla ipsius $\Theta\Xi$, demptâ duplâ ejus quæ potest rectangulum $NM\Xi$. Fiat igitur ut differentia Axis & lateris recti ad differentiam conjugatarum ita semissis ejusdem differentiæ ad $O\Theta$, quæ proinde data est, datumque punctum $O$. Sed $O\Theta$, per jam dicta, æqualis est excessui quo $\Theta\Xi$ superat eam quæ potest rectangulum $NM\Xi$: poterit igitur recta $\Xi O$ rectangulum $NM\Xi$, hoc est (per $6^{am}$. II. *El.*) differentiam quadratorum ex $\Theta\Xi$, $\Theta M$; adeoque quadratum ex $\Theta M$ æquale est excessui quo quadratum ex $\Theta\Xi$ superat quadratum ex $O\Xi$. Dantur autem $\Theta\Xi$, $O\Xi$, unde & $\Theta M$ quoque data est, punctumque $M$ datum.




Componetur itaque problema, si fiat ut differentia Axis & lateris recti ad differentiam conjugatarum datam, ita semissis datæ differentiæ ad $\Theta O$; quæ à centro $\Theta$ in Axe versus $\Xi$ ponatur: deinde in producto Axe minore fiat $\Theta X$ ipsi $O\Xi$ æqualis, ac centro $X$ radio $\Theta\Xi$ describatur arcus circuli occurrens Axi in punctis $M$, $\mu$, æqualiter à centro $\Theta$ distantibus; & erectis normalibus ut $M\Lambda$, invenientur diametri quæsitæ modo superius descripto. Cujus compositionis ratio ex Analysi & ex $47^{ma}$ I. *El.* manifesta est.

Differentia autem proposita non major esse debet differentiâ Axium Ellipseos, nam (per $27^{am}$ $VII^{mi}$) si ponatur major eâ, problema impossible erit, punctumque $M$ extra Axem cadet.

Aliter autem, ac modo sane non inelegant, invenire possumus diametros Ellipseos conjugatas, datâ earundem vel summâ vel differentiâ. Quoniam enim $AP$ (sive ea quæ potest semiaxium quadrata simul) poterit quoque (per duodecimam $VII^{mi}$) quarumvis semidiametrorum conjugatarum quadrata; radio $AP$ describatur circulus $A\Gamma B\Delta$, & super diametrum $AB$ ad centrum $P$ erigatur normalis $\Gamma P\Delta$, occurrens circulo in $\Gamma$, $\Delta$: dein centro $\Delta$ radio $\Delta A$ circinetur arcus $AZB$, qui ob æquales $AP$, $P\Delta$ erit circuli quadrans, ac proinde angulus quem capit erit (per $20^{am}$. III. *El.*) sesquialter anguli recti. Huic arcui inscribatur $ZB$ æqualis differentiæ diametrorum conjugatarum, quæ producatur ad occursum semi-circuli $A\Gamma B$ in puncto $H$: Dico rectas $BH$, $HZ$ æquales esse diametris conjugatis quas quærimus.



Jungantur enim ΑΗ, ΑΖ, & (per 31$^{\text{am}}$. III. *El.*) angulus ΑΗΒ erit rectus; angulus autem ΗΖΑ, qui deinceps eſt angulo ΑΖΒ, eſt ſemirectus: adeoque & angulus ΗΑΖ angulo ΗΖΑ æqualis, unde & ΑΗ ipſi ΗΖ æqualis: quadrata igitur ex ΑΗ, ΗΒ (hoc eſt ex ΖΗ, ΗΒ) ſimul ſumpta, ob angulum ΑΗΒ rectum, æqualia ſunt quadruplo quadrati ex ΑΡ, hoc eſt quadratis Axium Ellipſeos ſimul ſumptis, per conſtructionem: ipſarum vero ΒΗ, ΗΖ differentia eſt recta propoſita ΖΒ; quare (per 12$^{\text{am}}$ VII$^{\text{mi}}$ hujus) ΒΗ, ΗΖ diametris conjugatis quæſitis ſunt æquales.




Si vero, ut in Propoſitione decima, data fuerit conjugatarum ſumma, ac proponatur diametros ipſas exhibere; centro Γ radio ΓΑ deſcribatur arcus ΑΘΒ, qui (per 20$^{\text{am}}$ III. *El.*) capiet angulum æqualem ſemirecto: igitur ſi recta datæ ſummæ conjugatarum æqualis, puta ΒΘ, eidem arcui inſcribatur, & ducantur ΑΘ, ΑΗ, erit angulus ΑΘΗ ſemirectus; & ob angulum ΑΗΒ rectum, erit quoque angulus ΘΑΗ ſemirectus, ac proinde ΘΗ ipſi ΗΑ æqualis erit. Quadrata autem ex ΑΗ, ΗΒ, hoc eſt ex ΘΗ, ΗΒ æqualia ſunt quadrato ex ΑΒ ſive quadratis Axium ſimul: quare rectæ ΘΗ, ΗΒ, quarum ſumma eſt ΘΒ, æquales ſunt diametris conjugatis quas invenire oportuit.

*Coroll.* Ac manifeſtum eſt quod, ſi in quibuſvis Ellipſibus ſpecie diverſis, ſummæ quadratorum Axium æquales fuerint inter ſe, quaſcunque ſumpſeris diametros magnitudine datas, æquales quoque erunt diametri cum æqualibus conjugatæ.

Hic obiter notandum quod, quemadmodum quadrato radii ΑΡ æqualis eſt *Lunula Hippocratis* ΑΛΒΓ; ita, ſi ducatur diameter ΕΓΚ ipſi ΑΒ parallela, erit ſpatium ΑΕΚΒΑ æquale quadrato ex ΕΓ, ac proinde duplum Lunulæ ΑΛΒΓ: unde ſpatium ΕΓΗΑ ſemi-lunulæ ΑΗΓΑ ſit æquale. Cujus rei demonſtratio manifeſta eſt.

## PROPOSITIO XIII. PROBL.

*Datis Axe & latere recto Hyperbolæ, invenire diametros ejus conjugatas, tam magnitudine quam poſitione, quæ contineant rectangulum rectangulo dato æquale.*

Manentibus Schematis Hyperbolæ prius deſcriptis, ponatur ΒΚ, ΖΗ diametros eſſe quæſitas. Quoniam autem (per 10$^{\text{am}}$ VII$^{\text{mi}}$) quadratum ex ΑΓ eſt ad rectangulum ſub diametris conjugatis Hyperbolæ ſicut ΝΓ ad eam quæ poteſt rectangulum ΝΜΞ, ac (per demonſtrata in 7$^{\text{ma}}$ VIII$^{\text{vi}}$) rectangulum ſub ΝΓ & ſummâ Axis & lateris recti æquale eſt quadrato ex ΑΓ; ſublato utrinque ΝΓ, erit rectangulum ſub ΓΔ (Axe & latere ejus recto ſimul) & eâ quæ poteſt rectangulum ΝΜΞ æquale rectangulo dato ſub diametris quæſitis ΒΚ, ΖΗ. Si igitur applicetur rectangulum propoſitum ad ΓΔ ſummam Axis & lateris ejus recti, data erit latitudo, nempe ea quæ poteſt rectangulum ΝΜΞ, hoc eſt (per 6$^{\text{am}}$. II. *El.*) ea quæ poteſt differentiam quadratorum ex ΘΜ, ΘΞ. Sit latitudo ea ΘΟ, ac quadratum ex ΘΟ æquale erit differentiæ quadratorum ex ΘΜ, ΘΞ: utrinque adjiciatur quadratum ex ΘΞ, & quadrata ex ΘΟ, ΘΞ æqualia erunt quadrato ex ΘΜ. Dantur autem ΘΟ, ΘΞ: adeoque & ΘΜ datur, unde & punctum Μ datum.




Componetur

Componetur autem problema hoc modo. Iisdem manentibus quæ in præcedentibus Hyperbolæ figuris, applicetur datum rectangulum sub diametris conjugatis ad rectam ΓΔ, sive ad æqualem summæ Axis & lateris ejus recti; sitque latitudo inde orta recta ΘΟ, ita ut rectangulum sub ΓΔ, ΘΟ æquale sit rectangulo dato; ac ponatur ΘΟ in Axe conjugato, & jungatur ΟΞ; ac fiat ΘΜ ipsi ΟΞ æqualis; & invento jam puncto Μ, fiant cætera ut prius. Demonstratio autem manifesta est ex Analysi & ex $47^{ma}$ I. *El.*

## PROPOSITIO XIV. PROBL.

*Similiter in Ellipsi, datis Axe & latere recto, oporteat invenire diametros ejus conjugatas, tam magnitudine quam positione, sub quibus rectangulum æquale rectangulo dato comprehendatur.*

Manentibus descriptis in prioribus Ellipseos Schematis, eodem omnino argumento quo in præcedenti usi sumus, erit (per decimam $VII^{mi}$) sicut rectangulum sub ΝΓ & Γδ differentiâ Axis laterisque ejus recti (hoc est quadratum ex ΑΓ) ad rectangulum sub diametris conjugatis ΒΚ, ΖΗ, ita ΝΓ ad eam quæ potest rectangulum ΝΜΞ; &, ob ΝΓ ex utraque parte repertam, erit rectangulum sub Γδ differentiâ Axis & lateris ejus recti & eâ quæ potest rectangulum ΝΜΞ æquale rectangulo dato, nempe sub diametris conjugatis quæsitis ΒΚ, ΖΗ contento: applicato igitur rectangulo illo proposito ad datam Γδ, dabitur latitudo ex applicatione orta, æqualis ei quæ poterit rectangulum ΝΜΞ; hoc est (per $5^{am}$. II. *El.*) ei quæ poterit excessum quo quadratum ex ΘΞ superat quadratum ex ΘΜ. Sit latitudo ista rectæ ΘΠ æqualis, & quadratum ex ΘΠ æquale erit excessui quo quadratum ex ΘΞ superat quadratum ex ΘΜ: quadratum igitur ex ΘΞ superat quadratum ex ΘΠ quadrato ex ΘΜ. Dantur autem ΘΞ, ΘΠ: quare recta ΘΜ quoque datur, punctumque Μ datum.




Compositio autem manifesta est. Nam si applicetur rectangulum datum ad Γδ differentiam Axis & lateris ejus recti; hoc est, si habeatur latitudo ΘΠ, ita ut rectangulum sub ΘΠ, Γδ sit æquale rectangulo dato, ac ponatur ΘΠ in axe minore producto; dein centro Π radio ΘΞ describatur arcus circuli occurrens Axi in punctis Μ, μ: erectis normalibus, ut ΜΛ, habebuntur, modo toties dicto, diametri conjugatæ, quarum rectangulum æquale erit dato.

Oportebit autem rectangulum datum (per $28^{am}$ $VII^{mi}$) non minus esse rectangulo sub utroque Axe comprehenso; nec majus esse quadrato sub æqualibus diametris contento, hoc est (per $12^{am}$ $VII^{mi}$) semi-summâ quadratorum ex utroque Axe, sive rectangulo sub ΘΓ, ΓΔ, quod æquale est semi-summæ quadrati Axis & figuræ ejusdem.

Obtinebimus autem easdem diametros modo prorsus diverso. Quoniam enim (per $12^{am}$ $VII^{mi}$) summa quadratorum ex ΒΚ, ΖΗ sit æqualis summæ datæ quadratorum Axium Ellipseos; si eidem summæ adjiciatur duplum rectangulum sub ΒΚ, ΖΗ, fiet (per $4^{am}$ II. *Elem*) quadratum ex ΒΚ, ΖΗ simul sumptis, adeoque ΒΚ, ΖΗ simul dantur. Si vero ab eadem quadratorum summâ auferatur duplum illud rectangulum, remanebit (per $7^{am}$ II. *Elem.*) quadratum differentiæ ipsarum ΒΚ, ΖΗ: adeoque & ipsa differentia data est. Datis autem summâ ac differentiâ duarum rectarum, ipsæ rectæ quoque dantur.

Componetur itaque, si poterit AB summam quadratorum Axium; ac ad rectos angulos ponatur BΓ potens duplum rectanguli dati sub diametris quæsitis; ac centro B, radio BΓ, describatur arcus circuli ΓE. dividatur bifariam recta AB in Δ, ac centro Δ, radio BΔ, describatur semicirculi particula occurrens arcui ΓE in E, & jungantur AE, AΓ: quæ, per jam dicta, æquales erunt summæ ac differentiæ diametrorum quæsitarum. Fiat AZ ipsi AE æqualis, & secetur ZΓ bifariam in H, & erit AH diametrorum major, HΓ vero earundem minor.




## PROPOSITIO XV. PROBL.

*Datis Hyperbolæ Axe & latere recto, invenire situm & magnitudinem diametrorum ejus conjugatarum, quarum data sit quadratorum summa.*

Maneant figuræ Hyperbolæ prius descriptæ, ac proposito diametrorum quarumvis conjugatarum BK, ZH quadratorum aggregato, oporteat ipsas diametros invenire. Quoniam (per $11^{am}$ $VII^{mi}$) quadratum ex AΓ est ad summam quadratorum ex diametris conjugatis Hyperbolæ sicut NΓ ad utramque NM, MΞ simul; ac quadratum ex AΓ æquale est rectangulo sub NΓ & ΓΔ summâ Axis & lateris recti: ob utrinque communem NΓ, erit rectangulum sub ΓΔ & utrâque NM, MΞ simul, sive duplâ ipsius ΘM, æquale datæ summæ quadratorum è diametris conjugatis. Applicatâ igitur quadratorum illorum datâ summâ ad ΓΔ summam Axis & lateris ejus recti, data erit latitudo duplæ ipsius ΘM æqualis: data est igitur ΘM, ac ob datum Θ punctum M quoque datur.




Componetur itaque problema, si applicetur semi-summa quadratorum è diametris conjugatis ad ΓΔ sive ad summam Axis & lateris ejus recti, ac ponatur latitudo ex applicatione orta de centro Θ ad punctum M in Axe situm: inventoque puncto M habebuntur diametri ipsæ, prout supra. Demonstratio autem ex Analysi manifestissima est.

Manifestum etiam est quod summa quadratorum proposita non minor esse potest summâ quadratorum Axium, hoc est summâ quadrati Axis & figuræ ejusdem, sive rectangulo AΓΔ.

## PROPOSITIO XVI. PROBL.

*Datis Ellipseos Axe & latere recto, oporteat invenire diametros ejus conjugatas, tam magnitudine quam positione, quæ datam habeant quadratorum differentiam.*

Manentibus Ellipseos figuris prius descriptis, sint diametri BK, ZH conjugatæ, quarum quadrata datam habeant differentiam: ipsarumque situm ac magnitudinem hoc modo investigabimus. Quoniam (per $14^{am}$ $VII^{mi}$) quadratum ex AΓ est ad differentiam quadratorum è diametris conjugatis sicut NΓ ad duplam ipsius ΘM; argumento toties usurpato, erit rectangulum sub Γδ (differentiâ Axis & lateris ejus recti) & duplâ ipsius ΘM æquale differentiæ quadratorum è diametris conjugatis: applicatâ itaque datâ quadratorum differentiâ ad Γδ (datam Axis & lateris recti differentiam) emerget latitudo data, nempe dupla ipsius ΘM: est igitur ΘM data, punctumque M datum.

Manifesta autem est Compositio: nam si applicetur semi-differentia quadratorum è diametris conjugatis ad Γδ differentiam Axis & lateris recti, orietur ex applicatione latitudo quæsitæ ΘM æqualis, unde cætera consequuntur.

Oportebit

Oportebit autem differentiam quadratorum propositam non majorem esse differentiâ quadratorum Axium, sive differentiâ quadrati & figuræ Axis, hoc est rectangulo $A\Gamma\delta$.




Possumus etiam aliter tam XV^um quam XVI^um problema resolvere, ope 12^mæ & 13^æ Prop. lib. Septimi. Nam cum in Hyperbola (per 13^am VII^mi) differentia quadratorum Axium æqualis sit differentiæ quadratorum quarumvis conjugatarum, si semi-summæ propositæ quadratorum ex iisdem adjiciatur ac auferatur semi-differentia data; dabuntur quadrata utriusque diametri quæsitæ, æqualia nempe datorum summæ ac differentiæ. Pariterque, ob summam quadratorum in Ellipsi (per 12^am VII^mi) datam, si detur quoque earundem differentia, eodem argumento obtinebimus utriusque diametri quadratum. Unde, si libuerit, punctum M quoque inveniemus, per demonstrata in 5^ta & 6^ta Octavi.

## PROPOSITIO XVII. PROBL.

*Datis Hyperbolæ Axe & latere recto, invenire diametros ejus conjugatas tam magnitudine quam positione, quæ datum contineant angulum.*

Hoc problema, sicut etiam sequens, nobis resolutum dedit *Apollonius* in fine Libri secundi: ibi tamen sectiones ipsas jam descriptas esse supponit. Propositionem autem 31^mam septimi inter *Theoremata dioristica* inseruisse videtur, ut viam sterneret ad solutionem eorundem problematum, ipsis Curvis nondum describi suppositis, ut in præmissis dictum est.

Quoniam enim (per 31^am septimi) rectangulum sub Axibus contentum sit æquale parallelogrammo obliquangulo sub quibuscunque duabus conjugatis diametris comprehenso; si ab extremitate diametri alicujus ad conjugatam ejus demittatur normalis, erit duplum rectanguli sub normali & diametro illâ conjugatâ contenti æquale rectangulo sub Axibus sectionis: quod proinde rectangulum erit ad rectangulum sub ipsis conjugatis contentum sicut normalis ipsa ad semi-diametrum, à cujus extremitate demissa est normalis. Dato autem angulo, data est ratio hæc, adeoque, ob datum Axium rectangulum, datum est rectangulum sub diametris conjugatis.




Pone jam factum esse quod quæritur, ac sint BK, ZH diametri conjugatæ, continentes angulum BΘZ æqualem angulo dato: demittaturq; normalis BT ad diametrum ZH; ac, ob datum angulum BΘZ, dabitur ratio BT ad BΘ. Sed, per jam dicta, sicut BT ad BΘ ita rectangulum sub Axibus ad rectangulum sub BK, ZH contentum: &, ob datos Axes, datum quoque erit rectangulum sub BK, ZH. Dato autem rectangulo sub diametris conjugatis dantur quoque ipsæ diametri, tam magnitudine quam positione, per ea quæ demonstravimus in 13^a hujus.

Hinc talis conficitur problematis compositio. Fiat angulus AΘΠ æqualis angulo dato, in qua capiatur ΘP ad Axem AΓ sicut Axis conjugatus ad ΓΔ sive summam Axis & lateris ejus recti, & super ΘP ad angulos rectos erigatur PX occurrens Axi conjugato producto in X: Dico XΞ junctam vel jungi suppositam ipsi ΘM æqualem esse. Invento autem puncto M, erigatur normalis ΛM, ac habebuntur cætera sicut prius.

Fecimus enim rectangulum sub ΓΔ, ΘΡ æquale rectangulo sub Axibus contento; &, ob angulum ΘΧΡ æqualem angulo ΖΘΒ, erit ΡΘ ad ΘΧ sicut ΤΒ ad ΒΘ, hoc est (per $31^{am}$ $VII^{mi}$ huj.) ut rectangulum sub Axibus ad rectangulum sub diametris ΒΚ, ΖΗ; erit igitur rectangulum sub ΓΔ, ΘΧ æquale contento sub diametris conjugatis ΒΚ, ΖΗ; adeoque, per ea quæ in Compositione problematis $13^{i}$ ostensa sunt, rite inventum est punctum Μ. Ac manifestum est angulum hunc non habere limitem; sed quo propiores sunt diametri conjugatæ ipsis Asymptotis, eo minorem evadere.




## PROPOSITIO XVIII. PROBL.

*Similiter in Ellipsi, datis Axe & latere ejus recto, oporteat invenire diametros conjugatas, tam magnitudine quam positione, quæ datum contineant angulum.*

Rectangulum sub Axibus Ellipseos contentum (per eandem $31^{am}$ $VII^{mi}$) æquale est parallelogrammo cuivis obliquangulo sub diametris conjugatis contento: adeoque, demissa normali ab extremitate alicujus diametri ΖΗ ad conjugatam ejus ΒΚ, ut ΗΤ, erit duplum rectangulum sub ΒΚ, ΗΤ æquale rectangulo sub Axibus contento; quod quidem datum est, adeoque rectangulum sub ΒΚ, ΗΤ datur. Est autem rectangulum sub ΒΚ, ΗΤ ad rectangulum sub ΒΚ, ΗΘ sicut ΗΤ ad ΗΘ; ratio autem ΗΤ ad ΗΘ datur, ob angulum ΒΘΗ datum: ac proinde datum est rectangulum sub ΒΚ, ΗΘ, ejusque duplum sub ΒΚ, ΗΖ, sive rectangulum sub diametris quæsitis. Dato autem conjugatarum rectangulo dabitur quoque (per $14^{am}$ $VIII^{vi}$) recta ΘΜ; unde punctum Μ datum.

Componetur itaque problema hoc modo. Fiat angulus ΑΘΡ æqualis angulo dato sub conjugatis contento, ac capiatur ΘΡ, ita ut rectangulum sub ΘΡ & Γδ (differentiâ Axis & lateris ejus recti) æquale sit rectangulo sub Axibus sectionis; & erigatur normalis ΡΠ occurrens Axi minori producto in Π: dein centro Π, radio ipsi ΘΞ æquali, describatur arcus circuli occurrens Axi majori in punctis Μ, μ; & erigantur normales ut ΜΛ, unde cætera consequentur modo toties dicto.




Rectangulum enim sub Γδ, ΘΡ æquale est parallelogrammo Ellipsi circumscripto; quod quidem est ad rectangulum sub conjugatis ΒΚ, ΖΗ sicut ΗΤ ad ΗΘ, hoc est ut ΘΡ ad ΘΠ, quia angulus ΘΠΡ angulo ΒΘΗ factus est æqualis: proinde rectangulum sub Γδ, ΘΠ erit æquale rectangulo sub ΒΚ, ΖΗ: quare (per ea quæ in $14^{ta}$ hujus invenimus) circulus centro Π, radio ΘΞ descriptus, per punctum quæsitum Μ necessario transibit.

Oportebit autem angulum acutum à diametris conjugatis contentum non minorem esse angulo deinceps ei qui sub rectis ΑΟ, ΟΓ ad mediam sectionem inclinatis continetur; uti demonstravit *Apollonius* in penultima Propositione libri II. Ac si minor fuerit eo, recta ΘΠ major evadet ipsa ΘΞ, ac proinde circulus præscriptus ad occursum Axis ΑΓ pertingere non potest.

Ipsas autem diametros obtinebimus, si datæ summæ quadratorum ex utroque Axe

Axe, five rectangulo ΑΓΔ, adjiciatur ac auferatur duplum dati rectanguli sub conjugatis, quod nempe est ad rectangulum datum sub Axibus Ellipseos in data ratione ΘΗ ad ΗΤ, five ut Radius ad finum anguli dati: habebuntur enim (per 4.$^{am}$ & 7.$^{am}$ II. *El.*) quadrata tam summæ quam differentiæ ipsarum diametrorum quæsitarum ΒΚ, ΖΗ.

Observandum autem hic loci, quod in omnibus his problematis sectionum diametros conjugatas spectantibus, non nisi duas, nempe ΒΚ, ΖΗ, inquisivimus; cum tamen etiam aliud diametrorum par proposito satisfacere possit, inclinatis diametris ad Axem sub iisdem quidem angulis sed ad alterum ejus latus. Notandum etiam quod in Schematis ac demonstrationibus præcedentibus posuimus Axem latere recto majorem: quod si minor latere recto fuerit Axis, nulla omnino difficultas aut diversitas vel in Analysi vel in Compositione Problematum exinde orietur.

## SCHOLION.

*Veteribus Geometris, ac speciatim* Apollonio *nostro, mos erat problemata plana pro resolutis habere, postquam rem eo deduxerant, ut rectangulum dato rectangulo æquale sub lateribus quæsitis contineretur, quorum summa vel differentia datæ rectæ æqualis fuerat. Hoc autem docet* Euclides *in* 28$^{va}$ *&* 29$^{na}$ Sexti Elem. *monstrando quo pacto applicandum sit parallelogrammum datum ad rectam datam, quod excedat vel deficiat parallelogrammo cuivis dato simili. Cujus quidem rei generalissime propositæ casus sunt particulares; applicare rectangulum vel quadratum ad rectam datam, quod excedat vel deficiat quadrato: hujusque effectionem postulant Geometræ* Euclide *posteriores. Quoniam vero in subsequentibus problematis fere omnibus usui erunt dictæ effectiones, ab hoc loco non alienum videbitur, earundem compendia, quantum fieri possit, simplicissima exhibere; ac more Lemmatum præmittere.*

*Oporteat igitur primo, applicare datum quadratum ad rectam datam excedens quadrato: hoc est, invenire puncta* Γ, Ζ *in data recta* ΑΒ *producta, ita ut rectangula* ΑΓΒ, ΑΖΒ *æqualia sint quadrato è recta data* ΔΕ. *Bisecetur* ΑΒ *in* Δ, *& erigatur normalis* ΔΕ, *quæ fiat æqualis lateri quadrati applicandi: ac junctæ rectæ* ΑΕ *vel jungi suppositæ æquales fiant* ΔΓ, ΔΖ: *Dico* Γ, Ζ *esse puncta quæsita.*

*Est enim quadratum ex* ΑΕ, *hoc est quadratum ex* ΓΔ, *æquale quadratis ex* ΑΔ, ΔΕ *simul. Quadratum autem ex* ΓΔ (*per* 6$^{am}$ *II. Elem.*) *æquale est quadrato ex* ΑΔ *una cum rectangulo* ΑΓΒ: *quadrata igitur ex* ΑΔ, ΔΕ *æqualia sunt quadrato ex* ΑΔ *& rectangulo* ΑΓΒ; *quare sublato communi quadrato ex* ΑΔ, *erit quadratum ex* ΔΕ *æquale rectangulo* ΑΓΒ; *quod fieri oportuit. Ac eodem modo probabitur rectangulum* ΑΖΒ *eidem quadrato ex* ΔΕ *æquale: unde manifestum est rectas* ΑΓ, ΒΖ *æquales esse.*




2$^{do}$ *Oporteat applicare datum quadratum ad rectam datam deficiens quadrato, sive invenire in recta data* ΑΒ, *inter* Α *&* Β, *puncta* Γ, Ζ, *ita ut rectangula* ΑΓΒ, ΑΖΒ *æqualia sint quadrato datæ alicujus* ΔΕ. *Bisecetur similiter* ΑΒ *in* Δ, *ac sit normalis* ΔΕ *latus quadrati dati; & centro* Ε, *radio* ΑΔ *describatur arcus circuli occurrens rectæ* Α,Β *in punctis* Γ, Ζ: *Dico* Γ, Ζ *puncta esse quæ quærimus.*

*Quadratum etenim ex* ΕΓ *æquale est quadratis ex* ΔΕ, ΓΔ *simul, ac idem quadratum ex* ΕΓ *sive* ΑΔ (*per* 5$^{am}$ *II. Elem.*) *æquale est rectangulo* ΑΓΒ *una cum quadrato ex* ΓΔ: *sublato itaque communi quadrato ex* ΓΔ, *restabit quadratum ex* ΔΕ *æquale rectangulo* ΑΓΒ; *parique argumento etiam rectangulo* ΑΖΒ: *unde* ΑΓ *ipsi* ΖΒ *&* ΑΖ *ipsi* ΓΒ *fiunt æquales. Ac manifestum est quod* ΔΕ *latus quadrati applicandi non majus esse debet dimidio rectæ datæ* ΑΒ; *nam si aliter fuerit, circulus centro* Ε *radio* ΑΔ *descriptus nec secabit neque continget ipsam* ΑΒ; *adeoque problema impossibile est.*




3° *Applicandum sit rectangulum sub datis lateribus contentum ad rectam datam excedens*

*dens quadrato, hoc est, invenienda sint in rectâ* AB *productâ puncta* H, Θ, *ita ut rectangulum* AΘB *vel* AHB *æquale sit rectangulo sub datis lateribus* AΓ, BE *contento. Erectis normalibus* AΓ, BE *ad extrema rectæ* AB *& ad contrarias partes, jungatur* ΓE, *quæ bisecetur in* Z; *ac circulus centro* Z *radio* ZΓ *descriptus transibit per quæsita puncta* H, Θ.




*Demittatur enim de centro* Z *normalis* ZΔ; *&, ob æquales* ΓZ, ZE, *erit* AΔ *ipsi* ΔB *æqualis, ac proinde* ΑΛ *ipsi* BE, *&* ΔH *ipsi* BΘ *æquales sunt: ob circulum igitur, rectangulum* ΓΑΛ, *hoc est quod sub datis* ΓA, BE *continetur æquale erit (per 35^um^ III. Elem.) rectangulo* HAΘ *sive* AHB, *eidemque æquali* AΘB. *Inventa igitur sunt puncta* H, Θ, *de quibus quæsitum fuit.*

4^to^ *Applicandum sit rectangulum sub datis lateribus ad rectam datam, deficiens quadrato; sive oporteat invenire puncta* H, Θ *in recta* AB, *ita ut rectangula* AHB, AΘB *æqualia fiant rectangulo sub datis* AΓ, BE *contento. Erigantur ad angulos rectos, ad easdem partes rectæ* AB, *normales* AΓ, BE; *ac juncta* ΓE *bisecetur in* Z: *dein centro* Z *radio* ZΓ *describatur arcus circuli, qui quidem (si problema possibile sit) occurret rectæ* AB *in punctis quæsitis* H, Θ.

*Ducatur enim* ZΔ *ipsi* AB *normalis, & ob bisectam* ΓE *in* Z *erit* AΔ *ipsi* ΔB *æqualis, ut &* ΑΛ *ipsi* BE: *proinde rectangulum* ΛAΓ, *hoc est rectangulum sub* AΓ, BE, *æquale erit (per 36^um^ III. Elem.) rectangulo* HAΘ, *hoc est ipsi* AHB *vel* AΘB *rectangulo, adeoque puncta* H, Θ *rem præstant. Oportebit autem rectangulum sub* AΓ, BE *non majus esse quadrato ex* AΔ, *quia (per 5^um^ II. El.) quadratum ex* AΔ *majus est rectangulo* AHB *quadrato ex* HΔ; *adeoque rectangulum* AHB, *hoc est* ΓAΛ, *sive quod fit sub* AΓ, BE, *non majus erit quadrato ex* AΔ *vel* ΔB. *Sin aliter fuerit, circulus* ΓΛE *rectæ* AB *non occurret: unde constabit applicationem propositam impossibilem esse.*




## PROPOSITIO XIX. PROBL.

*Datis in Hyperbola Axe & latere ejus recto, invenire diametrum quæ habeat latus suum rectum rectæ datæ æquale.*

Manentibus Schematis Hyperbolæ præcedentibus, sit recta data ξ, & erit (per 15^um^ VII^mi^) ut quadratum ex Axe AΓ, sive rectangulum sub NΓ & ΓΔ (summa Axis & lateris recti) ad rectangulum sub NΓ & MΞ, hoc est ut summa illa Axis & lateris recti ad MΞ, ita quadratum lateris recti dati ξ ad quadratum ex MN; adeoque si fiat, ut summa Axis & lateris ejus recti ad latus rectum ξ ita idem ξ ad aliam, puta ad Φ, data erit recta Φ; ac rectangulum sub MΞ & Φ æquale erit quadrato ex MN: unde MΞ erit ad MN sicut MN ad Φ. Jam si Axis sectionis major fuerit latere ejus recto, MΞ major erit quam MN, ac proinde MN major quam Φ: quare per conversionem rationis MΞ erit ad ΞN sicut MN ad excessum quo MN superat Φ, ac permutando MΞ erit ad MN sicut ΞN ad differentiam inter MN & Φ: rursusque per conversionem rationis MΞ erit ad ΞN sicut ΞN ad excessum quo ipsa ΞN superat differentiam ipsarum MN & Φ. Sed MN est excessus quo MΞ superat ΞN; igitur excessus quo ΞN superat differentiam ipsarum MN & Φ æqualis est excessui quo dupla ipsius NΞ & Φ simul superant MΞ: erit igitur ut MΞ




ad NΞ ita NΞ ad excessum quo dupla ipsius NΞ & Φ simul superant MΞ; unde rectangulum sub MΞ & excessu quo dupla ipsius NΞ & Φ simul superant MΞ æquale est

est quadrato ex NΞ. Datur autem quadratum ex NΞ; datur igitur rectangulum sub MΞ & excessu jam dicto. Adjacet autem datæ rectæ, nempe duplæ ipsius NΞ una cum Φ simul, deficiens quadrato: datur igitur recta MΞ, punctumque M datum est.

Componetur autem hoc modo. Fiat ut semi-summa Axis & lateris ejus recti ad dimidium lateris recti dati ξ, ita idem dimidium lateris recti ad semissem ipsius Φ, cui fiat NE æqualis, & erigatur Axi normalis EX quæ ponatur ipsi NΞ æqualis, & centro X radio ΞE describatur circuli particula occurrens Axi in puncto M &c. Cujus rei ratio ex Analysi & Lemmate 2^do^ Scholii manifesta est.

Si vero Hyperbolæ Axis minor fuerit latere ejus recto, erit MΞ minor quam MN. Cum autem, per præcedentia, MΞ est ad MN sicut MN ad Φ, erit Φ major quam MN: quare per conversionem rationis MΞ erit ad NΞ sicut MN ad excessum quo Φ superat MN, ac permutando MΞ erit ad MN sicut NΞ ad excessum ipsius Φ supra MN; adeoque rursus, per conversionem rationis MΞ erit ad NΞ sicut NΞ ad excessum quo differentia inter Φ & duplam ipsius NΞ superat MΞ: igitur rectangulum sub MΞ & excessu quo MΞ superatur à differentia quæ est inter Φ & duplam ipsius NΞ æquale erit quadrato ex NΞ. Sed datum est quadratum ex NΞ: datum igitur est rectangulum sub MΞ & dictum excessum. Adjacet autem rectangulum illud datum rectæ datæ, nempe excessui quo Φ superat duplam ipsius NΞ, deficiens quadrato: datur igitur MΞ, punctumque M datum.




Compositio autem vix diversa est, nisi quod, hoc in casu, punctum N à vertice remotius est quam Ξ: fiat igitur ut semi-summa Axis & lateris ejus recti ad semi-latus rectum datum, ita idem semi-latus rectum ad tertiam proportionalem, cui æqualis ponatur NE; & erectâ ad Axem normali EX, fiat EX ipsi NΞ æqualis; & centro X radio ΞE describatur arcus circuli occurrens Axi in puncto M quæsito, vel in punctis M, μ, quoties fieri possit: est enim NE æqualis dimidio ipsius Φ; adeoque ΞE æqualis dimidio ejus cui adjacet rectangulum æquale quadrato ex NΞ deficiens quadrato, nempe dimidio excessûs quo Φ superat duplam ipsius NΞ.

*Διορισμός*. In primo quidem casu, ubi Axis major est latere ejus recto, manifestum est (ex 33^am^ VII^mi^) quod latus rectum Axis minus erit latere recto cujusvis alterius diametri; adeoque propositum latus rectum ξ debet esse majus latere recto Axis; ac quo majus est ξ eo remotior erit diameter quæsita ab Axe sectionis. Atque etiam in altero casu, si Axis minor fuerit latere ejus recto, non tamen minor dimidio ejus, eodem modo (per 34^am^ VII^mi^) se res habebit. At vero si latus rectum majus fuerit duplo Axis, erit NΞ major quam ΞA: ac si fiat ΞM ipsi NΞ æqualis, & erigatur normalis MX sive EX ipsi NΞ æqualis, habebitur (per 35^am^ VII^mi^) diameter illa sectionis BK, cujus latus rectum, ex omnibus lateribus rectis *Minimum*, duplum erit diametri; coincidentibus scilicet punctis M, E, & circulo, cujus centrum X & radius MΞ, Axem contingente in puncto M, propter ΞE ipsi EX æqualem. Diameter autem BK, per ea quæ in sextâ hujus demonstravimus, media est proportionalis inter MΞ sive NΞ & summam Axis ejusque lateris recti; adeoque rectangulum sub NΞ & summâ Axis & lateris recti æquale est quadrato ex BK. Sed summa Axis & lateris recti est ad differentiam earundem sicut Axis AΓ ad NΞ; quare rectangulum sub NΞ & summa Axis laterisque recti ejus æquale est rectangulo sub Axe & excessu lateris recti supra Axem: quadratum igitur ex BK æquale est rectangulo sub Axe & differentia Axis & lateris recti, hoc est differentiæ inter figuram Axis ejusdemque



Axis quadratum: erit igitur BK media proportionalis inter Axem & differentiam Axis & lateris recti; & latus rectum Hyperbolæ *minimum* duplum erit ipsius BK.

Quapropter si propositum latus rectum minus fuerit duplo mediæ proportionalis inter Axem & differentiam Axis laterisque ejus recti, hoc est, si quadratum ejus minus fuerit quadruplo excessu quo rectangulum sub Axe & latere ejus recto superat quadratum Axis, impossibile erit problema. Hoc si majus fuerit, sed minus latere recto Axis, invenientur duæ diametri ab utraque Axis parte, quibus idem datum latus rectum competat: si vero fuerit lateri recto Axis æquale, utrinque una reperietur præter Axem, ita ut omnino tres diametri rem præstent. Si vero latere recto Axis majus fuerit latus rectum propositum, non nisi una diameter ab utroque Axis latere problemati satisfacere potest. *Maximum* autem non datur.

Dico insuper, quemadmodum latus rectum diametri BK duplum est ipsius BK, ita, in omni casu ubi habentur, ab utraque Axis parte, duæ diametri quarum latera recta sunt æqualia, earundem summam æqualem esse communi earum lateri recto.




Est enim (per $29^{\mathrm{am}}$ $\mathrm{VII}^{\mathrm{mi}}$) differentia quadrati ex diametro quavis ZH & figuræ super ZH factæ æqualis differentiæ quadrati Axis AΓ & figuræ ejusdem; hoc est, æqualis est rectangulo sub Axe & differentiâ inter Axem & latus rectum ejus: rectangulum igitur sub ZH & excessu quo latus rectum ejus superat ipsam ZH datum est. Adjacet autem rectæ datæ, nempe lateri recto proposito, deficiens quadrato: proinde latus rectum æquale erit utrique & ZH & alteri diametro quæ idem habeat latus rectum ac ZH.

*Coroll.* Hinc manifestum est alteram diametrum, quæ latus rectum idem habet ac Axis AΓ, æqualem esse excessui quo latus illud rectum superat Axem.

## PROPOSITIO XX. PROBL.

**D*Atis in Ellipsi Axe & latere ejus recto: invenire diametrum, quæ habeat latus suum rectum rectæ datæ æquale.***

Iisdem manentibus quæ in Schematis Ellipseos prioribus. Sit recta data ξ, & oporteat invenire diametrum illam Ellipseos quæ habeat latus ejus rectum ipsi ξ æquale. Per $15^{\mathrm{am}}$ $\mathrm{VII}^{\mathrm{mi}}$, demonstratum est quadratum ex AΓ, sive rectangulum sub NΓ & Γδ (differentiâ Axis & lateris ejus recti) esse ad rectangulum sub NΓ, MΞ, sicut quadratum lateris recti ξ ad quadratum ex MN: est igitur ut differentia Axis & lateris recti ad MΞ ita quadratum ex ξ ad quadratum ex MN: quapropter si




fiat ut differentia Axis & lateris ejus recti ad ξ ita ξ ad aliam, quæ sit Φ; data erit recta Φ, ac rectangulum sub MΞ & Φ æquale erit quadrato ex MN: *ἀνάλογον* itaque MΞ erit ad MN sicut MN ad Φ, ac componendo ΞN erit ad MN sicut MN & Φ simul ad Φ; unde rectangulum sub ΞN & Φ æquale erit quadrato ex MN una cum rectangulo sub MN & Φ. Datum autem est rectangulum sub ΞN, Φ; datum igitur est rectangulum sub MN & MN & Φ simul: adjacet igitur rectangulum datum sub ΞN & Φ datæ rectæ Φ excedens quadrato; quare data est recta MN; ac ob punctum N datum, datur quoque punctum M.

Compo-

Compositio igitur manifesta est: nam si producatur ΞN ad Π, ac fiat NΠ ipsi Φ æqualis, sive ut NΠ sit ad ξ sicut ξ ad Γδ differentiam Axis laterisque ejus recti; & ad NΠ applicetur rectangulum æquale contento sub ΞN & NΠ excedens quadrato, quod sit rectangulum NMΠ: inventum erit (*per Lem.* 3$^{um}$ *Schol.*) punctum M, unde habebitur positio diametri BK quæ problemati satisfacit.

In Ellipsi etiam aliter resolvetur hoc problema, eo nempe quo usi sumus modo in Hyperbolâ; unde paulo paratior oritur constructio: nam cum MΞ sit ad MN sicut MN ad Φ, erit componendo MΞ ad ΞN sicut MN ad MN & Φ simul: ac per-




mutando MΞ erit ad MN sicut ΞN ad MN & Φ simul: rursusque componendo, MΞ erit ad ΞN sicut ΞN ad MN, ΞN & Φ simul sumptas, sive ad excessum quo Φ & duplum ipsius ΞN superat MΞ: quadratum igitur ex ΞN æquale est rectangulo sub MΞ & excessu quo Φ & dupla ipsius ΞN superant MΞ. Quod quidem rectangulum datum est, ob datam NΞ; adjacet vero rectæ datæ, nempe ei quæ æqualis est ipsis Φ & duplæ ipsius ΞN simul, deficiens quadrato: datur itaque recta MΞ; &, ob datum punctum Ξ, punctum M quoque datur.

Hinc talis conficitur constructio. Fiat ut differentia Axis laterisque ejus recti ad ξ ita dimidium ipsius ξ ad dimidium ipsius Φ, cui fiat ipsa NE æqualis; & erectâ normali EX, fiat EX ipsi NΞ æqualis, ac centro X radio ΞE describatur circuli particula occurrens Axi in puncto M: quo invento, cætera peragantur ut prius.

Ac manifestus est hujus problematis διορισμός. Nam si latus rectum propositum minus fuerit latere recto Axis majoris, vel majus latere recto Axis minoris, impossibile erit problema; cadente puncto M, in priori casu, inter E & A; in posteriore, ultra verticem Γ.

## PROPOSITIO XXI. PROBL.

*Datis Hyperbolæ Axe & latere recto Axis; invenire diametrum ejus, quæ ad latus suum rectum datam habeat rationem.*

Manentibus prius descriptis, sit ratio data sicut Σ ad T, ac ponatur BK diameter quæsita; &, demissâ normali AM, erit (per 6$^{am}$ VII$^{mi}$) ut Σ ad T, sive ut BK ad latus ejus rectum, ita MΞ ad MN: datur igitur ratio MΞ ad MN: ac dividendo ratio NΞ ad ΞM data est, quæ nempe eadem est ac ratio differentiæ terminorum Σ & T ad terminum Σ diametro analogum: ac ob datam NΞ data quoque est ΞM, unde & punctum M datum.




Si igitur fiat ut differentia terminorum ad terminum diametro analogum, ita NΞ ad ΞM; habebitur punctum quæsitum M, unde cætera consequuntur.

Ratio autem proposita non major esse potest ratione Axis ad latus ejus rectum, si Axis major fuerit latere recto; nec minor ratione eorundem, si Axis minor fuerit.

## PROPOSITIO XXII. PROBL.

*Pari modo, datis Ellipseos Axe & latere recto Axis, invenienda sit diameter ea quæ ad latus suum rectum datam habeat rationem.*

Manentibus Schematis Ellipseos prioribus, sit ratio data sicut Σ ad T. Puta factum, ac sit BK diameter quam quærimus: erit igitur (per 7$^{mam}$ VII$^{mi}$) ut Σ ad T, hoc est ut BK ad latus suum rectum, ita MΞ ad MN: datur itaque ratio MΞ ad MN, ac componendo ratio NΞ ad ΞM data est; eadem enim est ac ratio summæ terminorum Σ, T ad terminum Σ qui diametro respondet. Datur autem ΞN; adeoque MΞ quoque datur, punctumque M datum.




Si igitur fiat ut summa terminorum Σ, T ad terminum Σ ita NΞ ad ΞM, habebimus punctum M, & ejus ope diametrum quæsitam, tam magnitudine quam positione, per ea quæ in sexta hujus ostendimus.

Ratio autem proposita non major esse potest ratione Axis majoris ad latus ejus rectum; nec minor ratione Axis minoris ad latus ejus rectum; hoc est non minor ratione lateris recti Axis majoris ad Axem ipsum.

## PROPOSITIO XXIII. PROBL.

*Datis Hyperbolæ Axe & latere recto; oporteat invenire diametri situm & magnitudinem, quæ datâ differentiâ differat à latere suo recto.*

Manentibus Hyperbolæ figuris, puta factum; sitque diameter quæsita BK, eidemque parallela ΓΛ, ac demittatur normalis ΛM. Erit itaque (per 16$^{am}$ VII$^{mi}$) ut quadratum ex AΓ, sive rectangulum sub NΓ, ΓΔ, ad rectangulum sub NΓ, MΞ (hoc est ut ΓΔ ad MΞ) ita quadratum differentiæ diametri BK laterisque ejus recti ad quadratum ex ΞN. Data autem est ratio quadrati differentiæ istius ad quadratum ex ΞN, ob datas ipsas: quare datur ratio ΓΔ ad MΞ; &, ob datam ΓΔ, recta MΞ quoque datur, adeoque & punctum M.

Componetur autem problema hoc modo. Fiat ut quadratum differentiæ datæ ad quadratum ex ΞN, ita summa Axis laterisque ejus recti ad MΞ: invento autem puncto M peragantur cætera ad modum superius dictum.




Ac constabit differentiam datam minorem esse debere differentiâ inter Axem ejusque latus rectum, ex iis quæ in 6$^{ta}$ VII$^{mi}$ demonstrata sunt, uti & ex ipsâ constructione: sunt enim rectæ omnes MΞ reciprocè ut quadrata differentiarum inter diametros lateraque earundem recta: adeoque perpetuo augentur dum differentiæ illæ decrescunt, quæ proinde ad *Minimam* nunquam devenire possunt.

Diametrorum autem magnitudines aliunde obtinebimus: cum enim differentia inter cujusvis diametri quadratum & figuram ejusdem (per 29$^{am}$ VII$^{mi}$) sit ubique æqualis

æqualis differentiæ inter quadratum Axis & figuram ejus; erit ἀνάλογον ut differentia data inter diametrum quæsitam & latus ejus rectum ad differentiam inter Axem & latus rectum Axis, ita Hyperbolæ Axis ad diametrum quæsitam. Unde manifestum est has differentias ubique diametris suis reciprocè proportionales esse.

## PROPOSITIO XXIV. PROBL.

*IN Ellipsi autem, datis Axe & latere recto ejusdem; oporteat invenire sectionis diametrum, quæ à latere suo recto datâ differentiâ differat.*

Manentibus prius descriptis in Ellipsi, puta factum; ac sit ΒΚ diameter quam quærimus. Per 16^am VII^mi demonstratum est quadratum ex ΑΓ, sive rectangulum sub ΝΓ, Γδ, esse ad rectangulum sub ΝΓ, ΜΞ, hoc est Γδ ad ΜΞ, sicut quadratum semissis differentiæ propositæ inter ΒΚ & latus ejus rectum ad quadratum ex ΘΜ. Si igitur fiat ut Γδ, sive differentia Axis & lateris ejus recti, ad semissem differentiæ propositæ, ita eadem semi-differentia ad aliam, puta ad ψ; data erit recta ψ; & rectangulum sub ψ & ΜΞ æquale erit quadrato ex ΘΜ: ac proinde ἀνάλογον ΜΞ erit ad ΘΜ sicut ΘΜ ad ψ; ac dividendo vel componendo ΞΘ erit ad ΘΜ sicut differentia vel summa ipsarum ΘΜ & ψ ad ipsam ψ; adeoque datum rectangulum sub ΞΘ & ψ æquale erit rectangulo sub ΘΜ & summâ vel differentiâ ipsarum ΘΜ & ψ; quod rectangulum proinde datum est: adjacet igitur rectangulum æquale rectangulo sub ΞΘ & ψ datæ rectæ ψ, excedens quadrato; quia ψ data est differentia laterum: datur igitur (*per Lem.* 3. *Schol. nostri*) recta ΘΜ; ac, ob datum Θ, datur quoque punctum Μ.



Unde talis oritur Compositio. Fiat ut differentia Axis & lateris ejus recti ad semi-differentiam diametri laterisque recti propositam, ita eadem semi-differentia ad quartam, nempe ad ipsam ψ; cui æqualis ponatur in Axe recta ΘΕ: & producto Axe minore ad Π ita ut ΘΠ sit æqualis ipsi ΘΞ, eidem parallela ducatur ΡΕ ipsi ΕΘ æqualis; ac jungatur ΠΡ, quæ bisecetur in Ο: ac arcus circuli ΜΡμ centro Ο radio ΡΟ descriptus, si problema possibile sit, occurret Axi in punctis Μ, μ, vel in solo μ; uti in sequentibus patebit.

Aliter autem & paulo simplicior habetur problematis solutio. Nam cum ΜΞ sit ad ΘΜ sicut ΘΜ ad ψ, erit per conversionem rationis ΜΞ ad ΞΘ sicut ΘΜ ad excessum quo ΘΜ superat ψ, ac permutando ΜΞ erit ad ad ΘΜ sicut ΞΘ ad dictum excessum: quare rursus, per conversionem rationis, ΜΞ erit ad ΞΘ sicut ΞΘ ad excessum quo ΞΘ & ψ simul sumptæ superant ΘΜ, hoc est ad excessum quo ΝΞ & ψ simul superant ΜΞ: quadratum igitur ex ΞΘ æquale est rectangulo sub ΜΞ & excessu



ceſſu quo ΝΞ & ψ ſimul ſuperant ΜΞ; quod quidem rectangulum datum eſt, ob datum quadratum ex ΝΞ. Adjacet autem rectangulum illud rectæ æquali ipſis ΝΞ & ψ ſimul, deficiens quadrato; ac proinde (*per Lem.* 2. *Schol. noſtr.*) data eſt recta ΞΜ, & ob datum Ξ punctum Μ datur.

Componetur itaque hoc modo. Fiat ΘΕ æqualis dimidio ipſius ψ, à Θ verſus Ν ponenda; &, erecta normali ΕΥ, ponatur ΕΥ ipſi ΘΞ æqualis: dein centro Υ radio ΞΕ deſcribatur arcus circuli ΜΣμ occurrens Axi in punctis Μ, μ; è quorum utroque habebitur poſitio diametri quæ habeat à latere ſuo recto propoſitam differentiam. In alterâ autem diameter excedet latus rectum, in altera vero latus rectum eâdem differentiâ ſuperabit diametrum.




Hujus autem problematis διορισμοὶ ex Propoſit. 37$^{ma}$ VII$^{mi}$ petendi. Nam ſi differentia propoſita major fuerit eâ qua Axis major ſuperat latus ejus rectum, cadet punctum Μ extra Axem, ultra verticem Α: ac ſi major fuerit differentiâ quæ eſt inter Axem minorem & latus ejus rectum, cadet quoque punctum μ ultra verticem Γ: unde omnino impoſſibile erit problema. Hac vero ſi minor fuerit, ſed major eâ quæ inter Axem majorem & latus ejus rectum intercedit, duabus diametris utrinque Axi minori adjacentibus ſatisfactum erit problemati. Si vero differentia propoſita minor fuerit differentia inter Axem majorem & latus ejus rectum, cadet utrumque Μ & μ in Axe ΑΓ, & omnino habebuntur quatuor diverſæ diametri quarum differentiæ à lateribus ſuis rectis æquales erunt inter ſe & eidem datæ. *Minima* autem non datur differentia, ſed in diametris conjugatis æqualibus evaneſcit, punctis Μ & μ in centro Θ coeuntibus.

*Coroll.* Ac nullo negotio demonſtrabitur, duarum diverſarum diametrorum rem propoſitam præſtantium differentiam æqualem eſſe dimidio datæ differentiæ inter diametros illas & latera ſua recta: adeoque ſi data fuerit altera harum diametrorum una cum latere ejus recto, alteram facile invenies. Etenim datarum (diametri & ſemi-differentiæ) ſumma ac differentia æquales ſunt, altera quidem diametro, altera lateri ejus recto, quæſitis.

*Coroll.* 2. Quare duplum diametri alicujus æquale erit alteri diametro ejuſque lateri recto ſimul ſumptis, quarum differentia æqualis ſit differentiæ inter datam diametrum & latus rectum ejuſdem.

*Coroll.* 3. Eodemque argumento patebit, Ellipſeos diametrum, cujus conjugata ipſi æqualis eſt, mediam proportionalem eſſe inter duas quaſvis diametros ſectionis, quarum altera exceſſerit latus ſuum rectum eodem exceſſu quo latus rectum alterius ſuperat diametrum.

## PROPOSITIO XXV. PROBL.

*Datis in Hyperbola Axe & latere ejus recto; oporteat invenire poſitionem diametri illius, quæ una cum latere ſuo recto datam conficit ſummam.*

Iiſdem poſitis ac in præcedentibus Hyperbolæ Schematis, puta factum quod quæritur: ac ſit ΒΚ diameter illa quæ cum latere ſuo recto propoſitam facit ſummam. Per 17$^{am}$ VII$^{mi}$ quadratum ex ΑΓ, ſive rectangulum ΝΓΔ, id eſt, quod ſub ΝΓ & utroque Axe & latere ejus recto ſimul, eſt ad rectangulum ſub ΝΓ & ΜΞ, ſicut quadratum ſummæ diametri alicujus ΒΚ & lateris ejus recti ad quadratum rectæ compoſitæ ex ΝΜ, ΜΞ ſimul ſumptis: erit igitur ut ſumma Axis & lateris ejus recti

recti ad ΜΞ, ita quadratum ex ΒΚ & latus ejus rectum simul ad quadratum ex ΝΜ, ΜΞ simul, sive ad quadruplum quadrati ex ΘΜ. Hinc si fiat ut summa Axis & lateris recti ad semi-summam propositam, ita eadem semi-summa ad aliam, puta ad ψ; erit recta ψ data, & rectangulum sub ΜΞ & ψ æquale erit quadrato ex ΘΜ: adeoque ΜΞ erit ad ΘΜ sicut ΘΜ ad ψ; ac dividendo ΞΘ erit ad ΘΜ sicut differentia inter ΘΜ & ψ ad ipsam ψ: datum igitur rectangulum sub ΞΘ & ψ æquale erit contento sub ΘΜ & differentiâ ipsarum ΘΜ & ψ; ac proinde datum est rectangulum illud. Adjacet autem rectæ ψ excedens quadrato, si Axis sectionis major fuerit latere ejus recto; deficiens vero quadrato, si latus rectum Axis majus fuerit ipso Axe: unde (*per Lemm.* 3um *vel* 4tum *Scholii*) manifesta erit in utroque casu problematis constructio.

Sed ut in præcedentibus, ita in hoc quoque problemate, paulo paratior habetur Compositio. Cum enim ΜΞ sit ad ΘΜ sicut ΘΜ ad ψ; per conversionem rationis & permutando erit ΜΞ ad ΘΜ sicut ΞΘ ad excessum quo ΘΜ superat ψ: ac rursus per conversionem rationis ΜΞ erit ad ΞΘ sicut ΞΘ ad excessum quo ΞΘ & ψ simul superant ΘΜ, excessum scilicet quo ΜΞ superat ipsam ΞΘ; hoc est, ΜΞ erit ad ΞΘ sicut ΞΘ ad excessum quo dupla ipsius ΞΘ & ψ simul superant ΜΞ, si latus rectum minus fuerit Axe. Ubi vero Axis minor fuerit latere recto, pari ratione erit ut ΜΞ ad ΞΘ ita ΞΘ ad excessum quo differentia inter ψ & duplam ipsius ΞΘ superat ΜΞ:




rectangulum igitur sub ΜΞ & dictum excessum æquale erit quadrato ex ΞΘ. Datâ autem ΞΘ, datum est rectangulum illud, adjacens rectæ datæ, æquali nempe ipsi ψ auctæ vel minutæ duplo ipsius ΞΘ, & deficiens quadrato: unde (*per Lemma* 2dum *Schol.*) data erit recta ΜΞ, punctumque Μ datum.

Componetur itaque hoc modo. Fiat ut dupla summa Axis & lateris ejus recti, sive ΓΑ bis, ad datam semi-summam diametri & lateris ejus recti, ita eadem semi-summa ad tertiam proportionalem, quæ ideo æqualis erit dimidio rectæ quam ψ diximus; ac fiat ΘΕ (versus Α ponenda) eidem dimidio rectæ ψ æqualis; unde ΞΕ æqualis erit dimidio ejus cui applicandum est rectangulum æquale quadrato ex ΞΘ, idque in utroque Casu. Erigatur igitur (*per Lemma* 2dum) normalis ΕΧ ipsi ΞΘ æqualis, ac centro Χ radio ΞΕ describatur arcus circuli occurrens Axi in puncto Μ, vel etiam in punctis Μ, μ, si problema dupliciter construi possit; uti proxime docebitur.

Determinatur autem problema hoc ex propositionibus 38va, 39na & 40a Septimi. Nam si Axis sectionis major fuerit latere ejus recto, per 38vam erit summa Axis & lateris ejus recti minor quavis aliâ diametro una cum latere ejus recto simul sumpto; oportebit igitur summam propositam majorem esse Axe & latere ejus recto simul. Nec aliter si Axis minor fuerit latere ejus recto, sed non minor tertia parte ejusdem; nam, per 39am Septimi, constat quoque summam Axis laterisque ejus recti minorem esse summâ diametri alterius cujusvis & lateris ejus recti: eâ igitur major esse debet summa proposita; aliter problema erit impossibile.

Quod si Axis Hyperbolæ minor fuerit tertia parte lateris ejus recti, erit ΞΘ major quartâ parte Axis; ac si fiat ΞΕ ipsi ΞΘ æqualis, cadet punctum Ε in Axe ultra verticem Α; erectâque normali ΕΧ ipsi ΞΘ æquali, circulus centro Χ radio ΞΕ, hoc est ΞΘ, continget Axem in puncto Ε; ac proinde diameter ΒΚ, cujus positio hoc in casu determinatur per punctum Ε coincidens cum puncto Μ, *Minimam* omnium habebit summam sui laterisque sui recti. Et quoniam ΝΕ tripla est ipsius ΞΕ, erit (per 6am VIImi) latus rectum diametri ΒΚ triplum ipsius ΒΚ, quod




quidem plenius in 40ma VIImi demonstratum invenietur. Diameter autem illa ΒΚ

S f (per

(per ea quæ oſtendimus in $6^{ta}$ hujus) media eſt proportionalis inter ΞΕ (ſive ΞΘ) & ΓΔ ſummam Axis & lateris ejus recti; unde rectangulum ſub ΘΞ, ΓΔ æquale erit quadrato ex ΒΚ. Summa autem Axis & lateris ejus recti eſt ad earundem differentiam ſicut ΑΘ ad ΘΞ; quocirca rectangulum ſub ſemi-Axe ΑΘ & differentiâ Axis & lateris ejus recti æquale eſt quadrato ex ΒΚ. Ac diametri ΒΚ quadruplum oſtenſum eſt æquale ſummæ minimæ diametri & lateris ſui recti: erit igitur ſumma illa minima media proportionalis inter octuplum Axis ΑΓ & differentiam Axis & lateris ejus recti; ac quadratum ſummæ hujus *minimæ* æquale erit octuplo exceſſui quo figura Axis ſuperat ejuſdem Axis quadratum: proinde ſi octuplus ille exceſſus auferatur è quadrato ſummæ Axis & lateris ejus recti, remanebit quadratum exceſsûs quo latus rectum Axis ſuperat Axis triplum.




Igitur in Hyperbolâ, cujus latus rectum Axis majus ſit triplo Axe, ſi proponatur invenienda diameter, quæ una cum latere ejus recto datam efficiat ſummam, ac quadratum ſummæ datæ minor fuerit quadrato ſummæ Axis & lateris ejus recti ſpatio majori quam quadrato ejus quo latus rectum Axis ſuperat triplum Axis, problema erit impoſſibile. Si vero quadratum ſummæ propoſitæ, una cum quadrato exceſsûs quo latus rectum Axis ſuperat Axis triplum, æquale fuerit quadrato ſummæ Axis & lateris ejus recti, ſola recta ΒΚ rem præſtat ad idem latus Axis. Hac vero ſi major fuerit ſumma propoſita, minor vero ſumma Axis & lateris ejus recti, occurret circulus radio ΞΕ centro Χ deſcriptus Axi in punctis Μ & $\mu$, ultra verticem Α; unde obtinebuntur duæ diametri ab utraque parte ipſius ΒΚ & ad idem Axis latus, quæ habeant eandem ipſarum & laterum ſuorum rectorum ſummam: ut omnino quatuor diametri rem præſtent. Si vero ſumma illa æqualis fuerit ſummæ Axis & lateris ejus recti, duæ tantum præter Axem diametri, (ab utroque ejus latere una) ſatisfaciunt problemati, coincidente puncto $\mu$ cum vertice Α. Quod ſi ſumma propoſita major fuerit eâ ſummâ, una tantum diameter ab utraque parte Axis, ultra ΒΚ, ſolutionem præbet; cadente puncto $\mu$ citra verticem Α. *Maxima* autem non datur.

*Coroll.* 1. Hinc facillime conſtabit, quod quemadmodum diameter ΒΚ quarta pars eſt ſummæ ipſius ΒΚ & lateris ejus recti, ita ſumma duarum quarumvis diametrorum, communem una cum lateribus ſuis rectis ſummam conficientium, ſemiſſis eſt communis illius ſummæ.

*Coroll.* 2. Hinc diameter illa quæ eandem habet ſummam ſui lateriſque ſui recti, quam habet alia quævis data diameter, æqualis erit ſemiſſi exceſsûs quo latus rectum diametri datæ ſuperat ipſam diametrum: ac latus rectum alterius illius diametri æquale erit ſemi-ſummæ lateris recti diametri datæ ac triplæ ipſius diametri.

*Coroll.* 3. Diameter autem illa quæ eandem habet ſummam ſui lateriſque ſui recti. quam habet Axis, æqualis erit ſemiſſi exceſſûs quo latus rectum Axis ſuperat Axem: ac latus ejus rectum æquale erit ſemi-ſummæ lateris recti Axis & Axis tripli; ac proinde minus eſt latere recto Axis ſemiſſe exceſsûs quo latus rectum Axis ſuperat Axis triplum.

## PROPOSITIO XXVI. PROBL.

*Ellipſeos Axe & latere recto datis, oporteat invenire diametrum, quæ una cum latere ſuo recto datam conficiat ſummam.*

Manentibus iis quæ in Ellipſi ſuppoſuimus, puta factum; ac ſit ΒΚ diameter quam quærimus. Ac (per $17^{am}$ Septimi) erit quadratum Axis ad rectangulum ſub ΝΓ, ΜΞ ſicut quadratum ſummæ diametri & lateris recti datæ ad quadratum ſummæ ipſarum ΜΝ, ΜΞ, hoc eſt, ad quadratum ex ΝΞ; erit igitur, per toties dicta, differentia Axis & lateris ejus recti ad ΜΞ ſicut quadratum ſummæ propoſitæ ad quadratum

dratum ex ΝΞ. Sed data sunt cætera; ergò datur quoque ΜΞ: nam quadratum summæ propositæ est ad quadratum ex ΝΞ sicut differentia Axis & lateris ejus recti ad ΜΞ: & datò puncto Ξ, punctum Μ quoque datur.

Manifesta autem est Compositio. Fiat enim ut quadratum è summâ propositâ ad quadratum ex ΝΞ, ita differentia Axis laterisque recti ejusdem ad rectam ipsi ΜΞ æqualem, quæ ponatur à Ξ versus Ν; ac, si problema propositum possibile sit, cadet punctum Μ in Axe ΑΓ: obtento autem puncto Μ, cætera efficiantur ut in præmissis.




Hujus autem problematis limites ex 41ma Septimi petendi sunt; nam summa illa non minor esse potest Axe majore & latere ejus recto simul: nec major summâ Axis minoris & lateris recti ejusdem. In priori casu cadet punctum Μ ultra verticem Α, in posteriore citra punctum Γ, extra Ellipsin.

Diametrum autem ipsam, datâ summâ ejusdem & lateris ejus recti, satis expedite invenire licet. Nam, per 30am VIImi, rectangulum sub qualibet diametro & summâ ejusdem & lateris recti æquale est rectangulo sub Axe & Axe unà cum latere ejus recto simul sumpto: proinde ἀνάλογον erit ut summa proposita diametri alicujus & lateris ejus recti ad summam Axis laterisque recti Axis, ita ipse Axis Ellipseos ad diametrum quæsitam: unde manifestum est, ob datum Axem ejusque latus rectum, summam diametri cujusvis & lateris ejus recti reciprocè proportionalem esse ipsi diametro Ellipseos.

## PROPOSITIO XXVII. PROBL.

*Datis lateribus figuræ Axis Hyperbolæ, oporteat invenire positionem diametri quæ habeat figuram ejus, sive rectangulum sub diametro & latere ejus recto, proposito rectangulo æquale.*

Iisdem manentibus quæ in figuris Hyperbolæ præmissis, erit (per 18vam VIImi) quadratum ex ΑΓ ad rectangulum sub diametro ΒΚ & latere ejus recto, sicut ΝΓ ad ΜΝ; sed quadratum ex ΑΓ ostensum est æquale rectangulo sub ΝΓ & summa Axis & lateris ejus recti: quare, ob utrinque inventum ΝΓ, erit rectangulum sub ΜΝ & summa Axis & lateris ejus recti æquale rectangulo sive figuræ propositæ: si igitur rectangulum illud datum applicetur rectæ datæ, nempe ipsi ΓΔ, summæ Axis & lateris ejus recti; latitudo ex applicatione orta æqualis erit quæsitæ ΜΝ, quæ proinde data est: ac ob datum punctum Ν punctum Μ quoque datur.




Applicetur igitur figura proposita ad summam Axis & lateris ejus recti, ac ponatur inventa latitudo à puncto Ν versus Α, ut ΝΜ; ac si major fuerit ΝΜ quam ΝΑ, possibile erit problema: invento autem puncto Μ, peragantur cætera ut in præcedentibus. Διορισμὸν autem habet ex 42da VIImi, qua demonstratur figuram propositam minorem esse non posse figurâ Axis: *Maximam* autem figuram non habet Hyperbola.

## PROPOSITIO XXVIII. PROBL.

*Datis lateribus figuræ Axis Ellipseos, proponatur sectionis diametrum illam invenire, quæ cum suo latere recto datam figuram sive rectangulum contineat.*

Iisdem positis ac in Schematis Ellipseos præcedentibus; argumento omnino consimili probabitur (ex 18$^{va}$ VII$^{mi}$) rectangulum sub MN & differentiâ Axis & lateris ejus recti æquale esse figuræ propositæ, sive rectangulo sub diametro quæsitâ & latere ejus recto: quare si rectangulum illud datum applicetur rectæ datæ, hoc est, differentiæ Axis & lateris ejus recti, latitudo inde orta æqualis erit quæsitæ MN, quæ propterea data est: ac dato puncto N, datur etiam punctum M.

Applicato igitur rectangulo proposito ad rectam Γδ differentiæ Axis & lateris ejus recti æqualem, latitudini ex applicatione inventæ æqualis fiat NM, à N versus centrum ponenda; ac si punctum M cadat in Axe, sive inter A & Γ, problema possibile erit: ac dato puncto M erigatur normalis MΛ, cujus quadratum sit ad rectangulum AMΓ ut latus rectum Axis ad ipsum Axem; junctæque ΓΛ parallela ducatur BK, quæ, per demonstrata in præmissis, diameter erit quam quærimus.




Limites autem habet problema hoc ex 43$^{io}$ Septimi, qua constat figuram propositam non minorem esse figurâ Axis majoris; aliàs enim caderet punctum M citra A, extra sectionem: nec potest esse major figurâ Axis minoris; hoc enim si fuerit, caderet M extra sectionem, ultra verticem Γ. Nec opus est ut toties repetamus, reperiri aliam diametrum ipsi BK æqualem, parique intervallo alteri Axis lateri adjacentem, quæ quoque rem propositam efficiat.

In hac autem, uti & in præcedente, diametrum quæsitam habebimus, ope 29$^{næ}$ & 30$^{mæ}$ VII$^{mi}$. Nam cum in Ellipsi (per 30$^{mam}$) summa quadrati & figuræ Axis sit semper æqualis summæ quadrati diametri cujuscunque & figuræ ejusdem; si de datâ summâ quadrati & figuræ Axis auferatur data figura diametri quæsitæ, restabit quadratum ipsius diametri. In Hyperbola autem differentia quadrati & figuræ Axis (per 29$^{am}$ VII$^{mi}$) æqualis est differentiæ quadrati & figuræ cujusvis diametri; erit igitur excessus, quo quadratum Axis & proposita figura simul superant figuram Axis, æqualis quadrato diametri quæsitæ.

## PROPOSITIO XXIX. PROBL.

*Datis lateribus figuræ Axis Hyperbolæ, proponatur diametrum sectionis invenire, cujus quadratum una cum quadrato lateris recti ejusdem datam conficiat summam.*

Iisdem positis, quæ in prioribus Hyperbolæ Schematis descripta sunt, puta factum; & sit BK diameter illa quam quærimus: erit igitur (per 19$^{am}$ VII$^{mi}$) quadratum ex AΓ, sive rectangulum sub NΓ & summâ Axis & lateris ejus recti, ad rectangulum sub NΓ & MΞ; hoc est, ut summa Axis & lateris recti ad MΞ, ita proposita summa quadratorum ex BK & latere ejus recto ad summam quadratorum ex NM & MΞ: ac applicatâ quadratorum summâ illâ datâ ad summam Axis & lateris ejus recti, erit rectangulum sub MΞ & latitudine ex applicatione ortâ, quæ sit ψ, æquale summæ quadratorum ex MN & MΞ.

Jam Axis sectionis vel major erit latere ejus recto, vel minor, vel eidem æqualis; ac ac primum sit major eo; unde (per 6^am^ VII^mi^) MΞ major erit quam NM, ac (per 7^mam^ II^di^ *Elem.*) quadrata ex NM, MΞ simul æqualia erunt duplo rectangulo sub NMΞ & quadrato ex NΞ: quocirca rectangulum sub MΞ & datâ latitudine ψ nuper inventâ, æquale erit duplo rectangulo sub NMΞ & quadrato ex NΞ. Sed NM excessus est quo MΞ superat NΞ; adeoque duplum rectangulum NMΞ æquale est duplo excessus quo quadratum ex MΞ superat rectangulum sub NΞM: quadratum igitur ex NΞ, una cum duplo excessu quo quadratum ex MΞ superat rectangulum NΞM, æquale est rectangulo sub ψ & MΞ: ac dempto utrinq; duplo illius excessus, erit differentia, qua rectangulum sub MΞ & ψ superat duplum excessum quadrati ex MΞ supra rectangulum NΞM, æqualis quadrato ex NΞ: ac dimidiando erit rectangulum sub MΞ & semisse ipsius ψ & NΞ simul, dempto quadrato ex MΞ, æquale semissi quadrati ex NΞ. Datur autem quadratum ex NΞ: datum igitur est rectangulum sub MΞ & $\frac{1}{2}$ψ & NΞ simul, deficiens quadrato ex MΞ: adjacet autem rectæ datæ, nempe ipsi $\frac{1}{2}$ψ & NΞ simul sumptæ: datur igitur MΞ; ac dato puncto Ξ, datur quoque punctum M.




Componetur autem problema ad hunc modum. Descriptis cæteris ut prius, applicetur pars quarta summæ quadratorum propositæ ad ΓΔ summam Axis & lateris ejus recti; ac ponatur latitudo applicatione obtenta, quæ sit Φ, (quæque quartæ parti ipsius ψ æqualis est) in Axe versus verticem A, de centro Θ ad E, ita ut rectangulum sub ΓΔ, ΘE sit æquale quartæ parti datæ quadratorum summæ; & erigatur normalis EX: factâque ΘΠ in Axe minore ipsi ΘΞ vel ΘN æquali, jungatur NΠ, & capiatur EX eidem æqualis: dein centro X radio ΞE describatur circuli portio, quæ occurrat Axi in puncto M, ad quod erigatur Axi normalis MΛ; cæteraque fiant quæ in præcedentibus. Demonstratio autem Analysi reciproca satis manifesta est, cum scilicet facta sit EX æqualis ei quæ potest duplum quadrati ex ΞΘ, sive semissi quadrati ex NΞ.

Neque alium habet limitem, præterquam quod in 44^ta^ VII^mi^ demonstratum sit summam quadratorum Axis laterisque ejus recti minorem esse summa quadratorum laterum figuræ cujuslibet alterius diametri. Hâc igitur si summa proposita minor fuerit, cadet punctum M citra verticem, sive extra sectionem; vel circulus Axem non attinget: ac proinde problema impossibile erit.

## PROPOSITIO XXX. PROBL.

*Iisdem positis, sit jam Axis Hyperbolæ minor latere ejus recto; ac oporteat invenire diametrum sectionis, quæ habeat quadrata laterum figuræ ejus simul sumpta æqualia dato rectangulo.*

Per ea quæ in præcedente demonstravimus, ex 19^na^ VII^mi^ erit ut summa Axis & lateris ejus recti ad MΞ, ita proposita quadratorum summa ad summam quadratorum ex NM & MΞ: quare applicatâ summâ illâ datâ ad summam Axis & lateris ejus recti, erit rectangulum sub MΞ & datâ latitudine ex applicatione ortâ, quæ sit recta ψ, æquale summæ quadratorum ex MN, MΞ. Quoniam vero Axis AΓ minor est quam latus ejus rectum, erit MΞ minor quam MN. Verum (per 7^am^ II^di^ *Elem.*) quadrata ex MN, MΞ simul æqualia erunt duplo rectangulo sub NMΞ una cum quadrato ex NΞ, hoc est, duplo rectangulo sub MΞ; & MΞ, NΞ simul una cum quadrato ex NΞ: quapropter rectangulum sub MΞ & ψ æquale erit duplo rectangulo sub MΞ, NΞ simul & MΞ una cum quadrato ex NΞ: & utrinque sublato communi, duplo nempe rectangulo sub NΞ, MΞ simul & MΞ, erit excessus, quo rectangulum sub ψ & MΞ superat duplum rectangulum



ΝΞΜ & duplum quadratum ex ΜΞ simul, æqualis quadrato ex ΝΞ: ac, capiendo æqualium dimidia, erit rectangulum sub ΜΞ & excessu quo $\frac{1}{2}\psi$ superat ipsam ΝΞ dempto quadrato ex ΜΞ, æquale dimidio quadrati ex ΝΞ: datur autem quadratum ex ΝΞ; adeoque datur rectangulum sub dicto excessu & ΜΞ. Adjacet autem rectangulum illud datæ rectæ, nempe differentiæ ipsarum $\frac{1}{2}\psi$ & ΝΞ, deficiens quadrato: datur itaque ΜΞ, ac ob datum punctum Ξ, datur quoque Μ.



Compositio autem hoc in casu nihil differt à præcedente, nisi quod hic punctum Ξ vertici Α jam vicinior sit quam centrum Θ: applicatâ igitur quartâ parte summæ quadratorum propositæ ad summam Axis & lateris ejus recti, ponatur latitudo inde orta, quæ sit Φ, à Θ versus verticem Α, ut ΘΕ; ac ad punctum Ε & ad angulos rectos super Axem erigatur recta ΕΧ æqualis ipsi Ν$\pi$, quæ possit dimidium quadrati ex ΝΞ; & centro Χ, radio ΞΕ describatur arcus circuli, qui quidem, si problema possibile sit, occurret Axi ultra verticem, in puncto Μ, vel etiam in punctis Μ, $\mu$, sub certis conditionibus mox dicendis.

Διοϱισμὸς autem habet problema hoc ex 45[ta] & 46[ta] Septimi. Nam, per 45[tam], si quadratum Axis Hyperbolæ non minus fuerit dimidio quadrati differentiæ inter Axem & latus ejus rectum, summa quadratorum Axis & lateris ejus recti minor erit quadratis laterum figuræ cujusvis alterius sectionis diametri simul sumptis: ac proinde oportebit propositam summam majorem esse quadratis laterum figuræ Axis; ac quo major fuerit summa illa, tanto longius aberit ab Axe diameter quam quærimus.

Si vero quadratum Axis minus fuerit dimidio quadrati differentiæ inter Axem & latus ejus rectum, demonstratur, in 46[ta] VII[mi], quod ab utraque Axis parte reperiatur diameter, cujus quadratum, una cum quadrato lateris ejus recti simul, minus erit summâ quadratorum laterum figuræ cujuscunque alterius diametri, ab eadem Axis parte sumendæ; quodque huic utrinque propiores diametri minorem habent summam quadratorum laterum figuræ quam ab eadem remotiores: hoc enim in casu punctum Ε cadet in Axe Hyperbolæ ultra verticem producto; ac ΕΧ, sive ea quæ poterit dimidium quadrati ex ΝΞ, æqualis erit ipsi ΞΕ, ac circulus centro Χ descriptus continget Axem in puncto Ε, hoc in casu cum puncto Μ coincidente: adeoque quartâ pars ipsius $\psi$, sive ΘΕ, æqualis erit ei quæ poterit duplum quadrati ex ΞΘ una cum ipsâ ΞΘ; ac proinde ΘΕ erit ad ΞΘ sicut diagonium quadrati & latus ejus simul ad latus quadrati, sive ut $\sqrt{2}+1$ ad 1. Rectangulum autem sub ΘΕ, hoc est $\frac{1}{4}\psi$, & summâ Axis & lateris ejus recti, æquale est (per construct.) quartæ parti minimæ quadratorum summæ; ac proinde rectangulum sub sub $\sqrt{2}+1 \times$ ΝΞ & summâ Axis & lateris ejus recti æquale erit dimidio minimæ illius summæ. Cum autem summa Axis & lateris ejus recti sit ad differentiam earundem sicut Axis ad ΝΞ; erit rectangulum sub ΝΞ & summâ Axis & lateris ejus recti æquale excessui quo figura Axis superat Axis quadratum; adeoque *Minima* summa quadratorum è lateribus figuræ erit ad excessum quo figura Axis superat Axis quadratum sicut $\sqrt{8}+2$ ad unitatem, sive ut dupla summa diagonii quadrati & lateris ejus ad ipsum latus.



Hac igitur *Minimâ* summâ si minor fuerit proposita, impossibile erit problema; circulo, cujus radius est ΞΕ, Axem non attingente. Si vero major fuerit eâ, minor vero summâ quadratorum è lateribus figuræ Axis; occurret circulus Axi in duobus punctis ultra verticem, ut ad Μ & $\mu$; quorum ope, modo toties dicto, invenientur duæ diametri ab utroque Axis latere, hoc est omnino quatuor, quæ habeant eandem propositam quadratorum laterum figuræ summam. Quod si data summa æqualis fuerit summæ quadratorum è lateribus figuræ Axis, coincidet punctum $\mu$ cum

cum vertice A; punctum M vero dabit duas alias diametros, ab utraque scilicet Axis parte unam, quæ habeant eandem summam. Verum si major fuerit summa proposita quam est summa quadratorum laterum figuræ Axis, cadet punctum $\mu$ citra verticem A: at alterum punctum occursûs M duas præbebit diametros, utrinque unam, quæ problemati satisfacient. *Maxima* autem quadratorum summa, ex natura Hyperbolæ, dari non potest.

Quod si Axis æqualis fuerit lateri ejus recto, erunt quoque (per $23^{am}$ $VII^{mi}$) diametri omnes lateribus suis rectis æquales; adeoque dimidium summæ propositæ æquale erit quadrato diametri quam quærimus.

*Coroll.* 1. Hinc manifesto constabit duarum diametrorum Hyperbolæ, eandem summam quadratorum laterum figuræ habentium, quadrata simul sumpta æqualia esse excessui quo semi-summa illa quadratorum laterum figuræ, una cum quadrato Axis, superat Axis figuram.

*Coroll.* 2. Proinde quadratum diametri illius, quæ eandem habet summam ac ipse Axis, æquale erit excessui quo semi-summa illa quadratorum laterum figuræ superat figuram Axis; hoc est dimidio quadrati ex differentia Axis & lateris ejus recti. Quadratum autem lateris recti ejus æquale erit eidem semi-summæ quadratorum laterum figuræ Axis una cum eorundem rectangulo sive figurâ Axis simul sumptâ; hoc est dimidio quadrati è summâ utriusque & Axis & lateris ejus recti.

*Coroll.* 3. Idem dicendum de alia quavis datâ diametro, quæ non sit Axis sectionis.

## PROPOSITIO XXXI. PROBL.

*Datis lateribus figuræ Axis Ellipseos, oporteat invenire diametrum, cujus quadratum, una cum quadrato lateris ejus recti simul sumpto, propositam conficiat summam.*

Manentibus iis quæ in præcedentibus Ellipseos Schematis descripta sunt, puta factum; sitque BK diameter illa quam quærimus. Erit igitur (per $19^{am}$ $VII^{mi}$) ut quadratum ex AΓ, sive rectangulum sub NΓ & differentia Axis & lateris ejus recti, ad rectangulum sub NΓ & MΞ, hoc est ut Γδ differentia Axis & lateris ejus recti ad MΞ, ita summa illa proposita ad summam quadratorum ex MN, MΞ; adeoque applicato rectangulo summæ propositæ æquali ad differentiam Axis & lateris recti, dicatur latitudo inde orta ψ, quæ proinde data est. Ac manifestum est rectangulum sub MΞ & ψ æquale esse quadratis ex MN, MΞ simul. Verum (per $4^{tam}$ $II^{di}$ *Elem.*) quadratum ex NΞ æquale est quadratis ex MN, MΞ simul una cum duplo rectangulo sub NMΞ, hoc est quadratum ex NΞ æquale est rectangulo sub MΞ & ψ una cum duplo rectangulo sub NMΞ; rectangulum autem sub NMΞ æquale est rectangulo sub NΞM dempto quadrato ex MΞ: quapropter rectangulum sub MΞ & utraque NΞ & $\frac{1}{2}$ψ simul, dempto quadrato ex MΞ, æquale est dimidio quadrati ex NΞ. Sed datur quadratum ex NΞ: datum est igitur rectangulum sub MΞ & utrâque NΞ & $\frac{1}{2}$ψ simul, dempto quadrato ex MΞ. Adjacet autem rectæ datæ, ipsis nempe $\frac{1}{2}$ψ & NΞ simul sumptis æquali, deficiens quadrato: data est igitur recta MΞ, datumque punctum M.




Componetur itaque problema ad hunc modum. Applicetur quarta pars datæ summæ

summæ quadratorum ad differentiam Axis & lateris ejus recti; ac latitudini inventæ, sive quartæ parti ipsius ψ, æqualis ponatur recta ΘE in Axe, de centro Θ versus N; & ad punctum E erigatur normalis EX ipsi ΞΠ æqualis, sive quæ poterit dimidium quadrati ex NΞ: dein centro X radio ΞE describatur arcus circuli, qui, si problema propositum possibile sit, occurret Axi inter A & Γ, ad punctum M; &, erectâ ad Axem normali MΛ, habebitur tam magnitudo quam positio diametri quæsitæ BK.

Determinatur autem problema ex 47ma & 48va VIImi. Nam si quadratum Axis majoris Ellipseos non majus fuerit dimidio quadrati summæ laterum figuræ ejusdem Axis, manifestum est (per dictam 47mam) summam quadratorum propositam minorem esse non posse quam quadrata laterum figuræ Axis majoris simul sumpta, quo in casu punctum M cadet citra verticem A; nec majorem quam quadrata laterum figuræ Axis minoris simul sumpta: nam hoc posito punctum M cadet ultra verticem Γ, ac impossibile erit problema. Si vero quadratum Axis majoris æquale fuerit dimidio quadrati summæ laterum figuræ ejus, ac proponatur summa, summæ quadratorum laterum figuræ Axis æqualis, coincidet punctum E cum puncto A; in cæteris vero casubus longius aberit E à centro Θ, & extra sectionem cadet.

Verum si quadratum ex Axe AΓ majus fuerit dimidio quadrati è summa laterum figuræ Axis, reperietur (per 48vam VIImi) ab utraque Axis parte diameter, cujus quadratum æquale erit dimidio quadrati ex eadem diametro & latere ejus recto simul sumpto; cujus quidem diametri quadratum una cum quadrato lateris sui recti omnium *Minimam* conficiet summam: ac quadrata laterum figuræ diametri huic utrinque propioris minora erunt quadratis laterum figuræ diametri ab eadem remotioris, prout ibidem demonstratur. Quænam autem fuerit minima illa summa, eodem argumento quo in Hyperbola usi sumus, statim patebit. Quoniam enim punctum M, in hoc *summæ minimæ* casu, coincidit cum puncto E; erit XE, quæ semper æqualis est ei quæ poterit duplum quadrati ex NΘ, rectæ ΞE æqualis; adeoque ΘE æqualis erit excessui quo potens duplum quadrati ex NΘ superat NΘ: quare ΘE erit ad NΘ sicut excessus quo diagonium quadrati superat latus ejus ad ipsum latus, sive ut $\sqrt{2} - 1$ ad 1.




Per constructionem autem, rectangulum sub ΘE & differentiâ Axis & lateris ejus recti æquale est quartæ parti summæ quadratorum laterum figuræ; adeoque rectangulum sub $\sqrt{2} - 1 \times$ NΞ & differentiâ Axis & lateris ejus recti æquale erit dimidio summæ minimæ quadratorum laterum figuræ, quam quærimus. Cum autem differentia Axis & lateris ejus recti sit ad earundem summam sicut ipse Axis ad NΞ; erit rectangulum sub NΞ & differentia Axis & lateris ejus recti æquale rectangulo sub Axe & summâ Axis & lateris ejus recti; hoc est, quadrato Axis & figuræ ejusdem simul, sive summæ quadratorum ex utroque Axe: *Minima* igitur summa quadratorum è lateribus figuræ erit ad summam quadratorum Axium Ellipseos sicut $\sqrt{8} - 2$ ad unitatem, sive ut duplus excessus quo diagonium quadrati superat latus ejusdem ad ipsum latus.

Quapropter, si in Ellipsi proponeretur inquirere diametrum, quæ habeat summam quadratorum laterum figuræ minorem jam ostensâ, impossibile erit problema, ac circulus juxta leges compositionis descriptus non attinget Axem. Si vero major fuerit dictâ *Minimâ*, minor vero quam summa quadratorum laterum figuræ Axis, conveniet circulus cum Axe in duobus punctis M, μ intra sectionem; ac proinde

ab

ab utroque Axis latere habebuntur duæ diametri, hoc eſt omnino quatuor, quæ habeant propoſitam ſummam quadratorum laterum figuræ. Ac ſi æqualis fuerit ſumma propoſita quadratis ex Axe & è latere ejus recto ſimul ſumptis, ipſe Axis ac duæ aliæ diametri, utrinque una, rem præſtant. Verumtamen ſi proponatur ſumma adhuc major, ſed quæ minor ſit ſummâ quadratorum è lateribus figuræ Axis minoris; invenietur ab utroque Axis latere una diameter, quæ problemati ſatisfaciat, cadente adhuc puncto M intra ſectionem. *Maxima* autem quadratorum ſumma ea eſt quæ fit è quadratis laterum figuræ Axis minoris; quæque eſt ad ſummam quadratorum è lateribus figuræ Axis majoris in ratione Axis ad latus ejus rectum. Hâc ſi major proponatur, rurſus impoſſibile erit problema, egreſſo jam puncto M ultra verticem Γ.

*Coroll.* 1. Summa autem quadratorum duarum quarumvis diametrorum, eandem quadratorum laterum figuræ ſummam habentium, æqualis eſt propoſitæ quadratorum ſemi-ſummæ una cum rectangulo ſub Axe & Axe cum latere ejus recto ſimul ſumpto; ſive una cum quadratis ex utroque Axe ſimul.

*Coroll.* 2. Ac proinde diameter illa, quæ eandem habet quadratorum ſummam quam habet Axis ipſe, æqualis erit ei quæ poterit dimidium quadrati ex Axe & latere ejus recto ſimul ſumptis: latus autem rectum ejus poterit dimidium quadrati exceſsûs quo Axis major ſuperat latus ejus rectum. Idemque verum eſt etiamſi diameter data non fuerit Axis.

*Coroll.* 3. Unde manifeſtum eſt quatuor illas Ellipſeos diametros, quoties quatuor ſunt, quæ, ut dictum eſt, eandem habere poſſunt ſummam, ſemper cadere inter Axem majorem & conjugatas æquales; cum ſcilicet diametri majores ſunt lateribus ſuis rectis.

*Coroll.* 4. Quadratum autem diametri ejus quæ omnium minimam habet quadratorum ſummam, erit ad eam quæ poteſt ſemi-ſummam quadratorum Axium, hoc eſt ad quadratum ex AO, ſicut diagonium quadrati ad ejuſdem latus, ſive ut $\sqrt{2}$ ad 1: & latus rectum ejuſdem diametri ad ipſam diametrum erit ut $\sqrt{2}$ ad $2-\sqrt{2}$.

*Coroll.* 5. Unde in omni Ellipſi, tam diametri quam latera recta, quarum ſumma quadratorum minima eſt, eandem ſemper habent rationem ad AO ſubtenſam quadrantis Ellipſeos.

*Coroll.* 6. Ac manifeſtum eſt, ex determinationibus jam dictis, quod, ſi Axis major majorem habeat rationem ad Axem conjugatam quam habet Unitas ad $\sqrt{\sqrt{2}-1}$, ſive quam 1 ad 0,6436; duci poſſunt quatuor diametri, quæ eandem habeant quadratorum ſui & lateris ſui recti ſummam: aliter vero non item.

## PROPOSITIO XXXII. PROBL.

*Datis Hyperbolæ Axe & latere recto; invenire diametrum ejus, cujus quadratum à quadrato lateris recti ejus datâ differentiâ differat.*

Manentibus Hyperbolæ figuris in præcedentibus deſcriptis, puta factum: ſitque BK diameter quæſita, cujus quadratum differat à quadrato lateris ſui recti datâ differentiâ. Per 20$^{mam}$ VII$^{mi}$ erit quadratum Axis ſectionis, ſive rectangulum ſub NΓ, ΓΔ, ad rectangulum ſub NΓ, MΞ, hoc eſt ΔΓ ad MΞ, ſicut differentia quadratorum propoſita ad differentiam quadratorum ex NM, MΞ. Eſt autem differentia quadratorum ex NM, MΞ (per 6$^{am}$ II$^{di}$ *El.*) æqualis quadruplo rectanguli ſub ΘM, ΘΞ; adeoque ſi fiat rectangulum ſub ΓΔ & aliâ quadam ψ æquale quartæ parti differentiæ quadratorum propoſitæ, data erit recta ψ: ac, argumento toties uſurpato, rectangulum ſub MΞ & ψ æquale erit rectangulo ſub ΘM, ΘΞ; erit igitur ἀνάλογον ut ΘΞ ad ψ ita MΞ ad ΘM, ac dividendo erit differentia ipſarum ΘΞ & ψ




 ad

ad ΘΞ sicut ΘΞ ad ΞΜ. Datis autem ΘΞ & ψ dabitur quoque ΜΞ, unde punctum Μ datum.

Componetur itaque problema, si applicetur quarta pars differentiæ quadratorum datæ ad ΓΔ, sive ad summam Axis & lateris ejus recti; unde latitudo fiet ipsi ψ æqualis. Dein in Axe versus Ξ ponatur ΘΕ ipsi ψ æqualis, ac fiat ut ΕΞ ad ΞΘ ita ΘΞ ad ΞΜ. Invento autem puncto Μ dabitur quoque diameter ΒΚ tam magnitudine quam positione; ut abunde in præcedentibus dictum est.




Διορισμὸς autem hujus problematis ex $49^{na}$ & $50^{ma}$ $VII^{mi}$ petendus. Nam si Axis major fuerit latere recto ejus, differentia quadratorum Axis laterisque ejus recti minor erit quavis aliâ quadratorum diametri & lateris recti differentiâ: adeoque differentia proposita hac non minor esse potest, uti ex $49^{na}$ constabit. Si vero Axis minor fuerit latere ejus recto, differentia quadratorum Axis & lateris ejus recti major erit qualibet aliâ differentiâ; ac proinde differentia proposita non major esse potest excessu quo quadratum lateris recti Axis superat ipsius Axis quadratum, prout ex $50^{ma}$ $VII^{mi}$ patebit.

Porro per easdem demonstratur, in priori casu, differentiam quadratorum *Maximam* non majorem esse duplo excessûs, quo quadratum Axis superat figuram ejus: in altero vero, differentiam *Minimam* non minorem esse duplo excessûs quo figura Axis superat quadratum ejusdem. Coeuntibus etenim punctis Ε & Ξ, evanescit recta ΞΕ, & in infinitum abit recta ΕΜ.

## PROPOSITIO XXXIII. PROBL.

*Datis Ellipseos Axe & latere recto; invenire diametros ejus, quarum quadrata datâ differentiâ superent quadrata laterum suorum rectorum, ac ab iisdem deficiant.*

Manentibus iis quæ in Ellipsi hactenus descripta sunt; erit quadratum ex ΑΓ sive rectangulum sub ΝΓ, Γδ ad rectangulum sub ΝΓ, ΜΞ (per $20^{mam}$ $VII^{mi}$) sicut differentia data quadratorum ex ΒΚ & lateris ejus recti ad differentiam quadratorum ex ΝΜ, ΜΞ: adeoque, per toties dicta, erit Γδ ad ΜΞ sicut differentia proposita ad differentiam quadratorum ex ΝΜ, ΜΞ; hoc est, (per $5^{tam}$ $11^{di}$ *Elem.*) ad quadruplum rectanguli sub ΘΞ, ΘΜ: proinde si applicetur quarta pars datæ quadratorum differentiæ ad rectam Γδ, & habeatur latitudo, quam dicamus ψ, hoc est, si fiat ut rectangulum sub Γδ & ψ æquale sit quartæ parti datæ quadratorum differentiæ; erit rectangulum sub ΜΞ & ψ æquale rectangulo sub ΘΞ & ΜΘ: ἀνάλογον itaque erit ut ψ ad ΘΞ ita ΘΜ ad ΜΞ: componendo autem ac dividendo, ΘΞ aucta & minuta rectâ ψ erit ad ΘΞ sicut ΘΞ ad ΞΜ. Verum dantur ΘΞ & ψ, adeoque & recta ΘΜ datur; unde, ob datum Θ, punctum Μ quoque datur.




Componetur itaque problema, si fiat rectangulum sub differentiâ Axis & lateris ejus recti & aliâ quadam ψ æquale quartæ parti datæ differentiæ quadratorum, & ab utroque centri latere ponantur rectæ ΘΕ, Θε ipsi ψ æquales: deinde fiat ut ΕΞ ad ΞΘ ita ΘΞ ad ΞΜ, ut diameter major sit latere suo recto; ac ut εΞ ad ΞΘ ita ΘΞ ad Ξμ, ut latus rectum majus fuerit diametro: & inventis punctis Μ, μ, utramque diametrum obtinebimus ut prius. Nec opus est ut demonstratione regressivâ res, ex Analysi quantum fieri potest manifesta, stabiliatur.

Per

Ex iis autem quæ in ultima Propositione Libri Septimi traduntur problema hoc limites suos sortitur. Nam ex omnibus diametris Ellipseos quæ majores sunt lateribus suis rectis, Axis majoris quadratum majori spatio superat quadratum lateris sui recti: ex illis vero quæ lateribus suis rectis minores sunt, omnium *Maximam* habet quadratorum illorum differentiam Axis minor; quæ quidem differentia major est excessu quo quadratum Axis majoris superat quadratum lateris sui recti, in ratione lateris recti Axis majoris ad Axem ipsum. Quocirca si differentia data minor fuerit differentiâ quadratorum Axis majoris laterisque ejus recti, quatuor diversæ diametri, ab utroque Axis latere duæ, satisfacient problemati; cadente utroque puncto Μ & μ inter vertices Ellipseos Α, Γ. Quod si major fuerit hâc, minor vero differentiâ quadratorum Axis minoris & lateris ejus recti, duæ tantum diametri rem præstant, ab utroque scilicet Axis minoris latere. Verum si hac quoque major fuerit, problema impossibile erit, cadente utroque puncto Μ, μ extra Axem ΑΓ. *Minima* autem non datur quadratorum differentia: nam in æqualibus diametris conjugatis differentia hæc nulla evadit, quia diametris ipsis æqualia fiunt latera recta.

Quoniam vero ΞΕ est ad ΞΘ sicut ΞΘ ad ΞΜ, erit ΞΘ ad ΘΕ sicut ΞΜ ad ΜΘ: ac pari ratione ΞΘ erit ad Θι, hoc est ad ΘΕ, sicut Ξμ ad μΘ; adeoque erit ΞΜ ad ΜΘ sicut Ξμ ad μΘ. Quocirca in omni casu recta ΞΜ Harmonice dividitur in punctis Θ, μ; ac proinde, data qualibet diametro, facile erit correspondentem invenire, quæ eandem habeat differentiam quadratorum sui laterisque sui recti.

*Hactenus, eodem ubique observato ordine quo traduntur διορισμοὶ, operam dedimus resolutioni problematum illorum, quorum limites immediate pendent à propositionibus διοριστικοῖς libri Septimi: nec diversam fuisse libri Octavi deperditi materiam omnino mihi persuasum habeo. Speramus autem, si ita contigerit ut ipsas* Apollonii *Analyses & Compositiones minus assecuti simus, nos illud saltem præstitisse, ut quæcunque in earum locum substituimus æquo Lectori haud inconcinna videantur. Etiamsi vero innumera fere sint Problemata Conica determinata, quorum Analyses ex his Elementis non multo studio peti possunt; in præsentia tamen, id solum nobis propositum fuit, ut* Apollonii *vestigia, quoad ejus fieri posset, premeremus. Quod si forte fortuna integrum Auctoris opus posthac lucem conspexerit, nobis leve damnum erit, ea conditione oleum & operam perdidisse.*

F I N I S.

# ΣΕΡΗΝΟΥ

ΑΝΤΙΝΣΕΩΣ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ

ΠΕΡΙ ΤΟΜΗΣ

ΚΥΛΙΝΔΡΟΥ ΚΑΙ ΚΩΝΟΥ

ΒΙΒΛΙΑ ΔΥΟ.

# SERENI

PHILOSOPHI ANTISSENSIS

DE SECTIONE

CYLINDRI ET CONI

LIBRI DUO.

---

Ex Codd. MSS. *Græcis* edidit EDMUNDUS HALLEIUS apud *Oxonienses* Geometriæ Professor *Savilianus*.

---

[ ] a

VIRO REVERENDO,

Bonarum Literarum FAUTORI EXIMIO;

# D. *HEN. ALDRICHIO*,

S. T. P.

*ÆDIS CHRISTI* DECANO,

## SERENI ANTISSENSIS

DE SECTIONE

# CYLINDRI & CONI

LIBELLOS,

Nunc primum GRÆCE & LATINE

EX SUO EXEMPLARI MS$^{to}$ EDITOS,

JURE MERITOQUE

D. D. C.

*EDM. HALLEIUS.*

# ΣΕΡΗΝΟΥ
## *ΑΝΤΙΝΣΕΩΣ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ
## ΠΕΡΙ
## ΚΥΛΙΝΔΡΟΥ ΤΟΜΗΣ.

# SERENI
## ANTISSENSIS PHILOSOPHI
## DE
## SECTIONE CYLINDRI
## LIBER.

ΠΟΛΛΟΥΣ ὁρῶν, ὦ φίλε Κύρε, τῶν περὶ γεωμετρίαν ἀναστρεφομένων, οἰομένους τὴν τοῦ κυλίνδρου πλαγίαν τομὴν ἑτέραν εἶναι τῆς τοῦ κώνου τομῆς τῆς καλουμένης ἐλλείψεως· ἐδικαίωσα μὴ χρῆναι περιορᾷν ἀγνοοῦντας αὐτούς τε καὶ τοὺς ὑπ' αὐτῶν οὕτω φρονεῖν ἀναπεπεισμένους· καί τοι δόξειεν ἂν παντὶ ἄλογον εἶναι, γεωμέτρας γε ὄντας περὶ γεωμετρικοῦ προβλήματος ἄνευ ἀποδείξεως ἀποφαίνεσθαί τι καὶ πιθανολογεῖν ἀτέχνως, ἀλλότριον γεωμετρίας πρᾶγμα ποιοῦντας. ὁμοίως δ' οὖν ἐπείπερ οὕτως ὑπειλήφασιν, ἡμεῖς δὲ οὐ συμφερόμεθα, φέρε γεωμετρικῶς ἀποδείξωμεν, ὅτι μίαν καὶ τὴν αὐτὴν κατ' εἶδος ἀνάγκη γίνεσθαι ἐν ἀμφοτέροις τοῖς σχήμασι τομήν, τῷ κώνῳ λέγω καὶ τῷ κυλίνδρῳ, τοίως δὲ μέντοι, ἀλλ' οὐχ ἁπλῶς τεμνομένοις. ὥσπερ δὲ οἱ τὰ κωνικὰ πραγματευσάμενοι τῶν παλαιῶν οὐκ ἠρκέσθησαν τῇ κοινῇ ἐννοίᾳ τοῦ κώνου, ὅτι τριγώνου περιενεχθέντος ὀρθογωνίου συνίσταιτο, περιωσότερον δὲ καὶ

CUM viderem, Amice *Cyre*, plurimos eorum qui in Geometria versantur, in ea esse opinione, transversam Cylindri sectionem plane diversam esse ab ista Coni sectione quæ Ellipsis vocatur; non committendum putavi, ut ab errore non liberarem tum eos ipsos, tum & illos quibus persuaserunt ita se rem habere: quòd absurdum omnino videatur, Geometras de problemate Geometrico absque demonstratione quicquam affirmare, argumentis à probabili inscite adhibitis; quod à Geometria quam maxime alienum est. Itaque quoniam hi ita sentiunt, nos vero illis non assentimur, libeat Geometrice demonstrare unam eandemque specie sectionem necessario fieri in utraque figura, in Cono inquam & Cylindro; si modo ratione quadam & non simpliciter secentur. Quemadmodum autem Veteres qui Conica tractarunt, non contenti communi notitiâ Coni, nempe quod circumductu trianguli rectanguli describatur; uberius &

* Pro Αντινοέως juxta scribendi modum sequioris ævi *Græcis* familiarem.

universalius rem contemplati sunt, non tantum rectos sed etiam scalenos Conos statuentes: ita oportebit & nos, quoniam Cylindri sectionem tractandam proposuerimus, non de recto solum agere, sed insuper ad Cylindri scaleni sectionem disquisitiones nostras ulterius aliquanto extendere. Quanquam autem non ignoro, neminem fore qui non facile admittat omnem Cylindrum non rectum esse, communi id suadente ratione, tamen contemplationis gratiâ melius esse judicavi definitione magis universali utrumque complecti; quoniam recti Cylindri sectionem eandem fore cum Ellipsi in solo Cono recto sectâ probari continget: ex hypothesi vero universaliori Ellipsi cuilibet sectionem illam æquiparari deprehendetur; id quod in hoc libro demonstrandum suscipimus. Præmittendæ autem nobis sunt istæ ad rem propositam spectantes definitiones.

καθολικώτερον ἐφιλοτεχνήσαντο, μὴ μόνον ὀρθοὺς ἀλλὰ καὶ σκαληνοὺς ὑποστησάμενοι κώνους· οὕτω χρὴ καὶ ἡμᾶς, ἐπειδὴ πρόκειται περὶ κυλίνδρου τομῆς ἐπισκέψασθαι, μὴ τὸν ὀρθὸν μόνον ἀφορίσαντας ἐπ' αὐτοῦ ποιεῖσθαι τὴν σκέψιν, ἀλλὰ καὶ τὸν σκαληνὸν περιλαβόντας ἐπὶ πλέον ἐκτεῖναι τὴν θεωρίαν. ὅτι μὲν γὰρ οὐκ ἂν προέσοιτό τις ἑτοίμως μὴ οὐχὶ πάντα κύλινδρον ὀρθὸν εἶναι, τῆς κοινῆς ἐννοίας τοῦτο συνεφελκούσης, οὐκ ἀγνοῶ δήποθεν· οὐ μὴν ἀλλ' ἕνεκά γε τῆς θεωρίας ἄμεινον οἶμαι καθολικωτέρῳ ὁρισμῷ περιλαβεῖν, ἐπεὶ καὶ τὴν τομὴν, ὀρθοῦ μένοντος αὐτοῦ, μόνῃ τῇ τοῦ ὀρθοῦ κώνου ἐλλείψει τὴν αὐτὴν εἶναι συμβήσεται· καθολικωτέρου δὲ ὑποτεθέντος ὅλῃ τῇ ἐλλείψει καὶ αὐτὴν ἐξισάζειν· ὃ δὴ καὶ δεῖξαι ὁ παρὼν λόγος ἐπαγγέλλεται. ἰστέον οὖν ἡμῖν περὶ τὸ προκείμενον ὁρισαμένοις τάδε.

## DEFINITIONES.

1. SI igitur duorum circulorum æqualium & æquidistantium diametri semper inter sese parallelæ, & ipsæ in circulorum planis circa manens centrum circumferantur; & unà circumferatur recta linea diametrorum terminos ex eadem parte conjungens, quousque rursus in eum locum restituatur à quo moveri cœpit: superficies, quæ à circumlata recta describitur, cylindrica superficies vocetur; quæ quidem & in infinitum augeri potest, rectâ ipsam describente in infinitum productâ.

2. Cylindrus autem figura, quæ circulis æquidistantibus & cylindrica superficie inter ipsos interjectâ continetur.

3. Cylindri vero bases, circuli ipsi.

4. Axis autem, recta linea quæ per circulorum centra ducitur.

5. Latus vero cylindri, linea quæ, cum recta sit & in superficie ipsius cylindri bases utrasque contingit; quamque circumlatam cylindri superficiem describere anteà diximus.

6. E Cylindris autem recti quidem dicantur, qui axem habent ad rectos angulos existentem ipsis basibus.

7. Scaleni vero, qui non ad rectos angulos existentem ipsis basibus axem habent.

## ΟΡΟΙ.

α'. ΕΑΝ μὲν οὖν τῶν δύο κύκλων ἴσων τε καὶ παραλλήλων αἱ διάμετροι παράλληλοι ὦσι διάπαντος, αὗταί τε περιενεχθεῖσαι ἐν τοῖς τῶν κύκλων ἐπιπέδοις περὶ μένον τὸ κέντρον, καὶ συμπεριενεγκοῦσαι τὴν τὰ πέρατα αὐτῶν κατὰ τὸ αὐτὸ μέρος ἐπιζευγνύουσαν εὐθεῖαν, εἰς ταὐτὸ πάλιν ἀποκαταστῶσιν· ἡ γραφεῖσα ὑπὸ τῆς περιενεχθείσης εὐθείας ἐπιφάνεια, κυλινδρικὴ ἐπιφάνεια καλείσθω· ἥτις καὶ ἐπ' ἄπειρον αὔξεσθαι δύναται, τῆς γραφούσης αὐτὴν εὐθείας ἐκβαλλομένης.

β'. Κύλινδρος δὲ τὸ περιεχόμενον σχῆμα ὑπό τε τῶν παραλλήλων κύκλων καὶ τῆς μεταξὺ αὐτῶν ἀπειλημμένης κυλινδρικῆς ἐπιφανείας.

γ'. Βάσεις δὲ τοῦ κυλίνδρου οἱ κύκλοι.

δ'. Ἄξων δὲ ἡ διὰ τῶν κέντρων αὐτῶν ἀγομένη εὐθεῖα.

ε'. Πλευρὰ δὲ τοῦ κυλίνδρου γραμμή τις, ἥτις εὐθεῖα οὖσα καὶ ἐπὶ τῆς ἐπιφανείας οὖσα τοῦ κυλίνδρου τῶν βάσεων ἀμφοτέρων ἅπτεται· ἣν καί φαμεν περιενεχθεῖσαν γράφειν τὴν κυλινδρικὴν ἐπιφάνειαν.

ς'. Τῶν δὲ κυλίνδρων, ὀρθοὶ μὲν οἱ τὸν ἄξονα πρὸς ὀρθὰς ἔχοντες ταῖς βάσεσι.

ζ'. Σκαληνοὶ δὲ οἱ μὴ πρὸς ὀρθὰς ἔχοντες ταῖς βάσεσι τὸν ἄξονα.

Ὁριστέον

Ὁριστέον δὲ κατὰ Ἀπολλώνιον καὶ τάδε.

η′. Πάσης καμπύλης γραμμῆς, ἐν ἑνὶ ἐπιπέδῳ οὔσης, διάμετρος καλείσθω εὐθεῖά τις, ἥτις ἠγμένη ἀπὸ τῆς καμπύλης γραμμῆς πάσας τὰς ἀγομένας ἐν τῇ γραμμῇ εὐθείας εὐθείᾳ τινὶ παραλλήλους δίχα διαιρεῖ.

θ′. Κορυφὴ δὲ τῆς καμπύλης γραμμῆς τὸ πέρας τῆς εὐθείας τὸ πρὸς τῇ γραμμῇ.

ι′. Τεταγμένως δὲ ἐπὶ τὴν διάμετρον κατῆχθαι ἑκάστην τῶν παραλλήλων.

ια′. Συζυγεῖς δὲ διάμετροι καλείσθωσαν, αἵτινες ἀπὸ τῆς γραμμῆς τεταγμένως ἀχθεῖσαι ἐπὶ τὰς συζυγεῖς διαμέτρους, ὁμοίως αὐτὰς δίχα τέμνουσι.

ιβ′. Τοιούτων δὲ γραμμῶν ὑφισταμένων καὶ ἐν ταῖς πλαγίαις τομαῖς τοῦ κυλίνδρου, ἡ διχοτομία τῆς διαμέτρου κέντρον τομῆς καλείσθω.

ιγ′. Ἡ δὲ ἀπὸ τοῦ κέντρου ἐπὶ τὴν γραμμὴν προσπίπτουσα, ἐκ τοῦ κέντρου τῆς γραμμῆς.

ιδ′. Ἡ δὲ διὰ τοῦ κέντρου τῆς τομῆς παρὰ τεταγμένως κατηγμένην ἀχθεῖσα καὶ περατουμένη ὑπὸ τῆς γραμμῆς, δευτέρα διάμετρος καλείσθω· δειχθήσεται γὰρ πάσας τὰς ἀγομένας ἐν τῇ τομῇ παρὰ τὴν διάμετρον δίχα τέμνουσα.

ιε′. Ἔτι κἀκεῖνο προσδιοριζέσθω· ὅτι ὅμοιαι ἐλλείψεις εἰσὶν, ὧν ἑκατέρας αἱ συζυγεῖς διάμετροι πρὸς ἀλλήλας τὸν αὐτὸν ἔχουσι λόγον, καὶ πρὸς ἴσας γωνίας τέμνουσιν ἀλλήλας.

*Sed & hæc juxta* Apollonium *definienda.*

8. Omnis lineæ curvæ, in uno plano existentis, diameter vocetur recta linea; quæ quidem ducta à linea curva omnes quæ in ipsa ducuntur rectas rectæ cuipiam parallelas bifariam dividit.

9. Vertex autem curvæ, terminus illius rectæ qui est ad curvam.

10. Ordinatim vero ad diametrum applicari unamquamque rectarum parallelarum.

11. Conjugatæ diametri dicantur, quæ quidem, à curva ordinatim ductæ ad conjugatas diametros, ipsas similiter bifariam dividunt.

12. His igitur suppositis lineis in transversis sectionibus cylindri, punctum quod diametrum bifariam dividit centrum sectionis vocetur.

13. Quæ vero à centro ad lineam curvam perducitur, *dicatur* ea quæ ex centro.

14. Quæ vero per centrum sectionis transit, parallela ei quæ ordinatim applicata est, & terminatur ab ipsa linea curva, secunda diameter dicatur: demonstrabitur enim rectas omnes in sectione ductas, quæ priori diametro parallelæ sunt, bifariam secare.

15. Illud etiam definiendum est: similes ellipses esse, quarum conjugatæ diametri, sese ad angulos æquales secantes, eandem habent rationem inter se.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ α′.

Ἐὰν ὦσι δύο εὐθεῖαι ἁπτόμεναι ἀλλήλων παρὰ δύο εὐθείας ἁπτομένας ἀλλήλων, καὶ ἴσαι ἑκατέρα ἑκατέρᾳ· αἱ τὰ πέρατα αὐτῶν ἐπιζευγνύουσαι καὶ αὐταὶ ἴσαι τε καὶ παράλληλοί εἰσιν.

## Prop. I. *Theor.*

**Si duæ rectæ lineæ conveniant, ac duabus rectis lineis etiam convenientibus parallelæ sint, & sint utræque utrisque æquales: rectæ quæ terminos earum conjungunt & ipsæ æquales & parallelæ erunt.**

Ἔστωσαν δύο εὐθεῖαι ἁπτόμεναι ἀλλήλων αἱ ΑΒ, ΒΓ, παρὰ δύο εὐθείας ἁπτομένας ἀλλήλων τὰς ΔΕ, ΕΖ, καὶ ἴση ἔστω ἡ μὲν ΑΒ τῇ ΔΕ, ἡ δὲ ΒΓ τῇ ΕΖ, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΑΓ, ΔΖ· λέγω ὅτι αἱ ΑΓ, ΔΖ ἴσαι τε καὶ παράλληλοί εἰσιν.




Ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΑΔ, ΒΕ, ΓΖ. ἐπεὶ ἡ ΑΒ τῇ ΔΕ ἴση τε καὶ παράλληλός ἐστι· καὶ ἡ ΒΕ ἄρα τῇ ΑΔ ἴση τε καὶ παράλληλός

SINT duæ rectæ lineæ concurrentes AB, BΓ; quæ duabus rectis lineis etiam concurrentibus, ut ΔE, EZ, parallelæ sint; sitque AB æqualis ΔE, & BΓ ipsi EZ; & jungantur AΓ, ΔZ: dico rectas AΓ, ΔZ & æquales esse & parallelas.

Junctis enim AΔ, BE, ΓZ; quoniam AB ipsi ΔE est æqualis & parallela; erit [per 33. 1.] BE & æqualis & parallela

rallela ipsi ΑΔ. ac pari ratione ΓΖ æqualis & parallela erit ipsi ΒΕ: quare ΑΔ, ΓΖ [per 30.1.] æquales inter sese & parallelæ erunt; ac propterea ipsæ quoque ΑΓ, ΔΖ. quod erat ostendum.

### Prop. II. *Theor.*

**Si cylindrus plano secetur per axem; sectio parallelogrammum erit.**

SIT cylindrus, cujus bases circuli circa centra Α, Β, axis autem ΑΒ recta linea; & ducatur per ΑΒ planum secans cylindrum, faciensque sectiones, in circulis quidem rectas lineas ΓΔ, ΕΖ, quæ diametri sunt; in superficie autem cylindri ipsas ΕΗΓ, ΖΔ: dico utramque linearum ΕΗΓ, ΔΖ rectam esse.

Si enim fieri potest, non sint rectæ; & ducatur recta ΕΘΓ. quoniam igitur linea ΕΗΓ & recta ΕΘΓ in plano ΕΔ conveniunt ad puncta Ε, Γ; atque est ΕΗΓ in superficie cylindri: ipsa ΕΘΓ in cylindri superficie non erit. & quoniam circuli Α, Β æquales sunt & æquidistantes, secanturque à plano ΕΔ; communes ipsorum sectiones [per 16.11.] parallelæ erunt, atque etiam æquales, cum diametri sint æqualium circulorum. itaque si, manentibus Α, Β punctis, diametros ΑΓ, ΒΕ intelligamus circumferri, & una cum ipsis rectam lineam ΕΘΓ circa circulos Α, Β, quousque rursus in eundem locum restituantur, à quo moveri cœperunt: recta ΕΘΓ cylindri superficiem describet, & erit Θ punctum in superficie ipsa. atqui erat extra superficiem, quod fieri non potest: recta igitur linea est ΕΗΓ; similiter & recta est ipsa ΖΔ. & conjungunt æquales & parallelas rectas ΕΖ, ΓΔ: parallelogrammum igitur [per 33.1.] erit planum ΕΔ. quod erat demonstrandum.




### Prop. III. *Theor.*

**Si cylindrus plano secetur æquidistante parallelogrammo quod fit per axem: sectio parallelogrammum erit, angulos habens æquales angulis parallelogrammi per axem**

SIT cylindrus, cujus bases circuli circa centra Α, Β; & axis recta linea ΑΒ, parallelogrammum autem per axem ΓΔ; & secetur cylindrus alio plano ΕΖΗΘ parallelo ipsi ΓΔ parallelogrammo, quod faciat sectiones, in basibus quidem rectas lineas ΕΖ, ΗΘ, in superficie autem cylindri ipsas ΕΗ, ΖΘ: dico figuram ΕΗΖΘ parallelogrammum esse æquiangulum ipsi ΓΔ.

ἐστι. διὰ τὰ αὐτὰ δὲ καὶ ἡ ΓΖ τῇ ΒΕ ἴση ἐστὶ καὶ παράλληλος· αἱ ἄρα ΑΔ, ΓΖ ἴσαι τέ εἰσι καὶ παράλληλοι· καὶ αἱ ΑΓ, ΔΖ ἄρα ἴσαι τε καὶ παράλληλοί εἰσιν. ὃ προέκειτο δεῖξαι.

### ΠΡΟΤΑΣΙΣ β'.

**Ἐὰν κύλινδρος ἐπιπέδῳ τμηθῇ διὰ τοῦ ἄξονος· ἡ τομὴ παραλληλόγραμμον ἔσται.**

ΕΣΤΩ κύλινδρος, οὗ βάσεις μὲν οἱ περὶ τὰ Α, Β κέντρα κύκλοι, ἄξων δὲ ἡ ΑΒ εὐθεῖα, καὶ διὰ τῆς ΑΒ ἐκβεβλήσθω ἐπίπεδον τέμνον τὸν κύλινδρον, ποιήσει δή, ἐν μὲν τοῖς κύκλοις εὐθείας τὰς ΓΔ, ΕΖ διαμέτρους οὔσας, ἐν δὲ τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ κυλίνδρου τὰς ΕΗΓ, ΖΔ γραμμάς· λέγω ὅτι καὶ ἑκατέρα τῶν ΕΗΓ, ΔΖ γραμμῶν εὐθεῖά ἐστιν.

Εἰ γὰρ δυνατὸν, μὴ ἔστωσαν εὐθεῖαι, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΕΘΓ εὐθεῖα. ἐπεὶ οὖν ἡ ΕΗΓ γραμμὴ καὶ ἡ ΕΘΓ εὐθεῖα ἐν τῷ ΕΔ ἐπιπέδῳ εἰσὶ, συνάπτουσι κατὰ τὰ Ε, Γ σημεῖα, καί ἐστιν ἡ ΕΗΓ γραμμὴ ἐπὶ τῆς τοῦ κυλίνδρου ἐπιφανείας· ἡ ΕΘΓ εὐθεῖα οὐκ ἔσται ἐπὶ τῆς τοῦ κυλίνδρου ἐπιφανείας. ἐπεὶ οὖν οἱ Α, Β κύκλοι ἴσοι τε καὶ παράλληλοί εἰσι, καὶ τέμνονται ὑπὸ τοῦ ΕΔ ἐπιπέδου· αἱ ἄρα κοιναὶ αὐτῶν τομαὶ παράλληλοί εἰσιν. εἰσὶ καὶ ἴσαι, διάμετροι γάρ εἰσι ἴσων κύκλων· ἐὰν ἄρα, μενόντων τῶν Α, Β σημείων, τὰς ΑΓ, ΒΕ διαμέτρους νοήσωμεν περιενεγκούσας τὴν ΕΘΓ εὐθεῖαν περὶ τοὺς Α, Β κύκλους, καὶ εἰς ταὐτὰ πάλιν ἀποκαθισταμένας, ἡ ΕΘΓ εὐθεῖα γράψει τὴν τοῦ κυλίνδρου ἐπιφάνειαν, καὶ ἔσται τὸ Θ ἐπὶ τῆς ἐπιφανείας. ἦν δὲ ἐκτὸς, ὅπερ ἀδύνατον· εὐθεῖα ἄρα ἐστὶν ἡ ΕΗΓ, ὁμοίως δὲ καὶ ἡ ΖΔ. καὶ ἐπιζευγνύουσιν ἴσας τε καὶ παραλλήλους τὰς ΕΖ, ΓΔ· τὸ ΕΔ ἄρα παραλληλόγραμμόν ἐστιν. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

### ΠΡΟΤΑΣΙΣ γ'.

**Ἐὰν κύλινδρος ἐπιπέδῳ τμηθῇ παραλλήλῳ τῷ διὰ τοῦ ἄξονος παραλληλογράμμῳ· ἡ τομὴ παραλληλόγραμμον ἔσται ἴσας γωνίας ἔχον τῷ διὰ τοῦ ἄξονος παραλληλογράμμῳ.**

ΕΣΤΩ κύλινδρος, οὗ βάσεις μὲν οἱ περὶ τὰ Α, Β κέντρα κύκλοι, ἄξων δὲ ἡ ΑΒ εὐθεῖα, τὸ δὲ διὰ τοῦ ἄξονος παραλληλόγραμμον τὸ ΓΔ, καὶ τετμήσθω ὁ κύλινδρος ἑτέρῳ ἐπιπέδῳ τῷ διὰ τῶν Ε, Ζ, Η, Θ, παραλλήλῳ ὄντι τῷ ΓΔ παραλληλογράμμῳ, καὶ ποιοῦντι τομὰς ἐν μὲν ταῖς βάσεσι τὰς ΕΖ, ΗΘ εὐθείας, ἐν δὲ τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ κυλίνδρου τὰς ΕΗ, ΖΘ γραμμάς· λέγω ὅτι τὸ ΕΗΖΘ σχῆμα παραλληλόγραμμόν ἐστιν ἰσογώνιον τῷ ΓΔ.

Ἤχθω ἀπὸ τοῦ Β κέντρου ἐπὶ τὴν ΕΖ εὐθεῖαν κάθετος ἡ ΒΚ, καὶ διὰ τῶν ΚΒ, ΒΑ διεκβεβλήσθω ἐπίπεδον, καὶ ἔστωσαν κοιναὶ τομαὶ αἱ ΑΛ, ΚΛ, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΒΖ, ΑΘ. ἐπεὶ οὖν παράλληλος ὁ μὲν Α κύκλος τῷ Β, τὸ δὲ ΕΘ ἐπίπεδον τῷ ΓΔ ἐπιπέδῳ, καὶ τέμνεται ὑπὸ τοῦ ΑΒΚΛ ἐπιπέδου· παράλληλος ἄρα ἐστὶν ἡ μὲν ΑΛ τῇ ΒΚ, ἡ δὲ ΚΛ τῇ ΒΑ· παραλληλόγραμμον ἄρα ἐστὶ τὸ ΚΑ· ἴση ἄρα ἡ μὲν ΚΛ τῇ ΒΑ, ἡ δὲ ΒΚ τῇ ΑΛ. καὶ ἐπεὶ ἡ μὲν ΒΚ τῇ ΑΛ παράλληλός ἐστιν, ἡ δὲ ΚΖ τῇ ΑΘ· καὶ ἡ ὑπὸ ΒΚΖ ἄρα γωνία τῇ ὑπὸ ΑΛΘ ἴση. καί ἐστιν ἡ ΒΚ κάθετος ἐπὶ τὴν ΚΖ· καὶ ἡ ΑΛ ἄρα κάθετός ἐστιν ἐπὶ τὴν ΛΘ. καί εἰσιν ἴσαι· ἴσαι ἄρα καὶ αἱ ΕΖ, ΗΘ, ἀλλὰ καὶ παράλληλοι. καὶ ἐπεὶ ἡ ΒΖ τῇ ΑΘ παράλληλός ἐστι· τὸ ἄρα διὰ τῆς ΒΖ καὶ τοῦ ἄξονος ἀγόμενον ἐπίπεδον ἥξει καὶ διὰ τῆς ΑΘ, καὶ τομὴν ποιήσει παραλληλόγραμμον, καὶ πλευρὰ αὐτοῦ ἔσται ἡ τὰ Ζ, Θ ἐπιζευγνύουσα εὐθεῖα, ἐπὶ τῆς ἐπιφανείας οὖσα τοῦ κυλίνδρου. ἔστι δὲ καὶ ἡ ΖΘ πλευρὰ τοῦ ΕΖΗΘ σχήματος ἐπὶ τῆς τοῦ κυλίνδρου ἐπιφανείας· κοινὴ ἄρα πλευρά ἐστι τοῦ τε διὰ τοῦ ἄξονος παραλληλογράμμου καὶ τοῦ ΕΗΖΘ σχήματος. εὐθεῖα δὲ ἐδείχθη ἡ πλευρὰ τοῦ διὰ τοῦ ἄξονος παραλληλογράμμου· ἡ ΖΘ ἄρα ἐστὶν εὐθεῖα, ὁμοίως δὲ καὶ ἡ ΕΗ. καὶ ἐπιζευγνύουσιν ἴσας τε καὶ παραλλήλους τὰς ΕΖ, ΗΘ· τὸ ΕΘ ἄρα παραλληλόγραμμόν ἐστι.

Λέγω δὴ ὅτι καὶ ἰσογώνιον τῷ ΓΔ. ἐπεὶ γὰρ δύο αἱ ΔΒ, ΒΖ δυσὶ ταῖς ΜΑ, ΑΘ παράλληλοί εἰσι, καί εἰσιν αἱ τέσσαρες εὐθεῖαι ἴσαι· καὶ αἱ ΖΔ, ΜΘ ἄρα ἴσαι τε καὶ παράλληλοί εἰσι, διὰ τὸ πρῶτον θεώρημα· καὶ αἱ ΖΘ, ΔΜ ἄρα καὶ αὗται ἴσαι τε καὶ παράλληλοί εἰσιν. ἔστι δὲ καὶ ἡ ΛΘ τῇ ΑΜ παράλληλος· ἡ ἄρα ὑπὸ ΛΘΖ γωνία τοῦ ΕΘ παραλληλογράμμου τῇ ὑπὸ ΑΜΔ γωνίᾳ τοῦ ΓΔ παραλληλογράμμου ἴση ἐστίν· ἰσογώνιον ἄρα τὸ ΕΘ τῷ ΓΔ.

Ducatur à centro B ad EZ perpendicularis BK; perque rectas KB, BA ducto plano, communes sectiones sint AΛ, KΛ; & jungantur BZ, AΘ. quoniam igitur circulus A circulo B æquidistat, & EΘ planum plano ΓΔ, secaturque ab ipso ABKΛ plano: recta AΛ [per 16. 11.] parallela erit rectæ BK, & KΛ ipsi BA; quare KA parallelogrammum est: ideoque recta KΛ æqualis est rectæ BA, & BK ipsi AΛ. & quoniam BK quidem ipsi AΛ parallela est, KZ vero ipsi AΘ; erit BKZ angulus [per 10. 11.] æqualis angulo AΛΘ. atque est BK ad KZ perpendicularis: perpendicularis est igitur AΛ ad ipsam ΛΘ. sunt autem æquales: ergo æquales sunt ipsæ EZ, HΘ, & parallelæ. præterea quoniam BZ parallela est ipsi AΘ; planum per BZ atque axem ductum transibit etiam per AΘ; sectionemque faciet parallelogrammum, cujus latus recta linea, quæ puncta Z, Θ conjungit, & in superficie ipsius cylindri existit. est autem & ZΘ latus figuræ EZHΘ in superficie cylindri: commune igitur latus est & parallelogrammi per axem & figuræ EHZΘ. sed [per 2. huj.] demonstratum est latus parallelogrammi per axem esse rectam lineam: quare recta linea est ZΘ, similiter & recta erit ipsa EH. conjungunt autem æquales & parallelas rectas EZ, HΘ: ergo [per 33. 1.] planum EΘ parallelogrammum erit.




Dico insuper & æquiangulum esse parallelogrammo ΓΔ. quoniam enim duæ rectæ ΔB, BZ duabus rectis MA, AΘ parallelæ sunt, suntque quatuor rectæ æquales; & ipsæ ZΔ, MΘ inter se æquales erunt & parallelæ, per primum theorema: ergo & æquales & parallelæ sunt ipsæ ZΘ, ΔM. est autem & ΛΘ ipsi AM parallela: angulus igitur ΛΘZ parallelogrammi EΘ æqualis est angulo AMΔ parallelogrammi ΓΔ: quare parallelogrammum EΘ parallelogrammo ΓΔ æquiangulum erit.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ δ′.

**Ἐὰν καμπύλην γραμμὴν ὑποτείνῃ εὐθεῖα, αἱ δὲ ἀπὸ τῆς γραμμῆς ἐπὶ τὴν ὑποτείνουσαν κάθετοι ἴσον δύνωνται τῷ ὑπὸ τῶν τμημάτων τῆς ὑποτεινούσης· ἡ γραμμὴ κύκλου περιφέρειά ἐστι.**

## Prop. IV. *Theor.*

**Si curvæ lineæ recta subtendatur; & quæ à linea ad subtensam perpendiculares ducuntur, possint spatium æquale ei, quod ipsius subtensæ partibus continetur: dicta linea circuli circumferentia erit.**

Ἔστω καμπύλη γραμμὴ ἡ ΑΒΓΔ, ὑποτεινέτω δὲ αὐτὴν ἡ ΑΔ εὐθεῖα, καὶ κάθετοι ἤχθωσαν ἐπὶ τὴν ΑΔ αἱ ΒΕ, ΓΖ, καὶ ὑποκείσθω τὸ μὲν ἀπὸ τῆς ΒΕ ἴσον τῷ ὑπὸ τῶν ΑΕ, ΕΔ, τὸ δὲ ἀπὸ τῆς ΓΖ ἴσον τῷ ὑπὸ ΑΖΔ· λέγω ὅτι ἡ ΑΒΓΔ κύκλου περιφέρειά ἐστι.




Sit curva linea ABΓΔ, & quæ ei subtenditur recta AΔ; ducantur autem BE, ΓZ perpendiculares ad ipsam AΔ, ponaturque quadratum ex BE æquale rectangulo AE, EΔ, & quadratum ex ΓZ æquale ipsi AZΔ: dico lineam ABΓΔ circuli circumferentiam esse.



Secetur

Secetur enim A Δ bifariam in puncto H, & jungantur H B, H Γ. quoniam igitur quadratum ex H Δ [per 5.2.] æquale est quadrato ex H E & rectangulo A E, E Δ, sive quadrato ex B E; quadratum autem ex B H æquale est quadratis ex H E, E B: erit recta B H ipsi H Δ æqualis. & similiter demonstratur Γ H æqualis ipsi H Δ, cæteræque: semicirculus igitur est linea A B Γ Δ.




Τετμήσθω δίχα ἡ Α Δ κατὰ τὸ Η, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ Η Β, Η Γ. ἐπεὶ οὖν τὸ ἀπὸ τῆς Η Δ ἴσον ἐστὶ τῷ τε ἀπὸ τῆς Η Ε καὶ τῷ ὑπὸ τῶν Α Ε, Ε Δ, ὅ ἐστι τῷ ἀπὸ τῆς Β Ε, ἀλλὰ καὶ τὸ ἀπὸ τῆς Β Η ἴσον ἐστὶ τοῖς ἀπὸ τῶν Η Ε, Ε Β· ἴση ἄρα ἡ Β Η τῇ Η Δ. ὁμοίως δὲ καὶ ἡ Γ Η τῇ Η Δ ἴση δείκνυται, καὶ αἱ ἄλλαι· ἡμικύκλιον ἄρα τὸ Α Β Γ Δ.

## Prop. V. *Theor.*

**Si cylindrus plano basibus æquidistante secetur; sectio circulus erit centrum habens in axe.**

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ έ.

*Ἐὰν κύλινδρος ἐπιπέδῳ τμηθῇ παραλλήλῳ ταῖς βάσεσιν· ἡ τομὴ κύκλος ἔσται τὸ κέντρον ἔχων ἐπὶ τοῦ ἄξονος.*

Sit cylindrus, cujus bases quidem circuli A, B, axis autem A B recta; & secetur plano basibus æquidistante, quod faciat sectionem in superficie cylindri lineam Γ Ξ Δ N: dico ipsam Γ Ξ Δ N circuli circumferentiam esse.

Describantur in circulo A diametri E Z, H Θ; & per utramque ipsarum & axem ducantur plana cylindrum secantia, quæ quidem facient sectiones parallelogramma; & sit parallelogrammi E K & plani Γ Ξ Δ N communis sectio Γ Δ, parallelogrammi autem H Λ & ejusdem plani communis sectio N Ξ. quoniam igitur planum Γ Ξ Δ N æquidistat circulo A, & secatur à plano E K, recta Γ Δ ipsi E Z est parallela; & eadem ratione recta N Ξ parallela est ipsi H Θ. itaque quoniam B A utrique Γ E, Δ Z parallela est, & est E A æqualis ipsi A Z: erit Γ M ipsi M Δ æqualis. similiter quoque cum sit H A æqualis ipsi A Θ, M N æqualis erit ipsi M Ξ. sunt autem A E, A H æquales; ergo & M Γ, M N æquales erunt: quare omnes M Γ, M Δ, M N, M Ξ inter se æquales. & simili ratione aliæ æquales ostendentur, quæcunque à puncto M ad lineam Γ Ξ Δ N pertingunt: circulus igitur est sectio Γ Ξ Δ N. quod autem centrum habeat in recta A B manifesto patet: nam cum punctum M sit in tribus planis; & in ipsa A B communi planorum sectione necessario erit, hoc est in ipso axe.




Ἔστω κύλινδρος, οὗ βάσεις μὲν οἱ Α, Β κύκλοι, ἄξων δὲ ἡ Α Β εὐθεῖα, καὶ τετμήσθω ὁ κύλινδρος ἐπιπέδῳ παραλλήλῳ ταῖς βάσεσι, ποιοῦντι ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ κυλίνδρου τὴν Γ Ξ Δ Ν γραμμήν· λέγω ὅτι ἡ Γ Ξ Δ Ν γραμμὴ κύκλου ἐστὶ περιφέρεια.

Ἤχθωσαν ἐν τῷ Α κύκλῳ διάμετροι αἱ Ε Ζ, Η Θ, καὶ δι' ἑκατέρας τῶν Ε Ζ, Η Θ καὶ τοῦ ἄξονος ἐκβεβλήσθω ἐπίπεδα τέμνοντα τὸν κύλινδρον· ποιήσει δὴ παραλληλόγραμμα τὰς τομάς. ἔστω τοῦ μὲν Ε Κ παραλληλογράμμου καὶ τοῦ Γ Ξ Δ Ν ἐπιπέδου κοινὴ τομὴ ἡ Γ Δ, τοῦ δὲ Η Λ παραλληλογράμμου καὶ τοῦ Γ Ξ Δ Ν ἐπιπέδου κοινὴ τομὴ ἡ Ν Ξ. ἐπεὶ οὖν τὸ Γ Ξ Δ Ν ἐπίπεδον παράλληλόν ἐστι τῷ Α κύκλῳ, καὶ τέμνεται ὑπὸ τοῦ Ε Κ ἐπιπέδου· ἡ Γ Δ ἄρα εὐθεῖα τῇ Ε Ζ παράλληλός ἐστι. διὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ ἡ Ν Ξ τῇ Η Θ παράλληλός ἐστι. ἐπεὶ οὖν ἡ Β Α ἑκατέρᾳ τῶν Γ Ε, Δ Ζ παράλληλός ἐστι, καὶ ἴση ἡ Ε Α τῇ Α Ζ· ἴση ἄρα καὶ ἡ Γ Μ τῇ Μ Δ. ὁμοίως ἐπεὶ ἴση ἐστὶν ἡ Η Α τῇ Α Θ, ἴση ἄρα καὶ ἡ Μ Ν τῇ Μ Ξ. ἐπεὶ δὲ αἱ Α Ε, Α Η ἴσαι εἰσί· καὶ αἱ Μ Γ, Μ Ν ἄρα ἴσαι εἰσὶν ἀλλήλαις· πᾶσαι ἄρα αἱ Μ Γ, Μ Δ, Μ Ν, Μ Ξ ἴσαι εἰσίν. ὁμοίως δὲ, κἂν ἄλλαι διαχθῶσι, πᾶσαι αἱ ἀπὸ τοῦ Μ ἐπὶ τὴν Γ Ξ Δ Ν γραμμὴν προσπίπτουσαι ἴσαι εὑρεθήσονται· κύκλος ἄρα ἐστὶν ἡ Γ Ξ Δ Ν τομή. ὅτι δὲ καὶ τὸ κέντρον ἐπὶ τῆς Α Β εὐθείας ἔχει, δῆλον· τὸ γὰρ Μ, ἐν τοῖς τρισὶν ἐπιπέδοις ὄν, ἐπὶ τῆς Α Β κοινῆς τομῆς τῶν παραλληλογράμμων ἔσται, τουτέστιν ἐπὶ τοῦ ἄξονος.

## Prop. VI. *Theor.*

Si cylindrus scalenus per axem secetur plano ad rectos angulos ipsi basi; secetur autem & alio plano recto ad parallelogrammum per axem, quod faciat communem sectionem in pa-

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ ς'.

*Ἐὰν κύλινδρος σκαληνὸς ἐπιπέδῳ διὰ τοῦ ἄξονος τμηθῇ πρὸς ὀρθὰς τῇ βάσει, τμηθῇ δὲ καὶ ἑτέρῳ ἐπιπέδῳ ὀρθῷ τε πρὸς τὸ διὰ τοῦ ἄξονος παραλληλόγραμμον, καὶ ποιῇ τὴν κοινὴν*

τομὴν

τομὴν ἐν τῷ παραλληλογράμμῳ εὐθεῖαν, ἴσας μὲν ποιοῦσι γωνίας ταῖς τοῦ παραλληλογράμμου, μὴ παράλληλοι δὲ οὖσι ταῖς βάσεσι τοῦ παραλληλογράμμου· ἡ τομὴ κύκλος ἔσται. καλείσθω δὲ ἡ τοιαύτη ἀγωγὴ τοῦ ἐπιπέδου ὑπεναντία.

ΕΣΤΩ σκαληνὸς κύλινδρος, οὗ τὸ διὰ τοῦ ἄξονος παραλληλόγραμμον ἔστω τὸ ΑΔ, πρὸς ὀρθὰς ὂν τῇ βάσει, τετμήσθω δὲ ὁ κύλινδρος καὶ ἑτέρῳ ἐπιπέδῳ τῷ ΕΖΗ, ὀρθῷ μὲν αὐτῷ πρὸς τὸ ΑΔ παραλληλόγραμμον, καὶ ποιοῦντι ἐν αὐτῷ κοινὴν τομὴν τὴν ΕΗ εὐθεῖαν, μὴ παράλληλον μὲν ταῖς ΑΒ, ΓΔ, ἴσας δὲ γωνίας ποιοῦσαν τὴν μὲν ὑπὸ ΗΕΑ τῇ ὑπὸ ΕΑΒ, τὴν δὲ ὑπὸ ΕΗΒ τῇ ὑπὸ ΑΒΗ· λέγω ὅτι ἡ ΕΖΗ τομὴ κύκλος ἐστίν.

Εἰλήφθω τι σημεῖον ἐπὶ τῆς ΕΗ εὐθείας τὸ Θ, καὶ πρὸς ὀρθὰς τῇ ΕΗ ἤχθω εὐθεῖα ἡ ΘΖ, ἐν τῷ ΕΖΗ ἐπιπέδῳ οὖσα· ἡ ΖΘ ἄρα κάθετός ἐστιν ἐπὶ τὸ ΑΔ ἐπίπεδον. ἤχθω διὰ τοῦ Θ τῇ ΑΒ παράλληλος ἡ ΚΘΛ, καὶ κείσθω τῇ ΑΒ πρὸς ὀρθὰς ἡ ΜΝ, καὶ διὰ τῶν ΖΘ, ΚΛ ἤχθω ἐπίπεδον ποιοῦν τὴν ΚΖΛ τομήν. ἐπεὶ οὖν ἡ ΜΝ κάθετός ἐστιν ἐπὶ τὴν ΑΒ κοινὴν τομὴν τῶν ἐπιπέδων, ἐν τῷ τῆς βάσεως ἐπιπέδῳ οὖσα· κάθετος ἄρα ἐστὶν ἡ ΜΝ ἐπὶ τὸ ΑΔ ἐπίπεδον· παράλληλοι ἄρα εἰσὶν αἱ ΖΘ, ΜΝ. παράλληλοι δὲ καὶ αἱ ΚΛ, ΑΒ· καὶ τὰ δι' αὐτῶν ἄρα ἐπίπεδα· ἡ ΚΖΛ ἄρα τομὴ παράλληλός ἐστι τῇ βάσει· κύκλος ἄρα ἐστὶν ἡ ΚΖΛ τομή. διάμετρος δὲ τοῦ κύκλου ἡ ΚΛ, καὶ τῇ ΚΛ πρὸς ὀρθὰς ἡ ΖΘ· ἴσον ἄρα τὸ ὑπὸ τῶν ΚΘ, ΘΛ τῷ ἀπὸ τῆς ΘΖ. ἀλλὰ τὸ ὑπὸ τῶν ΚΘ, ΘΛ τῷ ὑπὸ τῶν ΕΘ, ΘΗ ἴσον ἐστὶν, ἴση γὰρ ἡ μὲν ΕΘ τῇ ΘΚ, ἡ δὲ ΗΘ τῇ ΘΛ, διὰ τὸ τὰς πρὸς ταῖς ΕΚ, ΛΗ βάσεσι γωνίας ἴσας εἶναι· καὶ τῷ ὑπὸ τῶν ΕΘ, ΘΗ ἄρα τὸ ἀπὸ τῆς ΖΘ ἴσον ἐστὶν, καὶ ἔστιν ὀρθὴ ἡ ΖΘ ἐπὶ τὴν ΕΗ. ὁμοίως δὲ, κἂν ἄλλην ἀγάγῃς παράλληλον τῇ ΖΘ ἐπὶ τὴν ΕΗ, ἴσον δυνήσεται τῷ ὑπὸ τῶν γινομένων τμημάτων τῆς ΕΗ· κύκλος ἄρα ἐστὶν ἡ ΕΖΗ τομὴ, οὗ διάμετρος ἡ ΕΘΗ εὐθεῖα.

rallelogrammo rectam lineam, continentem angulos aequales angulis parallelogrammi, non autem ipsius basibus parallelam: sectio circulus erit. vocetur autem talis sectio *Subcontraria.*

SIT cylindrus scalenus, cujus parallelogrammum per axem ΑΔ, ad rectos angulos existens ipsi basi; secetur autem cylindrus & alio plano ΕΖΗ ad parallelogrammum ΑΔ recto, quod in ipso communem sectionem faciat rectam lineam ΕΗ basibus ΑΒ, ΓΔ, non quidem parallelam, sed quæ contineat angulum ΗΕΑ æqualem angulo ΕΑΒ, angulum vero ΕΗΒ æqualem ipsi ΑΒΗ: dico sectionem ΕΖΗ circulum esse.




Sumatur aliquod punctum in recta ΕΗ, quod sit Θ; & ad rectos angulos ipsi ΕΗ ducatur ΘΖ in ΕΖΗ plano: ergo [per 4.def.11] ΖΘ perpendicularis est ad planum ΑΔ. ducatur per Θ ipsi ΑΒ parallela ΚΘΛ, ponaturque ipsi ΑΒ ad rectos angulos ΜΝ, & per ΖΘ, ΚΛ ducatur planum faciens sectionem ΚΖΛ. quoniam igitur ΜΝ, in basis plano existens, perpendicularis est ad ΑΒ communem planorum sectionem; erit ipsa ΜΝ perpendicularis ad planum ΑΔ: quare [per 6. 11.] ΖΘ, ΜΝ parallelæ sunt. sed & parallelæ ipsæ ΚΛ, ΑΒ: ergo [per 15. 11.] parallela quoque quæ per illas transeunt plana: sectio igitur ΚΖΛ parallela est basi; ideoque [per præc.] circulus est, & ejus diameter ΚΛ, cui ipsa ΖΘ ad rectos angulos insistit: quare [per corr. 13. 6.] rectangulum ΚΘ, ΘΛ est æquale quadrato ex ΘΖ. at rectangulum ΚΘ, ΘΛ æquale est ipsi ΕΘ, ΘΗ rectangulo, cum sit [per 6. 1.] ΕΘ æqualis ipsi ΘΚ, & ΗΘ ipsi ΘΛ, propterea quod ad bases ΕΚ, ΛΗ anguli æquales sunt: ergo quadratum ex ΖΘ æquale est rectangulo ΕΘ, ΘΗ; atque est ΖΘ ad ΕΗ perpendicularis. similiter autem, si ad ΕΗ alia ducatur parallela ipsi ΖΘ, poterit spatium æquale ei, quod sub partibus ipsius ΕΗ continetur: igitur [per 4. huj.] sectio ΕΖΗ circulus est, cujus diameter est recta ΕΘΗ.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ ζ'.

Δοθέντος κυλίνδρου καὶ σημείου τινὸς ἐπὶ τῆς ἐπιφανείας, ἀγαγεῖν διὰ τοῦ σημείου πλευρὰν τοῦ κυλίνδρου.

ΕΣΤΩ κύλινδρος, οὗ βάσεις μὲν οἱ Α, Β κύκλοι, ἄξων δὲ ἡ ΑΒ εὐθεῖα, τὸ δὲ δοθὲν σημεῖον ἐπὶ

## Prop. VII. *Probl.*

Cylindro dato & puncto in superficie ejus; per dictum punctum latus cylindri ducere.

SIT cylindrus, cujus bases circuli Α, Β, axis vero recta linea ΑΒ; datum autem punctum in ejus superficie

superficie Γ; atque oporteat per Γ ducere cylindri latus.

Ducatur à puncto Γ perpendicularis ad ipsam AB, quæ sit ΓΔ; & per AB, ΓΔ rectas ducatur planum cylindrum secans: sectio igitur per Γ transibit, & faciet in superficie rectam lineam ΖΓΕ, quæ quidem cylindri latus erit.




τῆς ἐπιφανείας τὸ Γ, καὶ δέον ἔστω διὰ τοῦ Γ ἀγαγεῖν τοῦ κυλίνδρου πλευράν.

Ἤχθω ἀπὸ τοῦ Γ σημείου κάθετος ἐπὶ τὴν ΑΒ ἡ ΓΔ, καὶ διὰ τῶν ΑΒ, ΓΔ εὐθειῶν ἐκβεβλήσθω ἐπίπεδον τέμνον τὸν κύλινδρον· ἥξει ἄρα ἡ τομὴ διὰ τοῦ Γ, καὶ ποιήσει εὐθεῖαν ὡς τὴν ΖΓΕ, ἥτις ἔσται πλευρὰ τοῦ κυλίνδρου.

## Prop. VIII. *Theor.*

**Si in superficie cylindri duo puncta sumantur, non existentia in uno latere parallelogrammi per axem: quæ dicta puncta conjungit recta linea intra cylindri superficiem cadet.**

SIT cylindrus, cujus bases circuli Α, Β; sumanturque in superficie ejus duo puncta Γ, Δ, quæ non sint in uno latere parallelogrammi per axem; & jungatur ΓΔ: dico ipsam ΓΔ intra cylindri superficiem cadere.

Si enim fieri potest, vel in superficie ejus, vel extra superficiem cadat; & quoniam puncta Γ, Δ non sunt in latere cylindri, ducatur per Γ quidem latus ΕΓΖ, per Δ vero ipsum ΗΔΘ; & jungantur ΕΗ, ΖΘ: ergo [per 2. 3.] ΕΗ, ΖΘ intra circulos cadent. sumatur aliquod punctum in recta ΓΔ, quod sit Κ: igitur Κ vel erit in superficie cylindri, vel extra. sit primum in superficie; & per Κ ducatur latus cylindri recta linea ΛΚΜ, quæ quidem cadens in circumferentias ΕΗ, ΖΘ, si producatur, neutram rectarum ΕΗ, ΖΘ secabit: quare ΛΜ non erit in plano ΖΕΗΘ. sed punctum Κ est in recta ΛΜ; igitur Κ non erit in plano ΖΕΗΘ. quoniam autem ΓΔ est in ipso ΖΕΗΘ plano, & in ΓΔ est punctum Κ; erit Κ in eodem ΖΕΗΘ plano: quare Κ in dicto plano erit & non erit; quod fieri non potest. igitur ΓΔ non est in superficie cylindri.

Sed sit extra; sumaturque in circumferentia ΕΗ aliquod punctum Λ, & jungatur ΚΛ: ergo ΚΛ ex utraque parte producta neutram rectarum ΕΗ, ΖΘ secabit: quare ΚΛ non erit in plano ΖΕΗΘ, cætera manifesta sunt.




## ΠΡΟΤΑΣΙΣ η'.

**Ἐὰν ἐπὶ κυλίνδρου ἐπιφανείας δύο σημεῖα ληφθῇ, μὴ ἐπὶ μιᾶς ὄντα πλευρᾶς τοῦ παραλληλογράμμου τοῦ διὰ τοῦ ἄξονος τοῦ κυλίνδρου· ἡ ἐπιζευγνυμένη εὐθεῖα ἐντὸς πεσεῖται τῆς τοῦ κυλίνδρου ἐπιφανείας.**

ΕΣΤΩ κύλινδρος, οὗ βάσεις εἰσὶν οἱ Α, Β κύκλοι, καὶ εἰλήφθω ἐπὶ τῆς ἐπιφανείας αὐτοῦ δύο σημεῖα τὰ Γ, Δ, μὴ ὄντα ἐπὶ μιᾶς πλευρᾶς τοῦ παραλληλογράμμου τοῦ διὰ τοῦ ἄξονος τοῦ κυλίνδρου, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΓΔ εὐθεῖα· λέγω ὅτι ἡ ΓΔ ἐντὸς πίπτει τῆς τοῦ κυλίνδρου ἐπιφανείας.

Εἰ γὰρ δυνατὸν, πιπτέτω ἢ ἐπὶ τῆς ἐπιφανείας, ἢ ἐκτὸς αὐτῆς· καὶ ἐπεὶ τὰ Γ, Δ σημεῖα οὐκ ἔστιν ἐπὶ τῆς αὐτῆς πλευρᾶς τοῦ κυλίνδρου, ἤχθω διὰ μὲν τοῦ Γ ἡ ΕΓΖ πλευρὰ, διὰ δὲ τοῦ Δ ἡ ΗΔΘ, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΕΗ, ΖΘ εὐθεῖαι· ἐντὸς ἄρα πίπτουσι τῶν κύκλων αἱ ΕΗ, ΖΘ. εἰλήφθω τι σημεῖον ἐπὶ τῆς ΓΔ τὸ Κ· τὸ δὴ Κ ἤτοι ἐπὶ τῆς ἐπιφανείας ἐστὶ τοῦ κυλίνδρου, ἢ ἐκτός. ἔστω πρότερον ἐπὶ τῆς ἐπιφανείας· καὶ διὰ τοῦ Κ ἤχθω πλευρὰ τοῦ κυλίνδρου ἡ ΛΚΜ εὐθεῖα, πίπτουσα ἐπὶ τὰς ΕΗ, ΖΘ περιφερείας· ἐκβαλλομένη ἄρα ἡ ΛΚΜ εὐθεῖα οὐδετέραν τεμεῖ τῶν ΕΗ, ΖΘ εὐθειῶν· οὐκ ἄρα ἐστὶν ἡ ΛΜ ἐν τῷ ΖΕΗΘ ἐπιπέδῳ. καὶ ἔστ' αὐτῆς τὸ Κ· οὐδὲ τὸ Κ ἄρα ἐστὶν ἐν τῷ ΖΕΗΘ ἐπιπέδῳ. ἐπεὶ δὲ ἡ ΓΔ ἐστιν ἐν τῷ ΖΕΗΘ ἐπιπέδῳ, καὶ ἔστ' αὐτῆς τὸ Κ· τὸ Κ ἄρα ἐν τῷ ΖΕΗΘ· ἔστιν ἄρα καὶ οὐκ ἔστιν ἐν τῷ ἐπιπέδῳ τὸ Κ, ὅπερ ἀδύνατον. οὐκ ἄρα ἐπὶ τῆς ἐπιφανείας ἐστὶν ἡ ΓΔ.

Ἀλλὰ δὴ ἔστω ἐκτὸς, καὶ ληφθέντος σημείου τινὸς ἐπὶ τῆς ΕΗ περιφερείας τοῦ Λ ἐπεζεύχθω ἡ ΚΛ· ἐκβληθεῖσα δὴ ἐφ' ἑκάτερα ἡ ΚΛ οὐδετέραν τεμεῖ τῶν ΕΗ, ΖΘ εὐθειῶν· ὥστε οὐκ ἔσται ἡ ΚΛ ἐν τῷ ΖΕΗΘ ἐπιπέδῳ. καὶ τὰ λοιπὰ δῆλα.

## Prop. IX. *Theor.*

**Si cylindrus plano secetur, neque basibus æquidistante, neque subcontrarie posito, neque per axem, neque æ-**

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ θ'.

**Ἐὰν κύλινδρος ἐπιπέδῳ τμηθῇ, μήτε παρὰ τὰς βάσεις, μήτε ὑπεναντίως, μήτε διὰ τοῦ ἄξονος,**

μήτε

μήτε παραλλήλῳ τῷ διὰ τοῦ ἄξονος ἐπιπέδῳ· ἡ τομὴ οὐκ ἔσται κύκλος, οὐδὲ εὐθύγραμμον.

ΕΣΤΩ κύλινδρος, οὗ βάσεις οἱ Α, Β κύκλοι, καὶ τετμήσθω ἐπιπέδῳ, μήτε παρὰ τὰς βάσεις, μήτε ὑπεναντίως, μήτε διὰ τοῦ ἄξονος, μήτε παραλλήλως τῷ ἄξονι· τὸ δὴ τέμνον ἐπίπεδον ἤτοι καὶ τὰς βάσεις τέμνει ἀμφοτέρας, ἢ τὴν ἑτέραν, ἢ οὐδετέραν. πρῶτον δὲ μηδετέραν τεμνέτω, καὶ ποιείτω γραμμὴν ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ κυλίνδρου τὴν ΓΕΔ· λέγω ὅτι ἡ ΓΕΔ τομὴ οὔτε κύκλος ἐστὶν, οὔτε εὐθύγραμμον.

Ὅτι μὲν οὐκ ἔστιν εὐθύγραμμον, δῆλον. εἰ γὰρ δυνατὸν, ἔστω εὐθύγραμμον, καὶ εἰλήφθω πλευρά τις αὐτοῦ ἡ ΓΕ. ἐπεὶ οὖν ἐπὶ τῆς ἐπιφανείας τοῦ κυλίνδρου δύο σημεῖα εἴληπται τὰ Γ, Ε, μὴ ὄντα ἐπὶ τῆς αὐτῆς πλευρᾶς τοῦ κυλίνδρου, (ἡ γὰρ πλευρὰ κατὰ δύο σημεῖα οὐ τέμνει τὴν τοιαύτην γραμμήν) ἡ ἄρα τὰ Γ, Ε σημεῖα ἐπιζευγνύουσα εὐθεῖα ἐπὶ τῆς ἐπιφανείας ἐστὶ τοῦ κυλίνδρου, ὅπερ ἀδύνατον ἐδείχθη· οὐκ ἄρα εὐθεῖά ἐστιν ἡ ΓΕ γραμμή· τὸ ἄρα ΓΕΔ σχῆμα οὐκ ἔστιν εὐθύγραμμον.




Δεικτέον δὴ ὅτι οὐδὲ κύκλος. ἐπεὶ γὰρ τὸ ΓΕΔ τομῆς ἐπίπεδον τῷ τοῦ Α κύκλου ἐπιπέδῳ οὐκ ἔστι παράλληλον, ἐκβαλλόμενα τὰ ἐπίπεδα τεμεῖ ἄλληλα. τεμνέτω, καὶ ἔστω κοινὴ τομὴ αὐτῶν ἡ ΖΗ, καὶ διὰ τοῦ Α κέντρου ἤχθω κάθετος ἐπὶ τὴν ΖΗ ἡ ΘΑΗ, καὶ διὰ τῆς ΘΑ καὶ τοῦ ἄξονος ἐκβεβλήσθω ἐπίπεδον, ποιοῦν ἐν μὲν τῷ κυλίνδρῳ τομὴν τὸ ΘΚ παραλληλόγραμμον, ἐν δὲ τῇ ΓΕΔ τομῇ τὴν ΓΔ εὐθεῖαν· καὶ, τῆς ΓΔ δίχα τμηθείσης κατὰ τὸ Λ, ἤχθωσαν τῇ ΖΗ παράλληλοι, διὰ μὲν τοῦ Λ ἡ ΕΛΜ, διὰ δὲ τοῦ Α ἡ ΝΑΞ· αἱ ἄρα ΜΕ, ΝΞ παράλληλοί εἰσιν ἀλλήλαις. ἤχθω τοίνυν διὰ τῆς ΕΜ ἐπίπεδον παράλληλον τῇ βάσει τοῦ κυλίνδρου, ποιοῦν ἐν τῷ κυλίνδρῳ τομὴν τὴν ΟΕΠΜ· ἡ ΟΕΠΜ ἄρα τομὴ κύκλος ἐστὶν, οὗ διάμετρός ἐστιν ἡ ΟΠ, δίχα τετμημένη κατὰ τὸ Λ. ἐπεὶ γὰρ τῶν ΛΟΓ, ΛΠΔ τριγώνων, ὁμοίων ὄντων, ἴση ἐστὶν ἡ ΓΛ τῇ ΛΔ· ἴση ἄρα καὶ ἡ ΟΛ τῇ ΛΠ· διάμετρος ἄρα καὶ ἡ ΕΛΜ τοῦ ΟΕΠ κύκλου. ἐπεὶ οὖν παράλληλός ἐστιν ἡ μὲν ΟΛ τῇ ΘΑ, ἡ δὲ ΛΜ τῇ ΑΞ· ἡ ἄρα ὑπὸ τῶν ΟΛ, ΛΜ γωνία τῇ ὑπὸ τῶν ΘΑ, ΑΞ ἴση ἐστίν. ὀρθὴ δὲ ἡ ὑπὸ ΘΑΞ· ὀρθὴ ἄρα καὶ ἡ ὑπὸ τῶν ΟΛ, ΛΜ· ἡ ΕΛ ἄρα κάθετός ἐστιν ἐπὶ τὴν ΟΠ διάμετρον τοῦ κύκλου· τὸ ἄρα ἀπὸ τῆς ΕΛ ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ ΟΛ, ΛΠ. ἐπεὶ δὲ οὐκ ἔστιν ἡ τομὴ ὑπεναντία, ἡ ἄρα ὑπὸ ΛΟΓ γωνία οὐκ ἔστιν ἴση τῇ ὑπὸ ΟΓΛ· οὐδὲ ἡ ΟΛ ἄρα εὐθεῖα τῇ ΓΛ ἴση ἐστίν· οὐδὲ τὸ ἀπὸ τῆς ΟΛ ἄρα, τουτέστι τὸ ὑπὸ τῶν ΟΛ, ΛΠ, τῷ ἀπὸ τῆς ΓΛ, τουτέστι τῷ ὑπὸ τῶν ΓΛ, ΛΔ, ἴσον ἐστίν. ἀλλὰ τῷ ὑπὸ τῶν ΟΛ, ΛΠ τὸ ἀπὸ τῆς ΕΛ ἴσον· τὸ ἄρα ἀπὸ τῆς ΕΛ οὐκ ἔστι τῷ ὑπὸ

quidistante ei quod per axem fit parallelogrammo; sectio neque circulus, neque rectilineum erit.

SIT cylindrus, cujus bases circuli Α, Β; & secetur plano neque æquidistante basibus, neque subcontrarie posito, neque per axem, neque axi æquidistante: vel igitur secans planum bases utrasque secabit, vel alteram tantum, vel neutram. primum vero neutram secet, & faciat in superficie cylindri lineam ΓΕΔ: dico sectionem ΓΕΔ neque circulum esse, neque rectilineum.

Nam rectilineum non esse manifesto constat. sit enim rectilineum, si fieri potest: & sumatur latus quodpiam ipsius ΓΕ. quoniam igitur in cylindri superficie duo puncta Γ, Ε sumuntur, in eodem latere cylindri non existentia; (latus enim in duobus punctis talem lineam non secat) erit recta linea, quæ puncta Γ, Ε conjungit, in superficie ipsius cylindri; quod quidem [per præced.] fieri non posse jam demonstratum est: ΓΕ igitur recta linea non est, neque figura ΓΕΔ rectilinea.

Demonstrandum deinceps est, neque circulum esse. quoniam enim sectionis ΓΕΔ planum plano circuli Α non est æquidistans: si plana producantur, ipsa se invicem secabunt. secent ergo sese, & sit ipsorum communis sectio ΖΗ; perque Α centrum ducatur ΘΑΗ ad ΖΗ perpendicularis; & per ΘΑ perque axem ducatur planum, faciens in cylindro sectionem parallelogrammum ΘΚ, in sectione autem ΓΕΔ rectam lineam ΓΔ; &, secta ΓΔ bifariam in puncto Λ, ducantur ipsi ΖΗ parallelæ, per Λ quidem recta ΕΛΜ, per Α vero ipsa ΝΑΞ: quare [per 9. 11.] ΜΕ, ΝΞ inter sese parallelæ erunt. ducatur deinde planum per ΕΜ basi cylindri æquidistans, quod faciat in cylindro sectionem ΟΕΠΜ; & erit [per 5. huj.] sectio ΟΕΠΜ circulus, cujus diameter ΟΠ bifariam secatur in Λ. nam, cum triangula ΛΟΓ, ΛΠΔ similia sint, & sit ΓΛ æqualis ipsi ΛΔ; erit & ΟΛ ipsi ΛΠ æqualis: quare ΕΛΜ circuli ΟΕΠ diameter erit. & quoniam recta ΟΛ ipsi ΘΑ parallela est, ut & ΛΜ ipsi ΑΞ; angulus ΟΛΜ [per 10. 11.] angulo ΘΑΞ est æqualis: rectus autem est angulus ΘΑΞ; rectus igitur est ΟΛΜ, & ΕΛ perpendicularis est ad ΟΠ circuli diametrum: unde sequitur quadratum ex ΕΛ æquale esse rectangulo ΟΛΠ. quoniam autem sectio non est subcontraria, angulus ΛΟΓ angulo ΟΓΛ æqualis non erit: & idcirco latera ΟΛ, ΓΛ inæqualia: igitur quadratum ex ΟΛ, hoc est rectangulum ΟΛΠ, non est æquale quadrato ex ΓΛ, hoc est rectangulo ΓΛΔ. sed rectangulo ΟΛΠ æquale est quadratum ex ΕΛ: quare quadratum ex ΕΛ non est æquale rectangulo

ΓΛΔ: & propterea [per 4. huj.] sectio ΓΕΔ non est circulus. demonstratum autem est neque rectilineum esse. quod erat demonstrandum. simul vero & illud demonstratum est, rectam lineam, quæ in sectione ipsi ZH ducta parallela bifariam dividit ipsam ΓΔ, diametro basis æqualem esse.

Sed secet planum etiam ipsas bases; basim quidem A rectâ lineâ ΓE, ipsam vero B rectâ ZH; perque A ducatur ΘAΛ perpendicularis ad ΓE; & per ΘA diametrum & axem ducatur planum, quod faciat sectionem ΘK parallelogrammum: plani autem ZΓEH & parallelogrammi ΘK communis sectio sit ΛM. quoniam igitur planum ZE neque per axem ductum est, neque axi æquidistans; recta ΛM in infinitum protracta occurret ipsi axi: quare & rectæ ΘN axi parallelæ; utræque enim sunt in ΘK plano. occurrat in puncto N, & producatur ΘN utramque in partem. itaque si, axe & circulis manentibus, ipsa ΘN circumferatur unà cum diametris, quousque redeat in eum locum à quo moveri cœpit; cylindri superficies secundum altitudinem augebitur: &, producto plano ZE, augebitur etiam sectio usque in punctum N. illud idem continget & ex parte ΓΛ: erit itaque NHEP cylindri sectio, qualis in præcedenti theoremate: unde constat NHEP neque circulum esse, neque rectilineum: quare sectio ΓEHZ neque rectilineum est, neque circulus, neque portio circuli; sed erit ejusmodi sectio portio sectionis cylindri.




τῆ ΓΛ, ΛΔ ἴσον· οὐκ ἄρα κύκλος ἐστὶν ἡ ΓΕΔ τομή. ἐδείχθη δὲ ὅτι οὐδὲ εὐθύγραμμον. ὅπερ ἔδει δεῖξαι. καὶ συναπεδείχθη ὅτι ἡ τὴν ΓΔ ἐν τῇ τομῇ παρὰ τὴν ZH διχοτομοῦσα εὐθεῖα ἴση ἐστὶ τῇ διαμέτρῳ τῆς βάσεως.

Ἀλλὰ δὴ τὸ τέμνον ἐπίπεδον τεμνέτω καὶ τὰς βάσεις, τὴν μὲν A βάσιν τῇ ΓE εὐθείᾳ, τὴν δὲ B τῇ ZH, καὶ διὰ τοῦ A ἤχθω κάθετος ἐπὶ τὴν ΓE ἡ ΘAΛ, καὶ διὰ τῆς ΘA διαμέτρου καὶ τοῦ ἄξονος ἐκβεβλήσθω ἐπίπεδον, ὃ ποιεῖ τομὴν τὸ ΘK παραλληλόγραμμον, τῆς δὲ ZΓEH τομῆς καὶ τοῦ ΘK παραλληλογράμμου κοινὴ τομὴ ἔστω ἡ ΛM. ἐπεὶ οὖν τὸ ZE ἐπίπεδον οὔτε διὰ τοῦ ἄξονος ἦκται, οὔτε παραλλήλως τῷ ἄξονι· ἡ ΛM ἄρα ἐπ' ἄπειρον ἐκβαλλομένη τεμεῖ τὸν ἄξονα· τεμεῖ ἄρα καὶ τὴν ΘN παράλληλον οὖσαν τῷ ἄξονι, ἀμφότερα γὰρ ἐν τῷ ΘK εἰσιν ἐπιπέδῳ· τεμνέτω δὴ κατὰ τὸ N, καὶ ἐκβεβλήσθω ἐφ' ἑκάτερα ἡ ΘN. ἐὰν ἄρα μένοντος τοῦ ἄξονος καὶ τῶν κύκλων, ἡ ΘN περιενεχθεῖσα σὺν τῇ διαμέτροις ἀποκατασταθῇ, αὐξήσει τὴν τοῦ ἐξ ἀρχῆς κυλίνδρου ἐπιφάνειαν κατὰ τὸ ὕψος, καὶ προσεκβληθέντος τοῦ ZE ἐπιπέδου, αὐξηθήσεται καὶ τομὴ μέχρι τοῦ N. τὸ δ' αὐτὸ ἔσται καὶ ἐπὶ τὰ ΓΛ μέρη· ἡ NHEP ἄρα τομή ἐστι κυλίνδρου, οἵα καὶ ἐν τῷ πρὸ τούτου θεωρήματι· ἡ NHEP ἄρα τομὴ οὔτε κύκλος, οὔτε εὐθύγραμμόν ἐστι· καὶ ἡ ΓEHZ ἄρα τομὴ οὔτε εὐθύγραμμον, οὔτε κύκλος, οὔτε τμῆμα κύκλου, ἀλλ' ἔστιν ἡ τοιαύτη τομὴ κυλίνδρου τομῆς τμῆμα.

## Prop. X. *Theor.*

**Si cylindrus plano per axem secetur; sumatur autem aliquod punctum in ejus superficie, quod non sit in latere parallelogrammi per axem; & ab ipso ducatur recta linea parallela rectæ cuipiam in eodem plano existenti in quo cylindri basis, quæque ad rectos angulos incidit basi parallelogrammi per axem: cadet ea intra parallelogrammum, & producta usque ad alteram partem superficiei ab ipso parallelogrammo bifariam secabitur.**

SIT cylindrus, cujus bases A, B circuli, & parallelogrammum per axem ΓΔ; sumatur autem aliquod punctum E in superficie cylindri, & ab ipso ducatur recta linea EZ parallela rectæ cuipiam, quæ perpendicularis sit ad ΓA basim parallelogrammi per axem: dico rectam EZ intra ΓΔ parallelogrammum cadere; &, si ulterius producatur usque ad alteram partem superficiei, ab ipso parallelogrammo bifariam secari.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ ι.

Ἐὰν κύλινδρος ἐπιπέδῳ τμηθῇ διὰ τοῦ ἄξονος, ληφθῇ δέ τι σημεῖον ἐπὶ τῆς τοῦ κυλίνδρου ἐπιφανείας, ὃ μή ἐστιν ἐπὶ τῆς πλευρᾶς τοῦ διὰ τοῦ ἄξονος παραλληλογράμμου, καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἀχθῇ τις εὐθεῖα παράλληλος εὐθείᾳ τινὶ, ἥτις, ἐν τῷ αὐτῷ ἐπιπέδῳ οὖσα τῇ βάσει τοῦ κυλίνδρου, πρὸς ὀρθὰς ἐπὶ τῇ βάσει τοῦ διὰ τοῦ ἄξονος παραλληλογράμμου· ἐντὸς πεσεῖται τοῦ παραλληλογράμμου, καὶ προσεκβαλλομένη ἕως τοῦ ἑτέρου μέρους τῆς ἐπιφανείας δίχα τμηθήσεται ὑπὸ τοῦ παραλληλογράμμου.

ΕΣΤΩ κύλινδρος, οὗ βάσεις μὲν οἱ A, B κύκλοι, τὸ δὲ διὰ τοῦ ἄξονος παραλληλόγραμμον τὸ ΓΔ, καὶ εἰλήφθω τι σημεῖον ἐπὶ τῆς ἐπιφανείας τοῦ κυλίνδρου τὸ E, καὶ ἀπὸ τοῦ E παράλληλος ἤχθω εὐθείᾳ τινὶ καθέτῳ ἐπὶ τὴν ΓA βάσιν τοῦ παραλληλογράμμου, καὶ ἔστω ἡ EZ· λέγω ὅτι ἡ EZ ἐντὸς πεσεῖται τοῦ ΓΔ παραλληλογράμμου, καὶ προσεκβαλλομένη μέχρι τοῦ ἑτέρου μέρους τῆς ἐπιφανείας δίχα τμηθήσεται ὑπὸ τοῦ παραλληλογράμμου.

Ἤχθω

Ἤχθω διὰ τοῦ Ε σημείου παρὰ τὸν ἄξονα ἡ ΘΕΗ εὐθεῖα, τέμνουσα τὴν περιφέρειαν τῆς βάσεως κατὰ τὸ Θ, καὶ διὰ τοῦ Θ ἤχθω ἡ ΘΚ παράλληλος τῇ ἐπὶ τὴν ΓΑ καθέτῳ, ἥτινι παράλληλος ὑπόκειται ἡ ΕΖ· τεμεῖ ἄρα ἡ ΘΚ τὴν ΓΑ καὶ αὐτή. ἤχθω οὖν διὰ τῶν ΗΘ, ΘΚ ἐπίπεδον τέμνον τὸν κύλινδρον, καὶ ποιείτω τὸ ΗΝ παραλληλόγραμμον, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΚΛ κοινὴ τομὴ τῶν ΓΔ, ΝΗ παραλληλογράμμων. ἐπεὶ τοίνυν αἱ ΕΖ, ΚΘ τῇ αὐτῇ εἰσι παράλληλοι· καὶ ἀλλήλαις ἄρα εἰσὶ παράλληλοι. καί ἐστιν ἡ ΘΚ ἐν τῷ ΚΗ ἐπιπέδῳ· καὶ ἡ ΕΖ ἄρα ἐν τῷ ΚΗ ἐστιν ἐπιπέδῳ· ἐκβαλλομένη ἄρα ἡ ΕΖ πίπτει ἐπὶ τὴν ΛΚ, ἥτις ἐστὶν ἐν τῷ ΓΔ ἐπιπέδῳ· ἡ ΕΖ ἄρα ἐντὸς πίπτει τοῦ ΓΔ παραλληλογράμμου. φανερὸν δὲ ὅτι, κἂν εἰς τὸ ἕτερον μέρος ἐκβληθῇ μέχρι τοῦ Μ, ὅπερ ἐστὶν ἐπὶ τῆς ἐπιφανείας τοῦ κυλίνδρου, δίχα ἔσται τετμημένη ἡ ΕΜ κατὰ τὸ Ζ. ἐπεὶ γὰρ ἡ ΓΑ διάμετρος πρὸς ὀρθάς ἐστι τῇ ΘΚ· ἴση ἄρα ἡ ΘΚ τῇ ΚΝ. καὶ παράλληλοι αἱ ΜΝ, ΛΚ, ΗΘ· ἴση ἄρα ἡ ΜΖ τῇ ΖΕ.




Ducatur enim per E recta ΘΕΗ parallela axi, quæ basis circumferentiam secet in Θ; & per Θ ducatur ΘΚ parallela perpendiculari ad ΓΑ, cui etiam parallelam posuimus EZ: ergo & ΘΚ ipsam ΓΑ secabit. itaque juxta rectas lineas ΗΘ, ΘΚ ducatur planum secans cylindrum, quod faciat sectionem parallelogrammum ΗΝ; & jungatur ΚΛ communis sectio parallelogrammorum ΓΔ, ΝΗ. quoniam igitur rectæ EZ, ΚΘ eidem sunt parallelæ, etiam inter se parallelæ sunt: atque est ΘΚ in plano ΚΗ, quare & EZ in plano ΚΗ erit; adeoque producta conveniet cum ΛΚ quæ in plano ΓΔ est: recta igitur EZ intra ΓΔ parallelogrammum cadet. perspicuum autem est, si ad alteram partem producatur usque in punctum M, quod est in superficie cylindri, bifariam secari EM in Z. nam cum diameter ΓΑ perpendicularis sit ad ΘΚ; erit [per 3.3.] ΘΚ ipsi ΚΝ æqualis. sed parallelæ sunt ipsæ ΜΝ, ΛΚ, ΗΘ: ergo ΜΖ ipsi ΖΕ æqualis erit.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ ια΄.

Ἐὰν κύλινδρος ἐπιπέδῳ τμηθῇ διὰ τοῦ ἄξονος, τμηθῇ δὲ καὶ ἑτέρῳ ἐπιπέδῳ τέμνοντι μὲν τὸ τῆς βάσεως ἐπίπεδον ἐκτὸς τοῦ κύκλου, ἡ δὲ κοινὴ τομὴ τῶν ἐπιπέδων πρὸς ὀρθὰς ᾖ τῇ βάσει τοῦ διὰ τοῦ ἄξονος παραλληλογράμμου, ἢ τῇ ἐπ᾽ εὐθείας αὐτῇ· αἱ ἀγόμεναι εὐθεῖαι ἀπὸ τῆς τομῆς τῆς ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ κυλίνδρου γινομένης ὑπὸ τοῦ τέμνοντος ἐπιπέδου, παράλληλοι τῇ πρὸς ὀρθὰς τῇ βάσει τοῦ διὰ τοῦ ἄξονος παραλληλογράμμου, ἢ τῇ ἐπ᾽ εὐθείας αὐτῇ, ἐπὶ τὴν κοινὴν τομὴν τῶν ἐπιπέδων πεσοῦνται, καὶ προσεκβαλλόμεναι ἕως τοῦ ἑτέρου μέρους τῆς τομῆς δίχα τμηθήσονται ὑπὸ τῆς κοινῆς τομῆς τῶν ἐπιπέδων· καὶ ἡ πρὸς ὀρθὰς τῇ βάσει τοῦ διὰ τοῦ ἄξονος παραλληλογράμμου, ἢ τῇ ἐπ᾽ εὐθείας αὐτῇ, ὀρθοῦ μένοντος τοῦ κυλίνδρου, πρὸς ὀρθὰς ἔσται καὶ τῇ κοινῇ τομῇ τοῦ τε διὰ τοῦ ἄξονος παραλληλογράμμου καὶ τοῦ τέμνοντος ἐπιπέδου. σκαληνοῦ δὲ ὄντος, οὐκέτι· πλὴν ὅταν τὸ διὰ τοῦ ἄξονος ἐπίπεδον πρὸς ὀρθὰς ᾖ τῇ βάσει τοῦ κυλίνδρου.

## PROP. XI. *Theor.*

Si cylindrus secetur plano per axem, secetur etiam alio plano basis planum extra circulum secante; communis autem planorum sectio perpendicularis sit ad basim parallelogrammi per axem, vel ad eam quæ in directum ipsi constituitur: rectæ lineæ quæ à sectione in superficie cylindri à secante plano factâ ducuntur, parallelæ ei quæ perpendicularis est ad basim parallelogrammi per axem, vel ad eam quæ in directum ipsi constituitur, communi planorum sectioni occurrent, & productæ usque ad alteram sectionis partem, à communi planorum sectione bifariam dividentur; quæ vero perpendicularis est ad basim parallelogrammi per axem, vel ad eam quæ in directum ipsi constituitur, cylindro recto existente, etiam ad communem planorum sectionem, parallelogrammi scilicet per axem & secantis plani, perpendicularis erit. Scaleno autem existente cylindro, non item; præterquam cum parallelogrammum per axem ad ipsam basim cylindri rectum fuerit.

ΕΣΤΩ κύλινδρος, οὗ βάσεις μὲν οἱ Α, Β κύκλοι, τὸ δὲ διὰ τοῦ ἄξονος παραλληλόγραμμον τὸ ΓΔ, καὶ τετμήσθω ὁ κύλινδρος, ὡς εἴρηται, ἐπιπέδῳ

SIT cylindrus, cujus bases quidem circuli A, B, parallelogrammum autem per axem ΓΔ; & secetur plano, ut dictum est, quod faciat

ciat sectionem EZHΘ, ita ut planis sectionis EZHΘ & basis ΑΓ occurrentibus, communis sectio ΚΛ perpendicularis sit ad ipsam ΓΑΛ; & à sectione EZHΘ ducatur recta ZM parallela ipsi ΚΛ, quæ producta pertingat ad alteram partem superficiei in puncto Θ: dico rectam ZM occurrere ipsi EH, & ipsi MΘ æqualem esse.

ποιῦντι τὴν EZHΘ τομὴν, ὥστε, συμπιπτόντων τῶν τε τῆς EZHΘ τομῆς καὶ τοῦ τῆς ΑΓ βάσεως ἐπιπέδου, τὴν κοινὴν τομὴν τὴν ΚΛ πρὸς ὀρθὰς εἶναι τῇ ΓΑΛ εὐθεία, καὶ ἀπὸ τῆς EZHΘ τομῆς ἤχθω τις εὐθεῖα παράλληλος τῇ ΚΛ ἡ ZM, καὶ προσεκβληθεῖσα περατούσθω κατὰ τὸ ἕτερον μέρος τῆς ἐπιφανείας κατὰ τὸ Θ· λέγω ὅτι ἡ ZM πίπτει ἐπὶ τὴν EH, καὶ ὅτι ἴση ἐστὶν ἡ ZM τῇ MΘ.




Nam quoniam in sectione EZHΘ ducta est ZM parallela ipsi ΚΛ; intra ΓΔ parallelogrammum cadet. quoniam autem ZM est in plano EZHΘ, atque est EH communis sectio ipsius & parallelogrammi ΓΔ; occurret ZM ipsi EH, & ZM ipsi MΘ æqualis erit: id quod patet ex antecedenti theoremate. Reliquum est ut ostendamus, si cylindrus rectus sit, vel planum ΓΔ rectum super basim cylindri, rectam ΚΛ ad ipsam EHΛ perpendicularem esse. quoniam enim planum ΓΔ ad planum basis rectum est, & ΚΛ in basis plano existens perpendicularis est ad ΓΑΛ communem planorum sectionem; & ad reliquum ipsius ΓΔ parallelogrammi planum [per 4. defin. 11.] perpendicularis erit.

Ἐπεὶ γὰρ ἐν τῇ EZHΘ τομῇ παράλληλος ἦκται τῇ ΚΛ ἡ ZM· ἐντὸς ἄρα πίπτει τοῦ ΓΔ παραλληλογράμμου. ἐπεὶ δὲ ἔστιν ἡ μὲν ZM εὐθεῖα ἐν τῷ EZHΘ ἐπιπέδῳ, ἡ δὲ EH κοινὴ τομή ἐστιν αὐτοῦ καὶ τοῦ ΓΔ παραλληλογράμμου· ἡ ZM ἄρα ἐπὶ τὴν EH πίπτει. ὅτι δὲ καὶ ἡ ZM τῇ MΘ ἴση ἐστὶ, φανερὸν καὶ αὐτὸ, διὰ τὸ πρὸ τούτου θεώρημα. Λοιπὸν δεῖ δεῖξαι, ὅτι ἡ ΚΛ, ὀρθοῦ μένοντος τοῦ κυλίνδρου, ἢ τοῦ ΓΔ πρὸς ὀρθὰς ὄντος τῇ βάσει τοῦ κυλίνδρου, πρὸς ὀρθάς ἐστι τῇ EHΛ. ἐπεὶ γὰρ τὸ μὲν ΓΔ ἐπίπεδον πρὸς ὀρθάς ἐστι τῷ τῆς βάσεως ἐπιπέδῳ, τῇ δὲ κοινῇ αὐτῶν τομῇ τῇ ΓΑΛ πρὸς ὀρθάς ἐστιν ἡ ΚΛ, ἐν τῷ τῆς βάσεως ἐπιπέδῳ οὖσα· καὶ τῷ λοιπῷ ἄρα τῷ τοῦ ΓΔ παραλληλογράμμου ἐπιπέδῳ πρὸς ὀρθάς ἐστιν.

Quod si planum ΓΔ non sit rectum ad basim, scaleno existente cylindro, ΚΛ ad ΛΕ perpendicularis non erit. si enim fieri potest, sit ΚΛ perpendicularis ad ΛΕ; est autem & ad ΛΓ perpendicularis: quare [per 4. 11.] & ad planum quod per ipsas transit, hoc est ad planum ΓΔ: planum igitur per ΚΛ, hoc est planum basis A, ad planum ΓΔ [per 18. 11.] rectum erit, contra hypothesin: ergo ΚΛ ad ΛΕ non est perpendicularis.

Εἰ δὲ τὸ ΓΔ οὐκ ἔστι πρὸς ὀρθὰς τῇ βάσει, σκαληνοῦ δηλαδὴ ὄντος τοῦ κυλίνδρου, οὐκ ἔσται πρὸς ὀρθὰς ἡ ΚΛ τῇ ΛΕ. εἰ γὰρ δυνατὸν, ἔστω πρὸς ὀρθὰς ἡ ΚΛ τῇ ΛΕ· ἔστι δὴ καὶ τῇ ΛΓ πρὸς ὀρθάς· καὶ τῷ δι' αὐτῶν ἄρα ἐπιπέδῳ, τουτέστι τῷ ΓΔ, πρὸς ὀρθὰς ἔσται ἡ ΚΛ· καὶ τὸ δι' αὐτῆς ἄρα ἐπίπεδον, τουτέστι τὸ τῆς Α βάσεως, πρὸς ὀρθὰς ἔσται τῷ ΓΔ, ὅπερ οὐχ ὑπόκειται· οὐκ ἄρα ἡ ΚΛ πρὸς ὀρθάς ἐστι τῇ ΛΕ.

Ex jam demonstratis itaque constat, rectam EH sectionis EZHΘ diametrum esse; omnes enim, quæ ad ipsam ducuntur parallelas ipsi ΚΛ, bifariam dividit, quemadmodum ZΘ.

Ἐκ δὴ τῶν δεδειγμένων φανερὸν, ὅτι ἡ EH διάμετρός ἐστι τῆς EZHΘ τομῆς· πάσας γὰρ τὰς παρὰ τὴν ΚΛ καταγομένας ἐπ' αὐτὴν δίχα τέμνει, ὥσπερ τὴν ZΘ.

## Prop. XII. *Theor.*

**Si duæ rectæ lineæ similiter secentur; erit ut quadratum primæ ad quadratum secundæ, ita quod fit sub primæ partibus rectangulum ad rectangulum sub partibus secundæ.**

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιβ'.

Ἐὰν δύο εὐθεῖαι ὁμοίως τμηθῶσιν· ἔσται ὡς τὸ ἀπὸ τῆς πρώτης πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς δευτέρας, οὕτως τὸ ὑπὸ τῶν τμημάτων τῆς πρώτης πρὸς τὸ ὑπὸ τῶν τμημάτων τῆς δευτέρας.

Rectæ namque lineæ ΑΒ, ΓΔ similiter secentur in punctis E, Z: dico ut quadratum ex ΑΒ ad quadratum ex ΓΔ, ita esse rectangulum ΑΕΒ ad rectangulum ΓΖΔ.




Quoniam enim ut ΑΕ ad ΕΒ ita ΓΖ ad ΖΔ; erit componendo & permutando ut ΑΒ ad ΓΔ ita ΕΒ ad ΖΔ. & rursus quoniam ut ΑΕ

Εὐθεῖαι γὰρ αἱ ΑΒ, ΓΔ ὁμοίως τετμήσθωσαν κατὰ τὰ E, Z σημεῖα· λέγω ὅτι ὡς τὸ ἀπὸ τῆς ΑΒ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς ΓΔ, οὕτως τὸ ὑπὸ τῶν ΑΕ, ΕΒ πρὸς τὸ ὑπὸ τῶν ΓΖ, ΖΔ. Ἐπεὶ γὰρ ὡς ἡ ΑΕ πρὸς ΕΒ οὕτως ἡ ΓΖ πρὸς ΖΔ, συνθέντι ἄρα καὶ ἐναλλὰξ ὡς ἡ ΑΒ πρὸς ΓΔ οὕτως ἡ ΕΒ πρὸς ΖΔ. καὶ ἐπεὶ ὡς ἡ ΑΕ πρὸς ΕΒ οὕτως

οὕτως ἡ ΓΖ πρὸς ΖΔ· τὸ ἄρα ὑπὸ τῶν ΑΕ, ΕΒ πρὸς τὸ ὑπὸ τῶν ΓΖ, ΖΔ διπλασίονα λόγον ἔχει ἤπερ ἡ ΕΒ πρὸς ΖΔ, τουτέστιν ἤπερ ἡ ΑΒ πρὸς ΓΔ. ἀλλὰ καὶ τὸ ἀπὸ τῆς ΑΒ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς ΓΔ διπλασίονα λόγον ἔχει ἤπερ ἡ ΑΒ πρὸς ΓΔ· ὡς ἄρα τὸ ἀπὸ τῆς ΑΒ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς ΓΔ οὕτως τὸ ὑπὸ τῶν ΑΕ, ΕΒ πρὸς τὸ ὑπὸ τῶν ΓΖ, ΖΔ. ὃ προέκειτο δεῖξαι.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιγ'.

Ἐὰν κύλινδρος ἐπιπέδῳ τμηθῇ διὰ τοῦ ἄξονος, τμηθῇ δὲ καὶ ἑτέρῳ ἐπιπέδῳ τέμνοντι τὸ τῆς βάσεως ἐπίπεδον, ἡ δὲ κοινὴ τομὴ τούτε τῆς βάσεως καὶ τοῦ τέμνοντος ἐπιπέδου πρὸς ὀρθὰς ᾖ τῇ βάσει τοῦ διὰ τοῦ ἄξονος παραλληλογράμμου, ἢ τῇ ἐπ' εὐθείας αὐτῇ, ἀπὸ δὲ τῆς τομῆς ἀχθῇ τις ἐπὶ τὴν διάμετρον παράλληλος τῇ εἰρημένῃ κοινῇ τομῇ τῶν ἐπιπέδων· ἡ ἀχθεῖσα δυνήσεταί τι χωρίον, πρὸς ὃ τὸ ὑπὸ τῶν τμημάτων τῆς διαμέτρου τῆς τομῆς λόγον ἔχει, ὃν τὸ ἀπὸ τῆς διαμέτρου τῆς τομῆς πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς διαμέτρου τῆς βάσεως.

ΕΣΤΩ κύλινδρος, οὗ βάσεις μὲν οἱ Α, Β κύκλοι, τὸ δὲ διὰ τοῦ ἄξονος παραλληλόγραμμον τὸ ΓΔ, καὶ τετμήσθω ὁ κύλινδρος ἐπιπέδῳ συμπίπτοντι τῷ τῆς βάσεως ἐπιπέδῳ κατ' εὐθεῖαν ὀρθὴν πρὸς τὴν ΓΑ ἐκβληθεῖσαν, καὶ ἔστω ἡ γινομένη τομὴ ἡ ΕΖΗ, κοινὴ δὲ τομὴ τοῦ παραλληλογράμμου καὶ τοῦ τέμνοντος ἐπιπέδου ἡ ΕΗ, διάμετρος οὖσα τῆς τομῆς, ὡς ἐδείχθη· ληφθέντος δέ τινος σημείου ἐπὶ τῆς τομῆς τοῦ Ζ, κατήχθω ἀπ' αὐτοῦ ἐπὶ τὴν διάμετρον εὐθεῖα παράλληλος τῇ κοινῇ τομῇ τῶν ἐπιπέδων ἡ ΖΘ· πίπτει ἄρα ἡ ΖΘ ἐπὶ τὴν ΕΗ, ὡς ἐδείχθη· λέγω δὴ ὅτι τὸ ὑπὸ τῶν ΕΘ, ΘΗ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς ΖΘ λόγον ἔχει, ὃν τὸ ἀπὸ τῆς ΕΗ διαμέτρου πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς διαμέτρου τῆς βάσεως.




Ἤχθω διὰ τοῦ Θ παράλληλος τῇ ΓΑ ἡ ΚΘΛ, καὶ διὰ τῶν ΖΘ, ΚΛ εὐθειῶν ἤχθω ἐπίπεδον, τομὴν ποιοῦν τὴν ΚΖΛ. ἐπεὶ οὖν ἡ μὲν ΚΛ τῇ ΓΑ παράλληλος, ἡ δὲ ΖΘ τῇ κοινῇ τομῇ τῶν ἐπιπέδων, οὔσῃ ἐν τῷ τῆς βάσεως ἐπιπέδῳ· καὶ τὰ δι' αὐτῶν ἄρα ἐπίπεδα παράλληλά ἐστιν· ἡ ΚΖΛ ἄρα τομὴ κύκλος ἐστί. πάλιν ἐπεὶ παράλληλός ἐστιν ἡ μὲν ΚΛ τῇ ΓΑ, ἡ δὲ ΖΘ τῇ κοινῇ τομῇ τῶν ἐπιπέδων πρὸς ὀρθὰς οὔσῃ πρὸς τὴν ΓΑ· καὶ ἡ ΖΘ ἄρα πρὸς ὀρθάς ἐστι τῇ ΚΛ. καὶ ἔστι κύκλος ὁ ΚΖΛ· τὸ ἄρα ἀπὸ τῆς ΖΘ ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ τῶν ΚΘ, ΘΛ. καὶ ἐπεὶ ἡ ΚΕ τῇ ΛΗ παράλληλός ἐστιν· ὡς ἄρα ἡ ΚΘ πρὸς τὴν ΘΛ οὕτως ἡ ΕΘ πρὸς τὴν ΘΗ· τὸ ἄρα ὑπὸ τῶν

ad EB ita ΓZ ad ZΔ; rectangulum AEB ad rectangulum ΓZΔ duplicatam rationem habebit ejus quam habet EB ad ZΔ, hoc est, quam habet AB ad ΓΔ. sed & quadratum ex AB ad quadratum ex ΓΔ duplicatam rationem habet ejus quæ est AB ad ΓΔ: ergo ut quadratum ex AB ad quadratum ex ΓΔ ita rectangulum AEB ad rectangulum ΓZΔ. quod erat demonstrandum.

## PROP. XIII. *Theor.*

Si cylindrus plano secetur per axem; & secetur alio plano basis planum secante, ita ut communis sectio basis & secantis plani perpendicularis sit ad basim parallelogrammi per axem, vel ad eam quæ in directum ipsi constituitur; à sectione autem ad diametrum ducatur recta communi planorum sectioni parallela: poterit dicta recta spatium quoddam, ad quod rectangulum sub partibus diametri sectionis contentum eam rationem habet, quam habet quadratum diametri sectionis ad quadratum diametri basis.

SIT cylindrus, cujus bases A, B circuli; & parallelogrammum per axem ΓΔ; secetur autem cylindrus plano occurrenti plano basis secundum rectam lineam, quæ ad ipsam ΓA productam sit perpendicularis; sitque sectio facta EZH; & communis sectio parallelogrammi ΓΔ & secantis plani sit recta EH, quæ diameter est sectionis, ut ostensum est; sumpto deinde in sectione quovis puncto Z, ab eo ad diametrum ducatur recta linea ZΘ, parallela communi planorum sectioni: cadet igitur ZΘ, ex iis quæ [per 11. huj.] demonstrata sunt, in ipsam EH: dico itaque rectangulum EΘH ad quadratum ex ZΘ eam rationem habere quam diametri EH quadratum ad quadratum diametri basis.

Ducatur enim per Θ recta KΘΛ parallela ipsi ΓA; & per ZΘ, KΛ rectas planum ducatur, quod faciat sectionem KZΛ. itaque quoniam recta KΛ parallela est ipsi ΓA, & ZΘ parallela communi planorum sectioni quæ in basis plano existit; igitur [per 15.11.] quæ per ipsas transeunt plana inter se æquidistantia erunt: quare [per 5. huj.] circulus est sectio KZΛ. rursus quoniam KΛ ipsi ΓA est parallela; & ZΘ parallela communi sectioni planorum, quæ perpendicularis est ad ΓA: erit & ZΘ ad KΛ perpendicularis. est autem circulus KZΛ; ergo [per 4.huj.] quadratum ex ZΘ rectangulo KΘΛ æquale erit. & cum parallela sit KE ipsi ΛH, erit ut KΘ ad ΘΛ ita EΘ ad ΘH: quare rectangulum

lum ΕΘΗ simile est rectangulo ΚΘΛ: & propterea ut rectangulum ΕΘΗ ad ipsum ΚΘΛ, hoc est ad quadratum ex ΖΘ, ita [per 12. huj.] quadratum diametri ΕΗ ad quadratum ex ΚΛ, hoc est ad quadratum diametri basis.

### Prop. XIV. *Theor.*

**Recta linea, quæ per punctum quod diametrum sectionis bifariam dividit ordinatim in sectione applicatur, secunda diameter erit.**

SIT sectionis ΕΖΗ diameter ΕΗ, quæ bifariam secetur in Θ; & ΖΘΜ ordinatim applicetur: dico ΖΜ secundam diametrum esse sectionis.





Ducatur enim recta ΝΟΞ parallela ipsi ΕΗ, & ducantur ΝΠ, ΞΡ ipsi ΖΜ parallelæ: ergo & ΝΠ, ΞΡ ordinatim applicatæ sunt. itaque quoniam [per præced. 13. huj.] quadratum ex ΝΠ ad rectangulum ΕΠΗ eandem habet rationem, quam habet quadratum diametri basis cylindri ad quadratum diametri sectionis, & habet quadratum ex ΞΡ ad rectangulum ΕΡΗ hanc eandem rationem; erit ut quadratum ex ΝΠ ad rectangulum ΕΠΗ ita quadratum ex ΞΡ ad rectangulum ΕΡΗ, & permutando. est autem quadratum ex ΝΠ æquale quadrato ex ΞΡ; parallelogrammum enim est ΝΠΡΞ: ergo & rectangulum ΕΠΗ æquale est rectangulo ΕΡΗ. quibus sublatis ab æqualibus quadratis ex ΕΘ, & ΘΗ, erit [per 5. 2.] reliquum quadratum ex ΠΘ reliquo quadrato ex ΘΡ æquale: æqualis igitur est ΠΘ ipsi ΘΡ, hoc est ΝΟ ipsi ΟΞ. Eadem ratione & aliæ omnes ipsi ΕΗ parallelæ à ΖΜ bifariam secabuntur: ergo [ex definit.] ΖΜ secunda diameter est sectionis.

### Prop. XV. *Theor.*

**Si cylindrus plano secetur basis planum secante; communis autem sectio plani basis & secantis plani perpendicularis sit ad basim parallelogrammi per axem, vel ad eam quæ in directum ipsi constituitur: quæ à sectione ad diametrum ducitur, parallela communi planorum sectioni jam dictæ, poterit spatium quoddam, ad quod rectangulum sub diametri partibus contentum eam rationem habet, quam habet diametri sectionis quadratum ad quadratum secundæ diametri; quæ vero à sectione ad secundam diametrum ducitur parallela diametro, poterit spatium, ad**

ΕΘ, ΘΗ ὅμοιόν ἐστι τῷ ὑπὸ ΚΘ, ΘΛ· ὡς ἄρα τὸ ὑπὸ τῶν ΕΘ, ΘΗ πρὸς τὸ ὑπὸ τῶν ΚΘ, ΘΛ, τουτέστι πρὸς τὸ ἀπὸ ΖΘ, οὕτως τὸ ἀπὸ τῆς ΕΗ διαμέτρου πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς ΚΛ, τουτέστι πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς διαμέτρου τῆς βάσεως.

### ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιδʹ.

Η διὰ τῆς διχοτομίας τῆς διαμέτρου τῆς τομῆς τεταγμένως ἀγομένη ἐν τῇ τομῇ, δευτέρα διάμετρος ἔσται.

ΕΣΤΩ γὰρ τῆς ΕΖΗ τομῆς διάμετρος ἡ ΕΗ, καὶ δίχα τετμήσθω κατὰ τὸ Θ, καὶ διήχθω ἡ ΖΘΜ τεταγμένως· λέγω ὅτι ἡ ΖΜ δευτέρα διάμετρός ἐστι τῆς τομῆς.

Ηχθω παρὰ μὲν τὴν ΕΗ ἡ ΝΟΞ, παρὰ δὲ τὴν ΖΜ αἱ ΝΠ, ΞΡ· τεταγμέναι ἄρα εἰσὶ καὶ αἱ ΝΠ, ΞΡ. ἐπεὶ οὖν τὸ ἀπὸ τῆς ΝΠ πρὸς τὸ ὑπὸ ΕΠΗ λόγον ἔχει, ὃν τὸ ἀπὸ τῆς διαμέτρου τῆς βάσεως τοῦ κυλίνδρου πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς διαμέτρου τῆς τομῆς, ἔχει δὲ καὶ τὸ ἀπὸ τῆς ΞΡ πρὸς τὸ ὑπὸ ΕΡΗ τὸν αὐτὸν λόγον· ὡς ἄρα τὸ ἀπὸ τῆς ΝΠ πρὸς τὸ ὑπὸ ΕΠΗ οὕτως τὸ ἀπὸ ΞΡ πρὸς τὸ ὑπὸ ΕΡΗ, καὶ ἐναλλάξ. ἴσον δὲ τὸ ἀπὸ ΝΠ τῷ ἀπὸ ΞΡ, παραλληλόγραμμον γάρ ἐστι τὸ ΝΠΡΞ· ἴσον ἄρα καὶ τὸ ὑπὸ ΕΠΗ τῷ ὑπὸ ΕΡΗ. καὶ ἀπ' ἴσων ἀφήρηται τῶν ἀπὸ ΕΘ, ΘΗ· λοιπὸν ἄρα τὸ ἀπὸ ΠΘ λοιπῷ τῷ ἀπὸ ΘΡ ἴσον ἐστίν· ἴση ἄρα ἡ ΠΘ τῇ ΘΡ, τουτέστιν ἡ ΝΟ τῇ ΟΞ. ὁμοίως δὲ πᾶσαι αἱ παρὰ τὴν ΕΗ δίχα τέμνονται ὑπὸ τῆς ΖΜ· δευτέρα διάμετρος ἄρα ἐστὶν ἡ ΖΜ.

### ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιεʹ.

Εὰν κύλινδρος ἐπιπέδῳ τμηθῇ τέμνοντι τὸ τῆς βάσεως ἐπίπεδον, ἡ δὲ κοινὴ τομὴ τούτου τε τῆς βάσεως καὶ τοῦ τέμνοντος ἐπιπέδου πρὸς ὀρθὰς ᾖ τῇ βάσει τοῦ διὰ τοῦ ἄξονος παραλληλογράμμου, ἢ τῇ ἐπ' εὐθείας αὐτῇ· ἡ μὲν ἀπὸ τῆς τομῆς ἐπὶ τὴν διάμετρον ἀχθεῖσα παράλληλος τῇ εἰρημένῃ κοινῇ τομῇ τῶν ἐπιπέδων, δυνήσεται χωρίον, πρὸς ὃ τὸ ὑπὸ τῶν τμημάτων τῆς διαμέτρου λόγον ἔχει, ὃν τὸ ἀπὸ τῆς διαμέτρου τῆς τομῆς πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς δευτέρας διαμέτρου· ἡ δὲ ἀπὸ τῆς τομῆς ἐπὶ τὴν δευτέραν διάμετρον ἀχθεῖσα παράλληλος τῇ διαμέτρῳ δυνήσεται χωρίον, πρὸς

ὃ τὸ

τὸ ὑπὸ τῶν τμημάτων τῆς δευτέρας διαμέτρου λόγον ἔχει, ὃν τὸ ἀπὸ τῆς δευτέρας διαμέτρου πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς διαμέτρου.

quod rectangulum sub secundæ diametri partibus eam habet rationem, quam quadratum secundæ diametri ad ipsius diametri quadratum.

ΕΣΤΩ κύλινδρος, καὶ κατεσκευάσθω ὡς ἐν τῷ ιγʹ. ἐπεὶ οὖν ἐδείχθη τὸ μὲν ὑπὸ τῶν ΕΘ, ΘΗ πρὸς τὸ ἀπὸ ΖΗ ὡς τὸ ἀπὸ τῆς ΕΗ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς διαμέτρου τῆς βάσεως τῆς διχοτομούσης τὴν ΕΗ τεταγμένως, ὡς ἐδείχθη πρὸς τῷ θʹ. θεωρήματι· ἡ δὲ διχοτομοῦσα τὴν διάμετρον τεταγμένως δευτέρα διάμετρός ἐστιν, ὡς ἐν τῷ πρὸ τούτου· εἴη ἂν ὡς τὸ ἀπὸ τῆς ΕΗ διαμέτρου πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς δευτέρας διαμέτρου, οὕτως τὸ ὑπὸ τῶν ΕΘ, ΘΗ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς ΖΘ. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

SIT cylindrus, & construantur omnia sicut in decimo tertio theoremate. quoniam igitur ostensum est, rectangulum ΕΘΗ esse ad quadratum ex ΖΘ sicut quadratum ex ΕΗ ad quadratum diametri basis, hoc est ad quadratum ejus quæ ordinatim applicata bifariam secat ipsam ΕΗ, uti demonstratum est in nono theoremate; ea autem quæ ordinatim applicatur & bifariam diametrum secat, secunda diameter est, ex præcedenti theoremate: ergo ut quadratum diametri ΕΗ ad quadratum secundæ diametri ita rectangulum ΕΘΗ ad quadratum ex ΖΘ. quod erat demonstrandum.




Ἀλλὰ δὴ ὑποκείσθω τὸ μὲν Θ διχοτομεῖν τὴν ΕΗ διάμετρον, τὴν δὲ ΖΘΦ τεταγμένην εἶναι· δευτέρα ἄρα διάμετρος ἡ ΖΦ. κατήχθω ἐπ' αὐτὴν ἀπὸ τῆς τομῆς ἡ ΜΝ παράλληλος τῇ ΕΗ· λέγω ὅτι τὸ ὑπὸ τῶν ΦΝ, ΝΖ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς ΜΝ λόγον ἔχει, ὃν τὸ ἀπὸ τῆς ΦΖ δευτέρας διαμέτρου πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς ΕΗ διαμέτρου τῆς τομῆς. ἤχθω διὰ τῆς ΜΝ ἐπίπεδον παράλληλον τῷ ΓΔ παραλληλογράμμῳ τέμνον τὸν κύλινδρον· ποιήσει δὴ παραλληλόγραμμον τὴν τομήν. ποιείτω τὸ ΡΣ, ἔστωσαν δὲ κοιναὶ τομαὶ αὐτοῦ μὲν καὶ τῶν παραλλήλων κύκλων αἱ ΣΤ, ΞΟ, ΠΡ, αὐτοῦ δὲ καὶ τῆς ΕΖΗ τομῆς κοινὴ τομὴ ἔστω ἡ ΜΝ. ἐπεὶ οὖν παράλληλα ἐπίπεδα τὰ ΓΔ, ΡΣ τέμνεται ὑπὸ τοῦ ΚΖΛ ἐπιπέδου, αἱ κοιναὶ αὐτῶν τομαὶ παράλληλοι εἰσί· παράλληλος ἄρα ἡ ΘΚ τῇ ΝΞ. ἦν δὲ καὶ ἡ ΘΕ τῇ ΜΝ παράλληλος· ἡ ἄρα ὑπὸ ΚΘΕ γωνία τῇ ὑπὸ ΞΝΜ ἴση ἐστί. καὶ ἐπεὶ τὸ ΡΣ παραλληλόγραμμον ἰσογώνιόν ἐστι τῷ ΓΔ παραλληλογράμμῳ, ὡς ἐδείχθη ἐν τῷ γʹ. θεωρήματι· ἡ ἄρα ὑπὸ τῶν ΣΠΡ γωνία τῇ ὑπὸ τῶν ΕΓΑ ἴση ἐστὶ, τουτέστιν ἡ ὑπὸ ΣΞΝ τῇ ὑπὸ ΕΚΘ· ὅμοια ἄρα ἀλλήλοις τὰ ΕΚΘ, ΜΞΝ τρίγωνα· ὡς ἄρα ἡ ΚΘ πρὸς ΘΕ οὕτως ἡ ΞΝ πρὸς ΝΜ· καὶ ὡς τὸ ἀπὸ τῆς ΚΘ ἄρα πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς ΘΕ, τουτέστι τὸ ἀπὸ τῆς δευτέρας διαμέτρου τῆς ΦΖ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς ΕΗ διαμέτρου, οὕτως τὸ ἀπὸ τῆς ΞΝ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς ΝΜ. ἀλλὰ τὸ ἀπὸ τῆς ΝΞ ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ τῶν ΦΝ, ΝΖ (κύκλος γάρ ἐστιν ὁ ΚΖΛ καὶ ὀρθὴ ἡ ΘΖ ἐπὶ τὰς ΚΘ, ΞΝ) ὡς ἄρα τὸ ἀπὸ τῆς ΦΖ δευτέρας διαμέτρου πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς ΕΗ διαμέτρου, οὕτως τὸ ὑπὸ τῶν ΦΝ, ΝΖ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς ΜΝ. ὃ προέκειτο δεῖξαι.

Sed ponatur jam in puncto Θ bifariam secari diametrum ΕΗ, & rectam ΖΘΦ ordinatim applicatam esse; erit igitur ΖΦ secunda diameter. ducatur autem ad ipsam recta ΜΝ parallela ipsi ΕΗ: dico rectangulum ΦΝΖ ad quadratum ex ΜΝ eam rationem habere quam quadratum ex ΦΖ secundâ diametro ad quadratum diametri sectionis ΕΗ. ducatur per rectam ΜΝ planum æquidistans parallelogrammo ΓΔ, quod cylindrum secet: faciet igitur [per 3. huj.] sectionem parallelogrammum. faciat ΡΣ; & communes sectiones ipsius & æquidistantium circulorum sint ΣΤ, ΞΟ, ΠΡ; ipsius vero & plani sectionis ΕΖΗ communis sectio ΜΝ. itaque quoniam æquidistantia plana ΓΔ, ΡΣ secantur à plano ΚΖΛ, communes eorum sectiones parallelæ erunt: parallela est igitur ΘΚ ipsi ΝΞ. erat autem & ΘΕ ipsi ΝΜ parallela: ergo [per 10.11.] angulus ΚΘΕ æqualis est angulo ΞΝΜ. & cum parallelogrammum ΡΣ parallelogrammo ΓΔ æquiangulum sit, id quod demonstravimus in tertio theoremate, angulus ΣΠΡ angulo ΕΓΑ æqualis erit, hoc est ΣΞΝ ipsi ΕΚΘ: similia igitur triangula sunt ΕΚΘ, ΜΞΝ: quare ut ΚΘ ad ΘΕ ita ΞΝ ad ΝΜ, & [per 22. 6.] ut quadratum ex ΚΘ ad quadratum ex ΘΕ, hoc est ut quadratum ex ΦΖ secundâ diametro ad quadratum diametri ΕΗ, ita quadratum ex ΞΝ ad quadratum ex ΝΜ. sed quadratum ex ΝΞ æquale est rectangulo ΦΝΖ, quia ΚΖΛ circulus est & ΘΖ perpendicularis ad ΚΘ, ΞΝ; ut igitur quadratum ex ΦΖ secundâ diametro ad quadratum diametri ΕΗ ita rectangulum ΦΝΖ ad quadratum ex ΜΝ. quod erat demonstrandum.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιϛʹ.

Ἐὰν κυλίνδρου τομῆς συζυγεῖς διάμετροι ὦσι, καὶ ποιηθῇ ὡς ἡ διάμετρος τῆς τομῆς πρὸς τὴν δευ-

## Prop. XVI. *Theor.*

Si in cylindri sectione conjugatæ diametri sint; & fiat ut diameter sectionis

ctionis ad secundam diametrum ita secunda diameter ad aliam quampiam: quæ à sectione ad diametrum ordinatim applicata est poterit spatium, quod adjacet tertiæ illi proportionali, latitudinem habens eam quæ inter ordinatim applicatam & sectionem interjicitur, deficiens vero figura simili ei quæ sub diametro ipsâ & tertiâ proportionali continetur.

τέραν διάμετρον τῆς τομῆς οὕτως ἡ δευτέρα διάμετρος πρὸς ἄλλην τινά· ἥτις ἂν ἀπὸ τῆς τομῆς ἐπὶ τὴν διάμετρον ἀχθῇ τεταγμένως δυνήσεται τὸ παρὰ τὴν τρίτην ἀνάλογον παρακείμενον χωρίον, πλάτος ἔχον τὴν ἀπ' αὐτῆς τεταγμένως ἀχθείσης ἀπολαμβανομένην πρὸς τῇ τομῇ, ἐλλεῖπον εἴδει ὁμοίῳ τῷ περιεχομένῳ ὑπὸ τῆς διαμέτρου καὶ τῆς τρίτης ἀνάλογον.

SIT cylindri sectio, cujus diameter quidem A B, secunda vero diameter Γ Δ, & fiat ut A B ad Γ Δ ita Γ Δ ad A H; apteturque A H ipsi A B ad rectos angulos; & junctâ B H, applicetur E Z ordinatim ad A B; & ducatur Z Θ ipsi A H parallela & Θ K parallela ipsi A Z: dico quadratum ex E Z æquale esse rectangulo A Θ.

ΕΣΤΩ κυλίνδρου τομή, ἧς διάμετρος μὲν ἡ A B, δευτέρα δὲ διάμετρος ἡ Γ Δ, καὶ γενέσθω ὡς ἡ A B πρὸς τὴν Γ Δ οὕτως ἡ Γ Δ πρὸς τὴν A H, καὶ κείσθω ἡ A H πρὸς ὀρθὰς τῇ A B, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ B H, καὶ ἐπὶ τὴν A B ἤχθω τεταγμένως ἡ E Z, καὶ παρὰ μὲν τὴν A H ἡ Z Θ, παρὰ δὲ τὴν A Z ἡ Θ K· λέγω ὅτι τὸ ἀπὸ τῆς E Z ἴσον ἐστὶ τῷ A Θ παραλληλογράμμῳ.




Quoniam enim ut quadratum ex A B ad quadratum ex Γ Δ ita recta A B ad ipsam A H, hoc est B Z ad Z Θ; ut autem quadratum ex A B ad quadratum ex Γ Δ ita rectangulum B Z A ad quadratum ex E Z, & ut B Z ad Z Θ ita B Z A rectangulum ad rectangulum Θ Z A, hoc est ad A Θ parallelogrammum: quadratum igitur ex E Z æquale erit rectangulo A Θ, quod quidem adjacet tertiæ proportionali A H, latitudinem habens A Z, & deficiens figura H K Θ ipsi H A B simili. vocetur autem A B transversum figuræ latus, & A H latus rectum.

Ἐπεὶ ὡς τὸ ἀπὸ τῆς A B πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς Γ Δ οὕτως ἡ A B πρὸς τὴν A H, τουτέστιν ἡ B Z πρὸς Z Θ· ἀλλ' ὡς μὲν τὸ ἀπὸ τῆς A B πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς Γ Δ οὕτως τὸ ὑπὸ Z B, Z A πρὸς τὸ ἀπὸ Z Θ, ὡς δὲ ἡ B Z πρὸς Z Θ οὕτως τὸ ὑπὸ B Z, Z A πρὸς τὸ ὑπὸ Θ Z, Z A, τουτέστι τὸ A Θ παραλληλόγραμμον· τὸ ἄρα ἀπὸ τῆς E Z ἴσον ἐστὶ τῷ A Θ, ὃ παράκειται παρὰ τὴν A H τρίτην ἀνάλογον, πλάτος ἔχον τὴν A Z, ἐλλεῖπον εἴδει τῷ ὑπὸ H K Θ ὁμοίῳ τῷ ὑπὸ A H B. καλείσθω δὲ ἡ μὲν A B πλαγία τοῦ εἴδους πλευρά, ἡ δὲ A H ὀρθία τοῦ εἴδους πλευρά.

Ex quibus manifeste constat, cylindri sectionem A B Γ ellipsim esse. quæcunque enim hoc loco demonstrata sunt inesse huic sectioni, omnia similiter & coni ellipsi insunt, ut demonstratum est in elementis conicis, theoremate quinto decimo [libri primi] iis saltem qui ejus theorematis vim rite perceperint: & nos quoque in nostris in idipsum commentariis geometrice demonstravimus *.

Τούτων οὕτως ἐχόντων, φανερόν ἐστιν ὅτι ἡ A B Γ τοῦ κυλίνδρου τομὴ ἔλλειψίς ἐστιν. ὅσα γὰρ ἐνταῦθα τῇ τομῇ ἐδείχθη ὑπάρχοντα, πάντα ὁμοίως καὶ ἐπὶ τοῦ κώνου τῇ ἐλλείψει ὑπῆρχον· ὡς ἐν τοῖς κωνικοῖς δείκνυται, θεωρήματι ιε', τοῖς δυναμένοις λέγειν τὴν ἀκρίβειαν τοῦ θεωρήματος· καὶ ἡμεῖς ἐν τοῖς εἰς αὐτὰ ὑπομνήμασιν γεωμετρικῶς ἀπεδείξαμεν.

## Prop. XVII. *Theor.*

Si in cylindri sectione conjugatæ diametri sint; & fiat ut secunda diameter ad diametrum ita diameter ad aliam quampiam: quæ à sectione ad secundam diametrum ordinatim applicatur poterit spatium quod adjacet tertiæ proportionali, latitudinem habens eam quæ inter ordinatim applicatam & sectionem interjicitur, deficiens vero figura simili ei quæ sub secundâ diametro & tertia proportionali inventâ continetur.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιζ'.

Ἐὰν ἐν κυλίνδρου τομῇ συζυγεῖς διάμετροι ὦσι, καὶ ποιηθῇ ὡς ἡ δευτέρα διάμετρος πρὸς τὴν διάμετρον οὕτως ἡ διάμετρος πρὸς ἄλλην τινά· ἥτις ἂν ἀπὸ τῆς τομῆς ἐπὶ τὴν δευτέραν διάμετρον ἀχθῇ τεταγμένως, δυνήσεται τὸ παρὰ τὴν τρίτην ἀνάλογον, πλάτος ἔχον τὴν ὑπ' αὐτῆς τεταγμένως ἀχθείσης ἀπολαμβανομένην πρὸς τῇ τομῇ, ἐλλεῖπον εἴδει ὁμοίῳ τῷ περιεχομένῳ ὑπὸ τῆς δευτέρας διαμέτρου καὶ τῆς πορισθείσης τρίτης ἀνάλογον.

* Vide *Eutocii* Comment. in prop. XVI. lib. primi Conicorum *Apollonii*.

ΕΣΤΩ

ΕΣΤΩ κυλίνδρου τομὴ ἡ ΑΒΓΔ, καὶ γενέσθω ὡς ἡ ΓΔ δευτέρα διάμετρος πρὸς τὴν ΑΒ διάμετρον οὕτως ἡ ΑΒ πρὸς τὴν ΓΗ, καὶ κείσθω ἡ ΓΗ πρὸς ὀρθὰς τῇ ΓΔ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΔΗ, καὶ ἐπὶ τὴν ΓΔ κατήχθω τεταγμένως ἡ ΕΖ, καὶ παρὰ μὲν τὴν ΓΗ ἡ ΖΘ, παρὰ δὲ τὴν ΓΔ ἡ ΘΚ· λέγω ὅτι τὸ ἀπὸ τῆς ΕΖ ἴσον ἐστὶ τῷ ΓΘ παραλληλογράμμῳ.




Ἐπεὶ γὰρ ὡς τὸ ἀπὸ τῆς ΓΔ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς ΑΒ οὕτως ἡ ΓΔ πρὸς τὴν ΓΗ, τουτέστιν ἡ ΔΖ πρὸς ΖΘ, ἀλλ᾽ ὡς μὲν τὸ ἀπὸ τῆς ΓΔ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς ΑΒ οὕτως τὸ ὑπὸ τῶν ΔΖ, ΖΓ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς ΕΖ, τοῦτο γὰρ ἐδείχθη· ὡς δὲ ἡ ΔΖ πρὸς ΖΘ οὕτως τὸ ὑπὸ ΔΖ, ΖΓ πρὸς τὸ ὑπὸ ΘΖ, ΖΓ, τουτέστι τὸ ΓΘ ὀρθογώνιον· ἴσον ἄρα τὸ ἀπὸ τῆς ΕΖ τῷ ΓΘ, ὃ παραβέβληται παρὰ τὴν τρίτην ἀνάλογον τὴν ΓΗ, πλάτος ἔχον τὴν ΖΓ, ἐλλεῖπον εἴδει τῷ ὑπὸ ΘΚΗ ὁμοίῳ τῷ ὑπὸ ΔΓΗ. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Ταῦτα συμφέρεται παρακολουθεῖ τῇ ἐλλείψει ἐν τῷ ιε΄. θεωρήματι τοῦ πρώτου τῶν κωνικῶν· ἔλλειψις ἄρα ἐστὶν ἡ ΑΒΓΔ τομὴ τοῦ κυλίνδρου.

SIT cylindri sectio ΑΒΓΔ, & fiat ut ΓΔ secunda diameter ad diametrum ΑΒ ita ΑΒ ad ΓΗ; ponaturque ΓΗ ad rectos angulos ipsi ΓΔ, & jungatur ΔΗ; deinde ad ΓΔ ordinatim applicetur ΕΖ, & ducatur ΖΘ quidem ipsi ΓΗ parallela, ΘΚ vero parallela ipsi ΓΔ: dico quadratum ex ΕΖ parallelogrammo ΓΘ æquale esse.

Quoniam enim ut quadratum ex ΓΔ ad quadratum ex ΑΒ, ita recta ΓΔ ad ipsam ΓΗ, hoc est ΔΖ ad ΖΘ; ut autem quadratum ex ΓΔ ad quadratum ex ΑΒ ita rectangulum ΔΖΓ ad quadratum ex ΕΖ, quod [per 15. huj.] demonstratum jam est: ut autem ΔΖ ad ΖΘ ita rectangulum ΔΖΓ ad rectangulum ΘΖΓ, hoc est ad ΓΘ: quadratum igitur ex ΕΖ æquale est rectangulo ΓΘ, quod quidem adjacet tertiæ proportionali ΓΗ, latitudinem habens ΖΓ, deficiens vero figura ΘΚΗ simili ei quæ sub ΔΓΗ continetur. quod erat demonstrandum.

Hæc autem manifestissime conveniunt ellipsi, ut ex quinto decimo theoremate primi Conicorum apparet: unde sequitur sectionem cylindri ΑΒΓΔ necessario ellipsim esse.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιη΄.

**Ἐὰν ἐν κυλίνδρου τομῇ εὐθεῖαι ἀχθῶσιν ἐπὶ τὴν διάμετρον τεταγμένως· ἔσται τὰ ἀπ᾽ αὐτῶν τετράγωνα πρὸς μὲν τὰ περιεχόμενα χωρία ὑπὸ τῶν ἀπολαμβανομένων ὑπ᾽ αὐτῶν πρὸς τοῖς πέρασι τῆς πλαγίας τοῦ εἴδους πλευρᾶς, ὡς τοῦ εἴδους ἡ ὀρθία πλευρὰ πρὸς τὴν πλαγίαν· πρὸς ἑαυτὰ δὲ ὡς τὰ περιεχόμενα χωρία ὑπὸ τῶν, ὡς εἴρηται, ἀπολαμβανομένων εὐθειῶν.**

## Prop. XVIII. *Theor.*

Si in sectione cylindri rectæ lineæ ad diametrum ordinatim applicentur: erunt quadrata earum ad spatia contenta eis quæ inter ipsas & terminos transversi lateris figuræ interjiciuntur, ut rectum figuræ latus ad transversum; inter sese vero ut spatia, quæ rectis modo dicto interceptis continentur.

ΕΣΤΩ κυλίνδρου τομὴ ἡ ΑΒΓΔ, διάμετρος δὲ αὐτῆς ἡ ΑΔ καὶ πλαγία πλευρὰ τοῦ εἴδους, ὀρθία δὲ τοῦ εἴδους πλευρὰ ἡ ΑΗ, καὶ ἐπὶ τὴν ΑΔ τεταγμένως ἤχθωσαν αἱ ΒΕ, ΓΖ· λέγω ὅτι τὸ μὲν ἀπὸ τῆς ΒΕ πρὸς τὸ ὑπὸ τῶν ΑΕ, ΕΔ ἐστὶν ὡς ἡ ΗΑ πρὸς ΑΔ, τὸ δὲ ἀπὸ τῆς ΒΕ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς ΓΖ ἐστὶν ὡς τὸ ὑπὸ ΑΕΔ πρὸς τὸ ὑπὸ ΑΖΔ.




Ἐπεὶ γὰρ ὡς τὸ ἀπὸ τῆς δευτέρας διαμέτρου πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς διαμέτρου οὕτως τό τε ἀπὸ τῆς ΒΕ πρὸς τὸ ὑπὸ ΑΕΔ, καὶ ἡ ΑΗ ὀρθία πλευρὰ πρὸς τὴν ΑΔ πλαγίαν· ὡς ἄρα ἡ ὀρθία πρὸς τὴν πλαγίαν οὕτως τὸ ἀπὸ τῆς ΒΕ πρὸς τὸ ὑπὸ τῶν ΑΕΔ. ὁμοίως δὲ καὶ τὸ ἀπὸ τῆς ΓΖ πρὸς τὸ ὑπὸ ΑΖΔ· καὶ ἐναλλὰξ ἄρα ὡς τὸ

SIT cylindri sectio ΑΒΓΔ, cujus diameter quidem & transversum figuræ latus ΑΔ, rectum vero latus ΑΗ, & ad ipsam ΑΔ ordinatim applicentur ΒΕ, ΓΖ: dico ut quadratum ex ΒΕ ad rectangulum ΑΕΔ ita esse ΗΑ ad ΑΔ, & quadratum ex ΒΕ ad quadratum ex ΓΖ sicut rectangulum ΑΕΔ ad rectangulum ΑΖΔ.

Quoniam enim ut quadratum secundæ diametri ad diametri quadratum ita est quadratum ex ΒΕ ad rectangulum ΑΕΔ, & ita ΑΗ rectum latus ad transversum ΑΔ: erit ut rectum latus ad transversum ita quadratum ex ΒΕ ad rectangulum ΑΕΔ. similiter autem & quadratum ex ΓΖ ad rectangulum ΑΖΔ: quare & permutando

tando ut quadratum ex ΒΕ ad quadratum ex ΓΖ ita erit rectangulum ΑΕΔ ad rectangulum ΑΖΔ. quod erat demonstrandum. & hæc in ellipsi contingere demonstratum est in Conicis, theoremate vigesimo primo.

ἀπὸ τῆς ΒΕ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς ΓΖ οὕτως τὸ ὑπὸ τῶν ΑΕΔ πρὸς τὸ ὑπὸ τῶν ΑΖΔ. ὃ προέκειτο δεῖξαι. καὶ ταῦτα δέδεικται ἐπὶ τῆς ἐλλείψεως ἐν τοῖς κωνικοῖς θεωρήματι κα΄.




Ex aliis quidem multis sectiones easdem esse ostendere possumus, per ea quæ ipsis communiter accidunt; verum principaliora accidentia fere jam dicta sunt. & cum hucusque progressus fuerim, non ad me attinet, eorum quæ restant singula persequentem, in alienis versari: necesse est enim eum, qui de ellipsi subtiliter disserere velit, in medium afferre quæcunque de ipsa ab *Apollonio Pergæo* conscripta sunt. sed si cui forte lubeat rem ulterius contemplari, licebit hæc comparare cum iis quæ in primo Conicorum libro traduntur; & exinde propositi veritatem confirmare: etenim quæcunque in illis contingunt circa coni sectionem ellipsin vocatam, eadem & circa sectionem cylindri contingere, ex iis quæ hoc loco demonstrata sunt, facile inveniet. quare ab his abstinens, cum lemmatia nonnulla apposuero, quæ sectiones plane easdem esse ostendunt, ad alia me convertam.

Ἔστι μὲν οὖν δι' ἑτέρων πλειόνων ἐπιδεῖξαι τὴν ταυτότητα τῶν τομῶν διὰ τῶν κοινῇ συμβαινόντων αὐτοῖς· οὐ μὴν ἀλλὰ τά γε ἀρχικώτερα τῶν συμπτωμάτων εἴρηται σχεδόν. ἐπεί τοι μέχρι τοῦδε προαχθείσης τῆς θεωρίας, οὐκ ἐμοὶ ἥκει, τἀντεῦθεν ἐπὶ τῶν λοιπῶν ἕκαστα δείξαντι, τοῖς ἀλλοτρίοις ἐνδιατρίβειν· ἀνάγκη γάρ που λεπτολογοῦντα περὶ ἐλλείψεως ἐπισκοπῆσαι καὶ τὰ τοῦ Περγαίου Ἀπολλωνίου τεθεωρημένα περὶ αὐτῆς. ἀλλ' ὅτῳ σπουδὴ περαιτέρω σκοπεῖν, ταῦτα παραθέντι τοῖς ἐν τῷ πρώτῳ τῶν κωνικῶν εἰρημένοις, ἔξεστι αὐτῷ δι' αὐτοῦ βεβαιῶσαι τὸ προκείμενον· ὅσα γὰρ ἐν ἐκείνοις περὶ τὴν τοῦ κώνου τομὴν συμβαίνοντα, τὴν καλουμένην ἔλλειψιν, τοσαῦτα καὶ περὶ τὴν τοῦ κυλίνδρου τομὴν ἐκ τῶν ἐνταῦθα προδεδειγμένων εὑρήσει συμβαίνοντα. διόπερ τούτου μὲν ἀποστάς, ὀλίγα δὲ ἄττα λημμάτια προσθείς, δι' ὧν καὶ αὐτῶν ἐνδείκνυται πῶς ἡ τῶν τομῶν ταυτότης, ἐπ' ἄλλο τι τρέψομαι.

## PROP. XIX. *Theor.*

**Itaque dico fieri posse, ut conum simul & cylindrum una eademque ellipsi sectos ostendamus.**

CONSTITUATUR triangulum scalenum ΑΒΓ super basim ΒΓ, quæ bifariam secetur in Δ; sitque ΑΒ major quam ΑΓ; & ad rectam lineam ΓΑ ad Α punctum constituatur angulus ΓΑΕ, qui vel major sit angulo ΑΒΓ, vel minor; occurrat autem ΑΕ ipsi ΒΓΕ in puncto Ε; & inter ΒΕ, ΕΓ media proportionalis sit ΕΖ; junctaque ΑΖ, ducatur in triangulo recta ΘΗ ipsi ΑΕ parallela; & per puncta Θ, Η ducantur ΘΚ, ΛΗΜ parallelæ ipsi ΑΖ, & compleatur parallelogrammum ΚΜ; deinde, juxta rectam ΒΕ ducto plano ad rectos angulos super planum ΒΑΕ, describatur in eo, circa diametrum quidem ΚΛ, circulus ΚΝΛ, qui cylindri basis erit cujus parallelogrammum per axem est ΚΜ; circa diametrum vero ΒΓ descri-




## ΠΡΟΤΑΣΙΣ θ΄.

**Λέγω τοίνυν ὅτι δυνατόν ἐστι δεῖξαι κῶνον ὁμοῦ καὶ κύλινδρον μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ τεμνομένους ἐλλείψει.**

ΕΚΚΕΙΣΘΩ τρίγωνον σκαληνὸν τὸ ΑΒΓ ἐπὶ τῆς ΒΓ βάσεως δίχα τεμνομένης κατὰ τὸ Δ, καὶ μείζων ἔστω ἡ ΑΒ τῆς ΑΓ, καὶ πρὸς τῇ ΓΑ εὐθείᾳ καὶ τῷ Α σημείῳ συνεστάτω γωνία ἡ ὑπὸ τῶν ΓΑ, ΑΕ, ἢ μείζων ἢ ἐλάττων τῆς ΑΒΓ γωνίας, καὶ συμπιπτέτω ἡ ΑΕ τῇ ΒΓΕ κατὰ τὸ Ε, καὶ τῶν ΒΕ, ΕΓ μέση ἀνάλογον ἔστω ἡ ΕΖ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΑΖ, καὶ τῇ ΑΕ παράλληλος ἐν τῷ τριγώνῳ διήχθω ἡ ΘΗ, καὶ διὰ τῶν Θ, Η σημείων τῇ ΑΖ παράλληλοι ἤχθωσαν αἱ ΘΚ, ΛΗΜ, καὶ συμπεπληρώσθω τὸ ΚΜ παραλληλόγραμμον· καὶ, διὰ τῆς ΒΕ ἀχθέντος ἐπιπέδου πρὸς ὀρθὰς τῷ ΒΑΕ ἐπιπέδῳ, γεγράφθω ἐν τῷ ἀχθέντι, περὶ μὲν τὴν ΚΛ διάμετρον, ὁ ΚΝΛ κύκλος, βάσις ἐσόμενος κυλίνδρου οὗ τὸ διὰ τοῦ ἄξονος παραλληλόγραμμόν ἐστι τὸ ΚΜ· περὶ δὲ τὴν ΒΓ διάμετρον

διάμετρον ὁ ΒΞΓ κύκλος, βάσις ἐσόμενος κώνου οὗ τὸ διὰ τοῦ ἄξονος τρίγωνόν ἐστι τὸ ΑΒΓ· καὶ τῆς ΘΗ ἐκβληθείσης ἐπὶ τὸ Ο, ἤχθω πρὸς ὀρθὰς τῇ ΒΕ ἡ ΟΠ, ἐν τῷ τῶν κύκλων ἐπιπέδῳ οὖσα, καὶ ἤχθω διὰ τῶν ΟΠ, ΟΘ εὐθειῶν ἐπίπεδον· ποιήσει δὴ τομὴν ἐν τῷ κώνῳ τῷ ἐπὶ τῆς ΒΞΓ βάσεως. ποιείτω τὴν ΘΡΗ· ἡ ΘΗ ἄρα εὐθεῖα διάμετρός ἐστι τῆς τομῆς. τῆς οὖν ΘΗ δίχα τμηθείσης κατὰ τὸ Σ, κατήχθωσαν τεταγμένως ἐπ' αὐτήν, δευτέρα μὲν διάμετρος ἡ ΡΣΤ, τυχοῦσα δὲ ἡ ΥΦ, καὶ γενέσθω ὡς τὸ ἀπὸ τῆς ΘΗ διαμέτρου τῆς ΘΡΗ τομῆς πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς ΡΤ δευτέρας διαμέτρου τῆς αὐτῆς τομῆς, οὕτως ἡ ΘΗ πλαγία τοῦ εἴδους πλευρὰ πρὸς τὴν ΘΧ ὀρθίαν.

Ἐπεὶ οὖν ἡ μὲν ΘΚ τῇ ΑΖ παράλληλός ἐστιν, ἡ δὲ ΘΟ τῇ ΑΕ· ὡς ἄρα τὸ ἀπὸ τῆς ΑΕ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς ΕΖ οὕτως τὸ ἀπὸ τῆς ΘΟ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς ΚΟ. ἀλλ' ὡς μὲν τὸ ἀπὸ τῆς ΑΕ πρὸς τὸ ὑπὸ τῶν ΒΕ, ΕΓ * οὕτως τὸ ἀπὸ τῆς ΘΗ διαμέτρου τῆς τοῦ κώνου τομῆς πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς ΡΤ δευτέρας διαμέτρου τῆς αὐτῆς τομῆς· ὡς δὲ τὸ ἀπὸ τῆς ΘΟ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς ΟΚ οὕτως τὸ ἀπὸ τῆς ΘΗ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς ΚΛ, τουτέστιν οὕτως τὸ ἀπὸ τῆς ΗΘ διαμέτρου τῆς τοῦ κυλίνδρου τομῆς πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς δευτέρας διαμέτρου τῆς τοῦ κυλίνδρου τομῆς, ὡς ἐδείχθη πρότερον· ἡ ἄρα δευτέρα διάμετρος τῆς τοῦ κυλίνδρου τομῆς ἴση ἐστὶ τῇ ΡΤ δευτέρᾳ διαμέτρῳ τῆς τοῦ κώνου τομῆς. καὶ ἔστιν ἡ διχοτομία τῆς ΘΗ κατὰ τὸ Σ, καὶ πρὸς ὀρθὰς ἄγεται τῇ ΘΗ δευτέρα διάμετρος τῆς τοῦ κυλίνδρου τομῆς, ὥσπερ καὶ ἡ ΡΤ· ἡ ἄρα ΡΤ δευτέρα διάμετρός ἐστι τοῦ τε κώνου καὶ τῆς τοῦ κυλίνδρου τομῆς. ὁμοίως δὲ ἡ ΘΗ διάμετρός ἐστι τῆς τοῦ κώνου καὶ τῆς τοῦ κυλίνδρου τομῆς· τὸ Ρ ἄρα σημεῖον ἐπὶ τῆς κωνικῆς ἐπιφανείας καὶ ἐπὶ τῆς τοῦ κυλίνδρου ἐπιφανείας ἐστί. πάλιν ἐπεὶ ἐν ταῖς τομαῖς τοῦ τε κώνου καὶ τοῦ κυλίνδρου αἱ αὐταί εἰσι διάμετροι, ἥ τε ΘΗ καὶ ἡ ΡΤ· καὶ ἡ τρίτη ἄρα ἀνάλογον ἡ αὐτή, τουτέστιν ἡ ΘΧ ὀρθία τοῦ εἴδους πλευρά· ἡ ἄρα ΘΧ καὶ ἐπὶ τῆς κυλίνδρου τομῆς ὀρθία ἐστὶ τοῦ εἴδους πλευρά. ἐπεὶ οὖν ὡς ἡ ΘΗ πρὸς τὴν ΘΧ οὕτως τὸ ὑπὸ τῶν ΗΦ, ΦΘ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς ΦΥ· ἐδείχθη δὲ καὶ ἐπὶ τῆς τοῦ κυλίνδρου τομῆς, ὡς ἡ πλαγία τοῦ εἴδους πλευρὰ πρὸς τὴν ὀρθίαν οὕτως τὸ ὑπὸ τῶν τμημάτων τῆς διαμέτρου πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς κατηγμένης ἐπ' αὐτὴν τεταγμένως καὶ ποιούσης τὰ τμήματα· καὶ ἐπὶ τῆς τοῦ κυλίνδρου ἄρα τομῆς ὡς ἡ ΘΗ πλαγία τοῦ εἴδους πλευρὰ πρὸς τὴν ΘΧ ὀρθίαν οὕτως τὸ ὑπὸ τῶν ΗΦ, ΦΘ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς ἴσης τῇ ΥΦ καὶ πρὸς ἴσας γωνίας ἀγομένη ἐπὶ τὴν ΘΗ. ἀλλ' ἡ ἴση τῇ ΥΦ καὶ πρὸς ἴσας γωνίας ἐπὶ τὴν αὐτὴν ἀγομένη κατὰ τὸ Φ οὐχ ἑτέρα ἐστὶ τῆς ΥΦ· ἡ ἄρα ΦΥ καὶ ἐν τῇ τοῦ κυλίνδρου ἐστὶ τομῇ· τὸ ἄρα Υ σημεῖον, ἐπὶ τῆς τοῦ κώνου ἐπιφανείας ὄν, καὶ ἐπὶ τοῦ κυλίνδρου ἐστὶν ἐπιφανείας. ὁμοίως δὲ δείκνυται, κἂν ὁσασοῦν ὁμοίως τεταγμένως ἀγάγωμεν· ἡ ΘΡΗ ἄρα γραμμὴ ἐν ταῖς ἐπιφανείαις ἐστὶν ἀμφοτέρων τῶν σχημάτων· ἡ ΘΡΗ ἄρα τομὴ μία καὶ αὐτὴ ἐν ἀμφοτέροις ἐστὶ τοῖς σχήμασι. καὶ ἐπεὶ κατεσκευάσθη ἡ ὑπὸ ΓΑ, ΑΕ γωνία, τουτέστιν ἡ ὑπὸ ΑΗ, ΗΘ, ἤτοι μείζων ἢ ἐλάσσων οὖσα

batur circulus ΒΞΓ, pro base coni cujus triangulum per axem sit ΑΒΓ; &, protracta ΘΗ ad Ο, ducatur in circulorum plano recta ΟΠ ad rectos angulos ipsi ΒΕ; perque ΟΠ, ΟΘ ducatur planum: faciet igitur sectionem in cono cujus basis circulus ΒΞΓ. sit autem ea sectio ΘΡΗ; recta igitur ΘΗ diameter est sectionis. ea ideo bifariam divisa in Σ, ad ipsam ordinatim applicetur secunda diameter ΡΣΤ, & alia quævis ΤΦ; fiatque ut quadratum ex ΘΗ diametro sectionis ΘΡΗ, ad quadratum ex ΡΤ secunda diametro ejusdem sectionis, ita ΗΘ transversum figuræ latus ad rectum ΘΧ.

Quoniam igitur ΘΚ quidem ipsi ΑΖ parallela est, ΘΟ vero ipsi ΑΕ: erit ut quadratum ex ΑΕ ad quadratum ex ΕΖ ita quadratum ex ΘΟ ad quadratum ex ΚΟ. sed ut quadratum ex ΑΕ ad rectangulum ΒΕΓ * ita quadratum ex ΘΗ diametro sectionis coni ad quadratum ex ΡΤ secunda diametro ejusdem sectionis; ut autem quadratum ex ΘΟ ad quadratum ex ΟΚ ita quadratum ex ΘΗ ad quadratum ex ΚΛ, hoc est, ita quadratum ex ΘΗ diametro sectionis cylindri ad quadratum secundæ diametri ejusdem cylindri sectionis, sicut demonstratum est superius: quare secunda diameter sectionis cylindri æqualis est ipsi ΡΤ secundæ diametro sectionis coni. dividiturque ΘΗ bifariam in puncto Σ, & ipsi ad rectos angulos ducitur secunda diameter sectionis cylindri, quemadmodum & ipsa ΡΤ: ergo ΡΤ secunda diameter est sectionis tum coni tum cylindri. similiter & ΘΗ est diameter sectionis coni & cylindri: & propterea punctum Ρ & in coni & in cylindri superficie erit. rursus quoniam in sectionibus coni & cylindri eædem diametri sunt ΘΗ, ΡΤ, tertia etiam proportionalis eadem erit; hoc est ΘΧ rectum latus figuræ sectionis coni: quare ΘΧ & in cylindri sectione rectum est figuræ latus. quoniam igitur ut ΘΗ ad ΘΧ ita rectangulum ΗΦΘ ad quadratum ex ΦΤ; atque ostensum est in cylindri sectione, ut transversum figuræ latus ad rectum ita rectangulum sub diametri partibus contentum ad quadratum ejus quæ ad ipsam ordinatim applicata partes efficit: erit & in cylindri sectione ut ΘΗ transversum figuræ latus ad ΘΧ rectum ita rectangulum ΗΦΘ ad quadratum rectæ ipsi ΤΦ æqualis & sub angulis æqualibus ad ipsam ΘΗ ductæ. sed recta, æqualis ipsi ΤΦ & sub æqualibus angulis cum ipsa ΘΗ ad punctum Φ occurrens, non alia est quam ipsa ΤΦ; ergo ΦΤ & in cylindri sectione erit: ac propterea punctum Τ, in coni superficie existens, in cylindri etiam erit superficie. simili modo demonstratio fiet & in aliis, quæ ad ipsam ordinatim applicabuntur; linea igitur ΘΡΗ in superficiebus utriusque figuræ continetur: quare ΘΡΗ una eademque sectio est in utraque figura. præterea quoniam angulus ΓΑΒ, hoc est, angulus ΑΗΘ, factus est vel major vel minor angulo qui ad Β, se-

* Hoc est ad quadratum ex ΒΖ, per constructionem.

ctio

ctio non erit subcontraria; ideoque sectio ΘΡΗ non est circulus; ellipsis igitur est: quare sectio coni expositi ac cylindri eadem ellipsis erit. quod erat demonstrandum.

τῆς πρὸς τῷ Β· ἡ ἄρα τομὴ οὐκ ἔστιν ὑπεναντία· ἡ ΘΡΗ ἄρα τομὴ οὐκ ἔστι κύκλος· ἔλλειψις ἄρα ἐστὶν· καὶ τοῦ κώνου ἄρα τοῦ ἐκκειμένου καὶ τοῦ κυλίνδρου τομὴ ἡ αὐτὴ ἔλλειψίς ἐστιν. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

### Prop. XX. *Probl.*

**Cono dato & in eo ellipsi; invenire cylindrum eadem ellipsi sectum, quâ conus sectus est.**

**Si extra triangulum punctum aliquod sumatur, & ab eo ducatur quædam recta linea triangulum secans; à vertice autem ad basim alia recta agatur, quæ ita ductam secet, ut quam rationem habet tota ad partem extra triangulum assumptam, eandem habeat major portio ejus quæ intra triangulum continetur ad minorem parti exteriori adjacentem: quælibet recta linea, quæ ex eodem puncto ducta triangulum secat, ab ea quæ à vertice ad basim ducitur in eadem proportione secatur. quod si rectæ ab eo puncto ad triangulum ductæ secentur in eadem proportione; recta linea, quæ intra triangulum ipsas secat, per trianguli verticem necessario transibit.**

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ λγ΄.

Ἐὰν τριγώνου ληφθῇ σημεῖον ἐκτὸς, καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἀχθῇ τις εὐθεῖα τέμνουσα τὸ τρίγωνον, ἀπὸ δὲ τῆς κορυφῆς ἐπὶ τὴν βάσιν ἀχθῇ τις ἑτέρα εὐθεῖα τέμνουσα τὴν διηγμένην οὕτως, ὥστε εἶναι ὡς ὅλη ἡ διηγμένη πρὸς τὴν ἐκτὸς τοῦ τριγώνου ταύτης τῆς ἐκτὸς ἀπειλημμένης τὸ μεῖζον τμῆμα πρὸς τὸ ἔλασσον πρὸς τῷ ἐκτὸς τοῦ τριγώνου κείμενον· ἥτις ἂν ἀπὸ τοῦ ληφθέντος σημείου ἀχθῇ εὐθεῖα τέμνουσα τὸ τρίγωνον, ἀνάλογον τέτμηται ὑπὸ τῆς ἠγμένης ἀπὸ τῆς κορυφῆς ἐπὶ τὴν βάσιν εὐθείας. κἂν πᾶσαι αἱ οὕτως ἠγμέναι ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ σημείου ἀνάλογον τμηθῶσιν, ἡ τέμνουσα αὐτὰς εὐθεῖα, ἐν τῷ τριγώνῳ ἀγομένη, διὰ τῆς κορυφῆς τοῦ τριγώνου ἐλεύσεται.

Sumatur enim aliquod punctum Δ extra triangulum ΑΒΓ, à quo ducatur recta linea ΔΕΖ triangulum secans; & à vertice Α ad basim ducatur ΑΗΘ, quæ ita secet ΖΔ, ut ΖΔ ad ΔΕ eandem rationem habeat quam ΖΗ ad ΗΕ; deinde ducatur alia recta ΔΚΛΜ: dico ut ΜΔ ad ΔΚ ita esse ΜΛ ad ΛΚ.

Τριγώνου γὰρ τοῦ ΑΒΓ εἰλήφθω τι σημεῖον ἐκτὸς τὸ Δ, καὶ ἀπὸ τοῦ Δ διήχθω εὐθεῖα τέμνουσα τὸ τρίγωνον ἡ ΔΕΖ, ἀπὸ δὲ τῆς Α κορυφῆς ἐπὶ τὴν βάσιν ἀχθήτω ἡ ΑΗΘ τέμνουσα τὴν ΖΔ, ὥστε εἶναι ὡς τὴν ΖΔ πρὸς τὴν ΔΕ οὕτως τὴν ΖΗ πρὸς τὴν ΗΕ, καὶ διήχθω τις ἑτέρα εὐθεῖα ἡ ΔΚΛΜ· λέγω ὅτι ὡς ἡ ΜΔ πρὸς τὴν ΔΚ οὕτως ἡ ΜΛ πρὸς τὴν ΛΚ.




Per puncta enim Ε, Κ ducantur rectæ ΕΝ, ΚΞ ipsi ΑΒ parallelæ; & per Ε, Ζ ducantur ΕΟ, ΖΠΡ parallelæ ipsi ΜΔ. quoniam igitur in triangulo ΑΜΚ ducta est ΕΝ ipsi ΑΜ parallela, erit ut ΝΕ ad ΕΚ ita ΜΑ ad ΑΚ, hoc est ΖΑ ad ΑΡ. rursus quoniam ΖΑ pa-

Ἤχθωσαν διὰ μὲν τῶν Ε, Κ σημείων τῇ ΑΒ παράλληλοι αἱ ΕΝ, ΚΞ, διὰ δὲ τῶν Ε, Ζ τῇ ΜΔ παράλληλοι αἱ ΕΟ, ΖΠΡ. ἐπεὶ οὖν τοῦ ΑΜΚ τριγώνου παρὰ τὴν ΑΜ πλευράν ἐστιν ἡ ΕΝ· ὡς ἄρα ἡ ΝΕ πρὸς τὴν ΕΚ οὕτως ἡ ΜΑ πρὸς τὴν ΑΚ, τουτέστιν οὕτως ἡ ΖΑ πρὸς τὴν ΑΡ. πάλιν ἐπεὶ ἡ ΖΑ τῇ

ΚΞ

Κ Ξ παράλληλός ἐστιν· ἔστιν ἄρα ὡς ἡ Ε Κ πρὸς τὴν Κ Ξ οὕτως ἡ Ε Α πρὸς τὴν Α Ζ. ἐπεὶ οὖν ὡς μὲν ἡ Ν Ε πρὸς τὴν Ε Κ οὕτως ἡ Ζ Α πρὸς τὴν Α Ρ, ὡς δὲ ἡ Ε Κ πρὸς τὴν Κ Ξ οὕτως ἡ Ε Α πρὸς τὴν Α Ζ· δι' ἴσου ἄρα ἐν τεταραγμένῃ ἀναλογίᾳ ὡς ἡ Ε Ν πρὸς τὴν Κ Ξ οὕτως ἡ Ε Α πρὸς τὴν Α Ρ, τουτέστιν ἡ Ε Ο πρὸς τὴν Π Ρ. ἐπεὶ οὖν ὁ τῆς Μ Δ πρὸς τὴν Δ Κ λόγος ὁ αὐτός ἐστι τῷ τῆς Ζ Δ πρὸς τὴν Δ Ξ λόγῳ, ὁ δὲ τῆς Ζ Δ πρὸς τὴν Δ Ξ λόγος σύγκειται ἔκ τε τοῦ τῆς Ζ Δ πρὸς τὴν Ε Δ καὶ τοῦ τῆς Ε Δ πρὸς Δ Ξ· καὶ ὁ τῆς Μ Δ πρὸς Δ Κ λόγος ἄρα σύγκειται ἔκ τε τοῦ τῆς Ζ Δ πρὸς τὴν Ε Δ καὶ τοῦ τῆς Ε Δ πρὸς τὴν Δ Ξ. ἀλλ' ὁ μὲν τῆς Ζ Δ πρὸς τὴν Ε Δ λόγος ὁ αὐτός ἐστι τῷ τῆς Ζ Η πρὸς τὴν Η Ε, διὰ τὴν ὑπόθεσιν, ὁ δὲ τῆς Ε Δ πρὸς τὴν Δ Ξ, τουτέστιν ὁ τῆς Ε Ν πρὸς τὴν Ξ Κ, ὁ αὐτὸς ἐδείχθη τῷ τῆς Ο Ε πρὸς τὴν Π Ρ· ὁ ἄρα τῆς Μ Δ πρὸς τὴν Δ Κ λόγος σύγκειται ἔκ τε τοῦ τῆς Ζ Η πρὸς τὴν Η Ε λόγου καὶ τοῦ τῆς Ο Ε πρὸς τὴν Π Ρ. πάλιν ἐπεὶ ὁ τῆς Μ Λ πρὸς τὴν Λ Κ λόγος ὁ αὐτός ἐστι τῷ τῆς Ζ Π πρὸς τὴν Π Ρ, ὁ δὲ τῆς Ζ Π πρὸς τὴν Π Ρ λόγος σύγκειται ἔκ τε τοῦ τῆς Ζ Π πρὸς τὴν Ο Ε λόγου, τουτέστι τοῦ τῆς Ζ Η πρὸς τὴν Η Ε, καὶ τοῦ τῆς Ο Ε πρὸς τὴν Π Ρ· καὶ ὁ τῆς Μ Λ ἄρα πρὸς τὴν Λ Κ λόγος σύγκειται ἔκ τε τοῦ τῆς Η Ζ πρὸς τὴν Η Ε λόγου καὶ τοῦ τῆς Ο Ε πρὸς τὴν Π Ρ. ἐδείχθη δὲ καὶ ὁ τῆς Μ Δ πρὸς τὴν Δ Κ λόγος ἐκ τῶν αὐτῶν συγκείμενος· ὡς ἄρα ἡ Μ Δ πρὸς τὴν Δ Κ οὕτως ἡ Μ Λ πρὸς τὴν Λ Κ. ὁμοίως δὲ δειχθήσεται, κἂν ἄλλαι διαχθῶσιν ἀπὸ τοῦ Δ· πᾶσαι γὰρ ὑπὸ τῆς Α Θ διαιρεθήσονται τὸν εἰρημένον τρόπον. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Κἂν αἱ ἀπὸ τοῦ Δ διαχθεῖσαι ἀνάλογον ὦσι τετμημέναι, ἵν' ᾖ ὡς μὲν ἡ Ζ Δ πρὸς τὴν Δ Ε οὕτως ἡ Ζ Η πρὸς τὴν Η Ε, ὡς δὲ ἡ Μ Δ πρὸς τὴν Δ Κ οὕτως ἡ Μ Λ πρὸς τὴν Λ Κ· ἡ τὰς ἐν τῷ τριγώνῳ ἀπειλημμένας εὐθείας, οἷον τὰς Ζ Ε, Μ Κ, ἀνάλογον τέμνουσα εὐθεῖα διαγομένη διὰ τῆς κορυφῆς ἥξει τοῦ τριγώνου.

Εἰ γὰρ δυνατὸν, πιπτέτω ἐκτὸς κατὰ τὸ Φ σημεῖον, καὶ διήχθω ἡ Δ Η Ψ εὐθεῖα. ἐπεὶ οὖν, κατὰ τὸ προδειχθὲν, εὐθεῖά τις ἀπὸ τῆς κορυφῆς ἡ Α Ψ ἀγομένη τέμνει τὴν Ζ Δ εὐθεῖαν, ὥστε εἶναι ὡς τὴν Ζ Δ πρὸς τὴν Δ Ε οὕτως τὴν Ζ Η πρὸς τὴν Η Ε· καὶ τὴν Μ Δ ἄρα ἀνάλογον τεμεῖ· ὡς ἄρα ἡ Μ Δ πρὸς τὴν Δ Κ οὕτως ἡ Μ Ψ πρὸς τὴν Ψ Κ, ὅπερ ἀδύνατον· ὑπέκειτο γὰρ ὡς ἡ Μ Δ πρὸς τὴν Δ Κ οὕτως ἡ Μ Λ πρὸς τὴν Λ Κ· ἡ ἄρα Λ Η ἐκβαλλομένη οὐχ ἥξει δι' ἄλλου σημείου πλὴν τοῦ Α. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

rallela est ipsi ΚΞ; ut igitur ΕΚ ad ΚΞ ita est ΕΑ ad ΑΖ; quoniam ideo ut ΝΕ ad ΕΚ ita ΖΑ ad ΑΡ, & ut ΕΚ ad ΚΞ ita ΕΑ ad ΑΖ: erit ex æquali in perturbata ratione, ut ΕΝ ad ΚΞ ita ΕΑ ad ΑΡ, hoc est ita ΕΟ ad ΠΡ. quoniam igitur ratio ΜΔ ad ΔΚ eadem est quæ ΖΔ ad ΔΞ, ratio autem ΖΔ ad ΔΞ componitur ex ratione ΖΔ ad ΕΔ & ΕΔ ad ΔΞ: erit ratio ΜΔ ad ΔΚ ex eisdem rationibus composita. sed ratio ΖΔ ad ΕΔ eadem est quæ ratio ΖΗ ad ΗΕ, ex hypothesi; & ratio ΕΔ ad ΔΞ, hoc est ΕΝ ad ΞΚ, ostensa est eadem quæ est ΟΕ ad ΠΡ: ergo ratio ΜΔ ad ΔΚ componitur ex ratione ΖΗ ad ΗΕ & ratione ΟΕ ad ΠΡ. rursus quoniam ratio ΜΛ ad ΛΚ eadem est quæ ratio ΖΠ ad ΠΡ, & ratio ΖΠ ad ΠΡ componitur ex ratione ΖΠ ad ΟΕ, hoc est ΖΗ ad ΗΕ, & ratione ΟΕ ad ΠΡ: ratio igitur ΜΛ ad ΛΚ composita est ex ratione ΗΖ ad ΗΕ & ratione ΟΕ ad ΠΡ. sed ratio ΜΔ ad ΔΚ componitur ex eisdem rationibus, ut jam ostensum est: ergo ut ΜΔ ad ΔΚ ita ΜΛ ad ΛΚ. pari modo & de aliis, quæ à puncto Δ ductæ fuerint, demonstrabitur: omnes enim à recta ΑΘ in eadem, quam diximus, proportione secabuntur [Harmonica nempe.] quod erat demonstrandum.

Quod si à puncto Δ ductæ lineæ in eadem proportione secentur, ita ut quam rationem habet ΖΔ ad ΔΕ eandem habeat ΖΗ ad ΗΕ; & rursus quam habet ΜΔ ad ΔΚ eandem habeat ΜΛ ad ΛΚ: recta linea, proportionaliter secans eas quæ intra triangulum continentur, nempe rectas ΖΕ, ΜΚ, per verticem trianguli necessario transibit.




Si enim fieri potest, transeat extra verticem per punctum Φ; & ducatur recta linea ΔΗΨ. quoniam igitur, ex iis quæ proxime demonstrata sunt, recta quædam ΑΨ à vertice ducta secat ΖΔ, ita ut quam rationem habet ΖΔ ad ΔΕ eandem habeat ΖΗ ad ΗΕ; etiam ipsam ΜΔ in eadem proportione secabit: eritque ut ΜΔ ad ΔΚ ita ΜΨ ad ΨΚ, quod est absurdum; posuimus enim ΜΔ ad ΔΚ sicut ΜΛ ad ΛΚ: quare ΛΗ producta non transibit per aliud punctum quam per verticem trianguli. quod erat demonstrandum.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ λδʹ.

Αἱ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ σημείου κωνικῆς ἐπιφανείας ἐφαπτόμεναι εὐθεῖαι κατ' ἀμφότερα τὰ μέρη, πᾶ-

## Prop. XXXIV. *Theor.*

Omnes rectæ lineæ, quæ ab eodem puncto conicam superficiem ex utraque parte contingunt, in unius trianguli lateribus tactiones faciunt.

σαι καθ' ἑνὸς τριγώνου πλευρῶν τὰς ἐπαφὰς ποιοῦνται.

SIT conus, cujus basis quidem circulus circa centrum A, vertex punctum B, axis autem recta linea AB; & sumpto aliquo puncto Γ extra conum, ab eo ducantur ΓΔ, ΓE rectæ lineæ, conicam superficiem ex eadem parte contingentes: dico omnia puncta tactionum E, Δ in eadem recta linea esse.

Ducatur à puncto Γ ad AB * perpendicularis ΓZ; & per ΓZ ducatur planum æquidistans plano circuli A, quod sectionem in cono faciat circulum circa centrum Z, ita ut conus constituatur, cujus basis circulus Z, & axis ZB. rursus per ΓZ & axem aliud planum ducatur, faciens in cono triangulum BHΘ; & ipsi ΓZ ad rectos angulos agatur ΓK, quæ in circuli Z plano existat; deinde per ΓK & utramque ipsarum ΓΔ, ΓE ducantur plana conum secantia, quæ faciant in coni quidem superficie sectiones ΛΔM, NEΞ, in plano autem trianguli BHΘ rectas lineas ΛΓ, NΓ: diametri igitur sectionum ΛΔM, NEΞ sunt rectæ ΛM, NΞ. itaque ad diametros ΛM, NΞ ordinatim applicentur ΔO, EΠ; quæ ad alteram partem superficiei ad puncta P, Σ producantur. quoniam igitur recta linea ΓΔ contingit sectionem ΛΔM in puncto Δ, & ΔO ordinatim applicata est; erit [per 36. 1.] ut ΛΓ ad ΓM ita ΛO ad OM. eadem quoque ratione ut NΓ ad ΓΞ ita erit NΠ ad ΠΞ: ergo, per proxime demonstrata, recta linea quæ connectit puncta O, Π, si producatur, per verticem transibit. ducatur igitur OΠB. & quoniam EΣ, ΔP ipsi ΓK sunt parallelæ; etiam inter se parallelæ & in eodem plano erunt: itaque planum juxta rectas BΠO & EΣ, ΔP ductum sectionem faciet in coni superficie triangulum: adeoque puncta E, Δ, quæ sunt in superficie coni, erunt etiam in latere trianguli secantis triangulum BHΘ secundum rectam lineam BΠO. simili modo demonstrabitur idem evenire in quibusvis aliis, uti & in contingentibus ad puncta P, Σ. omnes igitur rectæ lineæ, quæ à puncto Γ ductæ conicam




ΕΣΤΩ κῶνος, οὗ βάσις μὲν ὁ περὶ τὸ A κέντρον κύκλος, κορυφὴ δὲ τὸ B σημεῖον, ἄξων δὲ ἡ AB εὐθεῖα, σημείου δέ τινος τοῦ Γ ληφθέντος ἐκτὸς τοῦ κώνου, ἤχθωσαν ἀπὸ τοῦ Γ αἱ ΓΔ, ΓΕ εὐθεῖαι, ἐφαπτόμεναι τῆς τοῦ κώνου ἐπιφανείας ἐπὶ τὰ αὐτὰ μέρη· λέγω ὅτι τὰ Ε, Δ σημεῖα τῶν ἐπαφῶν ἐπὶ μιᾶς εὐθείας ἐστί.

Κατήχθω ἀπὸ τοῦ Γ σημείου ἐπὶ τὴν AB πρὸς ὀρθὰς ἡ ΓΖ, καὶ διὰ τῆς ΓΖ ἤχθω ἐπίπεδον παράλληλον τῷ τοῦ A κύκλου ἐπιπέδῳ, καὶ ποιείτω τομὴν ἐν τῷ κώνῳ τὸν περὶ τὸ Ζ κέντρον κύκλον, ὥστε κῶνον ὑποστῆναι, οὗ βάσις μὲν ὁ Ζ κύκλος, ἄξων δὲ ὁ ΖΒ· καὶ διὰ τῆς ΓΖ καὶ τοῦ ἄξονος ἐκβεβλήσθω ἐπίπεδον ποιοῦν ἐν τῷ κώνῳ τὸ διὰ τοῦ ἄξονος τρίγωνον τὸ ΒΗΘ, καὶ τῇ ΓΖ πρὸς ὀρθὰς ἤχθω ἡ ΓΚ, ἐν τῷ τοῦ Ζ κύκλου ἐπιπέδῳ οὖσα· καὶ διὰ τῆς ΓΚ καὶ ἑκατέρας τῶν ΓΔ, ΓΕ ἤχθω ἐπίπεδα τέμνοντα τὸν κῶνον, καὶ ποιείτω διὰ τῆς τομῆς, ἐν μὲν τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ κώνου τὰς ΛΔΜ, ΝΕΞ γραμμάς, ἐν δὲ τῷ τοῦ ΒΗΘ τριγώνου ἐπιπέδῳ τὰς ΛΓ, ΝΓ εὐθείας· διάμετροι ἄρα τῶν ΛΔΜ, ΝΕΞ τομῶν εἰσιν αἱ ΛΜ, ΝΞ εὐθεῖαι. ἤχθωσαν τοίνυν ἐπὶ τὰς ΛΜ, ΝΞ διαμέτρους αἱ ΔΟ, ΕΠ τεταγμένως, καὶ προσεκβεβλήσθωσαν ἐπὶ θάτερον μέρος τῆς ἐπιφανείας κατὰ τὰ Ρ καὶ Σ. ἐπεὶ οὖν ἡ ΓΔ εὐθεῖα τῆς ΛΔΜ γραμμῆς ἐφάπτεται κατὰ τὸ Δ σημεῖον, καὶ κατῆκται τεταγμένως ἡ ΔΟ· ὡς ἄρα ἡ ΛΓ πρὸς τὴν ΓΜ οὕτως ἡ ΛΟ πρὸς τὴν ΟΜ· καὶ διὰ τὰ αὐτὰ ὡς ἡ ΝΓ πρὸς τὴν ΓΞ οὕτως ἡ ΝΠ πρὸς τὴν ΠΞ· ἡ ἄρα τὰ Ο καὶ Π ἐπιζευγνύουσα εὐθεῖα ἐκβαλλομένη ἥξει διὰ τῆς κορυφῆς, διὰ τὸ πρὸ τούτου. διήχθω τοίνυν ἡ ΟΠΒ. καὶ ἐπεὶ ἑκατέρα τῶν ΕΣ, ΔΡ τῇ ΓΚ ἐστὶ παράλληλος· αἱ ἄρα ΔΡ, ΕΣ παράλληλοί τε εἰσὶν ἀλλήλαις καὶ ἐν ἑνί εἰσιν ἐπιπέδῳ. τὸ οὖν διὰ τῆς ΒΠΟ καὶ τῶν ΕΣ, ΔΡ ἐπίπεδον ἐκβαλλόμενον τὴν τομὴν ποιήσει τρίγωνον ἐν τῇ τοῦ κώνου ἐπιφανείᾳ· τὰ ἄρα Ε καὶ Δ σημεῖα, ἐν τῇ ἐπιφανείᾳ ὄντα τοῦ κώνου, ἐπὶ πλευρᾶς ἐστι τριγώνου τοῦ τέμνοντος τὸ ΒΗΘ τρίγωνον κατὰ τὴν ΒΠΟ εὐθεῖαν. ὁμοίως δέδεικται ἐπὶ τῶν ἐφαπτομένων πασῶν, καὶ ἐπὶ τῶν κατὰ τὰ Ρ καὶ Σ ἐφαπτομένων, τὸ αὐτὸ συμβαῖνον· πᾶσαι ἄρα αἱ ἀπὸ τοῦ Γ ἐφαπτόμεναι τῆς κω-

* Supponit hic conum rectum esse, sed eâdem fere demonstratione res in cono scaleno comprobari potest, uti diximus in nota ad vigesimam nonam propositionem de Cylindro.

vixas

νικῆς ἐπιφανείας καθ' ἑνὸς τριγώνου πλευρῶν ἅπτουσιν. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

superficiem contingunt, in unius trianguli lateribus tactus faciunt. quod erat demonstrandum.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ λε'.

Τουτου δὴ δειχθέντος, ἔστω τρίγωνον τὸ ΑΒΓ, καὶ παρὰ τὴν ΒΓ βάσιν αἱ ΔΕ, ΖΗ, καὶ εἰλήφθω τι σημεῖον τὸ Θ, μὴ ὂν ἐν τῷ τοῦ τριγώνου ἐπιπέδῳ, καὶ ἐπιζευχθεῖσαι αἱ ΘΔ, ΘΖ, ΘΗ, ΘΕ ἐκβληθεῖσαι προσαπτέτωσαν ἐπιπέδῳ τινὶ, παραλλήλῳ ὄντι τῷ ΑΒΓ ἐπιπέδῳ, κατὰ τὰ Κ, Λ, Μ, Ν σημεῖα· τὸ δὴ διὰ τῶν ΕΔ, ΚΘ εὐθειῶν ἐπίπεδον ἐκβαλλόμενον τεμεῖ τὸ ΚΛΜΝ ἐπίπεδον, καὶ ποιήσει ἐν αὐτῷ κοινὴν τομὴν τὴν ΚΝ εὐθεῖαν, παράλληλον οὖσαν τῇ ΕΔ. ὁμοίως δὴ καὶ τὸ διὰ τῶν ΖΗ, ΛΘ ἐπίπεδον ἐκβαλλόμενον ποιήσει παράλληλον τῇ ΖΗ τὴν ΛΜ. ἐπεὶ οὖν τὸ ΚΘΛ ἐπίπεδον τέμνεται ὑπὸ παραλλήλων ἐπιπέδων τῶν ΑΒΓ, ΚΛΜΝ, αἱ κοιναὶ αὐτῶν τομαὶ αἱ ΚΛ, ΔΖ παράλληλοί εἰσιν ἀλλήλαις. διὰ ταῦτα δὲ καὶ ἡ ΝΜ τῇ ΗΕ παράλληλός ἐστιν· ἐκβληθεῖσαι ἄρα αἱ ΚΛ, ΜΝ συμπεσοῦνται κατὰ τὸ Ξ. ἐπεὶ οὖν δύο αἱ ΚΞ, ΞΝ δυσὶ ταῖς ΔΑ, ΑΕ παράλληλοί εἰσιν· ἴση ἄρα ἡ πρὸς τὸ Ξ γωνία τῇ πρὸς τὸ Α. πάλιν ἐπεὶ δύο αἱ ΞΚ, ΚΝ δυσὶ ταῖς ΑΔ, ΔΕ παράλληλοί εἰσιν· ἡ ἄρα ὑπὸ τῶν ΞΚ, ΚΝ γωνία τῇ ὑπὸ ΑΔ, ΔΕ ἴση· τὰ ἄρα ΞΚΝ, ΑΒΓ τρίγωνα ὅμοιά ἐστιν ἀλλήλαις.




Ἐὰν οὖν πάλιν τὸ μὲν Θ σημεῖον ὑποθώμεθα τὸ φωτίζον εἶναι, τὸ δὲ ΑΒΓ τρίγωνον τὸ ἐπιπροσθοῦν ταῖς ἀκτῖσιν, εἴτε καθ' αὑτὸ ὂν τὸ τρίγωνον εἴτε ἐν κώνῳ, συμβήσεται τὰς ἀπὸ τοῦ Θ φερομένας ἀκτῖνας, ἐκπιπτούσας διὰ τοῦ ΑΒΓ τριγώνου, ποιεῖν τὸ ΚΝΞ τρίγωνον τῆς σκιᾶς, ὅμοιον ὂν τῷ ΑΒΓ. ταῦτα εἰ καὶ ὀπτικῆς θεωρίας ἔχεται, καὶ δοκεῖ διὰ τοῦτο τῆς παρούσης πραγματείας ἀλλότρια εἶναι· ἀλλ' οὖν ἐκεῖνό γε φανερὸν γέγονεν, ὅτι, ἄνευ τῶν περὶ τῆς τοῦ κυλίνδρου καὶ τῆς τοῦ κώνου τομῆς ἐνταῦθα δειχθέντων, τῆς ἐλλείψεως λέγω καὶ τῶν ἁπτομένων αὐτῆς εὐθειῶν, ἀδύνατον ἦν κατασκευάσαι τὸ τοιοῦτον πρόβλημα. ὥστε οὐκ ἀλόγως, ἀλλὰ διὰ τὴν χρείαν, ἐπεισῆλθεν ὁ περὶ τούτων λόγος.

## Prop. XXXV. *Theor.*

HOC igitur demonstrato, sit triangulum ΑΒΓ, cujus basi ΒΓ parallelæ ducantur ΔΕ, ΖΗ; & sumpto aliquo puncto Θ, quod non sit in trianguli plano, jungantur ΘΔ, ΘΖ, ΘΗ, ΘΕ; quæ productæ occurrant plano alicui, quod plano ΑΒΓ æquidistet, in punctis Κ, Λ, Μ, Ν: planum igitur per rectas ΕΔ, ΚΘ ductum secabit etiam planum ΚΛΜΝ, & in eo communem sectionem faciet rectam lineam ΚΝ ipsi ΔΕ parallelam: eodem modo & planum ductum per ipsas ΖΗ, ΛΘ faciet rectam lineam ΛΜ parallelam ipsi ΖΗ. quoniam igitur planum ΚΘΛ æquidistantibus planis ΑΒΓ, ΚΛΜΝ secatur, communes ipsorum sectiones ΚΛ, ΔΖ parallelæ erunt. eadem ratione parallelæ sunt rectæ ΜΝ, ΗΕ: ergo ΚΛ, ΜΝ productæ convenient inter se. conveniant in Ξ; & cum duæ rectæ ΚΞ, ΞΝ duabus ΔΑ, ΑΕ parallelæ sint; erit angulus ad Ξ angulo ad Α æqualis. rursus cum duæ ΞΚ, ΚΝ duabus ΑΔ, ΔΕ parallelæ sunt, erit angulus ΞΚΝ angulo ΑΔΕ æqualis; triangula igitur ΞΚΝ, ΑΒΓ inter se similia erunt.

Quod si punctum Θ fingamus esse corpus illuminans, & triangulum ΑΒΓ ejus radiis oppositum, sive per se sive in cono, eveniet ut radii, qui ab ipso Θ emittuntur juxta triangulum ΑΒΓ, faciant triangulum umbræ ΚΝΞ ipsi ΑΒΓ simile. etsi enim hæc ad Opticam contemplationem pertineant, & ob id à proposita tractatione aliena videantur, tamen perspicue constat, absque iis quæ hoc loco de coni & cylindri sectione, hoc est de ellipsi & rectis lineis eam contingentibus, demonstrata sunt, problema hujusmodi absolvi non posse: quare non temere, sed necessario de his sermonem instituimus.

# ΣΕΡΗΝΟΥ
## ΑΝΤΙΝΣΕΩΣ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ
## ΠΕΡΙ
## ΚΩΝΟΥ ΤΟΜΗΣ.

# SERENI
## ANTISSENSIS PHILOSOPHI
## DE
## SECTIONE CONI
## LIBER.

CUM ea sectio, præstantissime *Cyre*, quæ in Conis per verticem fit, in eorum quidem superficiebus triangula efficiat, variamque & perpulchram præbeat contemplationem; à nullo autem eorum qui nos præcesserunt, quod sciam, pertractata fit: non malè me facturum existimavi, si locum hunc inexplicatum non relinquerem, sed perscriberem de his quæcunque ipse cogitatione complectebar. Propemodum quidem hæc omnia, quæque profundiore geometriâ indigere videntur, me hoc libro comprehendisse arbitror: neque mirum alicui videri debeat, si nonnulla quæ dici debuerant prætermiserim, utpote qui primus ad hanc contemplationem sim aggressus. Quamobrem par est, ut vel tu, in eorundem studium incumbens, vel posteriorum aliquis, qui in hæc inciderit, nostro exemplo ductus, à nobis omissa supplenda curaret. Quædam autem sunt quæ consultò præterierim, vel quod manifesta essent, vel quod ab aliis tractata. Siquidem in omni cono sectionem triangulum esse, si per

ΤΗΣ ἐν τοῖς κώνοις τομῆς, ἄριστε Κῦρε, ὅταν διὰ τῆς κορυφῆς αὐτῶν γίνηται, τρίγωνα μὲν ὑφισταμένης ἐν τοῖς κώνοις, ποικίλην δὲ καὶ γλαφυρὰν θεωρίαν ἐχούσης, καὶ μηδενὶ τῶν πρὸ ἡμῶν, ὅσα γε μὲ εἰδέναι, πραγματευθείσης· ἔδοξέ μοι μὴ καλῶς ἔχειν ἀνεξέργαστον ἀφεῖναι τὸν τόπον τοῦτον, ἐκθεῖναι δὲ περὶ αὐτῶν ὅσα γε εἰς ἐμὴν ἀφίκετο κατάληψιν. σχεδὸν μὲν οὖν τά γε πλείω, καὶ βαθυτέρας δοκοῦντα δεῖσθαι γεωμετρίας, ἡγοῦμαι λόγου τετυχηκέναι παρ' ἡμῶν. οὐκ ἂν δὲ θαυμάσαιτό τις, εἰ καί τι τῶν ὀφειλόντων λεχθῆναι παρεῖται ὀφθέντα, ἅτε πρῶτος ἐγχειρήσας τῇ τούτων θεωρίᾳ. ὥστε εἰκὸς ἢ σὲ καθιέντα εἰς τὴν αὐτὴν σκέψιν, ἢ τῶν ὕστερον ἐντευξομένων τινὰ, ὁρμώμενον ἐντεῦθεν, τὸ παροφθὲν ἡμῖν προσθεῖναι. ἔστι δὲ ἃ καὶ ἑκόντες παραλελοίπαμεν, ἢ διὰ τὸ σαφὲς, ἢ διὰ τὸ ἄλλοις δεδεῖχθαι. αὐτίκα τὸ μὲν ἐν παντὶ κώνῳ τρίγωνον εἶναι τομὴν, εἰ διὰ τῆς κορυφῆς τμηθείη,

τμηθείη, διὰ τὸ δεδεῖχθαι ἄλλοις ὡς οὕτως ἔχει, ἡμεῖς παραλιμπάνομεν, ἵνα μηδὲν ἀλλότριον τοῖς ὑφ' ἡμῶν εὑρεθεῖσι συντεταγμένον ᾖ. τὰ δ' ἐπιπολαιότερα καὶ τοῖς πολλοῖς εὔληπτα γραφῆς οὐκ ἠξιώσαμεν, ἵνα μὴ τῶν ἐντυγχανόντων τὴν προσοχὴν τῆς διανοίας ἐκλύσωμεν. ἴωμεν δὴ ἐπὶ τὴν προκειμένην ἀπόδειξιν.

verticem secetur, cum ab aliis demonstratum sit, nos omisimus, ne aliena nostris inventis insererentur. Quæ vero magis obvia sunt, & facillime intelligi possunt, non existimavi me scribere oportere, ne legentium animos parum attentos redderem. igitur ad rem propositam accedamus.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ α'.

Ἐὰν τεσσάρων εὐθειῶν ἡ πρώτη πρὸς τὴν δευτέραν μείζονα λόγον ἔχῃ, ἤπερ ἡ τρίτη πρὸς τὴν τετάρτην· τὸ ὑπὸ πρώτης καὶ τετάρτης μεῖζόν ἐστι τοῦ ὑπὸ δευτέρας καὶ τρίτης.

Ετοθεια γὰρ ἡ Α πρὸς τὴν Β μείζονα λόγον ἐχέτω, ἤπερ ἡ Γ πρὸς τὴν Δ Ε· λέγω ὅτι τὸ ὑπὸ τῶν Α, Δ Ε μεῖζόν ἐστι τοῦ ὑπὸ τῶν Β, Γ.

Ἐπεὶ ἡ Α πρὸς Β μείζονα λόγον ἔχει ἤπερ ἡ Γ πρὸς τὴν Δ Ε, ἔστω ὡς ἡ Α πρὸς Β οὕτως ἡ Γ πρὸς τὴν Δ Ζ· τὸ ἄρα ὑπὸ τῶν Α, Δ Ζ ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ τῶν Β, Γ. μεῖζον δὲ τὸ ὑπὸ Α, Δ Ε τοῦ ὑπὸ Α, Δ Ζ· καὶ τοῦ ὑπὸ τῶν Β, Γ ἄρα μεῖζόν ἐστι τὸ ὑπὸ Α, Δ Ε.




## Prop. I. Theor.

Si prima quatuor rectarum ad secundam majorem rationem habeat quam tertia ad quartam: rectangulum contentum sub prima & quarta majus est eo quod sub secunda & tertia continetur.

Habeat recta A ad rectam B majorem rationem quam Γ ad ΔE: dico rectangulum sub A & ΔE rectangulo sub B & Γ majus esse.

Quoniam enim A ad B majorem rationem habet quam Γ ad ΔE; fiat ut A ad B ita Γ ad ΔZ: rectangulum igitur sub A & ΔZ æquale rectangulo sub B & Γ. majus autem est quod fit sub A & ΔE eo quod sub A & ΔZ; ergo rectangulum sub A & ΔE rectangulo sub B & Γ majus erit.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ β'.

Ἐὰν τριγώνου ὀρθογωνίου ἀπὸ τῆς ἑτέρας τῶν γωνιῶν ἐπὶ μίαν τῶν περὶ τὴν ὀρθὴν ἀχθῇ εὐθεῖα· ἡ ἀχθεῖσα πρὸς τὴν ἀπολαμβανομένην ὑπ' αὐτῆς πρὸς τῇ καθέτῳ μείζονα λόγον ἔχει, ἤπερ ἡ ἐξ ἀρχῆς ὑποτείνουσα τὴν ὀρθὴν πρὸς τὴν τμηθεῖσαν πλευρὰν ὑπὸ τῆς ἀχθείσης.

Τριγώνου γὰρ ὀρθογωνίου τοῦ Α Β Γ, ὀρθὴν ἔχοντος τὴν Α γωνίαν, ἀπὸ μιᾶς τῶν γωνιῶν τῆς Γ ἐπὶ τὴν Α Β ἤχθω τις εὐθεῖα ἡ Γ Δ· λέγω ὅτι ἡ Γ Δ πρὸς Δ Α μείζονα λόγον ἔχει ἤπερ ἡ Γ Β πρὸς Β Α.

Ἤχθω παρὰ τὴν Γ Β ἡ Δ Ε. ἐπεὶ οὖν ὀρθή ἐστιν ἡ ὑπὸ Δ Α Γ, ἀμβλεῖα ἄρα ἡ ὑπὸ Δ Ε Γ· μείζων ἄρα ἡ Δ Γ τῆς Δ Ε· ἡ ἄρα Γ Δ πρὸς Δ Α μείζονα λόγον ἔχει ἤπερ ἡ Ε Δ πρὸς Δ Α, τουτέστιν ἤπερ ἡ Γ Β πρὸς Β Α.




## Prop. II. Theor.

Si in triangulo orthogonio ab altero angulorum ad unum latus quod est circa angulum rectum recta ducatur: ducta illa habebit ad eam quæ inter ipsam & perpendicularem interjicitur majorem rationem, quam quæ à principio subtenditur recto angulo ad jam dictum latus.

Sit triangulum orthogonium ABΓ, rectum habens angulum ad A; & ab uno angulorum, videlicet à Γ, ad AB ducatur recta ΓΔ: dico ΓΔ ad ΔA majorem rationem habere quam ΓB ad BA.

Ducatur enim recta ΔE ipsi ΓB parallela. & quoniam rectus est angulus ΔAΓ, angulus ΔEΓ obtusus erit: major igitur est ΔΓ quam ΔE; & idcirco ΓΔ ad ΔA majorem rationem habet quam EΔ ad ΔA, hoc est quam ΓB ad BA.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ γ'.

Ἐὰν κῶνος ὀρθὸς διὰ τῆς κορυφῆς ἐπιπέδοις τμηθῇ· τῶν γινομένων ἐν ταῖς τομαῖς τριγώνων τὰ ἴσας ἔχοντα βάσεις ἀλλήλοις ἐστὶν ἴσα.

## Prop. III. Theor.

Si conus rectus planis per verticem secetur; triangula illa, quæ in sectionibus fiunt & æquales habent bases, inter se æqualia erunt.

SIT conus rectus, cujus vertex punctum A, & basis circulus circa centrum B. cono itaque planis per verticem secto, generentur triangula ΑΓΔ, ΑΕΖ, æquales bases habentia ΓΔ, ΕΖ (triangula enim ex his sectionibus fieri alibi [per 3. 1. conic.] ostensum est.) dico triangula ΑΓΔ, ΑΕΖ æqualia esse.

Nam cum bases sint æquales, itemque æquales inter se ΑΓ, ΑΔ, ΑΕ, ΑΖ; erit triangulum triangulo quoque æquale.




ΕΣΤΩ κῶνος, οὗ κορυφὴ μὲν τὸ Α σημεῖον, βάσις δὲ ὁ περὶ τὸ Β κέντρον κύκλος· καὶ δὴ κώνου διὰ τῆς κορυφῆς τμηθέντος ἐπιπέδοις, γεννήσθω τὰ ὑπὸ τῆς τομῆς γινόμενα τρίγωνα. (ὅτι γὰρ τρίγωνα ποιοῦσιν αἱ τοιαῦται τομαὶ ἐν ἄλλοις δείκνυται) γεννήσθω δὴ τὰ ΑΓΔ, ΑΕΖ, ἴσας ἔχοντα τὰς ΓΔ, ΕΖ βάσεις· λέγω ὅτι τὰ ΑΓΔ ΑΕΖ τρίγωνα ἴσα ἀλλήλοις ἐστίν.

Ἐπεὶ γὰρ αἵ τε βάσεις ἴσαι ἀλλήλαις, ἴσαι δὲ καὶ αἱ ΑΓ, ΑΔ, ΑΕ, ΑΖ· καὶ τὸ τρίγωνον ἄρα τῷ τριγώνῳ ἴσον.

## PROP. IV. *Theor.*

**In conis rectis similia triangula inter se æqualia sunt.**

SIT enim in proposita figura ΑΓΔ triangulum triangulo ΑΕΖ simile: dico & æquale esse, quoniam enim ut ΑΓ ad ΓΔ ita ΑΕ ad ΕΖ; erit permutando ut ΓΑ ad ΑΕ ita ΓΔ ad ΕΖ. & sunt ΓΑ, ΑΕ æquales; ergo & æquales sunt ΓΔ, ΕΖ. triangula vero æqualium basium, quæ in conis rectis fiunt, inter se [per 3. huj.] sunt æqualia: ergo & triangula ΑΓΔ, ΑΕΖ æqualia erunt.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ δ'.

**Ἐν τοῖς ὀρθοῖς κώνοις τὰ ὅμοια τρίγωνα ἴσα ἀλλήλοις ἐστίν.**

ΕΣΤΩ γὰρ ἐπὶ τῆς προκειμένης καταγραφῆς τὸ ΑΓΔ τρίγωνον τῷ ΑΕΖ ὅμοιον· λέγω ὅτι καὶ ἴσα ἐστίν. ἐπεὶ γάρ ἐστιν ὡς ἡ ΑΓ πρὸς ΓΔ οὕτως ἡ ΑΕ πρὸς ΕΖ, καὶ ἐναλλὰξ ἄρα. καί εἰσιν ἴσαι αἱ ΓΑ, ΑΕ· ἴσαι ἄρα καὶ αἱ ΓΔ, ΕΖ. τὰ δὲ ἐπὶ ἴσων βάσεων τρίγωνα ἐν τοῖς ὀρθοῖς κώνοις ἴσα ἐστίν· ἴσα ἄρα τὰ ΑΓΔ, ΑΕΖ τρίγωνα.

## PROP. V. *Theor.*

**Si conus rectus planis per verticem secetur, & per axem & extra axem; sitque axis non minor semidiametro basis: eorum quæ fiunt triangulorum maximum est illud quod per axem transit.**

SIT conus, cujus vertex A, basis circulus circa B centrum, & axis ΑΒ; cono itaque per verticem secto, fiant triangula, per axem quidem ΑΓΔ, extra axem vero ΑΕΖ; ponaturque ΕΖ ipsi ΓΔ parallela; axis autem ΑΒ non minor sit ipsa ΒΓ: dico ΑΓΔ triangulum triangulo ΑΕΖ majus esse.

Jungatur ΒΕ, & ab ipso Β ad ΕΖ perpendicularis ducatur ΒΗ: ergo [per 3. 3.] ΕΖ bifariam dividetur in Η; & juncta ΑΗ perpendicularis erit ad ΕΖ; triangulum enim ΒΑΖ æquicrure est, quoniam igitur ΑΒ non est minor semidiametro ΒΕ, & est ΕΗ minor quam ΒΕ; erit ΑΒ ipsa ΕΗ major. itaque abscindatur ΒΘ æqualis ipsi ΕΗ, & jungatur ΗΘ: quoniam igitur ΕΗ ipsi ΒΘ est æqualis, communis autem est ΒΗ; ergo




## ΠΡΟΤΑΣΙΣ ε'.

**Ἐὰν κῶνος ὀρθὸς ἐπιπέδοις τμηθῇ διὰ τῆς κορυφῆς, τοῖς μὲν διὰ τοῦ ἄξονος, τοῖς δὲ ἐκτὸς τοῦ ἄξονος, ὁ δὲ ἄξων τοῦ κώνου μὴ ἐλάττων ᾖ τῆς ἐκ τοῦ κέντρου τῆς βάσεως· τῶν γινομένων ἐν τῷ κώνῳ τριγώνων μέγιστον ἔσται τὸ διὰ τοῦ ἄξονος.**

ΕΣΤΩ κῶνος, οὗ κορυφὴ μὲν τὸ Α, βάσις δὲ ὁ περὶ τὸ Β κέντρον κύκλος, ἄξων δὲ ὁ ΑΒ· τμηθέντος δὲ τοῦ κώνου διὰ τῆς κορυφῆς, γεννήσθω τρίγωνα, διὰ μὲν τοῦ ἄξονος τὸ ΑΓΔ, ἐκτὸς δὲ τοῦ ἄξονος τὸ ΑΕΖ, καὶ κείσθω παράλληλος ἡ ΕΖ τῇ ΓΔ, ὁ δὲ ἄξων, τουτέστιν ἡ ΑΒ εὐθεῖα, μὴ ἐλάττων ἔστω τῆς ΒΓ· λέγω ὅτι τὸ ΑΓΔ τρίγωνον μεῖζόν ἐστι τοῦ ΑΒΖ τριγώνου.

Ἐπεζεύχθω ἡ ΒΕ, καὶ ἀπὸ τοῦ Β κάθετος ἤχθω ἐπὶ τὴν ΕΖ ἡ ΒΗ· δίχα ἄρα τέτμηται ἡ ΕΖ κατὰ τὸ Η. ἐπεζεύχθω ἡ ΑΗ· ἡ ΑΗ ἄρα κάθετός ἐστιν ἐπὶ τὴν ΕΖ, ἰσοσκελὲς γὰρ τὸ ΒΑΖ. ἐπεὶ οὖν ἡ ΑΒ οὐκ ἔστιν ἐλάττων τῆς ἐκ τοῦ κέντρου τῆς ΒΕ, ἐλάττων δὲ ἡ ΕΗ τῆς ΒΕ· ἡ ἄρα ΑΒ μείζων ἐστὶ τῆς ΕΗ. ἀφῃρήσθω τοίνυν τῇ ΕΗ ἴση ἡ ΒΘ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΘΗ. ἐπεὶ οὖν ἴση ἐστὶν ἡ μὲν ΕΗ τῇ ΒΘ, κοινὴ δὲ ἡ ΒΗ· δύο ἄρα

ἄρα δυσὶν ἴσαι, καὶ γωνία ἡ ὑπὸ ΕΗΒ τῇ ὑπὸ ΗΒΘ ἴση, ὀρθὴ γὰρ ἑκατέρα· καὶ βάσις ἄρα ἡ ΕΒ τῇ ΘΗ ἴση ἐστὶ, καὶ ὅμοια τὰ τρίγωνα· ὡς ἄρα ἡ ΒΕ πρὸς ΕΗ οὕτως ἡ ΗΘ πρὸς ΘΒ. ἡ δὲ ΗΘ πρὸς ΘΒ μείζονα λόγον ἔχει ἤπερ ἡ ΗΑ πρὸς ΑΒ, ὡς προεδείχθη, ὀρθογώνιον γὰρ τὸ ΑΒΗ· καὶ ἡ ΒΕ ἄρα πρὸς ΕΗ, τουτέστιν ἡ ΓΒ πρὸς ΕΗ, τουτέστι ἡ ΓΔ πρὸς ΕΖ, μείζονα λόγον ἔχει ἤπερ ἡ ΗΑ πρὸς ΑΒ· τὸ ἄρα ὑπὸ τῶν ΓΔ, ΒΑ μεῖζόν ἐστι τοῦ ὑπὸ τῶν ΕΖ, ΗΑ, διὰ τὸ πρῶτον λημμάτιον. ἀλλὰ τοῦ μὲν ὑπὸ ΓΔ, ΒΑ ἥμισύ ἐστι τὸ ΑΓΔ τρίγωνον, τοῦ δὲ ὑπὸ ΕΖ, ΗΑ ἥμισυ τὸ ΕΑΖ τρίγωνον· καὶ τὸ ΑΓΔ ἄρα τρίγωνον τοῦ ΑΕΖ μεῖζόν ἐστι· καὶ πάντων ἄρα τῶν ἴσας βάσεις ἐχόντων τῇ ΕΖ, καὶ διὰ τοῦτο ἴσων ὄντων, μεῖζόν ἐστι τὸ ΑΓΔ. ὁμοίως δὲ δείξομεν καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τομῶν τῶν ἐκτὸς τοῦ ἄξονος· μέγιστον ἄρα τὸ διὰ τοῦ ἄξονος τρίγωνον.

duæ ΘΒ, ΒΗ duabus ΕΗ, ΗΒ æquales sunt, & angulus ΕΗΒ æqualis angulo ΗΒΘ, nam uterque rectus: basis igitur ΕΒ basi ΘΗ est æqualis, & triangulum triangulo simile: quare ut ΒΕ ad ΕΗ ita ΗΘ ad ΘΒ. sed ΗΘ ad ΘΒ majorem rationem habet quam ΗΑ ad ΑΒ, ut proxime [per 2. huj.] demonstravimus; orthogonium enim triangulum est ΑΒΗ: ergo ΒΕ ad ΕΗ, hoc est ΓΒ ad ΕΗ, hoc est ΓΔ ad ΕΖ, majorem rationem habet quam ΗΑ ad ΑΒ: rectangulum igitur quod fit sub ΓΔ, ΒΑ majus est eo quod sub ΕΖ, ΗΑ, per primum theorema. sed rectanguli quidem sub ΓΔ, ΒΑ dimidium est ΑΓΔ triangulum; rectanguli vero sub ΕΖ, ΗΑ dimidium est triangulum ΕΑΖ: quare triangulum ΑΓΔ majus est triangulo ΑΕΖ, & majus aliis omnibus quæ bases habent æquales basi ΕΖ, ac proinde inter se æqualia sunt. pari modo demonstrabitur, & in aliis sectionibus quæ extra axem fiunt: triangulum igitur per axem omnium maximum erit.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ ϛʹ.

**Ἐστι τὸ αὐτὸ ἄλλως καὶ καθολικώτερον δεῖξαι, ὅτι καὶ ἁπλῶς τῶν τριγώνων τὸ μείζονα βάσιν ἔχον μεῖζόν ἐστι.**

Τμηθέντος γὰρ τοῦ κώνου, γενέσθω τὰ ΑΓΔ, ΑΖΔ, ὥστε τὰς ΓΔ, ΖΔ βάσεις συμβάλλειν ἀλλήλαις κατὰ τὸ Δ πέρας, καὶ ἔστω μείζων τῆς ΖΔ ἡ ΓΔ, εἴτε διὰ τοῦ κέντρου οὖσα, εἴτε μή· λέγω ὅτι τὸ ΑΓΔ τοῦ ΑΖΔ μεῖζόν ἐστιν.

Ἤχθωσαν ἐπὶ τὰς ΖΔ, ΓΔ κάθετοι αἱ ΑΒ, ΑΗ, ἐπὶ δὲ τὴν ΑΔ ἡ ΒΘ. ἐπεὶ οὖν ἡ ΓΔ τῆς ΖΔ μείζων ἐστὶ, καὶ ἡ ἡμίσεια ἄρα ἡ ΒΔ τῆς ΔΗ μείζων· τὸ ἀπὸ ΒΔ ἄρα τοῦ ἀπὸ ΔΗ μεῖζόν ἐστι· καὶ λοιπὸν ἄρα τὸ ἀπὸ ΒΑ λοιποῦ τοῦ ἀπὸ ΑΗ ἔλαττόν ἐστι· τὸ ἄρα ἀπὸ ΑΒ πρὸς τὸ ἀπὸ ΒΔ ἐλάττονα λόγον ἔχει ἤπερ τὸ ἀπὸ ΑΗ πρὸς τὸ ἀπὸ ΗΔ. ἀλλʼ ὡς τὸ ἀπὸ ΑΒ πρὸς τὸ ἀπὸ ΒΔ οὕτως ἡ ΑΘ πρὸς ΘΔ· καὶ ἡ ΑΘ ἄρα πρὸς ΘΔ ἐλάττονα λόγον ἔχει ἤπερ τὸ ἀπὸ ΑΗ πρὸς τὸ ἀπὸ ΗΔ. γενέσθω ὡς τὸ ἀπὸ ΑΗ πρὸς τὸ ἀπὸ ΗΔ οὕτως ἡ ΑΚ πρὸς ΚΔ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΗΚ· κάθετος ἄρα ἐστὶ καὶ ΗΚ ἐπὶ τὴν ΑΔ, ὡς δειχθήσεται.

Καὶ ἐπεὶ ὑπόκειται ἡ ΑΒ τῆς ΒΔ οὐκ ἐλάττων, ἤτοι μείζων ἔσται ἡ ΑΒ τῆς ΒΔ, ἢ ἴση. ἔστω πρότερον μείζων· μείζων ἄρα καὶ ἡ ΑΘ τῆς ΘΔ. τετμήσθω ἡ ΑΔ δίχα κατὰ τὸ Λ. ἐπεὶ οὖν τὸ μὲν ὑπὸ ΑΘ, ΘΔ τοῦ ἀπὸ ΑΛ ἔλαττόν ἐστι τῷ ἀπὸ ΛΘ, τὸ δὲ ὑπὸ ΑΚ, ΚΔ τοῦ ἀπὸ ΑΛ ἔλαττόν ἐστι τῷ ἀπὸ ΛΚ, καὶ ἐστι μεῖζον τὸ ἀπὸ ΛΚ τοῦ ἀπὸ ΛΘ· μεῖζον ἄρα τὸ ὑπὸ ΑΘ, ΘΔ, τουτέστι τὸ ἀπὸ ΒΘ, τοῦ ἀπὸ ΑΚ, ΚΔ, τουτέστι τοῦ ἀπὸ ΗΚ· ἡ ΘΒ ἄρα μείζων τῆς ΗΚ. καί εἰσιν αἱ

**Prop. VI.** *Theor.*

**Licet idem aliter & universalius demonstrare, quòd simpliciter in his triangulis, quod majorem basim habet illud majus est.**

Secto namque cono, fiant triangula ΑΓΔ, ΑΖΔ, ita ut bases ΓΔ, ΖΔ inter se ad terminum Δ conveniant; & sit ΓΔ major ipsa ΖΔ, sive per centrum transeat, sive non: dico triangulum ΑΓΔ majus esse triangulo ΑΖΔ.




Ducantur enim ad ΖΔ, ΓΔ perpendiculares ΑΒ, ΑΗ; & ad ΑΔ ducatur ΒΘ perpendicularis. itaque quoniam ΓΔ major est ipsa ΖΔ; erit ejus dimidia ΒΔ major quam ΔΗ: ergo quadratum ex ΒΔ quadrato ex ΔΗ majus erit; & propterea reliquum quadratum ex ΒΑ minus quadrato ex ΑΗ: quadratum igitur ex ΑΒ ad quadratum ex ΒΔ minorem rationem habet quam quadratum ex ΑΗ ad quadratum ex ΗΔ. sed ut quadratum ex ΑΒ ad quadratum ex ΒΔ ita est ΑΘ ad ΘΔ: ergo ΑΘ ad ΘΔ minorem habet rationem quam quadratum ex ΑΗ ad quadratum ex ΗΔ. fiat ut quadratum ex ΑΗ ad quadratum ex ΗΔ ita ΑΚ ad ΚΔ, & jungatur ΗΚ; quæ ad ΑΔ perpendicularis erit, uti mox demonstrabitur.

Quoniam igitur ponimus ΑΒ non minorem ipsâ ΒΔ, erit ΑΒ vel major quam ΒΔ, vel ipsi æqualis. sit primum major; ergo ΑΘ major est quam ΘΔ. secetur ΑΔ bifariam in Λ. & quoniam [per 5. 2.] rectangulum ΑΘΔ minus est quam quadratum ex ΑΛ quadrato ex ΛΘ; rectangulum vero ΑΚΔ minus quam quadratum ex ΑΛ quadrato ex ΛΚ, & majus est quadratum ex ΛΚ quadrato ex ΛΘ; erit rectangulum ΑΘΔ, hoc est quadratum ex ΒΘ, majus rectangulo ΑΚΔ, hoc est quadrato ex ΗΚ: recta igitur ΘΒ major est

est recta HK. suntque BΘ, HK altitudines triangulorum ABΔ, AHΔ: quare triangulum ABΔ majus est triangulo AHΔ, ut & eorundem dupla, videlicet triangulum AΓΔ majus triangulo AZΔ. sed ipsi AZΔ æquale est aliud omne basim habens ipsi ZΔ æqualem: triangulum igitur AΓΔ majus est quolibet triangulo, cujus basis est æqualis ipsi ZΔ.




Quod si AB sit æqualis ipsi BΔ, erit & AΘ ipsi ΘΔ æqualis: & similiter rectangulum AΘΔ, hoc est quadratum ex BΘ, majus erit rectangulo AKΔ, hoc est quadrato ex HK: propterea que recta BΘ major quam HK, & triangulum ABΔ triangulo AHΔ majus. eodem modo demonstrabitur etiam, si alias bases duxerimus: quare triangulum majorem habens basim triangulo minorem habente majus erit.

At vero rectam HK ad AΔ perpendicularem esse, hoc modo ostendetur.

Sit triangulum orthogonium AHΔ rectum habens angulum ad H, & à puncto H ad basim ducatur HK, ita ut quam rationem habet quadratum ex AH ad quadratum ex HΔ eandem habeat recta AK ad KΔ: dico HK ad AΔ perpendicularem esse.




Si enim non ita sit, sit HΛ perpendicularis: ut igitur quadratum ex HA ad quadratum ex HΔ ita AΛ ad ΛΔ. erat autem ut quadratum ex AH ad quadratum ex HΔ ita AK ad KΔ; quare ut AΛ ad ΛΔ ita erit AK ad KΔ, quod est absurdum: igitur HΛ non est perpendicularis. similiter ostendemus neque aliam ullam perpendicularem esse præter ipsam HK: ergo HK ad AΔ perpendicularis erit.

### Prop. VII. *Theor.*

**Si in cono recto triangulum per axem majus sit quovis triangulo extra axem constituto: axis coni non minor erit semidiametro.**

Sit conus cujus vertex quidem A punctum, axis recta AB; basis autem circulus circa centrum B; & triangulum per axem AΓΔ, quod majus sit omni triangulo extra axem in cono constituto: dico rectam AB semidiametro basis non minorem esse.




Si enim fieri potest, sit minor: & ducatur in circulo recta BE ad ΓΔ perpendicularis. quoniam igitur angulus ABE rectus est, recta quæ puncta A, E conjungit, major est semidiametro BE: quare si à puncto A in angulo ABE aptetur recta linea ipsi semidiametro æqualis, inter puncta B & E

BΘ, HK ὕψη τῶν ABΔ, AHΔ τριγώνων· μεῖζον ἄρα τὸ ABΔ τοῦ AHΔ, ὥστε καὶ τὰ διπλάσια· τὸ ἄρα AΓΔ τοῦ AΔZ· μεῖζόν ἐστιν. ἀλλὰ τῷ AZΔ ἴσον ἕκαστον οὗ ἡ βάσις ἴση ἐστὶ τῇ ZΔ· τὸ ἄρα AΓΔ παντὸς τριγώνου μεῖζόν ἐστιν, οὗ ἡ βάσις ἴση ἐστὶ τῇ ZΔ.

Εἰ δὲ ἡ AB τῇ BΔ ἴση, ἴση ἄρα καὶ ἡ AΘ τῇ ΘΔ· ὁμοίως ἄρα τὸ ὑπὸ AΘ, ΘΔ, τουτέστι τὸ ἀπὸ BΘ, μεῖζόν ἐστι τοῦ ὑπὸ AK, KΔ, τουτέστι τοῦ ἀπὸ HK· ἡ ἄρα BΘ μείζων ἐστὶ τῆς HK, καὶ τὸ ABΔ τρίγωνον τοῦ AHΔ τριγώνου μεῖζον. ὁμοίως δὲ δειχθήσεται, κἂν ἄλλας βάσεις διαγάγωμεν· ὥστε τὸ οὕτως ἔχον μείζονα βάσιν τρίγωνον μεῖζόν ἐστι τοῦ ἔχοντος ἐλάσσονα.

Ὅτι δὲ ἡ HK κάθετός ἐστιν ἐπὶ τὴν AΔ, δείκνυται οὕτως.

Τριγώνου γὰρ ὀρθογωνίου τοῦ AHΔ, ὀρθὴν ἔχοντος τὴν πρὸς τῷ H γωνίαν, διῃρήσθω ἡ AΔ βάσις ὑπὸ τῆς HK, ὥστε εἶναι ὡς τὸ ἀπὸ AH πρὸς τὸ ἀπὸ HΔ οὕτως ἡ AK πρὸς KΔ· λέγω ὅτι κάθετός ἐστιν ἡ HK ἐπὶ τὴν AΔ.

Εἰ γὰρ μή, ἔστω ἡ HΛ κάθετος· ὡς ἄρα τὸ ἀπὸ HA πρὸς τὸ ἀπὸ HΔ οὕτως ἡ AΛ πρὸς τὴν ΛΔ. ἦν δὲ ὡς τὸ ἀπὸ AH πρὸς τὸ ἀπὸ HΔ οὕτως ἡ AK πρὸς KΔ· ἔσται ἄρα ὡς ἡ AΛ πρὸς ΛΔ οὕτως ἡ AK πρὸς KΔ, ὅπερ ἄτοπον· οὐκ ἄρα κάθετός ἐστιν ἡ HΛ. ὁμοίως δὲ δείκνυται ὅτι οὐδὲ ἄλλη τις πλὴν τῆς HK· ἡ ἄρα HK κάθετός ἐστιν ἐπὶ τὴν AΔ.

### ΠΡΟΤΑΣΙΣ ζʹ.

**Ἐὰν ἐν κώνῳ ὀρθῷ τὸ διὰ τοῦ ἄξονος τρίγωνον μέγιστον ᾖ πάντων τῶν ἐκτὸς τοῦ ἄξονος συνισταμένων τριγώνων· ὁ ἄξων τοῦ κώνου οὐκ ἐλάσσων ἔσται τῆς ἐκ τοῦ κέντρου τῆς βάσεως.**

Ἔστω κῶνος, οὗ κορυφὴ μὲν τὸ A, ἄξων δὲ ἡ AB εὐθεῖα, βάσις δὲ ὁ περὶ τὸ B κέντρον κύκλος, τὸ δὲ διὰ τοῦ ἄξονος τρίγωνον τὸ AΓΔ, μέγιστον ὂν πάντων τῶν ἐν τῷ κώνῳ συνισταμένων τριγώνων ἐκτὸς ἄξονος· λέγω ὅτι ἡ AB οὐκ ἔστιν ἐλάττων τῆς ἐκ τοῦ κέντρου.

Εἰ γὰρ δυνατόν, ἔστω ἐλάττων, καὶ ἤχθω ἐν τῷ κύκλῳ πρὸς ὀρθὰς τῇ ΓΔ ἡ BE. καὶ ἐπεὶ ἡ ὑπὸ ABE γωνία ὀρθή ἐστιν, ἡ ἄρα τὰ A, E σημεῖα ἐπιζευγνύουσα εὐθεῖα μείζων ἐστὶ τῆς ἐκ τοῦ κέντρου τῆς BE· ἐὰν ἄρα ἴση τῇ ἐκ τοῦ κέντρου ἀπὸ τοῦ A ὑπὸ τὴν ABE γωνίαν ἐναρμοσθῇ, μεταξὺ πεσεῖται τῶν B καὶ E σημείων.

μείων. ἐναρμόσθω ἡ ΑΖ ἴση τῇ ἐκ τοῦ κέντρου, καὶ διὰ τοῦ Ζ παρὰ τὴν ΓΔ ἤχθω ἡ ΗΘ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΒΗ· γενήσεται δὴ, ὡς ἐν τῷ ε΄. θεωρήματι ἐδείχθη, τὰ ΑΒΖ, ΗΒΖ τρίγωνα ὅμοια· καὶ ἴσαι αἱ ὁμόλογοι πλευραί· ὡς ἄρα ἡ ΖΑ πρὸς ΑΒ οὕτως ἡ ΒΗ πρὸς ΗΖ, τουτέστιν ἡ ΓΒ πρὸς ΗΖ· τὸ ἄρα ὑπὸ ΑΒ, ΒΓ ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ ΑΖ, ΖΗ, τουτέστιν τὸ διὰ τοῦ ἄξονος τρίγωνον ἴσον ἐστὶ τῷ ΑΗΘ τριγώνῳ, ὅπερ ἀδύνατον· ὑπόκειται γὰρ τὸ ΑΓΔ μέγιστον εἶναι. οὐκ ἄρα ἡ ΑΒ ἐλάσσων ἐστὶ τῆς ἐκ τοῦ κέντρου.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ η΄.

**Κῶνον ὀρθὸν, οὗ ὁ ἄξων οὐκ ἔστιν ἐλάττων τῆς ἐκ τοῦ κέντρου τῆς βάσεως, τεμεῖν διὰ τῆς κορυφῆς ἐπιπέδῳ ποιοῦντι τρίγωνον, λόγον ἔχον δεδομένον πρὸς τὸ διὰ τοῦ ἄξονος τρίγωνον. δεῖ δὲ τὸν δεδομένον λόγον ἐλάττονος εἶναι πρὸς μεῖζον.**

ΕΣΤΩ κορυφὴ μὲν τοῦ κώνου τὸ Α, βάσις δὲ περὶ τὸ Β κέντρον κύκλος, τὸ δὲ διὰ τοῦ ἄξονος τρίγωνον τὸ ΑΓΔ, ἐν ᾧ κάθετος ἡ ΑΒ ἐστί· δεῖ δὴ τὸν κῶνον τεμεῖν τριγώνῳ, ὃ λόγον ἕξει πρὸς τὸ ΑΓΔ τὸν ἐπιταχθέντα. ἐπιτετάχθω δὲ ὁ τῆς Κ ἐλάττονος πρὸς μείζονα τὴν Λ λόγος.

Ἐπεὶ οὖν τὸ ΑΒΔ ὀρθογώνιόν ἐστι, γεγράφθω περὶ αὐτὸ ἡμικύκλιον, καὶ ἀπὸ τοῦ Β κάθετος ἤχθω ἡ ΒΕ, καὶ ὡς ἡ Κ πρὸς Λ οὕτως ἔστω ἡ ΖΕ πρὸς ΕΒ, καὶ διὰ τοῦ Ζ παράλληλος ἤχθω τῇ ΕΔ ἡ ΖΗ, διὰ δὲ τοῦ Η τῇ ΖΕ παράλληλος ἡ ΗΘ· ἴση ἄρα ἡ ΖΕ τῇ ΗΘ. ἐπεὶ οὖν ὡς ἡ Κ πρὸς Λ οὕτως ἡ ΖΕ πρὸς ΕΒ, τουτέστιν ἡ ΘΗ πρὸς ΒΕ, ὡς δὲ ἡ ΘΗ πρὸς ΒΕ οὕτως τὸ ὑπὸ ΗΘ, ΑΔ πρὸς τὸ ὑπὸ ΒΕ, ΑΔ, ὡς δὲ τὸ ὑπὸ ΗΘ, ΑΔ πρὸς τὸ ὑπὸ ΒΕ, ΑΔ οὕτως τὰ ἡμίση, τουτέστι τὸ ΑΗΔ τρίγωνον πρὸς τὸ ΑΒΔ· ὡς ἄρα ἡ Κ πρὸς Λ οὕτως τὸ ΑΗΔ τρίγωνον πρὸς τὸ ΑΒΔ· τὸ ΑΗΔ ἄρα πρὸς τὸ ΑΒΔ ἐν τῷ δοθέντι λόγῳ ἐστίν. ἐὰν οὖν ἐν τῇ βάσει τοῦ κώνου ἐναρμόσωμεν διπλῆν τῆς ΗΔ, καὶ διὰ τῆς ἐναρμοσθείσης καὶ τῆς κορυφῆς τοῦ κώνου ἐπίπεδον ἐκβάλλωμεν, ποιήσει τρίγωνον ἐν τῷ κώνῳ διπλάσιον τοῦ ΑΗΔ· ἕξει ἄρα τὸ συνιστάμενον τρίγωνον πρὸς τὸ ΑΓΔ λόγον, ὃν τὸ ΑΗΔ ἔχει πρὸς τὸ ΑΒΔ, τουτέστιν ὃν ἡ Κ πρὸς Λ.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ θ΄.

**Ἐὰν κῶνος ὀρθὸς διὰ τῆς κορυφῆς ἐπιπέδοις τμηθῇ, τῷ μὲν διὰ τοῦ ἄξονος, τοῖς δὲ ἐκτὸς τοῦ ἄξονος, τῶν δὲ γινομένων τριγώνων ἐκτὸς τοῦ ἄξονος ἕν ὁτιοῦν ἴσον ἔστω τῷ διὰ τοῦ ἄξονος τριγώνῳ· ὁ τοῦ κώνου ἄξων ἐλάττων ἔσται τῆς ἐκ τοῦ κέντρου τῆς βάσεως.**

cadet. itaque aptetur, sitque AZ; perque Z ducatur HΘ ipsi ΓΔ parallela, & jungatur BH: fient igitur triangula ABZ, HBZ similia, ut in quinto theoremate demonstratum est, & latera homologa inter se æqualia erunt; ut igitur ZA ad AB ita BH ad HZ, hoc est ΓB ad HZ: quare [per 16. 6.] rectangulum ABΓ æquale est rectangulo AZH, hoc est triangulum per axem æquale erit triangulo AHΘ, quod fieri non potest; posuimus enim triangulum AΓΔ maximum esse. igitur AB non minor est semidiametro basis.

## PROP. VIII. *Probl.*

**Conum rectum, cujus axis non sit minor semidiametro basis, plano per verticem ducto ita secare, ut faciat triangulum quod ad triangulum per axem rationem habeat datam. oportet autem datam rationem esse minoris ad majus.**

SIT coni vertex A, basis circulus circa B centrum, & triangulum per axem AΓΔ, in quo sit AB perpendicularis; & oporteat conum secare triangulo, quod ad triangulum AΓΔ rationem datam habeat. sit autem data ratio ea quæ est K minoris ad Λ majorem.




Quoniam igitur triangulum ABΔ rectangulum est, describatur circa ipsum semicirculus; atque à puncto B ducatur BE perpendicularis; & quam rationem habet K ad Λ eandem habeat ZE ad EB; deinde per Z ducatur ZH ipsi EΔ parallela, & per H ipsa HΘ parallela ipsi ZE: & erit ZE æqualis ipsi HΘ. itaque quoniam ut K ad Λ ita ZE ad EB, hoc est ΘH ad BE; ut autem ΘH ad BE ita est rectangulum sub HΘ & AΔ ad rectangulum sub BE & AΔ; & ut rectangulum sub HΘ & AΔ ad rectangulum sub BE & AΔ ita eorundem dimidia, videlicet triangulum AHΔ ad triangulum ABΔ; erit itaque ut K ad Λ ita AHΔ triangulum ad triangulum ABΔ: quare triangulum AHΔ ad ipsum ABΔ est in data ratione. si igitur in basi coni aptabimus rectam duplam ipsius HΔ, perque ipsam & verticem planum ducemus; faciet id in cono triangulum ipsius AHΔ duplum: quod quidem ad triangulum AΓΔ eandem rationem habebit quam AHΔ triangulum ad triangulum ABΔ, hoc est quam K habet ad Λ.

## PROP. IX. *Theor.*

**Si conus rectus planis per verticem secetur, & per axem & extra axem; triangulorum autem, quæ fiunt extra axem, unum aliquod æquale sit triangulo per axem: axis coni semidiameter basis minor erit.**

SECTO enim cono fiant triangula, per axem quidem ΑΓΔ, extra axem vero ΑΕΖ, quod triangulo ΑΓΔ sit æquale; sitque ΕΖ ipsi ΓΔ parallela, & ducantur ΑΒ, ΑΗ perpendiculares, & jungantur ΒΕ, ΒΗ: dico axem ΑΒ semidiametro ΒΔ minorem esse.




Quoniam enim ΑΕΖ triangulum æquale est triangulo ΑΓΔ; & eorundem dupla æqualia erunt, videlicet rectangulum sub ΕΖ & ΗΑ æquale rectangulo sub ΓΔ & ΒΑ: ergo [per 14.6.] ut ΓΔ ad ΕΖ, hoc est ΓΒ ad ΕΗ [sive ΒΕ ad ΕΗ] ita ΗΑ ad ΑΒ. quoniam igitur duo triangula ΒΕΗ, ΗΑΒ unum angulum ΕΗΒ uni angulo ΑΒΗ æqualem habent; (est enim uterque rectus) circa alios autem angulos latera sunt proportionalia, estque reliquorum ΕΒΗ, ΑΗΒ uterque recto minor; triangula inter se similia erunt: ut igitur ΕΗ ad ΗΒ ita ΑΒ ad ΗΒ; quare ΑΒ ipsi ΕΗ est æqualis. sed ΕΗ minor est semidiametro ΒΕ; ergo ΑΒ coni axis semidiametro minor erit. quod erat demonstrandum.

ΤΜΗΘΕΝΤΟΣ γὰρ τριγώνου, γενέσθω τρίγωνα, διὰ μὲν τοῦ ἄξονος τὸ ΑΓΔ, ἐκτὸς δὲ τὸ ΑΕΖ, ἴσον ὂν τῷ ΑΓΔ, ἔστω δὲ παράλληλος ἡ ΕΖ τῇ ΓΔ, καὶ κάθετοι αἱ ΑΒ, ΑΗ, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΒΕ, ΒΗ· λέγω δὴ ὅτι ἡ ΑΒ ὁ ἄξων ἐλάσσων ἐστὶ τῆς ΒΔ τῆς ἐκ τοῦ κέντρου.

Ἐπεὶ οὖν τὸ ΑΕΖ τρίγωνον ἴσον ἐστὶ τῷ ΑΓΔ, καὶ τὰ διπλάσια ἄρα ἴσα, τουτέστι τὸ ὑπὸ τῶν ΕΖ, ΗΑ ἴσον ἐστὶ τῷ ὑπὸ ΓΔ, ΒΑ· ὡς ἄρα ἡ ΓΔ πρὸς ΕΖ, τουτέστιν ἡ ΓΒ πρὸς ΕΗ, οὕτως ἡ ΗΑ πρὸς ΑΒ. ἐπεὶ οὖν δύο τρίγωνα τὰ ΒΕΗ, ΗΑΒ μίαν γωνίαν τὴν ὑπὸ ΕΗΒ μιᾷ γωνίᾳ τῇ ὑπὸ ΑΒΗ ἴσην ἔχει, (ὀρθὴ γὰρ ἑκατέρα) περὶ δὲ ἄλλας γωνίας τὰς ΒΕΗ, ΗΑΒ τὰς πλευρὰς ἀνάλογον, ἑκατέρα δὲ τῶν λοιπῶν τῶν ὑπὸ ΕΒΗ, ΑΗΒ ἐλάττων ἐστὶν ὀρθῆς· ὅμοια ἄρα ἐστὶ τὰ τρίγωνα· ὡς ἄρα ἡ ΕΗ πρὸς ΗΒ οὕτως ἡ ΑΒ πρὸς ΗΒ· ἴση ἄρα ἡ ΑΒ τῇ ΕΗ. ἐλάττων δὲ ἡ ΕΗ τῆς ἐκ τοῦ κέντρου τῆς ΒΕ· καὶ ἡ ΑΒ ἄρα, ἄξων οὖσα τοῦ κώνου, ἐλάττων ἐστὶ τῆς ἐκ τοῦ κέντρου. ὃ προέκειτο δεῖξαι.

*Corollarium.*

Quod autem demonstratum est in lineis parallelis ΓΔ, ΕΖ; constabit etiam si non fuerint parallelæ: quippe cum [per 3.huj.] ostensum sit triangula bases æquales habentia inter se æqualia esse.

Πόρισμα.

Ἐπεὶ τοίνυν ἐδείχθη ἐπὶ παραλλήλων τῶν ΓΔ, ΕΖ, φανερὸν ὡς, κἂν μὴ παράλληλοι ὦσιν, οὐδὲν διοίσει· ἐδείχθη γὰρ ὡς τὰ ἴσας ἔχοντα βάσεις τρίγωνα ἴσα ἐστί.

## PROP. X. *Theor.*

Iisdem manentibus, demonstrandum est, si rursus planum ducatur conum per verticem secans, faciensque in basi rectam lineam, cujus magnitudo media sit inter bases æqualium triangulorum; triangulum illud utrisque triangulis æqualibus majus esse.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ ι.

Τῶν αὐτῶν ὄντων, δεικτέον ὅτι ἐὰν διαχθῇ πάλιν ἐπίπεδον τέμνον τὸν κῶνον διὰ τῆς κορυφῆς, καὶ ποιοῦν ἐν τῇ βάσει εὐθεῖαν τῷ μεγέθει μεταξὺ τῶν βάσεων τῶν ἴσων τριγώνων· ἐκεῖνο τὸ τρίγωνον μεῖζον ἔσται ἑκατέρου τῶν ἴσων τριγώνων.

SIT, ut in antecedenti figura, triangulum per axem ΑΓΔ æquale triangulo basim habenti ΕΖ; & ducatur quælibet recta linea ΚΜ, cujus magnitudo sit inter ΓΔ, ΕΖ; ponatur autem utrique earum parallela, & per ipsam & verticem planum ducatur: dico triangulum ΑΚΜ utroque ipsorum ΑΓΔ, ΑΕΖ majus esse.




Secetur enim rursus ΚΜ bifariam in Λ, & jungantur ΑΛ, ΒΚ, ΒΛ. itaque quoniam ΑΓΔ triangulum æquale est triangulo ΑΕΖ: erit ΑΒ ipsi ΕΗ, hoc est dimidiæ ipsius ΕΖ, æqualis, ut proxime demonstratum fuit. sed ΚΛ est major quam ΕΗ: ergo & ΚΛ ipsa ΑΒ major erit. ponatur ΒΝ æqualis ipsi ΚΛ,

ΕΣΤΩ γὰρ, ἐπὶ τῆς ὁμοίας καταγραφῆς, τὸ διὰ τοῦ ἄξονος τρίγωνον τὸ ΑΓΔ ἴσον τῷ βάσιν ἔχοντι τὴν ΕΖ, καὶ διήχθω τυχοῦσα ἡ ΚΜ μεγέθει μεταξὺ τῶν ΓΔ, ΕΖ, καὶ ἑκατέρᾳ αὐτῶν κείσθω παράλληλος, καὶ διήχθω τὸ ἐπίπεδον· λέγω δὴ ὅτι τὸ ΑΚΜ τρίγωνον μεῖζόν ἐστιν ἑκατέρου τῶν ΑΓΔ, ΑΕΖ.

Τετμήσθω γὰρ πάλιν δίχα ἡ ΚΜ τῷ Λ, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΑΛ, ΒΚ, ΒΛ. ἐπεὶ οὖν ἴσον ἐστὶ τὸ ΑΓΔ τρίγωνον τῷ ΑΕΖ τριγώνῳ, ἡ ἄρα ΑΒ τῇ ΕΗ τῇ ἡμισείᾳ τῆς ΕΖ ἴση ἐστὶν, ὡς ἐν τῷ πρὸ τούτου συναπεδείχθη. μείζων δὲ ἡ ΚΛ τῆς ΕΗ· καὶ τῆς ΑΒ ἄρα μείζων ἐστὶν ἡ ΚΛ. κείσθω οὖν τῇ ΚΛ ἴση ἡ

ΒΝ

ΒΝ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΛΝ· διὰ τὰ αὐτὰ δὴ τοῖς προειρημένοις ἔσται τὸ ΒΚΛ τρίγωνον τῷ ΛΝΒ τριγώνῳ ἴσον τε καὶ ὅμοιον· ὡς ἄρα ἡ ΒΚ πρὸς ΚΛ, τουτέστιν ὡς ἡ ΓΒ πρὸς ΚΛ, τουτέστιν ἡ ΓΔ πρὸς ΚΜ, οὕτως ἡ ΛΝ πρὸς ΝΒ. ἡ δὲ ΛΝ πρὸς ΝΒ ἐλάττονα λόγον ἔχει ἤπερ ἡ ΛΑ πρὸς ΑΒ· τὸ ἄρα ὑπὸ τῶν ΓΔ, ΒΑ ἔλασσόν ἐστι τοῦ ὑπὸ τῶν ΚΜ, ΛΑ, τουτέστι τὸ ΑΓΔ τρίγωνον ἔλαττόν ἐστι τοῦ ΑΚΜ τριγώνου· μεῖζον ἄρα τὸ ΑΚΜ τοῦ ΑΓΔ καὶ τοῦ ΑΕΖ τριγώνου.

& jungatur ΛΝ, ac eadem ratione qua supra, demonstrabimus triangulum ΒΚΛ æquale & simile triangulo ΛΝΒ: quare ut ΒΚ ad ΚΛ, hoc est ut ΓΒ ad ΚΛ, hoc est ΓΔ ad ΚΜ, ita ΛΝ ad ΝΒ. sed ΛΝ ad ΝΒ minorem rationem habet quam ΛΑ ad ΑΒ; & propterea rectangulum sub ΓΔ & ΒΑ minus est rectangulo sub ΚΜ & ΛΑ, hoc est triangulum ΑΓΔ minus triangulo ΑΚΜ: triangulum igitur ΑΚΜ & triangulo ΑΓΔ & triangulo ΑΕΖ majus erit.

Πόρισμα.

Τὸ αὐτὸ δὴ δείκνυται καὶ ἐπὶ πάντων τριγώνων, ὧν ἡ βάσις μεγέθει μεταξύ ἐστι τῆς ΓΔ καὶ ΕΖ· οὐδὲν γὰρ διοίσει κἂν μὴ παράλληλοι ὦσιν αἱ βάσεις, ὡς καὶ πρότερον ἐδείχθη.

*Corollarium.*

Idem demonstrabitur etiam in omnibus triangulis, quorum bases magnitudine inter ΓΔ, ΒΖ intermediæ sint, nihil enim differt si bases non sint parallelæ, ut supra demonstratum fuit.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ ια΄.

**Δοθέντα κῶνον ὀρθόν, οὗ ὁ ἄξων ἐλάττων ἐστὶ τῆς ἐκ τοῦ κέντρου τῆς βάσεως, τεμεῖν διὰ τῆς κορυφῆς, ὥστε τὸ γινόμενον τρίγωνον ἴσον εἶναι τῷ διὰ τοῦ ἄξονος τριγώνῳ.**

ΕΣΤΩ ὁ δοθεὶς κῶνος, οὗ ἄξων μὲν ὁ ΑΒ, τὸ δὲ διὰ τοῦ ἄξονος τρίγωνον τὸ ΑΓΔ· καὶ δέον ἔστω τεμεῖν τὸν κῶνον ἐπιπέδῳ, ποιοῦντι τρίγωνον ἐν τῷ κώνῳ ἴσον τῷ ΑΓΔ.

Ηχθω τῇ ΓΔ ἐν τῷ κύκλῳ πρὸς ὀρθὰς διὰ τοῦ κέντρου ἡ ΕΒΖ. καὶ ἐπεὶ ἡ ΑΒ ἐλάττων ἐστὶ τῆς ἐκ τοῦ κέντρου, ἐνηρμόσθω ἡ ΑΗ, ὑποτείνουσα μὲν τὴν ὑπὸ ΑΒΖ γωνίαν, ἴση δὲ οὖσα τῇ ἐκ τοῦ κέντρου, (τοῦτο δὲ ῥᾴδιον ποιῆσαι) καὶ διὰ τοῦ Η παράλληλος τῇ ΓΔ ἤχθω ἡ ΘΗΚ· ἡ ΘΗΚ ἄρα κατὰ τὸ Η δίχα τέτμηται καὶ πρὸς ὀρθὰς τῇ ΕΒΖ. διεκβεβλήσθω τὸ διὰ τῶν ΘΚ, ΗΑ ἐπίπεδον, ποιοῦν τὸ ΑΘΚ τρίγωνον· λέγω ὅτι ἴσον ἐστὶ τῷ ΑΓΔ.




Επεζεύχθω ἡ ΒΘ. καὶ ἐπεὶ ἴση ἡ ΑΗ τῇ ΒΘ, ὡς ἄρα ἡ ΑΗ πρὸς ΗΒ οὕτως ἡ ΘΒ πρὸς ΗΒ. ἐπεὶ οὖν δύο τρίγωνα τὰ ΒΘΗ, ΗΑΒ μίαν γωνίαν μιᾷ γωνίᾳ ἴσην ἔχει (ὀρθαὶ γὰρ αἱ ὑπὸ ΘΗΒ, ΑΒΗ) περὶ δὲ ἄλλας γωνίας τὰς πλευρὰς ἀνάλογον, τάς τε λοιπὰς ὀρθῆς ἐλάσσονας· ὅμοια ἄρα τὰ ΒΘΗ, ΗΑΒ τρίγωνα· ὡς ἄρα ἡ ΒΘ πρὸς ΘΗ, τουτέστιν ὡς ἡ ΓΔ πρὸς ΘΚ, οὕτως ἡ ΗΑ πρὸς ΑΒ· τὸ ἄρα ὑπὸ ΓΔ, ΒΑ ἴσον τῷ ὑπὸ ΘΚ, ΗΑ, καὶ τὰ ἡμίσεα· τὸ ΑΓΔ τρίγωνον ἄρα ἴσον ἐστὶ τῷ ΑΘΚ τριγώνῳ. ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.

## Prop. XI. *Probl.*

**Datum conum rectum, cujus axis sit minor semidiametro basis, plano per verticem ita secare, ut faciat triangulum æquale ei quod per axem constituitur.**

SIT datus conus rectus, cujus axis quidem ΑΒ; triangulum vero per axem ΑΓΔ: & oporteat eum plano per verticem ita secare, ut faciat triangulum triangulo ΑΓΔ æquale.

Ducatur in circulo per centrum recta ΕΒΖ ad rectos angulos ipsi ΓΔ. & quoniam ΑΒ minor est semidiametro basis, aptetur ΑΗ subtendens angulum ΑΒΖ, quæ semidiametro sit æqualis (quod quidem facile effici potest) deinde per Η ducatur ΘΗΚ ipsi ΓΔ parallela: ergo [per 3. 3.] ΘΗΚ ad Η bifariam secatur & ad ΕΒΖ est perpendicularis. ducatur juxta rectas ΘΚ, ΗΑ planum triangulum ΑΘΚ efficiens: dico ΑΘΚ triangulo ΑΓΔ æquale esse.

Jungatur enim ΒΘ, & quoniam ΑΗ est æqualis ipsi ΒΘ, erit ut ΑΗ ad ΗΒ ita ΘΒ ad ΒΗ: quod cum duo triangula ΒΘΗ, ΗΑΒ unum angulum uni angulo æqualem habeant (sunt enim ΘΗΒ, ΑΒΗ utrique recti) & circa alios angulos latera proportionalia sint, reliquorum vero uterquo recto minor; erunt ΒΘΗ, ΗΑΒ triangula inter se similia: quare ut ΒΘ ad ΘΗ, hoc est ΓΔ ad ΘΚ, ita ΗΑ ad ΑΒ: & idcirco rectangulum quod fit sub ΓΔ & ΒΑ æquale est rectangulo sub ΘΚ & ΗΑ; proinde eorum dimidia, videlicet triangulum ΑΓΔ æquale erit triangulo ΑΘΚ. quod erat faciendum.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιβ΄.

**Ἐὰν κῶνος ὀρθὸς διὰ τῆς κορυφῆς ἐπιπέδοις τμηθῇ, τῶν δὲ γινομένων ἐν τῷ κώνῳ τριγώνων τινὸς ἡ ἀπὸ τῆς κορυφῆς ἐπὶ τὴν βάσιν κάθετος ἴση ᾖ τῇ ἡμι-**

## Prop. XII. *Theor.*

**Si conus rectus planis per verticem secetur, & in uno triangulorum sectione factorum recta à vertice ad basim perpendicularis ducta æqualis sit dimidiæ**

dimidiæ basis: erit illud triangulum majus omnibus triangulis dissimilibus in cono constitutis.

SIT in cono recto triangulum ΑΓΔ, quod perpendicularem ΑΒ æqualem habeat ipsi ΒΔ dimidiæ ΓΔ basis: dico ΑΓΔ triangulum majus esse omnibus triangulis dissimilibus quæ in cono constituuntur.

Sumatur enim aliud quodvis triangulum ΑΕΖ ipsi dissimile, in quo sit perpendicularis ΑΗ; & à puncto quidem Β ad ΑΔ perpendicularis ducatur ΒΘ; à puncto autem Η ad ΑΖ itidem ducatur perpendicularis ΗΚ. quoniam igitur triangulum ΑΓΔ dissimile est triangulo ΑΕΖ, & ΑΒΔ ipsi ΑΗΖ dissimile erit. sunt autem orthogonia, & æquicrure est ΑΒΔ: ergo ΑΗΖ non est æquicrure; & quadratum quidem ex ΑΒ æquale est quadrato ex ΒΔ, quadratum vero ex ΑΗ quadrato ex ΗΖ non est æquale. ut autem quadratum ex ΑΒ ad quadratum ex ΒΔ ita recta ΑΘ ad ΘΔ; & ut quadratum ex ΑΗ ad quadratum ex ΗΖ ita ΑΚ ad ΚΖ: recta igitur ΑΔ in partes æquales dividitur, ΑΖ vero in partes inæquales. itaque quoniam id quod sub æqualibus partibus continetur majus est contento sub partibus inæqualibus; erit ΑΘΔ rectangulum majus rectangulo ΑΚΖ. sed rectangulo ΑΘΔ æquale est quadratum ex ΒΘ; & rectangulo ΑΚΖ æquale quadratum ex ΗΚ: quadratum igitur ex ΒΘ quadrato ex ΗΚ majus erit; idcircoque linea ΒΘ major quam ΗΚ. ut autem ΒΘ ad ΗΚ ita rectangulum sub ΒΘ, ΑΔ ad rectangulum sub ΗΚ, ΑΖ; & ita dimidium ad dimidium, hoc est triangulum ΑΒΔ ad triangulum ΑΗΖ: majus igitur est ΑΒΔ triangulum triangulo ΑΗΖ, & eorundem dupla, videlicet triangulum ΑΓΔ majus triangulo ΑΕΖ. similiter ostendetur ΑΓΔ majus esse omnibus triangulis ipsi dissimilibus. quod erat demonstrandum.




σεία τ̃ βάσεως· τοῦτο μεῖζον ἔσται πάντων τ̃ ἀνομοίων ἐν τῷ κώνῳ τριγώνων.

ΕΝ γὰρ κώνῳ ὀρθῷ τρίγωνον ἔστω τὸ ΑΓΔ, ἔχον τ̃ ΑΒ κάθετον ἴσην τῇ ΒΔ, ἡμισείᾳ οὔσῃ τ̃ ΓΔ βάσεως· λέγω ὅτι τὸ ΑΓΔ τρίγωνον μεῖζόν ἐστι πάντων τ̃ ἀνομοίων ἐν τῷ κώνῳ συνισταμένων τριγώνων.

Εἰλήφθω γὰρ ἄλλο τυχὸν τρίγωνον ἀνόμοιον αὐτῷ τὸ ΑΕΖ, ἐν ᾧ κάθετος ἡ ΑΗ· καὶ ἀπὸ μὲν τ̃ Β ἐπὶ τ̃ ΑΔ κάθετος ἤχθω ἡ ΒΘ, ἀπὸ δὲ τ̃ Η ἐπὶ τ̃ ΑΖ κάθετος ἤχθω ἡ ΗΚ. ἐπεὶ οὖν ἀνόμοιόν ἐστι τὸ ΑΓΔ τῷ ΑΕΖ, ἀνόμοιον ἄρα καὶ τὸ ΑΒΔ τῷ ΑΗΖ. καὶ ἔστιν ὀρθογώνια, καὶ ἰσοσκελὲς τὸ ΑΒΔ· τὸ ΑΗΖ ἄρα ἀνισοσκελές· καὶ τὸ μὲν ἄρα ἀπὸ τ̃ ΑΒ ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ τ̃ ΒΔ, τὸ δὲ ἀπὸ τ̃ ΑΗ τῷ ἀπὸ τ̃ ΗΖ ἄνισον. ἀλλ᾽ ὡς μὲν τὸ ἀπὸ τ̃ ΑΒ πρὸς τὸ ἀπὸ τ̃ ΒΔ οὕτως ἡ ΑΘ πρὸς ΘΔ, ὡς δὲ τὸ ἀπὸ ΑΗ πρὸς τὸ ἀπὸ ΗΖ οὕτως ἡ ΑΚ πρὸς ΚΖ· ἡ μὲν ἄρα ΑΔ εἰς ἴσα τέτμηται, ἡ δὲ ΑΖ εἰς ἄνισα. ἐπεὶ οὖν αἱ ΔΑ, ΑΖ ἴσαι εἰσί, καὶ ἡ μὲν εἰς ἴσα διῄρηται, ἡ δὲ εἰς ἄνισα, τὸ ὑπὸ τῶν ἴσων τμημάτων τοῦ ὑπὸ τῶν ἀνίσων μεῖζόν ἐστι· τὸ ἄρα ὑπὸ ΑΘΔ μεῖζόν ἐστι τοῦ ὑπὸ ΑΚΖ. ἀλλὰ τῷ μὲν ὑπὸ ΑΘΔ ἴσον ἐστὶ τὸ ἀπὸ ΒΘ, τῷ δὲ ὑπὸ ΑΚΖ ἴσον τὸ ἀπὸ ΗΚ· μεῖζον ἄρα τὸ ἀπὸ ΒΘ τοῦ ἀπὸ ΗΚ· μείζων ἄρα καὶ ἡ ΒΘ τῆς ΗΚ. ὡς δὲ ἡ ΒΘ πρὸς ΗΚ οὕτως τὸ ὑπὸ ΒΘ, ΑΔ πρὸς τὸ ὑπὸ ΗΚ, ΑΖ, καὶ τὸ ἥμισυ πρὸς τὸ ἥμισυ, τουτέστι τὸ ΑΒΔ τρίγωνον πρὸς τὸ ΑΗΖ· μεῖζον ἄρα τὸ ΑΒΔ τοῦ ΑΗΖ, καὶ τὰ διπλάσια τὸ ΑΓΔ τοῦ ΑΕΖ. ὁμοίως δὴ δείκνυται ὅτι πάντων τῶν ἀνομοίων μεῖζόν ἐστι τὸ ΑΓΔ. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

## Prop. XIII. *Probl.*

**Datum conum rectum, cujus axis sit minor semidiametro basis, plano per verticem ita secare, ut faciat triangulum majus omnibus triangulis dissimilibus in cono constitutis.**

SIT datus conus rectus, cujus vertex quidem Α punctum; basis circulus circa centrum Β, axis vero ΑΒ minor semidiametro basis: & oporteat conum juxta præscriptum secare.

Ducatur planum per axem quod faciat triangulum ΑΓΔ, & erit ΑΒ perpendicularis & minor quam ΒΔ. deinde in plano circuli ducatur ΒΕ ad rectos angulos ipsi ΓΒ; & quo quadratum ex ΔΒ superat quadratum ex ΒΑ, ejus dimidium sit quadratum ex ΒΗ; perque

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιγ'.

**Τὸν δοθέντα κῶνον ὀρθόν, οὗ ὁ ἄξων ἐλάττων ἐστὶ τ̃ ἐκ τοῦ κέντρου τ̃ βάσεως, τεμεῖν διὰ τ̃ κορυφῆς ἐπιπέδῳ, ὥστε τὸ γενόμενον τρίγωνον μεῖζον εἶναι πάντων τ̃ ἀνομοίων αὐτῷ ἐν τῷ κώνῳ γινομένων τριγώνων.**

ΕΣΤΩ ὁ δοθεὶς κῶνος ὀρθός, οὗ κορυφὴ μὲν τὸ Α, βάσις δὲ ὁ περὶ τὸ Β κέντρον κύκλος, ἄξων δὲ ὁ ΑΒ, ἐλάττων ὢν τ̃ ἐκ τοῦ κέντρου τ̃ βάσεως· καὶ δέον ἔστω τεμεῖν τ̃ κῶνον ὡς προστέτακται.

Ηχθω τὸ διὰ τοῦ ἄξονος ἐπίπεδον, ποιοῦν τὸ ΑΓΔ τρίγωνον· ἡ ΑΒ ἄρα κάθετος ἐλάττων ἐστὶ τ̃ ΒΔ. ἤχθω ἐν τῷ τοῦ κύκλου ἐπιπέδῳ τῇ ΓΒ πρὸς ὀρθὰς ἡ ΒΕ· καὶ ᾧ μεῖζόν ἐστι τὸ ἀπὸ τ̃ ΔΒ τοῦ ἀπὸ τ̃ ΒΑ, τούτου ἥμισυ ἔστω τὸ ἀπὸ τῆς ΒΗ· καὶ διὰ τ̃ Η παράλ-

Η παράλληλος ἤχθω τῇ ΓΔ ἡ ΖΗΘ, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΑΗ, ΒΘ.

Ἐπεὶ οὖν τὸ ἀπὸ ΒΔ, τουτέστι τὸ ἀπὸ ΒΘ, τοῦ ἀπὸ ΒΑ μεῖζόν ἐστι δυσὶ τοῖς ἀπὸ ΒΗ, τὸ δὲ ἀπὸ ΑΗ τοῦ ἀπὸ ΑΒ μεῖζόν ἐστιν ἑνὶ τῷ ἀπὸ ΒΗ· τὸ ἄρα ἀπὸ ΒΘ τοῦ ἀπὸ ΑΗ μεῖζόν ἐστι τῷ ἀπὸ ΒΗ. ἔστι δὲ καὶ τοῦ ἀπὸ ΗΘ τῷ ἀπὸ ΒΗ μεῖζον τὸ ἀπὸ ΒΘ· ἑκατέρου ἄρα τῶν ἀπὸ ΑΗ, ΗΘ τῷ αὐτῷ ὑπερέχει τὸ ἀπὸ ΒΘ· ἴσον ἄρα τὸ ἀπὸ ΑΗ τῷ ἀπὸ ΗΘ, καὶ ἡ ΑΗ τῇ ΗΘ ἴση. καὶ ἔστι καὶ ἡ ΖΗ τῇ ΗΘ ἴση· ἡ ἄρα ΑΗ ἴση ἐστὶ τῇ ἡμισείᾳ τῆς ΖΘ· ἐὰν ἄρα διὰ τῶν ΖΘ, ΗΑ διεκβάλλωμεν ἐπίπεδον, ἔσται τρίγωνον ἐν τῷ κώνῳ. γεγονέτω τὸ ΑΖΘ. ἐπεὶ οὖν τρίγωνόν ἐστιν ἐν κώνῳ τὸ ΑΖΘ, οὗ ἡ ἀπὸ τῆς κορυφῆς κάθετος ἡ ΑΗ ἴση ἐστὶ τῇ ἡμισείᾳ τῆς βάσεως· τὸ ΑΖΘ ἄρα μεῖζόν ἐστι πάντων τῶν ἐν τῷ κώνῳ γινομένων τριγώνων ἀνομοίων αὐτῷ. ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.




H ducatur ΖΗΘ parallela ipsi ΓΔ; & jungantur ΑΗ, ΒΘ.

Quoniam quadratum ex ΒΔ, hoc est ex ΒΘ, superat quadratum ex ΒΑ duobus quadratis ex ΒΗ, quadratum autem ex ΑΗ superat quadratum ex ΑΒ uno quadrato ex ΒΗ: ergo quadratum ex ΒΘ superat quadratum ex ΑΗ ipsius ΒΗ quadrato. sed quadratum ex ΒΘ superat quadratum ex ΗΘ quadrato ex ΒΗ; quadratum igitur ex ΒΘ utrumque quadratum ex ΑΗ & ex ΗΘ eodem quadrato superat: adeoque quadratum ex ΑΗ æquale est quadrato ex ΗΘ, & recta ΑΗ rectæ ΗΘ æqualis. est autem & ΖΗ æqualis ipsi ΗΘ; quare ΑΗ æqualis est dimidiæ ipsius ΖΘ: si igitur per ΖΘ, ΗΑ planum ducatur, fiet in cono triangulum, quod sit ΑΖΘ. itaque quoniam triangulum ΑΖΘ est in cono, à cujus vertice ducta perpendicularis ΑΗ æqualis est dimidiæ basi: erit [per 12. huj.] ΑΖΘ triangulum majus omnibus triangulis dissimilibus in ipso cono constitutis. quod erat faciendum.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιδ'.

*Τὸν δοθέντα κῶνον διὰ τοῦ ἄξονος ἐπιπέδῳ τεμεῖν πρὸς ὀρθὰς τῇ βάσει.*

ΕΣΤΩ ὁ δοθεὶς κῶνος, οὗ κορυφὴ μὲν τὸ Α σημεῖον, βάσις δὲ ὁ περὶ τὸ Β κέντρον κύκλος, ἄξων δὲ ὁ ΑΒ· καὶ δέον ἔστω τὸν κῶνον τεμεῖν διὰ τῆς ΑΒ πρὸς ὀρθὰς τῇ βάσει.

Εἰ μὲν οὖν ὀρθός ἐστιν ὁ κῶνος, δῆλον ὅτι ἥ τε ΑΒ πρὸς ὀρθάς ἐστι τῇ βάσει, καὶ πάντα τὰ διὰ τῆς ΑΒ ἐπίπεδα ἐκβαλλόμενα πρὸς ὀρθάς ἐστι τῇ βάσει· ὥστε τὸ ΑΓΔ τρίγωνον, διὰ τῆς ΑΒ ὄν, πρὸς ὀρθάς ἐστι τῇ βάσει.

Ἀλλὰ δὴ σκαληνὸς ἔστω ὁ κῶνος· ἡ ἄρα ΑΒ οὐκ ἔστι πρὸς ὀρθὰς τῇ βάσει. πιπτέτω τοίνυν ἡ ἀπὸ τῆς Α κορυφῆς κάθετος ἐπὶ τὸ τῆς βάσεως ἐπίπεδον, κατὰ τὸ Ε, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΒΕ, καὶ διεκβεβλήσθω τὸ τοῦ ΑΒΕ τριγώνου ἐπίπεδον, ποιοῦν ἐν τῷ κώνῳ τὸ ΑΓΔ τρίγωνον· λέγω ὅτι τὸ ΑΓΔ πρὸς ὀρθάς ἐστι τῇ τοῦ κώνου βάσει. ἐπεὶ γὰρ ἡ ΑΕ κάθετός ἐστιν ἐπὶ τὸ τῆς βάσεως ἐπίπεδον· καὶ πάντα ἄρα τὰ διὰ τῆς ΑΕ ἐπίπεδα ἐκβαλλόμενα πρὸς ὀρθάς ἐστι τῷ τῆς βάσεως ἐπιπέδῳ· καὶ τὸ ΑΓΔ ἄρα τρίγωνον πρὸς ὀρθάς ἐστι τῷ τῆς βάσεως ἐπιπέδῳ. ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.

### Prop. XIV. *Probl.*

**Datum conum plano per axem ad rectos angulos ipsi basi secare.**

SIT datus conus, cujus vertex A punctum, basis circulus circa centrum B; axis vero AB: & oporteat conum secare secundum rectam AB ad rectos angulos ipsi basi.




Si igitur conus sit rectus, perspicuum est rectam AB ad basim perpendicularem esse; & ob id [per 18. 11.] omnia quæ per ipsam transeunt plana ad rectos angulos erunt: quare & triangulum ΑΓΔ per lineam AB ductum ad rectos angulos erit ipsi basi.

Sed sit conus scalenus: ergo AB non est ad basim perpendicularis. cadat à vertice A perpendicularis ad basis planum in puncto E; & juncta BE, producatur trianguli ABE planum, quod in cono sectionem faciat triangulum ΑΓΔ: dico ΑΓΔ triangulum ad rectos angulos esse basi coni. quoniam enim AE perpendicularis est ad basis planum; & omnia quæ per ipsam AE transeunt plana eidem ad rectos angulos erunt: ergo & triangulum ΑΓΔ ad rectos angulos erit plano basis. quod erat faciendum.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιε'.

*Ἐὰν κῶνος σκαληνὸς διὰ τοῦ ἄξονος ἐπιπέδῳ τμηθῇ πρὸς ὀρθὰς τῇ βάσει· τὸ γινόμενον τρίγω-*

### Prop. XV. *Theor.*

**Si conus scalenus plano per axem secetur ad rectos angulos ipsi basi: tri-**

angulum in cono factum scalenum erit, cujus latus majus maxima erit linearum omnium, quæ à vertice coni ad basis circumferentiam ducuntur; & minus latus linearum omnium similiter ductarum minima erit; è reliquis vero, quæ maximæ propinquior est major erit quam quæ ab ipsâ remotior.

SIT conus scalenus, cujus vertex A punctum, basis circulus Γ E Δ, & axis A B; cono autem secto per axem ad rectos angulos ipsi Γ E Δ circulo, fiat triangulum A Γ Δ; & axis ad partes Δ vergat. cum igitur conus scalenus sit, non erit A B perpendicularis ad circulum Γ E Δ. ducatur A Θ ad ipsum perpendicularis, quæ proinde erit in plano trianguli A Γ Δ, & in rectam Γ B Δ productam cadet. itaque quoniam major est Γ Θ quam Θ Δ, & quadratum ex Γ Θ quadrato ex Θ Δ erit majus. commune apponatur quadratum ex Θ A: quadrata igitur ex Γ Θ, Θ A majora sunt quadratis Δ Θ, Θ A, hoc est quadratum ex Γ A majus quadrato ex A Δ: ergo recta A Γ major ipsa A Δ.

νον ἔσαι σκαληνόν, οὗ ἡ μὲν μείζων πλευρὰ μεγίστη ἔσαι πασῶν τῶν ἀπὸ τῆς κορυφῆς τοῦ κώνου πρὸς τὴν περιφέρειαν τῆς βάσεως ἀγομένων εὐθειῶν, ἡ δὲ ἐλάττων πλευρὰ ἐλαχίστη πασῶν τῶν ὁμοίως ἀγομένων εὐθειῶν, τῶν δὲ ἄλλων εὐθειῶν ἡ τῇ μεγίστῃ ἔγγιον τῆς ἀπώτερον ἔσαι μείζων.

ΕΣΤΩ κῶνος σκαληνὸς, οὗ κορυφὴ μὲν τὸ Α, βάσις δὲ ὁ Γ Ε Δ κύκλος, ἄξων δὲ ὁ Α Β· τοῦ δὲ κώνου τμηθέντος διὰ τοῦ ἄξονος πρὸς ὀρθὰς τῷ Γ Ε Δ κύκλῳ, τὸ γινόμενον τρίγωνον ἔστω τὸ Α Γ Δ, προσνευέτω δὲ ὁ ἄξων ἐπὶ τὸ Δ μέρος. ἐπεὶ οὖν, σκαληνοῦ ὄντος τοῦ κώνου, οὐκ ἔστιν ἡ Α Β πρὸς ὀρθὰς τῷ Γ Ε Δ κύκλῳ, ἔστω πρὸς ὀρθὰς αὐτῷ ἡ Α Θ· ἡ Α Θ ἄρα ἐν τῷ τοῦ Α Γ Δ ἐστὶν ἐπιπέδῳ, καὶ πεσεῖται ἐπὶ Γ Β Δ ἐκβληθεῖσαν. ἐπεὶ οὖν μείζων ἡ Γ Θ τῆς Θ Δ, καὶ τὸ ἀπὸ Γ Θ ἄρα τοῦ ἀπὸ Θ Δ μεῖζον. κοινὸν προσκείσθω τὸ ἀπὸ Θ Α· τὰ ἄρα ἀπὸ Γ Θ, Θ Α τῶν ἀπὸ Δ Θ, Θ Α μείζονά ἐστι, τουτέστι τὸ ἀπὸ Γ Α μεῖζόν ἐστι τοῦ ἀπὸ Α Δ· μείζων ἄρα ἡ Α Γ τῆς Α Δ.







Dico A Γ maximam esse rectarum omnium quæ à vertice ad basis circumferentiam ducuntur; A Δ vero minimam.

Ducantur enim Θ E, Θ Z, Θ H, & jungantur A E, A Z, A H. itaque quoniam [per 7 & 8.3.] Γ Θ maxima est ex iis quæ à Θ in circumferentiam cadunt; erit quadratum ex Θ Γ majus quadratis ex Θ E, Θ Z, Θ H, Θ Δ. commune apponatur quadratum ex Θ A; quadrata igitur ex utrisque Γ Θ, Θ A facta majora sunt eis quæ fiunt ex E Θ, Θ A; Z Θ, Θ A; Δ Θ, Θ A; hoc est quadratum ex A Γ majus est quolibet è quadratis ex A E, A Z, A H, A Δ: adeoque recta A Γ major est qualibet rectarum A E, A Z, A H, A Δ. similiter demonstrabitur etiam quavis alia majorem esse: igitur A Γ, uti diximus, maxima est omnium rectarum, quæ in ipso cono ducuntur. eadem ratione demonstrabitur rectam A Δ minimam esse. è cæteris vero A E major est quam A Z, & A Z major quam A H; & quæ propinquior est ipsi A Γ semper major est quam quæ ab eadem magis distat. quod erat demonstrandum.

Λέγω δὴ ὅτι ἡ Α Γ καὶ πασῶν ἁπλῶς μεγίστη ἐστὶ τῶν ἀπὸ τῆς κορυφῆς ἐπὶ τὴν περιφέρειαν τῆς βάσεως ἀγομένων εὐθειῶν, ἡ δὲ Α Δ ἐλαχίστη.

Ηχθωσαν γὰρ αἱ Θ Ε, Θ Ζ, Θ Η, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ Α Ε, Α Ζ, Α Η. ἐπεὶ οὖν ἡ Γ Θ μεγίστη ἐστὶ πασῶν τῶν ἀπὸ τοῦ Θ ἐπὶ τὴν περιφέρειαν προσπιπτουσῶν· καὶ τὸ ἀπὸ τῆς Θ Γ ἄρα μέγιστόν ἐστι τῶν ἀπὸ Θ Ε, Θ Ζ, Θ Η, Θ Δ. κοινὸν προσκείσθω τὸ ἀπὸ Θ Α· συναμφότερον ἄρα τὸ ἀπὸ τῶν Γ Θ, Θ Α μεῖζόν ἐστιν ἑκάστου συναμφοτέρου τοῦ ἀπὸ τῶν Ε Θ, Θ Α· Ζ Θ, Θ Α· Δ Θ, Θ Α, τουτέστι τὸ ἀπὸ Α Γ ἑκάστου τῶν ἀπὸ Α Ε, Α Ζ, Α Η, Α Δ· ὥστε ἡ Α Γ ἄρα μείζων ἐστὶν ἑκάστης τῶν Α Ε, Α Ζ, Α Η, Α Δ. ὁμοίως δειχθήσεται ὅτι καὶ τῶν ἄλλων· μεγίστη ἄρα ἡ Α Γ πασῶν τῶν ὡς εἴρηται ἀγομένων εὐθειῶν ἐν τῷ κώνῳ. διὰ τὰ αὐτὰ δείκνυται ὅτι καὶ ἡ μὲν Α Δ ἐλαχίστη τῶν δὲ ἄλλων ἡ μὲν Α Ε τῆς Α Ζ μείζων, ἡ δὲ Α Ζ τῆς Α Η, καὶ ἀεὶ ἡ ἔγγιον τῇ Α Γ τῆς ἀπώτερόν ἐστι μείζων. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

## PROP. XVI. *Theor.*

Si in triangulo recta linea ducatur à vertice ad punctum quod basim bi-

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιϛʹ.

Εὰν τριγώνου ἀπὸ τῆς κορυφῆς ἐπὶ τὴν διχοτομίαν τῆς βάσεως εὐθεῖα ἀχθῇ· τὰ ἀπὸ τῶν

πλευρῶν

πλευρῶν τετράγωνα ἴσα ἐστὶ τοῖς τε ἀπὸ τῶν τμημάτων τῆς βάσεως, καὶ τῷ δὶς ἀπὸ τῆς ἠγμένης ἀπὸ τῆς κορυφῆς ἐπὶ τὴν βάσιν εὐθείας.

ΕΣΤΩ τρίγωνον τὸ ΑΒΓ, οὗ δίχα τετμήσθω ἡ βάσις κατὰ τὸ Δ, καὶ διήχθω ἡ ΑΔ· λέγω ὅτι τὰ ἀπὸ ΑΒ, ΑΓ τετράγωνα ἴσα ἐστὶ τοῖς ἀπὸ τῶν ΒΔ, ΔΓ καὶ τῷ δὶς ἀπὸ τῆς ΑΔ.

Εἰ μὲν οὖν ἰσοσκελές ἐστι τὸ ΑΒΓ τρίγωνον, φανερὰ ἡ δεῖξις, διὰ τὸ ἑκατέραν τῶν πρὸς τῷ Δ γίνεσθαι ὀρθήν. ἀλλὰ δὴ ἔστω ἡ ΒΑ μείζων· μείζων ἄρα καὶ ἡ ὑπὸ ΒΔΑ γωνία τῆς ὑπὸ ΑΔΓ. ἐκβεβλήσθω ἡ ΑΔ, καὶ κατήχθωσαν ἐπ' αὐτὴν κάθετοι αἱ ΒΕ, ΓΖ· ὅμοια ἄρα ἐστὶ τὰ ΕΒΔ, ΓΖΔ ὀρθογώνια, διὰ τὸ παραλλήλους εἶναι τὰς ΒΕ, ΖΓ· ὡς ἄρα ἡ ΒΔ

fariam dividit: quadrata è lateribus facta æqualia erunt quadratis quæ fiunt ex basis partibus, una cum duplo quadrati ejus quæ à vertice ad basim ducta est.

SIT triangulum ΑΒΓ, cujus basis secetur bifariam in Δ; & ducatur ΑΔ: dico quadrata ex ΑΒ, ΑΓ quadratis ex ΒΔ, ΔΓ una cum duplo quadrati ex ΑΔ æqualia esse.

Si enim æquicrure sit ΑΒΓ triangulum, demonstratio manifesta erit, propterea quod uterque angulorum qui ad Δ est rectus. sed sit ΒΑ major quam ΑΓ: ergo ΒΔΑ angulus major est angulo ΑΔΓ. producatur ΑΔ, & ad ipsam perpendiculares ducantur ΒΕ, ΓΖ. similia igitur sunt triangula orthogonia ΕΒΔ, ΓΖΔ, propter parallelas ΒΕ, ΖΓ: quare ut ΒΔ ad ΔΓ ita



πρὸς ΔΓ οὕτως ἡ ΕΔ πρὸς ΔΖ. ἴση δὲ ἡ ΒΔ τῇ ΓΔ· ἴση ἄρα καὶ ἡ ΕΔ τῇ ΔΖ, καὶ τὸ ὑπὸ ΑΔ, ΔΕ τῷ ὑπὸ ΑΔ, ΔΖ, καὶ τὸ δὶς ὑπὸ ΑΔ, ΔΕ τῷ δὶς ὑπὸ ΑΔ, ΔΖ. ἐπεὶ οὖν τὸ μὲν ἀπὸ τῆς ΑΒ τῶν ἀπὸ ΑΔ, ΔΒ μεῖζόν ἐστι τῷ δὶς ὑπὸ ΑΔ, ΔΕ, τουτέστι τῷ δὶς ὑπὸ ΑΔ, ΔΖ, τὸ δὲ ἀπὸ ΑΓ τῶν ἀπὸ ΑΔ, ΔΓ ἔλαττόν ἐστι τῷ αὐτῷ δὶς ὑπὸ ΑΔ, ΔΖ· τὰ ἄρα ἀπὸ ΒΑ, ΑΓ ἴσα ἐστὶ τοῖς ἀπὸ ΒΔ, ΔΓ καὶ τῷ δὶς ἀπὸ τῆς ΑΔ. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

ΕΔ ad ΔΖ. æqualis autem est ΒΔ ipsi ΓΔ: ergo & ΕΔ æqualis est ipsi ΔΖ, & rectangulum ΑΔΕ rectangulo ΑΔΖ æquale; & duplum rectanguli ΑΔΕ duplo rectanguli ΑΔΖ. itaque quoniam [per 12. 2.] quadratum ex ΑΒ majus est quadratis ex ΑΔ, ΔΒ duplo rectanguli ΑΔΕ, hoc est duplo rectanguli ΑΔΖ; quadratum vero ex ΑΓ [per 13. 2.] minus est quadratis ex ΑΔ, ΔΓ duplo rectanguli ΑΔΖ: erunt quadrata ex ΒΑ & ΑΓ simul æqualia quadratis ex ΒΔ, ΔΓ una cum duplo quadrati ex ΑΔ. quod erat demonstrandum.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιζ'.

Ἐὰν τεσσάρων εὐθειῶν ἡ πρώτη πρὸς τὴν δευτέραν μείζονα λόγον ἔχῃ ἤπερ ἡ τρίτη πρὸς τὴν τετάρτην· καὶ τὸ ἀπὸ τῆς πρώτης πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς δευτέρας μείζονα λόγον ἕξει ἤπερ τὸ ἀπὸ τῆς τρίτης πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς τετάρτης. κἂν τὸ ἀπὸ τῆς πρώτης πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς δευτέρας μείζονα λόγον ἔχῃ ἤπερ τὸ ἀπὸ τῆς τρίτης πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς τετάρτης· ἡ πρώτη πρὸς τὴν δευτέραν μείζονα λόγον ἔχει ἤπερ ἡ τρίτη πρὸς τὴν τετάρτην.

ΕΣΤΩΣΑΝ εὐθεῖαι αἱ Α, Β, Γ, Δ, ἐχέτω δὲ ἡ Α πρὸς τὴν Β μείζονα λόγον ἤπερ ἡ Γ πρὸς τὴν Δ· λέγω ὅτι καὶ τὸ ἀπὸ τῆς Α πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς Β μείζονα λόγον ἔχει ἤπερ τὸ ἀπὸ τῆς Γ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς Δ.

Ἐπεὶ γὰρ ὁ τῆς Α πρὸς τὴν Β λόγος μείζων ἐστὶ τοῦ τῆς Γ πρὸς τὴν Δ, καὶ ὁ τοῦ μείζονος ἄρα διπλάσιος μείζων

## PROP. XVII. *Theor.*

Si prima quatuor rectarum ad secundam majorem rationem habeat quam tertia ad quartam; etiam quadratum primæ ad quadratum secundæ majorem habebit rationem quam tertiæ quadratum ad quadratum quartæ. quòd si quadratum primæ ad quadratum secundæ majorem rationem habeat quam tertiæ quadratum ad quadratum quartæ; prima quoque ad secundam majorem rationem habebit quam tertia ad quartam.

SINT quatuor rectæ lineæ Α, Β, Γ, Δ; & habeat Α ad Β majorem rationem quam Γ ad Δ: dico quadratum ipsius Α ad quadratum ex Β majorem habere rationem quam quadratum ex Γ ad quadratum ex Δ.

Etenim cum ratio Α ad Β major sit quam habet Γ ad Δ; erit dupla majoris rationis major quam dupla

dupla minoris. est autem [per 20.6.] rationis majoris A ad B dupla ratio quadrati ex A ad quadratum ex B; & rationis minoris Γ ad Δ dupla est ratio quadrati ex Γ ad quadratum ex Δ: ergo ratio quadrati ex A ad quadratum ex B major est ratione quadrati ex Γ ad quadratum ex Δ.

Rursus quadratum ex A ad quadratum ex B majorem rationem habeat quam quadratum ex Γ ad quadratum ex Δ: dico A ad B majorem rationem habere quam Γ ad Δ. nam cum ratio quadrati ex A ad quadratum ex B major sit quam quadrati ex Γ ad quadratum ex Δ, erit majoris rationis dimidia major quam dimidia minoris. sed rationis quidem majoris quadrati ex A ad quadratum ex B dimidia est ratio A ad B; rationis vero minoris quadrati ex Γ ad quadratum ex Δ dimidia est ratio Γ ad Δ: ratio igitur A ad B major est quam Γ ad Δ. quod erat demonstrandum.




ἐστὶ τοῦ ἐλάττονος διπλασίου. ἔστι δὲ τοῦ μὲν τῆς A πρὸς τὴν B λόγου μείζονος ὄντος διπλάσιος ὁ τοῦ ἀπὸ τῆς A πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς B λόγος· τοῦ δὲ τῆς Γ πρὸς τὴν Δ λόγου ἐλάττονος ὄντος διπλάσιος ὁ τοῦ ἀπὸ τῆς Γ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς Δ λόγος· καὶ ὁ τοῦ ἀπὸ τῆς A ἄρα πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς B λόγος μείζων ἐστὶ τοῦ ἀπὸ τῆς Γ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς Δ.

Πάλιν δὲ τὸ ἀπὸ τῆς A πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς B μείζονα λόγον ἐχέτω ἤπερ τὸ ἀπὸ τῆς Γ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς Δ· λέγω ὅτι ἡ A πρὸς τὴν B μείζονα λόγον ἔχει ἤπερ ἡ Γ πρὸς τὴν Δ. ἐπεὶ γὰρ ὁ τοῦ ἀπὸ τῆς A πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς B λόγος μείζων ἐστὶ τοῦ ἀπὸ τῆς Γ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς Δ λόγου, καὶ ὁ τοῦ μείζονος ἄρα ἡμίσυς τοῦ ἐλάττονος ἡμίσεως μείζων ἐστίν. ἔστι δὲ τοῦ ἀπὸ τῆς A πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς B λόγου μείζονος ὄντος ἡμίσυς ὁ τῆς A πρὸς τὴν B, τοῦ δὲ ἀπὸ τῆς Γ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς Δ ἐλάττονος ὄντος ἡμίσυς ὁ τῆς Γ πρὸς τὴν Δ· καὶ ὁ τῆς A ἄρα πρὸς τὴν B λόγος μείζων ἐστὶ τοῦ τῆς Γ πρὸς τὴν Δ. ὅ.ἔ.δ.

## Prop. XVIII. *Theor.*

**Si duæ magnitudines æquales dissimiliter dividantur; & alterius partium major ad minorem rationem majorem habeat quam partium alterius major ad minorem, vel æqualis ad æqualem: prius dictarum partium major omnium maxima, minor vero omnium minima erit.**

Sint duæ magnitudines æquales A B, Γ Δ, dividaturque A B in E & Γ Δ in Z; & sit A E major quam E B; & Γ Z non minor quam Z Δ, ita ut A E ad E B majorem rationem habeat quam Γ Z ad Z Δ: dico magnitudinum A E, E B, Γ Z, Z Δ maximam quidem esse A E, minimam vero E B.




Quoniam enim A E ad E B majorem rationem habet quam Γ Z ad Z Δ; componendo A B ad B E majorem habebit quam Γ Δ ad Δ Z; permutandoque A B ad Γ Δ majorem quam E B ad Z Δ. est autem A B ipsi Γ Δ æqualis; minor igitur est E B quam Z Δ. estque Z Δ non major quam Γ Z; quare est E B quam Γ Z minor. sed & erat minor quam A E; ergo E B minima erit. rursus quoniam A B est æqualis ipsi Γ Δ, quarum pars E B minor est parte Δ Z; erit reliqua E A major quam reliqua Γ Z. & Γ Z non est minor quam Z Δ: quare A E major est quam Z Δ. erat autem & major quam E B; adeoque A E omnium maxima erit, uti E B minima.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιή.

**Ἐὰν δύο μεγέθη ἴσα ἀνομοίως διαιρεθῇ, τὸ δὲ τοῦ ἑτέρου τμημάτων τὸ μεῖζον πρὸς τὸ ἔλαττον μείζονα λόγον ἔχῃ ἤπερ τοῦ λοιποῦ τὸ μεῖζον πρὸς τὸ ἔλαττον, ἢ τὸ ἴσον πρὸς τὸ ἴσον· τῶν προειρημένων τμημάτων τὸ μὲν μεῖζον μέγιστον ἔσται τῶν τεσσάρων τμημάτων, τὸ δὲ ἔλασσον ἐλάχιστον τῶν τεσσάρων.**

Ἔστω δύο μεγέθη ἴσα τὰ A B, Γ Δ, καὶ διῃρήσθω τὸ μὲν A B τῷ E, τὸ δὲ Γ Δ τῷ Z, ἔστω δὲ τὸ μὲν A E τοῦ E B μεῖζον, τὸ δὲ Γ Z τοῦ Z Δ μὴ ἔλαττον, ὥστε τὸ A E πρὸς E B μείζονα λόγον ἔχειν ἤπερ τὸ Γ Z πρὸς τὸ Z Δ· λέγω ὅτι τῶν A E, E B, Γ Z, Z Δ, μεγεθῶν μέγιστον μὲν ἐστι τὸ A E, ἐλάχιστον δὲ τὸ E B.

Ἐπεὶ οὖν τὸ A E πρὸς E B μείζονα λόγον ἔχει ἤπερ τὸ Γ Z πρὸς Z Δ, καὶ συνθέντι ἄρα τὸ A B πρὸς B E μείζονα λόγον ἔχει ἤπερ τὸ Γ Δ πρὸς Δ Z, καὶ ἐναλλὰξ τὸ A B πρὸς Γ Δ μείζονα λόγον ἔχει ἤπερ τὸ E B πρὸς Z Δ. καὶ ἔστιν ἴσον τὸ A B τῷ Γ Δ· ἔλαττον ἄρα τὸ E B τοῦ Z Δ. τὸ δὲ Z Δ τοῦ Γ Z οὐ μεῖζον· καὶ τοῦ Γ Z ἄρα ἔλασσόν ἐστι τὸ E B. ἦν δὲ καὶ τοῦ A E ἔλαττον· ἐλάχιστον ἄρα τὸ E B. πάλιν ἐπεὶ τὸ A B τῷ Γ Δ ἴσον, ὧν τὸ E B τοῦ Δ Z ἔλαττον· λοιπὸν ἄρα τὸ E A λοιποῦ τοῦ Γ Z μεῖζον. τὸ δὲ Γ Z τοῦ Z Δ οὐκ ἔλαττόν ἐστι· καὶ τοῦ Z Δ ἄρα μεῖζόν ἐστι τὸ A E. ἦν δὲ καὶ τοῦ E B μεῖζον. μέγιστον ἄρα ἐστὶ τὸ A E, τὸ δὲ E B ἐλάχιστον.

## Prop. XIX. *Theor.*

**Si duo triangula bases æquales habeant, itemque rectas quæ à vertice ad pun-**

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ ιθ'.

**Ἐὰν δύο τρίγωνα τάς τε βάσεις ἴσας ἔχῃ, ἔχῃ δὲ καὶ τὰς ἀπὸ τῆς κορυφῆς ἐπὶ τὴν διχοτομίαν τῆς βά-**

σεως

σεως ἠγμένας εὐθείας ἴσας, τοῦ δὲ ἑτέρου ἡ μείζων πλευρὰ πρὸς τὴν ἐλάττονα μείζονα λόγον ἔχῃ ἤπερ ἡ τοῦ λοιποῦ μείζων πρὸς τὴν ἐλάττονα, ἢ καὶ ἴση πρὸς τὴν ἴσην· οὗ ἡ μείζων πλευρὰ πρὸς τὴν ἐλάττονα μείζονα λόγον ἔχει ἐκεῖνο ἔλαττόν ἐστιν.

ΕΣΤΩ δύο τρίγωνα τὰ ΑΒΓ, ΔΕΖ ἴσας ἔχοντα τὰς ΒΓ, ΕΖ βάσεις, ὧν ἑκατέρα τετμήσθω δίχα κατὰ τὰ Η καὶ Θ σημεῖα, καὶ ἐπιζευχθεῖσαι αἱ ΑΗ, ΔΘ ἴσαι ἔστωσαν· ἔστω δὲ ἡ μὲν ΕΔ τῆς ΔΖ μείζων, ἡ δὲ ΒΑ τῆς ΑΓ μὴ ἐλάττων, ὥστε τὴν ΕΔ πρὸς ΔΖ μείζονα λόγον ἔχειν ἤπερ τὴν ΒΑ πρὸς ΑΓ· λέγω ὅτι τὸ ΔΕΖ τρίγωνον ἔλαττόν ἐστι τοῦ ΑΒΓ.

Ἐπεὶ γὰρ αἱ ΒΓ, ΕΖ ἴσαι τέ εἰσι καὶ εἰς ἴσα διῄρηνται, ἔστι δὲ καὶ ἡ ΑΗ τῇ ΔΘ ἴση· καὶ τὰ ἀπ' αὐτῶν ἄρα ἴσα ἐστί· τὰ ἄρα ἀπὸ ΒΗ, ΗΓ μετὰ τοῦ δὶς ἀπὸ ΑΗ τοῖς ἀπὸ ΕΘ, ΘΖ μετὰ τοῦ δὶς ἀπὸ ΘΔ ἴσα ἐστίν. ἀλλὰ τοῖς μὲν ἀπὸ ΒΗ, ΗΓ μετὰ τοῦ δὶς ἀπὸ ΑΗ ἴσα ἐστὶ τὰ ἀπὸ ΒΑ, ΑΓ, (τοῦτο γὰρ ἐδείχθη) τοῖς δὲ ἀπὸ ΕΘ, ΘΖ μετὰ τοῦ δὶς ἀπὸ ΘΔ ἴσα ἐστὶ τὰ ἀπὸ ΕΔ, ΔΖ· καὶ συναμφότερον ἄρα τὸ ἀπὸ τῶν ΒΑ, ΑΓ συναμφοτέρῳ τῷ ἀπὸ τῶν ΕΔ, ΔΖ ἴσον ἐστί. καὶ ἐπεὶ ἡ ΕΔ πρὸς ΔΖ μείζονα λόγον ἔχει ἤπερ ἡ ΒΑ πρὸς ΑΓ· καὶ τὸ ἄρα ἀπὸ τῆς ΕΔ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς ΔΖ μείζονα λόγον ἔχει ἤπερ τὸ ἀπὸ ΒΑ πρὸς τὸ ἀπὸ ΑΓ. ἐπεὶ οὖν δύο ἴσων μεγεθῶν, τοῦτε συναμφοτέρου ἀπὸ τῶν ΒΑ, ΑΓ καὶ τοῦ συναμφοτέρου ἀπὸ τῶν ΕΔ, ΔΖ, τὸ μεῖζον τμῆμα πρὸς τὸ ἔλαττον, τουτέστι τὸ ἀπὸ ΕΔ πρὸς τὸ ἀπὸ ΔΖ, μείζονα λόγον ἔχει ἤπερ τὸ τοῦ λοιποῦ τμῆμα πρὸς τὸ λοιπὸν τμῆμα, τουτέστι τὸ ἀπὸ ΒΑ πρὸς τὸ ἀπὸ ΑΓ· τὸ μὲν ἄρα ἀπὸ ΕΔ, μέγιστον ὄν, μεῖζόν ἐστιν ἑκατέρου τῶν ἀπὸ ΒΑ, ΑΓ. τὸ δὲ ἀπὸ ΔΖ, ἐλάχιστον ὄν, ἔλαττόν ἐστιν ἑκατέρου τῶν ἀπὸ ΒΑ, ΑΓ, διὰ τοῦ πρὸ τούτου θεωρήματος· καὶ ἡ μὲν ΕΔ ἄρα ἑκατέρας τῶν ΒΑ, ΑΓ μείζων ἐστίν. ἡ δὲ ΔΖ ἑκατέρας τῶν ΒΑ, ΑΓ ἐλάττων· ὁ ἄρα κέντρῳ μὲν τῷ Β διαστήματι δὲ τῷ ἴσῳ τῇ ΕΔ γραφόμενος κύκλος ὑπερπεσεῖται τὴν ΒΑ. γεγράφθω ὁ ΚΛ, καὶ ὁ κέντρῳ μὲν τῷ Γ διαστήματι δὲ τῷ ἴσῳ τῇ ΔΖ γραφόμενος κύκλος τεμεῖ τὴν ΑΓ. γεγράφθω ὁ ΜΝ· τέμνουσι δὴ ἀλλήλους οἱ ΚΛ, ΜΝ κύκλοι, ὡς δειχθήσεται. τεμνέτωσαν ἀλλήλους κατὰ τὸ Ξ, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΞΑ, ΞΒ, ΞΗ, ΞΓ· ἡ μὲν ἄρα ΒΞ τῇ ΕΔ ἐστὶν ἴση, καὶ ἡ ΞΓ τῇ ΔΖ. ἦν δὲ καὶ ἡ ΒΓ τῇ ΕΖ ἴση· καὶ ὅλον ἄρα τὸ ΒΞΓ τρίγωνον τῷ ΕΔΖ ἴσον ἐστίν· ὥστε ἴση καὶ ἡ ΞΗ τῇ ΔΘ, τουτέστι τῇ ΑΗ· ὀξεῖα







ctum quo bisecatur basis ducuntur; alterius autem majus latus ad minus majorem rationem habeat quam reliqui majus latus ad minus, vel æquale ad æquale: triangulum illud, cujus majus latus ad minus majorem habet rationem, altero minus erit.

SINT duo triangula ΑΒΓ, ΔΕΖ bases ΒΓ, ΕΖ æquales habentia; quarum utraque bifariam secetur in punctis Η, Θ; ductæque ΑΗ, ΔΘ inter se æquales sint; & sit ΕΔ major quam ΔΖ; ΒΑ vero non minor quam ΑΓ, ita ut ΕΔ ad ΔΖ majorem rationem habeat quam ΒΑ ad ΑΓ: dico triangulum ΔΕΖ minus esse triangulo ΑΒΓ.

Quoniam enim ΒΓ, ΕΖ & æquales sunt & in partes æquales dividuntur; suntque æquales ΑΗ, ΔΘ; erunt & quæ ex ipsis fiunt quadrata æqualia: quadrata igitur ex ΒΗ, ΗΓ una cum duplo quadrati ex ΑΗ æqualia sunt quadratis ex ΕΘ, ΘΖ una cum duplo quadrati ex ΘΔ. sed quadratis ex ΒΗ, ΗΓ una cum duplo quadrati ex ΑΗ æqualia sunt quadrata ex ΒΑ, ΑΓ, ut [per 16. huj.] ostensum est; & quadratis ex ΕΘ, ΘΖ una cum duplo quadrati ex ΘΔ æqualia sunt quadrata ex ΕΔ, ΔΖ: utraque igitur quadrata ex ΒΑ, ΑΓ utrisque quadratis ex ΕΔ, ΔΖ æqualia erunt. & quoniam ΕΔ ad ΔΖ majorem rationem habet quam ΒΑ ad ΑΓ; habebit quadratum ex ΕΔ ad quadratum ex ΔΖ [per 17. huj.] majorem rationem quam quadratum ex ΒΑ ad quadratum ex ΑΓ. igitur cum duarum magnitudinum æqualium, videlicet ejus quæ constat quadratis ex ΒΑ, ΑΓ & ejus quæ quadratis ex ΕΔ, ΔΖ, major pars ad minorem, videlicet quadratum ex ΕΔ ad quadratum ex ΔΖ, majorem rationem habeat quam reliqua pars ad reliquam, videlicet quam quadratum ex ΒΑ ad quadratum ex ΑΓ; erit quadratum ex ΕΔ, quod [per 18. huj.] est maximum, utroque quadrato ex ΒΑ vel ex ΑΓ majus. quadratum vero ex ΔΖ minimum erit, & utroque quadrato ex ΒΑ vel ex ΑΓ minus, per antecedens theorema: quare recta ΕΔ major est utrâque ipsarum ΒΑ, ΑΓ; & ΔΖ utrâque minor: circulus igitur, qui centro Β & intervallo ipsi ΕΔ æquali describitur, videlicet ΚΛ, transibit ultra rectam ΒΑ; & circulus centro Γ intervalloque æquali ipsi ΔΖ descriptus, hoc est ΜΝ, secabit ipsam ΑΓ: qui quidem duo circuli ΚΛ, ΜΝ sese invicem secabunt, ut mox demonstrabitur. secent autem sese in puncto Ξ; & jungantur ΞΑ, ΞΒ, ΞΗ, ΞΓ: est igitur ΒΞ ipsi ΕΔ æqualis, & ΞΓ æqualis ipsi ΔΖ. eratque ΒΓ æqualis ipsi ΕΖ; quare totum triangulum ΒΞΓ triangulo ΕΔΖ est æquale; ac propterea ΞΗ æqualis ipsi ΔΘ, hoc est ipsi ΑΗ: unde



consequitur

consequitur angulum Ξ A H acutum esse. & quoniam B A non est minor quam A Γ, angulus A H B [per 25. 1.] angulo A H Γ non erit minor: angulus igitur A H Γ non est major recto. erat autem Ξ A H angulus recto minor; ergo anguli A H Γ, Ξ A H duobus rectis minores sunt, ac proinde recta A Ξ ipsi H Γ non est parallela. ducatur per A ipsi B Γ parallela recta A Π; & protrahatur B Ξ ad Π, jungaturque Γ Π: triangulum igitur A B Γ [per 38. 1.] triangulo B Π Γ est æquale; & idcirco B A Γ majus est ipso B Ξ Γ, hoc est triangulo E Δ Z. quod erat demonstrandum.







Circulos autem K Λ, M N sese invicem secare, hoc modo demonstrabitur.

Sit enim lateri majori E Δ æqualis B A P; ac ponatur Γ Z ipsi Δ Z æqualis, in directum ipsi B Γ: tota igitur B Σ æqualis est utrisque E Z, Z Δ. & quoniam E Z, Z Δ simul excedunt ipsam E Δ, erit & B Σ ipsâ E Δ major: itaque circulus centro B & intervallo B P descriptus ipsam Γ Σ secabit. secet ad T, ac intra circulum ducatur recta quædam Γ A major quam Γ Σ sive Δ Z; itaque circulus centro Γ & intervallo Γ Σ descriptus occurret ipsi A Γ. occurrat ad O: circulus igitur, per puncta Σ, O transiens, per circumferentiam P T transibit necessario; atque adeo circuli K Λ, M N sese invicem secabunt.




## Prop. XX. *Theor.*

**Si duo triangula, quorum latera inæqualia, bases æquales habeant, itemque rectas quæ à vertice ad punctum quo bisecatur basis ducuntur: minoris trianguli majus latus ad minus majorem rationem habebit quam majoris trianguli majus latus ad minus.**

SINT triangula A B Γ, E Z H, bases A Γ, E H æquales habentia, quæ bifariam secentur in punctis Δ, Θ; & sint æquales B Δ, Z Θ; sit autem majus triangulum E Z H; & sit A B major quam B Γ, itemque E Z quam Z H major: dico A B ad B Γ majorem habere rationem quam E Z ad Z H.




Si enim non ita sit, vel eandem rationem habebit, vel minorem. sit primum, si fieri potest,

ἄρα ἡ ὑπὸ Ξ A H γωνία. καὶ ἐπεὶ ἡ B A τῆς A Γ οὐκ ἔστιν ἐλάττων· καὶ ἡ ὑπὸ A H B ἄρα γωνία τῆς ὑπὸ A H Γ οὐκ ἔστιν ἐλάττων· ἡ ἄρα ὑπὸ A H Γ οὐ μείζων ἐστὶν ὀρθῆς. ἦν δὲ ἡ Ξ A H ὀρθῆς ἐλάσσων· αἱ ἄρα ὑπὸ A H Γ, Ξ A H δύο ὀρθῶν ἐλάττονές εἰσιν· οὐκ ἄρα ἡ A Ξ τῇ H Γ παράλληλός ἐστιν. ἤχθω δὴ διὰ τοῦ A τῇ B Γ παράλληλος ἡ A Π, καὶ ἐκβεβλήσθω ἡ B Ξ Π, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ Γ Π· τὸ ἄρα A B Γ τρίγωνον ἴσον ἐστὶ τῷ B Π Γ τριγώνῳ· καὶ τὸ ἄρα B A Γ μεῖζόν ἐστι τοῦ B Ξ Γ, τουτέστι τοῦ E Δ Z τριγώνου. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Ὅτι δὲ τέμνουσιν ἀλλήλους οἱ K Λ, M N κύκλοι, δεικτέον οὕτως.

Ἔστω γὰρ τῇ μὲν μείζονι πλευρᾷ τῇ E Δ ἴση ἡ B A P, τῇ δὲ Δ Z ἴση ἡ Γ Σ, ἐπ᾽ εὐθείας οὖσα τῇ B Γ· ὅλη ἄρα ἡ B Σ ἴση ἐστὶ συναμφοτέρῳ τῇ E Z, Z Δ. ἐπεὶ οὖν συναμφότερος ἡ E Z, Z Δ τῆς E Δ μείζων ἐστί· καὶ ἡ B Σ ἄρα τῆς E Δ μείζων ἐστίν· ὁ ἄρα κέντρῳ τῷ B διαστήματι δὲ τῷ B P γραφόμενος κύκλος τεμεῖ τὴν Γ Σ. τεμνέτω κατὰ τὸ T, καὶ ἤχθω ἐντὸς τοῦ κύκλου εὐθεῖά τις ἡ Γ A μείζων τῆς Γ Σ, τουτέστι τῆς Δ Z· ὁ ἄρα κέντρῳ τῷ Γ διαστήματι δὲ τῷ Γ Σ γραφόμενος κύκλος τεμεῖ τὴν A Γ. τεμνέτω κατὰ τὸ O· ἥξει ἄρα ὁ διὰ τῶν Σ, O κύκλος καὶ διὰ τῆς P T περιφερείας· τέμνουσιν ἄρα ἀλλήλους καὶ οἱ K Λ, M N κύκλοι.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ κ΄.

Ἐὰν δύο τρίγωνα ἀνισοσκελῆ τάς τε βάσεις ἴσας ἔχῃ, ἔχῃ δὲ καὶ τὰς ἀπὸ τῆς κορυφῆς ἐπὶ τὴν διχοτομίαν τῆς βάσεως ἠγμένας εὐθείας ἴσας· τοῦ ἐλάττονος ἡ μείζων πλευρὰ πρὸς τὴν ἐλάττονα μείζονα λόγον ἔχει ἤπερ ἡ τοῦ μείζονος μείζων πλευρὰ πρὸς τὴν ἐλάττονα.

ΕΣΤΩ τρίγωνα τὰ A B Γ, E Z H ἴσας ἔχοντα τάς τε A Γ, E H βάσεις, δίχα τετμημένας κατὰ τὰ Δ καὶ Θ σημεῖα, ἴσαι δὲ ἔστωσαν καὶ αἱ B Δ, Z Θ καὶ μεῖζον τὸ E Z H τρίγωνον, ἔστω δὲ ἡ μὲν A B τῆς B Γ μείζων, ἡ δὲ E Z τῆς Z H· λέγω ὅτι ἡ A B πρὸς B Γ μείζονα λόγον ἔχει ἤπερ ἡ E Z πρὸς Z H.




Εἰ γὰρ μή, ἤτοι τὸν αὐτὸν ἢ ἐλάττονα ἕξει. ἔστω οὖν πρότερον, εἰ δυνατόν, ὡς ἡ A B πρὸς B Γ οὕτως ἡ

E Z

ΕΖ πρὸς ΖΗ· ὡς ἄρα τὸ ἀπὸ ΑΒ πρὸς τὸ ἀπὸ ΒΓ οὕτως τὸ ἀπὸ ΕΖ πρὸς τὸ ἀπὸ ΖΗ· καὶ συνθέντι ἄρα καὶ ἐναλλὰξ ὡς συναμφότερον τὸ ἀπὸ ΑΒ μετὰ τοῦ ἀπὸ ΒΓ πρὸς συναμφότερον τὸ ἀπὸ ΕΖ μετὰ τοῦ ἀπὸ ΖΗ οὕτω τὸ ἀπὸ ΒΓ πρὸς τὸ ἀπὸ ΖΗ. ἀλλὰ συναμφότερον τὸ ἀπὸ ΑΒ μετὰ τοῦ ἀπὸ ΒΓ συναμφοτέρῳ τῷ ἀπὸ ΕΖ μετὰ τοῦ ἀπὸ ΖΗ ἴσον· καὶ τὸ ἀπὸ ΒΓ ἄρα τῷ ἀπὸ ΖΗ ἴσον. ὥστε καὶ λοιπὸν τὸ ἀπὸ ΑΒ λοιπῷ τῷ ἀπὸ ΕΖ ἴσον. ἴση ἄρα ἡ μὲν ΑΒ τῇ ΕΖ, ἡ δὲ ΒΓ τῇ ΖΗ. ἀλλὰ καὶ αἱ βάσεις ἴσαι· πάντα ἄρα πᾶσιν ἴσα· ἴσον ἄρα τὸ ΑΒΓ τρίγωνον τῷ ΕΖΗ, ὅπερ ἄτοπον, ἦν γὰρ ἔλαττον τὸ ΑΒΓ· οὐκ ἄρα ἡ ΑΒ πρὸς ΒΓ λόγον ἔχει ὃν ἡ ΕΖ πρὸς ΖΗ.

Ἀλλ᾽, εἰ δυνατὸν, ἐχέτω ἡ ΑΒ πρὸς ΒΓ ἐλάττονα λόγον ἤπερ ἡ ΕΖ πρὸς ΖΗ. ἡ ΕΖ ἄρα πρὸς ΖΗ μείζονα λόγον ἔχει ἤπερ ἡ ΑΒ πρὸς ΒΓ· τὸ ἄρα ΕΖΗ τρίγωνον ἔλαττόν ἐστι τοῦ ΑΒΓ, διὰ τὰ δειχθέντα· ὅπερ ἄτοπον. ὑπέκειτο γὰρ μεῖζον. οὐκ ἄρα ἡ ΑΒ πρὸς ΒΓ ἐλάττονα λόγον ἔχει ἤπερ ἡ ΕΖ πρὸς ΖΗ. ἐδείχθη δὲ ὅτι οὐδὲ τὸν αὐτόν· ἡ ΑΒ ἄρα πρὸς ΒΓ μείζονα λόγον ἔχει ἤπερ ἡ ΕΖ πρὸς ΖΗ.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ κα'.

*Τὸν δοθέντα κῶνον σκαληνὸν τεμεῖν διὰ τῆς κορυφῆς ἐπιπέδῳ ποιοῦντι ἐν κώνῳ τρίγωνον ἰσοσκελές.*

ΕΣΤΩ ὁ δοθεὶς κῶνος σκαληνὸς, οὗ ἄξων μὲν ὁ ΑΒ, βάσις δὲ ὁ ΓΕΔ κύκλος· καὶ δέον ἔστω τεμεῖν αὐτὸν ὡς ἐπιτέτακται. τετμήσθω πρῶτον διὰ τοῦ ἄξονος τῷ ΑΓΔ ἐπιπέδῳ, πρὸς ὀρθὰς ὄντι τῷ ΓΕΔ κύκλῳ, καὶ ἤχθω ἡ ΑΗ κάθετος, ἥτις πίπτει ἐπὶ τὴν ΓΔ βάσιν τοῦ ΑΓΔ τριγώνου, καὶ τῇ ΓΔ πρὸς ὀρθὰς ἤχθω ἐν τῷ τοῦ κύκλου ἐπιπέδῳ ἡ ΕΖ, καὶ διὰ τῆς ΕΖ καὶ τῆς Α κορυφῆς ἐκβεβλήσθω ἐπίπεδον ποιοῦν τὸ ΑΕΖ τρίγωνον· λέγω ὅτι τὸ ΑΕΖ τρίγωνον ἰσοσκελές ἐστιν.




Ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΕΗ, ΖΗ. ἐπεὶ οὖν ἡ ΓΔ τὴν ΕΖ πρὸς ὀρθὰς τέμνουσα δίχα αὐτὴν τέμνει· ἴση ἄρα ἡ ΕΗ τῇ ΖΗ. καὶ κοινὴ ἡ ΑΗ, καὶ ὀρθὴ ἑκατέρα τῶν ὑπὸ ΑΗΕ, ΑΗΖ γωνιῶν· καὶ ἡ ΕΑ ἄρα τῇ ΑΖ ἴση ἐστίν· ἰσοσκελὲς ἄρα τὸ ΑΕΖ τρίγωνον. ἐκ δὴ τούτου φανερόν ἐστιν, ὅτι πάντα τὰ συνιστάμενα τρίγωνα, τὰς βάσεις ἔχοντα πρὸς ὀρθὰς τῇ ΓΔ, ἰσοσκελῆ ἐστιν.

Ἔτι δεικτέον ὅτι ἐὰν τὰ γινόμενα τρίγωνα τὰς βάσεις μὴ πρὸς ὀρθὰς ἔχῃ τῇ ΓΔ, οὐκ ἔσται ἰσοσκελῆ.

Ὑποκείσθω γὰρ, ἐπὶ τῆς αὐτῆς καταγραφῆς, ἡ ΕΖ μὴ πρὸς ὀρθὰς τῇ ΓΔ· αἱ ΕΗ, ΖΗ ἄρα ἄνισοί εἰσι. κοινὴ δὲ ἡ ΑΗ καὶ πρὸς ὀρθὰς αὐταῖς· καὶ αἱ ἄρα ΕΑ, ΑΖ ἄνισοί εἰσι· τὸ ΕΑΖ ἄρα τρίγωνον οὐκ ἔστιν ἰσοσκελές.

ut AB ad BΓ ita EZ ad ZH; ergo ut quadratum ex AB ad quadratum ex BΓ ita quadratum ex EZ ad quadratum ex ZH; & componendo permutandoque ut quadrata ex AB, BΓ simul ad quadrata ex EZ, ZH simul ita quadratum ex BΓ ad quadratum ex ZH. sed quadrata ex AB, BΓ simul [per 16.huj.] quadratis ex EZ, ZH sunt æqualia: ergo & quadratum ex BΓ æquale est quadrato ex ZH: & idcirco reliquum quadratum ex AB reliquo ex EZ æquale erit: est igitur AB æqualis ipsi EZ, & BΓ ipsi ZH. sed & bases sunt æquales: ergo triangulum ABΓ æquale est triangulo EZH, quod est absurdum; erat enim triangulum ABΓ minus: igitur AB ad BΓ rationem non habet eandem quam EZ ad ZH.

Sed rursus, si fieri potest, AB ad BΓ minorem rationem habeat quam EZ ad ZH; habebit igitur EZ ad ZH majorem rationem quam AB ad BΓ: quare triangulum EZH minus erit triangulo ABΓ, ex proxime [ad 19. huj.] demonstratis, quod est absurdum; ponebatur enim majus: ergo AB ad BΓ minorem rationem non habet quam EZ ad ZH. demonstratum autem est neque eandem habere; restat igitur ut AB ad BΓ majorem habeat rationem quam EZ ad ZH.

## Prop. XXI. *Probl.*

**Datum conum scalenum plano per verticem ita secare, ut in cono triangulum æquicrure fiat.**

SIT datus conus scalenus, cujus axis AB, & basis ΓEΔ circulus: oporteatque eum modo jam dicto secare. secetur primo [per 14.huj.] per axem plano AΓΔ ad rectos angulos ipsi circulo ΓEΔ, & ducatur perpendicularis AH, quæ cadet in rectam ΓΔ trianguli AΓΔ basim; ipsi vero ΓΔ ad rectos angulos agatur EZ in circuli plano; perque EZ & verticem A planum ducatur, quod faciat triangulum AEZ: dico triangulum AEZ æquicrure esse.

Jungantur enim EH, ZH. & quoniam ΓΔ ipsam EZ secans ad rectos angulos [per 3.3.] bifariam secat; erit EH æqualis ipsi HZ. communis autem est AH, & uterque angulorum AHE, AHZ rectus: ergo EA est æqualis ipsi AZ, & idcirco triangulum AEZ est æquicrure. unde constat omnia triangula, quæ bases habent ad rectos angulos ipsi ΓΔ, æquicrura esse.

Demonstrandum etiam est ea triangula, quæ bases habent non ad rectos angulos ipsi ΓΔ, non esse æquicrura.

Ponatur enim EZ, in eadem figura, non esse ad rectos angulos ipsi ΓΔ: & erunt EH, ZH inæquales. communis autem est AH & ad ipsas perpendicularis: ergo EA, AZ inæquales sunt, & triangulum EAZ non est æquicrure.

PROP.

### Prop. XXII. *Theor.*

**Triangulorum, quæ in cono ſcaleno per axem ſecto fiunt, maximum eſt æquicrure; & minimum, quod eſt ad rectos angulos baſi coni: reliquorum vero maximo propinquius majus eſt eo quod plus diſtat ab eodem.**

IN cono enim ſcaleno triangula per axem A B conſtituantur, æquicrure quidem A Γ Δ, rectum vero ad baſis planum A E Z: dico triangulorum omnium quæ per axem tranſeunt, A Γ Δ maximum eſſe, & A E Z minimum.

Sit enim aliud triangulum per axem A H Θ. & quoniam conus ſcalenus eſt, vergat axis A B ad partes Z; ergo [per 15. huj.] recta A E maxima eſt omnium quæ à puncto A ad baſis circumferentiam ducuntur, & A Z minima: adeoque E A major eſt quam A H, & Z A minor quam A Θ. itaque cum duo triangula A E Z, A H Θ baſes E Z, H Θ æquales habeant, & eandem rectam A B quæ à vertice ad punctum baſim bifariam ſecans ducitur, habeatque E A ad A Z majorem rationem quam H A ad A Θ: erit [per 19. huj.] A E Z triangulum minus triangulo A H Θ. ſimili modo demonſtrabitur minus eſſe omnibus aliis triangulis per axem: ergo A E Z minimum eſt omnium triangulorum quæ per axem tranſeunt. rurſus in triangulis A H Θ, A Γ Δ, & baſes æquales ſunt, & eadem eſt quæ ducitur à vertice ad punctum baſim bifariam ſecans; habetque H A ad A Θ majorem rationem quam Γ A ad A Δ, ſunt enim Γ A, A Δ æquales: ergo triangulum H A Θ [per 19. huj.] minus eſt triangulo Γ A Δ. ſimiliter demonſtrabitur omnia triangula per axem ducta triangulo Γ A Δ minora eſſe; triangulum igitur A Γ Δ maximum eſt omnium triangulorum quæ per axem tranſeunt, ſicut A E Z minimum. quod erat demonſtrandum. eodem modo demonſtrabitur maximo propinquius majus eſſe eo quod plus diſtat.




### Prop. XXIII. *Probl.*

**In dato cono ſcaleno à vertice ad circumferentiam baſis rectam ducere, ad quam maxima rationem datam habeat: oportet autem datam rationem eſſe majoris ad minus, & minorem eſſe ea quam habet maxima rectarum in cono ductarum ad minimam.**

SIT conus datus baſim habens B Θ Γ circulum, cujus diameter B Γ, verticem vero punctum

### ΠΡΟΤΑΣΙΣ κβʹ.

Εν κώνῳ σκαληνῷ τῶν διὰ τοῦ ἄξονος συνισταμένων τριγώνων μέγιστον μὲν ἔσται τὸ ἰσοσκελὲς, ἐλάχιστον δὲ τὸ πρὸς ὀρθὰς τῇ βάσει τοῦ κώνου· τῶν δὲ λοιπῶν τὸ τοῦ μεγίστου ἔγγιον μεῖζόν ἐστι τοῦ ἀπώτερον.

ΕΝ γὰρ κώνῳ σκαληνῷ διὰ τοῦ A B ἄξονος ἔστω τρίγωνα, ἰσοσκελὲς μὲν τὸ A Γ Δ, ὀρθὸν δὲ πρὸς τὸ τῆς βάσεως ἐπίπεδον τὸ A E Z· λέγω ὅτι πάντων τῶν διὰ τοῦ ἄξονος τριγώνων μέγιστον μέν ἐστι τὸ A Γ Δ, ἐλάχιστον δὲ τὸ A E Z.

Ἔστω γὰρ διὰ τοῦ ἄξονος ἠγμένον ἄλλο τρίγωνον τὸ A H Θ. καὶ ἐπεὶ σκαληνὸς ὁ κῶνος, κεκλείσθω ὁ A B ἄξων ἐπὶ τὰ τοῦ Z μέρη· μεγίστη μὲν ἄρα ἡ A E πλευρὰ πασῶν τῶν ἀπὸ τοῦ A ἐπὶ τὴν περιφέρειαν ἀγομένων εὐθειῶν, ἐλαχίστη δὲ ἡ A Z· ἡ μὲν ἄρα E A τῆς A H μείζων ἐστὶν, ἡ δὲ Z A τῆς A Θ ἐλάττων. ἐπεὶ οὖν δύο τρίγωνα τὰ A E Z, A H Θ ἴσας ἔχει βάσεις τὰς E Z, H Θ, καὶ τὴν ἀπὸ τῆς κορυφῆς ἐπὶ τὴν διχοτομίαν τῆς βάσεως τὴν αὐτὴν τὴν A B, καὶ μείζονα λόγον ἔχει ἡ E A πρὸς A Z ἤπερ ἡ H A πρὸς A Θ· ἔλαττον ἄρα ἐστὶ τὸ A E Z τοῦ A H Θ. ὁμοίως δὴ δείκνυται ὅτι καὶ πάντων τῶν διὰ τοῦ ἄξονος τριγώνων· ἐλάχιστον ἄρα τὸ A E Z πάντων τῶν διὰ τοῦ ἄξονος τριγώνων. πάλιν ἐπεὶ τῶν A H Θ, A Γ Δ τριγώνων αἵ τε βάσεις ἴσαι, καὶ ἡ ἀπὸ τῆς κορυφῆς ἐπὶ τὴν διχοτομίαν τῆς βάσεως ἡ αὐτὴ, καὶ ἔχει ἡ H A πρὸς A Θ μείζονα λόγον ἤπερ ἡ Γ A πρὸς A Δ, ἴσαι γάρ αἱ Γ A, A Δ· τὸ H A Θ ἄρα τρίγωνον ἔλαττόν ἐστι τοῦ Γ A Δ τριγώνου. ὁμοίως δὴ δείκνυται ὅτι καὶ πάντα τὰ διὰ τοῦ ἄξονος τρίγωνα τοῦ Γ A Δ ἐλάττονά ἐστι· μέγιστον ἄρα πάντων τῶν διὰ τοῦ ἄξονος τριγώνων τὸ A Γ Δ, ἐλάχιστον δὲ τὸ A E Z. ὅπερ ἔδει δεῖξαι. ὁμοίως δὴ δείκνυται ὅτι καὶ τὸ τοῦ μεγίστου ἔγγιον μεῖζόν ἐστι τοῦ ἀπώτερον.

### ΠΡΟΤΑΣΙΣ κγʹ.

Εν τῷ δοθέντι κώνῳ σκαληνῷ ἀπὸ τῆς κορυφῆς ἐπὶ τὴν περιφέρειαν τῆς βάσεως εὐθεῖαν ἀγαγεῖν, πρὸς ἣν ἡ μεγίστη λόγον ἕξει δοθέντα· δεῖ δὲ τὸν δοθέντα λόγον μείζονος μὲν εἶναι πρὸς ἐλάττονα, ἐλάττονα δὲ εἶναι τοῦ ὃν ἔχει ἡ μεγίστη τῶν ἐν τῷ κώνῳ πρὸς τὴν ἐλαχίστην.

ΔΕΔΟΣΘΩ κῶνος, οὗ βάσις ὁ B Θ Γ κύκλος καὶ διάμετρος τοῦ κύκλου ἡ B Γ, κορυφὴ δὲ τὸ A σημεῖον,

σημεῖον, πρὸς ὀρθὰς δὲ τῷ ΒΓ τὸ ΑΒΓ τρίγωνον· μεγίστη μὲν ἄρα ἡ ΒΑ τῶν ἀπὸ τῆς κορυφῆς τοῦ κώνου εὐθειῶν, ἐλαχίστη δὲ ἡ ΑΓ. ἐπιτετάχθω δὴ ἀπὸ τοῦ Α ἐπὶ τὴν περιφέρειαν τοῦ κύκλου ἀγαγεῖν εὐθεῖαν, πρὸς ἣν ἡ ΒΑ λόγον ἕξει ὃν ἔχει ἡ Δ εὐθεῖα μείζων οὖσα πρὸς τὴν Ε ἐλάττονα. ἐχέτω δὴ ἡ Δ πρὸς Ε λόγον ἐλάττονα τοῦ ὃν ἔχει ἡ ΒΑ πρὸς ΑΓ.

Κατήχθω ἐπὶ τὴν ΒΓ κάθετος ἡ ΑΖ, καὶ ἐκβεβλήσθω ἡ ΒΖΗ, καὶ ὡς ἡ Δ πρὸς Ε οὕτως ἐχέτω ἡ ΒΑ πρὸς ἄλλην τινά, ἐχέτω δὲ πρὸς τὴν ΑΗ, ἥτις ἐνηρμόσθω ὑπὸ τὴν ΑΖΗ γωνίαν· ἡ ΒΑ ἄρα πρὸς ΑΗ ἐλάττονα λόγον ἔχει ἤπερ ἡ ΑΒ πρὸς ΑΓ· μείζων ἄρα ἡ ΗΑ τῆς ΑΓ καὶ ἡ ΗΖ τῆς ΖΓ. ἐπεὶ οὖν ὡς τὸ ἀπὸ τῆς Δ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς Ε οὕτως τὸ ἀπὸ τῆς

A, & triangulum per axem ABΓ ad rectos angulos ipsi BΓ circulo: ergo BA rectarum quæ à vertice coni ducuntur maxima est, & AΓ minima. itaque oporteat à puncto A ad circumferentiam circuli ducere rectam, ad quam ipsa BA rationem habeat eandem quam habet recta linea Δ major ad E minorem. habeat autem Δ ad E minorem rationem quam BA ad AΓ.

Ducatur à puncto A ad EΓ perpendicularis AZ, producaturque BZH, & ut Δ ad E ita sit BA ad aliam quampiam AH, quæ coaptetur sub angulo AZH: ergo BA ad AH minorem rationem habet quam AB ad AΓ; & propterea HA major est quam AΓ, & HZ major quam ZΓ. quoniam igitur ut quadratum ex Δ ad quadratum ex E ita quadratum ex BA ad quadratum ex







ΒΑ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς ΑΗ, μεῖζον δὲ τὸ ἀπὸ τῆς Δ τοῦ ἀπὸ τῆς Ε· μεῖζον ἄρα τὸ ἀπὸ τῆς ΒΑ τοῦ ἀπὸ τῆς ΑΗ, τουτέστι τὰ ἀπὸ τῶν ΒΖ, ΖΑ τῶν ἀπὸ τῶν ΑΖ, ΖΗ. κοινὸν ἀφῃρήσθω τὸ ἀπὸ ΑΖ· λοιπὸν ἄρα τὸ ἀπὸ ΒΖ τοῦ ἀπὸ ΖΗ μεῖζον, καὶ ἡ ΒΖ τῆς ΖΗ. ἦν δὲ καὶ ἡ ΓΖ τῆς ΖΗ ἐλάττων· ἡ ἄρα ΖΗ τῆς μὲν ΖΓ μείζων ἐστὶ, τῆς δὲ ΖΒ ἐλάττων. ἐνηρμόσθω τοίνυν τῷ κύκλῳ τῇ ΖΗ ἴση ἡ ΖΘ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ ΑΘ. ἐπεὶ οὖν ἡ ΘΖ τῇ ΖΗ ἴση, κοινὴ δὲ ἡ ΖΑ, καὶ πρὸς ὀρθὰς ἑκατέρα αὐτῶν· καὶ βάσις ἄρα ἡ ΘΑ τῇ ΑΗ ἴση ἐστίν. ἐπεὶ οὖν ὡς ἡ Δ πρὸς Ε οὕτως ἡ ΒΑ πρὸς ΑΗ, τουτέστιν ἡ ΒΑ πρὸς ΑΘ, ἡ δὲ Δ πρὸς Ε ἐν τῷ δοθέντι λόγῳ ἐστί· καὶ ἡ ΒΑ ἄρα πρὸς ΑΘ ἐν τῷ δοθέντι λόγῳ ἐστίν· ἡ ΑΘ ἄρα διῆκται, πρὸς ἣν ἡ ΒΑ λόγον ἔχει τὸν ἐπιταχθέντα. ὅπερ ἔδει ποιῆσαι.

AH, quadratum autem ex Δ majus est quadrato ex E: quare quadratum ex BA quadrato ex AH majus; hoc est quadrata ex BZ, ZA simul majora sunt quadratis ex AZ, ZH simul. commune auferatur quadratum ex AZ; ergo reliquum quadratum ex BZ majus est quadrato ex ZH: & ideo erit BZ ipsa ZH major. erat autem ΓZ minor quam ZH: quare ZH major est quam ZΓ, & minor quam ZB. coaptetur igitur in circulo recta ZΘ ipsi ZH æqualis; & jungatur AΘ, itaque quoniam ΘZ ipsi ZH est æqualis, communis autem ZA, & utrique ipsarum ad rectos angulos: erit basis ΘA æqualis basi AH. sed ut Δ ad E ita est BA ad AH, hoc est BA ad AΘ; estque Δ ad E in data ratione: ergo & BA ad AΘ in data ratione erit: ducta igitur est AΘ, ad quam ipsa BA rationem habet datam. quod erat faciendum.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ κδ'.

Τριγώνου δοθέντος σκαληνοῦ, καὶ ἀπὸ τῆς κορυφῆς ἐπὶ τὴν διχοτομίαν τῆς βάσεως ἠγμένης εὐθείας, ἄλλο μεῖζον τρίγωνον συστήσασθαι, ὥστε ἴσην μὲν ἔχειν τὴν βάσιν καὶ τὴν ἀπὸ τῆς κορυφῆς ἐπὶ τὴν διχοτομίαν τῆς βάσεως τῇ τοῦ δοθέντος τριγώνου, λόγον δὲ ἔχειν πρὸς τὸ δοθὲν τρίγωνον ὃν εὐθεῖά τις μείζων πρὸς ἐλάττονα· δεῖ δὲ τὰς τοιαύτας εὐθείας λόγον ἔχειν πρὸς ἀλλήλας μὴ μείζονα τοῦ

## Prop. XXIV. *Probl.*

**Dato triangulo scaleno, datâque eâ quæ à vertice ducta basim ejus bifariam secat; super eandem basim, ac eâdem à vertice ad bisectionem basis distantiâ, aliud majus triangulum construere, quod ad datum triangulum datam habeat rationem majoris ad minus: oportet autem rationem illam datam non majorem esse eâ**

quam habet ducta de vertice ad bisectionem basis dati trianguli ad cathetum de vertice ejusdem ad basim demissam.

SIT datum triangulum scalenum ΑΒΓ, cujus latus ΑΒ majus sit latere ΑΓ, & basis ΒΓ bifariam in Δ secetur, ducaturque ΑΔ; sit autem ΕΔ perpendicularis ad ΒΓ, & æqualis ipsi ΔΑ; & sit ΑΖ ad eandem ΒΓ perpendicularis: oporteatque aliud triangulum construere triangulo ΑΒΓ majus, quod habeat ductam à vertice ad punctum basim bifariam secans utrique ipsarum ΔΕ, ΔΑ æqualem, quodque ad triangulum ΑΒΓ rationem eandem habeat quam Θ major ad Η minorem. habeat autem Θ ad Η non majorem rationem quam ΔΑ ad ΑΖ.




Itaque centro Δ & intervallo ΔΑ circulus ΕΑ describatur, qui per Ε transibit. & quoniam ratio Θ ad Η non major est ratione ΔΑ vel ΔΕ ad ΑΖ; erit vel eadem, vel minor. sit primum eadem, & jungantur ΕΒ, ΕΓ. quoniam est ut Θ ad Η ita ΕΔ ad ΑΖ, & ut ΕΔ ad ΑΖ ita rectangulum sub ΕΔ, ΒΓ ad rectangulum sub ΑΖ, ΒΓ; [ergo ut Θ ad Η ita rectangulum sub ΕΔ, ΒΓ ad rectangulum sub ΑΖ, ΒΓ.] rectanguli autem sub ΕΔ, ΒΓ dimidium est triangulum ΕΒΓ, & rectanguli sub ΑΖ, ΒΓ dimidium est triangulum ΑΒΓ: triangulum igitur ΒΕΓ ad triangulum ΒΑΓ eam rationem habet quam Θ ad Η, hoc est datam.

Habeat deinde Θ ad Η minorem rationem quam habet ΕΔ ad ΑΖ; & fiat ut Θ ad Η ita ΚΔ ad ΑΖ, perque Κ ducatur ΚΛ ipsi ΓΔ parallela, & jungantur ΛΒ, ΛΓ. quoniam itaque ut Θ est ad Η ita ΚΔ ad ΑΖ; ut autem ΚΔ ad ΑΖ ita ΒΛΓ triangulum ad triangulum ΒΑΓ: triangulum igitur ΒΛΓ ad triangulum ΒΑΓ datam habet rationem, videlicet quam habet Θ ad Η; estque ΛΔ ipsi ΔΑ æqualis. quod erat faciendum.

## Prop. XXV. *Probl.*

Datum conum scalenum secare per axem plano faciente in eo triangulum, ad minimum triangulorum per axem ductorum rationem datam habens: oportet autem datam rationem esse majoris ad minus, neque majorem eâ quam maximum triangulorum per axem habet ad minimum.

SIT datus conus scalenus, cujus axis ΑΒ, basis circulus circa Β centrum, minimum vero triangulorum per axem ΑΓΔ; & opor-

ὃν ἔχει ἡ ἀπὸ τῆς κορυφῆς τοῦ δοθέντος τριγώνου ἐπὶ τὴν διχοτομίαν τῆς βάσεως ἠγμένη πρὸς τὴν ἀπὸ τῆς κορυφῆς ἐπὶ τὴν βάσιν πίπτουσαν κάθετον.

ΕΣΤΩ τρίγωνον δοθὲν τὸ ΑΒΓ σκαληνὸν, μείζονα ἔχον τὴν ΑΒ τῆς ΑΓ, ἡ δὲ ΒΓ βάσις τετμήσθω δίχα κατὰ τὸ Δ, καὶ διήχθω ἡ ΑΔ, καὶ ἡ μὲν ΕΔ πρὸς ὀρθὰς ἔστω τῇ ΒΓ ἴση οὖσα τῇ ΔΑ, ἡ δὲ ΑΖ κάθετος ἐπὶ τὴν ΒΓ· καὶ δέον ἔστω ἄλλο τρίγωνον μεῖζον τοῦ ΑΒΓ συστήσασθαι, τὴν ἀπὸ τῆς κορυφῆς ἐπὶ τὴν διχοτομίαν τῆς βάσεως ἴσην ἔχον ἑκατέρᾳ τῶν ΔΕ, ΔΑ, καὶ προσέτι λόγον ἔχον πρὸς τὸ ΑΒΓ ὃν ἡ Θ πρὸς Η μείζων πρὸς ἐλάττονα. ἐχέτω δὲ ἡ Θ πρὸς Η λόγον μὴ μείζονα ἤπερ ἡ ΔΑ πρὸς ΑΖ.

Κέντρῳ τῷ Δ, διαστήματι δὲ τῷ ΔΑ, γεγράφθω κύκλος· ἥξει δὴ καὶ διὰ τοῦ Ε, ἔστω δὲ ὅδε ὁ ΕΑ. ἐπεὶ οὖν ὁ τῆς Θ πρὸς Η λόγος οὐ μείζων ἐστὶ τοῦ τῆς ΔΑ ἤτοι τῆς ΔΕ πρὸς ΑΖ, ἤτοι ὁ αὐτός ἐστιν ἢ ἐλάττων. ἔστω πρότερον ὁ αὐτὸς, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΕΒ, ΕΓ. ἐπεὶ οὖν ὡς ἡ Θ πρὸς τὴν Η οὕτως ἡ ΕΔ πρὸς ΑΖ, ὡς δὲ ἡ ΕΔ πρὸς ΑΖ οὕτως τὸ ὑπὸ ΕΔ, ΒΓ πρὸς τὸ ὑπὸ ΑΖ, ΒΓ, ἀλλὰ τοῦ μὲν ὑπὸ ΕΔ, ΒΓ ἥμισύ ἐστι τὸ ΕΒΓ τρίγωνον, τοῦ δὲ ὑπὸ ΑΖ, ΒΓ ἥμισύ ἐστι τὸ ΑΒΓ τρίγωνον· καὶ τὸ ΒΕΓ ἄρα πρὸς τὸ ΒΑΓ λόγον ἔχει ὃν ἡ Θ πρὸς Η, τουτέστι τὸν ἐπιταχθέντα.

Ἀλλὰ δὲ ἐχέτω ἡ Θ πρὸς τὴν Η ἐλάττονα λόγον ἤπερ ἡ ΕΔ πρὸς ΑΖ, γενέσθω δὲ ὡς ἡ Θ πρὸς Η οὕτως ἡ ΚΔ πρὸς ΑΖ, καὶ διὰ τοῦ Κ τῇ ΓΔ παράλληλος ἤχθω ἡ ΚΛ, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΛΒ, ΛΓ. ἐπεὶ οὖν ὡς ἡ Θ πρὸς τὴν Η οὕτως ἡ ΚΔ πρὸς ΑΖ, ὡς δὲ ἡ ΚΔ πρὸς ΑΖ οὕτως τὸ ΒΛΓ τρίγωνον πρὸς τὸ ΒΑΓ τρίγωνον· τὸ ἄρα ΒΛΓ πρὸς τὸ ΒΑΓ τὸν ἐπιταχθέντα ἔχει λόγον τὸν τῆς Θ πρὸς Η, ἔχει δὲ καὶ τὴν ΛΔ ἴσην τῇ ΔΑ. ὃ προστέτακται ποιῆσαι.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ κε΄.

Τὸν δοθέντα κῶνον σκαληνὸν τεμεῖν διὰ τοῦ ἄξονος ἐπιπέδῳ ποιοῦντι τρίγωνον ἐν τῷ κώνῳ, ὃ τὸν δοθέντα λόγον ἕξει πρὸς τὸ ἐλάχιστον τῶν διὰ τοῦ ἄξονος τριγώνων· δεῖ δὲ δοθέντα λόγον, μείζονος ὄντα πρὸς ἔλαττον, μὴ μείζονα εἶναι τοῦ ὃν ἔχει τὸ μέγιστον τρίγωνον τῶν διὰ τοῦ ἄξονος πρὸς ἐλάχιστον.

ΕΣΤΩ ὁ δοθεὶς κῶνος σκαληνὸς, οὗ ὁ ἄξων ὁ ΑΒ, βάσις δὲ ὁ περὶ τὸ Β κέντρον κύκλος, τὸ δὲ ἐλάχιστον τῶν διὰ τοῦ ἄξονος τριγώνων τὸ ΑΓΔ· καὶ δέον [illegible] Διὰ τ͂ Α Β ἄξονος [illegible] τρίγωνον, ὃ λόγον ἔχει πρὸς τὸ Α Γ Δ τρίγωνον, [illegible] ἡ Ε [illegible] μείζων [illegible] πρὸς τ͂ Ζ, μὴ μείζων ᾖ ἤπερ τὸ μέγιστον τ͂ Διὰ τ͂ ἄξονος τριγώνων πρὸς τὸ ἐλάχιστον τὸ Α Γ Δ. εἰ μὲν ἔν ἡ Ε πρὸς τ͂ Ζ λόγον ἔχει ὃν τὸ μέγιστον τ͂ Διὰ τ͂ ἄξονος τριγώνων πρὸς τὸ ἐλάχιστον, Διὰ τ͂ Β πρὸς ὀρθὰς τῇ Γ Δ [illegible] εὐθεῖαν ἐν τῷ κύκλῳ, κ̀ Διὰ τ͂ [illegible] καὶ τ͂ ἄξονος [illegible] ἐκβάλλοντες ἐπίπεδον, ἕξομεν τρίγωνον ἰσοσκελὲς, ὃ μέγιστόν ἐστι τ͂ Διὰ τ͂ ἄξονος, (τοῦτο γδ ἐδείχθη) κ̀ ἕξει πρὸς τὸ Α Γ Δ λόγον τὸν τ͂ Ε πρὸς τὴν Ζ, τοῦτο δ̓ [illegible].

Ἐχέτω δὲ νῦν ἡ Ε πρὸς Ζ ἐλάττονα λόγον ἤπερ τὸ μέγιστον τ͂ Διὰ τ͂ ἄξονος τρίγωνον πρὸς τὸ ἐλάχιστον, καὶ κείσθω ἐκτὸς εὐθεῖα ἡ Η Θ ἴση ἔσω τῇ Γ Δ, καὶ ἐπ' αὐτῆς τὸ Κ Η Θ τρίγωνον, ὅμοιον ὂν τῷ Α Γ Δ, ὥστε καὶ τὴν Κ Η τῇ Α Γ ἴσην εἶναι, καὶ [illegible], κ̀ ἐπὶ τῆς Η Θ συνιστάσθω τρίγωνον, [illegible] τὴν ἀπὸ τῆς κορυφῆς ἐπὶ τὴν διχοτομίαν



τ͂ βάσεως τῇ Κ Λ, κ̀ λόγον ἔχον πρὸς τὸ Κ Η Θ ὃν ἡ Ε πρὸς Ζ. τὸ δὲ συνιστάμενον τρίγωνον τὴν κορυφὴν ἕξει ἐπὶ τὰ τ͂ Η μέρη, ὡς δειχθήσεται. ἔσω ᾗ τὸ Μ Η Θ, ὥστε τὴν Μ Η πλευρὰν τ͂ Μ Θ μείζονα εἶναι. ἐπεὶ ἔν ἡ Μ Λ τῇ Λ Κ ἴση, κοινὴ δὲ ἡ Λ Η, μείζων ᾖ ἡ ὑπὸ Κ Λ Η γωνία τ͂ ὑπὸ Μ Λ Η· μείζων ἄρα ἡ Κ Η τ͂ Μ Η. ἡ δὲ Κ Η τῇ Γ Α ἴση· ϗ ἡ Γ Α ἄρα τῆς Μ Η μείζων ἐσί. πάλιν ἐπεὶ ἡ Κ Θ, τουτέσιν ἡ Α Δ, τῆς Μ Θ ἐλάττων ἐσὶν, ἡ δὲ Μ Θ τῆς Μ Η ἐλάττων· ἡ ἄρα Α Δ τ͂ Μ Η ἐσὶν ἐλάττων. ἐπεὶ ἔν ἡ Μ Η τ͂ μὲν μεγίστης τῶν ἐν τῷ κώνῳ τῆς Α Γ ἐλάττων ἐσὶ, τῆς δὲ ἐλαχίστης τῆς Δ Α μείζων· δυνατὸν ἄρα εὐθεῖαν ἴσην τῇ Μ Η ἀπὸ τῆς Α κορυφῆς ἐπὶ τὴν περιφέρειαν τ͂ βάσεως ἀγαγεῖν, ὡς ἤδη μεμαθήκαμεν. ἤχθω δὴ καὶ ἔσω ἡ Α Ν, κ̀ ἐπεζεύχθω ἡ Ν Β Ξ, κ̀ ἡ Α Ξ. ἐπεὶ ἔν ἴση ἡ μὲν Α Ν τῇ Μ Η, ἡ δὲ Ν Β τῇ Η Λ, ἡ ᾗ Β Α τῇ Λ Μ· ὅλον ἄρα τὸ Α Ν Β τρίγωνον τῷ Μ Η Λ ἴσον ἐσὶ, καὶ ἡ ὑπὸ Α Β Ν γωνία τῇ ὑπὸ Μ Λ Η ἴση· κ̀ ἡ ὑπὸ Α Β Ξ ἄρα τῇ ὑπὸ Μ Λ Θ. πάλιν ἐπεὶ ἴση ἡ μὲν Α Β τῇ Λ Μ, ἡ δὲ Β Ξ τῇ Λ Θ, ἀλλὰ ϗ ἡ ὑπὸ Α Β Ξ γωνία ἴση ἐσὶ τῇ ὑπὸ Μ Λ Θ· ἴση ἄρα ἡ Α Ξ τῇ Μ Θ. ἦν ᾗ κ̀ ἡ Α Ν τῇ Μ Η, ϗ ἡ Ν Ξ βάσις τῇ Η Θ·

[illegible] A K [illegible] secans, [illegible] A Γ Δ [illegible] quidem [illegible] quandam. E major ad Z minorem [illegible] majorem est quam [illegible] quam habet ad minimum A Γ Δ. [illegible] E ad Z rationem habeat eandem quam [illegible] angulorum per axem ad minimum, [illegible] per B rectam lineam in circulo [illegible] angulos ipsi Γ Δ, & secundum [illegible] planum producentes, habebimus triangulum [illegible] æquicrure, quod maximum est [illegible] transeuntium, ut [per 22. hujus] [illegible] fuit; habebitque ad triangulum A Γ Δ rationem eandem quam E ad Z, [illegible]

Sed habeat nunc E ad Z rationem minorem quam maximum triangulorum per axem ad minimum; & describatur seorsum recta linea H Θ æqualis ipsi Γ Δ, & super eam triangulum [illegible] triangulo A Γ Δ simile, ita ut K H sit æqualis ipsi A Γ, & aliæ aliis itidem æquales; [illegible] super rectam H Θ construatur [per præcedentem] triangulum, habens eam quæ à vertice ad punctum ba-



sim bifariam secans ducitur ipsi K Λ æqualem; habensque ad triangulum K H Θ rationem eandem quam E ad Z. erit autem constructi trianguli vertex ad partes H, ut mox demonstrabitur. sit autem illud triangulum M H Θ, ita ut latus M H sit majus ipso M Θ. quoniam igitur M Λ est æqualis ipsi Λ K, & Λ H communis, angulus autem K Λ H major angulo M Λ H; erit K H major ipsa M H. & est K H æqualis ipsi Γ A; ergo Γ A quam M H major erit. rursus quoniam K Θ, hoc est A Δ, minor est quam M Θ, itemque M Θ minor quam M H; erit A Δ ipsa M H minor. itaque cum M H sit minor quam A Γ maxima earum quæ in cono ducuntur, & major quam Δ A earundem minima; fieri potest ut à vertice A ad basis circumferentiam ducatur recta æqualis ipsi M H, quemadmodum antea [ad 23. hujus] didicimus. ducatur ergo & sit A N, junganturque N B Ξ, A Ξ. & quoniam A N est æqualis ipsi M H, & N B ipsi H Λ, & B A ipsi Λ M; erit totum A N B triangulum triangulo M H Λ æquale, angulusque A B N æqualis angulo M Λ H: quare & A B Ξ angulus ipsi M Λ Θ æqualis. rursus quoniam A B est æqualis ipsi Λ M, & B Ξ ipsi Λ Θ, angulusque A B Ξ angulo M Λ Θ: erit & A Ξ æqualis ipsi M Θ. sed A N æqualis erat ipsi M H, & basis N Ξ basi H Θ: triangulum igitur

tur A N Ξ est æquale triangulo H M Θ. sed triangulum H M Θ ad triangulum H K Θ, hoc est ad ipsum Γ A Δ, eandem habet rationem quam E ad Z: ergo & triangulum A N Ξ ad triangulum A Γ Δ rationem habet eandem quam E ad Z: factum est igitur A N Ξ triangulum per axem, quemadmodum proponebatur.

Quod si quis dicat triangulum majus triangulo H K Θ, super ipsam H Θ descriptum, ad partes Θ verticem habere, absurdum sequetur. sit enim ita, si fieri potest. & quoniam æquales sunt K Λ, M Λ, communis autem Λ H, atque M Λ H angulus major est angulo K Λ H: igitur M H major est quam K H. eadem ratione demonstrabitur K Θ major quam Θ M. & cum M H sit major quam H K, & M Θ minor quam Θ K; habebit M H ad H K majorem rationem quam M Θ ad Θ K, permutandoque H M ad M Θ majorem quam H K ad K Θ: triangulum igitur H M Θ [per 19. huj.] triangulo H K Θ est minus, quod fieri non potest; (supponebatur enim majus) quare triangulum H M Θ non ad partes Θ, sed ad eas ad quas est H, verticem habebit.




τὸ ἄρα A N Ξ τρίγωνον ἴσον ἐστὶ τῷ H M Θ. ἀλλὰ τὸ H M Θ πρὸς τὸ H K Θ, τουτέστι πρὸς τὸ Γ A Δ, λόγον ἔχει τὸν τῆς E πρὸς τὴν Z· καὶ τὸ A N Ξ ἄρα πρὸς τὸ A Γ Δ λόγον ἔχει ὃν ἡ E πρὸς τὴν Z· ἦκται ἄρα διὰ τοῦ ἄξονος τὸ A N Ξ τρίγωνον, ὡς ἐπιτέτακται.

Εἰ δέ τις λέγοι ὅτι τὸ συνιστάμενον ἐπὶ τῆς H Θ τρίγωνον, μεῖζον ὑπάρχον τοῦ H K Θ, ἐπὶ τὰ τοῦ Θ μέρη τὴν κορυφὴν ἕξει, συμβήσεται ἀδύνατον. ἔστω γάρ, εἰ δυνατόν, οὕτως. ἐπεὶ οὖν ἴσαι αἱ K Λ, M Λ, κοινὴ δὲ ἡ Λ H, ἡ δὲ ὑπὸ M Λ H γωνία μείζων τῆς ὑπὸ K Λ H· μείζων ἄρα ἡ M H τῆς K H. διὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ ἡ K Θ τῆς Θ M μείζων. ἐπεὶ οὖν ἡ μὲν M H τῆς H K μείζων ἐστίν, ἡ δὲ M Θ τῆς Θ K ἐλάττων· ἡ ἄρα M H πρὸς H K μείζονα λόγον ἔχει ἤπερ ἡ M Θ πρὸς Θ K· καὶ ἐναλλὰξ ἄρα ἡ H M πρὸς M Θ μείζονα λόγον ἔχει ἤπερ ἡ H K πρὸς K Θ· ἔλαττον ἄρα ἐστὶ τὸ H M Θ τοῦ H K Θ, ὅπερ ἀδύνατον· (ὑπέκειτο γὰρ μεῖζον) οὐκ ἄρα ἐπὶ τὰ Θ μέρη τὴν κορυφὴν ἕξει τὸ τρίγωνον· ἐπὶ τὰ τοῦ H ἄρα μέρη ἕξει.

## PROP. XXVI. *Theor.*

Quod si H Θ major sit semidiametro, aptetur Θ N semidiametro æqualis; jungaturque N A: & in circulo rursus ipsi Γ B ad rectos angulos ducantur B Λ, N Ξ. quoniam igitur N Θ B angulus non est major angulo Θ A B, N Θ ad Θ B minorem habet rationem quam N A ad A B. ut autem N Θ ad Θ B ita B Λ ad



ad N Ξ: quare B Λ ad N Ξ minorem habebit rationem quam N A ad A B: majus igitur est triangulum æquicrure per A N triangulo æquicruri per axem: hinc sequitur triangulum æquicrure per axem dictorum triangulorum æquicrurum non esse maximum. sed demonstratum est generaliter non minimum esse: ergo nec maximum, neque minimum erit. quod erat demonstrandum.

πρὸς N Ξ· ἡ ἄρα B Λ πρὸς N Ξ ἐλάττονα λόγον ἔχει ἤπερ ἡ N A πρὸς A B· μεῖζον ἄρα τὸ διὰ τῆς A N ἰσοσκελὲς τοῦ διὰ τοῦ ἄξονος ἰσοσκελοῦς· τὸ ἄρα διὰ τοῦ ἄξονος ἰσοσκελὲς οὐ πάντων μέγιστόν ἐστι τῶν εἰρημένων ἰσοσκελῶν. ἐδείχθη δὲ καθόλου ὅτι οὐδὲ ἐλάχιστον· οὔτε ἄρα μέγιστόν ἐστι πάντων, οὔτε ἐλάχιστον. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

## SCHOLION.

*SERENUS* noster, quo pacto secandus sit conus rectus datus per verticem, ut triangulum dato triangulo æquale à sectione generetur, in octavâ quidem hujus rite ostendit; itidemque quodnam fuerit maximum triangulum in cono recto secandum prop. XII. demonstrat. Hîc autem locus erat idem in conis scalenis præstandi, illi tamen satis fuisse comperimus, triangulum æquicrure per Axem ex æquicruribus neque maximum neque minimum demonstrasse; majora nempe fieri triangula ad partes à quibus declinat Axis, minora vero ad eas ad quas inclinat. Solidum autem est problema, si quod aliud, in Cono scaleno dato triangulum æquicrure trianguloque dato æquale secare plano per verticem transeunte: nec absque locis solidis ejusdem problematis limites sive *διορισμοὶ* exhiberi possunt. Unde forsan *Sereno* visum fuit rem intactam potius prætermittere, quam multis & intricatis ambagibus, ad problemata solida more Veterum enucleanda necessariis, immiscceri. Nequid autem hac ex parte deesset, nos ex hodiernâ Geometriâ desumptas tam problematis effectionem Geometricam quam ejusdem determinationem trademus.

SIT igitur conus scalenus datus, cujus vertex A, basis circulus circa centrum B, axis vero A B, ac triangulum per axem circulo basis rectum sit A Γ Δ: & oporteat conum plano per verticem transeunte ita secare, ut faciat in superficie ejus triangulum æquicrure æquale triangulo dato; vel, quod idem est, quod datam habeat rationem ad triangulum æquicrure per axem, puta ut $d$ ad $a$.

Puta factum, sitque triangulum æquicrure quæsitum, quod basim habeat rectam T Σ Υ ad rectos angulos ipsi Γ Δ, cathetum vero A Σ; ac demittatur ad basim coni normalis A E, quæ quidem cadet super diametrum Γ Δ. Jam pro quæsitâ B Σ scribatur $z$, datus vero Axis sit $a$, semidiameter basis coni B Γ vel B Δ sit $b$, B E autem intercepta inter centrum & normalem sit $c$: sitque area trianguli dati, sive rectangulum sub A Σ, Σ T, æqualis ipsi $bd$.



His positis [per 47. 1.] $bb - zz$ æquale erit quadrato ex Σ T, & quadratum ex A Σ [per 12. 2.] æquale erit quadratis ex A B, B Σ una cum duplo rectangulo Σ B E, hoc est ipsis $aa + zz + 2cz$: quibus in se ductis, fiet quadratum trianguli dati T A Υ (si ita loqui liceat) sive $bbdd$, his quantitatibus æquale $bbaa + bbzz + 2cbbz - aazz - z^4 - 2cz^3$: ac ordinatâ æquatione, $z^4 + 2cz^3 \begin{matrix} -bb \\ +aa \end{matrix} zz - 2bbcz$ æqualia erunt differentiæ ipsarum $bbdd$ & $bbaa$, sive rectangulo sub summâ & differentiâ dati trianguli $bd$ & ipsius $ba$ trianguli æquicruris per axem. Unde, per ea quæ ante viginti plus minus annos jam tum inventa prodidi, talis emergit problematis Compositio.

Ad centrum basis B, super diametrum Γ Δ, erigatur normalis B Θ ipsi Γ B æqualis; ac ponatur B M æqualis ipsi B E, & jungatur Θ M; cui ad angulos rectos ducatur K Θ Λ, ac fiant K Θ, Θ Λ ipsi Θ M æquales. Dein diametro B Θ, atque ordinatim applicatis K Θ, Θ Λ, describatur Parabola K B Λ. Fiat etiam ut duplum quadrati ex Γ B ad quadratum ex A E ita Θ M ad Θ N; ac jungatur K N, super quam describatur semicirculus K Θ N. Atque hactenus hæc omnia cuivis triangulo æquilateri in dato cono secando inserviunt. Capiatur jam K Ξ ad A B in ratione $d$ ad $a$, sive quam habet triangulum secandum ad æquicrure per Axem; ac coaptetur in semicirculo K Θ N recta K Ξ. Denique centro N, radio N Ξ, describatur arcus circuli occurrens Parabolæ in punctis O, Π; à quibus Parabolæ diametro parallelæ ducantur O Σ, Π P, occurrentes ipsi Γ Δ in punctis Σ, P: ac jungantur A P, A Σ. Dico triangula æquicrura T A Υ, Φ A X per A Σ, A P ducta æqualia esse triangulo proposito, nempe rectangulo contento sub K Ξ & Γ B.

Demissâ autem de puncto N in Curvam Parabolæ normali N Ψ, ac ductâ Ψ Ω parallelâ Axi Parabolæ; si jungatur A Ω, erit triangulum æquicrure per A Ω transiens, sive triangulum α A ε *maximum* omnium æquicrurum in dato Cono secandorum: atque huic utrinque propiora majora erunt remotioribus. Quod si triangulum propositum majus fuerit triangulo illo per A Ω transeunte, problema impossibile erit, ac circulus Parabolam non attinget: hoc vero si minus fuerit, duo semper inveniri possunt triangula rem præstantia, ab utraque parte puncti Ω. Atque hic obiter observandum est, Parabolam modo dicto descriptam transire per punctum E, ita ut Axis γ δ ipsam B E secet bifariam; latusque rectum Axis æquale esse basis semidiametro Γ B vel B Θ.

Hæc

Hæc autem universim omni Cono accidunt. Verum sub certis conditionibus triangulum aliud maximum, atque insuper minimum, inter puncta Β, Δ reperientur; cadentibus scilicet tribus normalibus de centro Ν in Curvam Parabolicam, ut ΝΨ, ΝΧ, ΝΦ: ac si radius circuli ΝΞ, modo jam dicto inventus, major fuerit quam ΝΦ, minor vero quam ΝΧ (quæ per 72. V^ti. Conicorum major est quam ΝΦ) quatuor diversa triangula æquicrura in dato Cono secari possunt, eidem proposito triangulo æqualia; hoc est rectangulo sub ΓΒ & ΚΞ: quorum unum quidem basin habebit inter Τ, Δ, & alium inter Υ, Τ; reliquorum vero alterum inter Υ & Ω, alterum inter Ω & Γ.

Ductis autem ΨΩ, ΧΥ, ΦΤ ipsi ΓΔ ad angulos rectos, junctisque ΑΩ, ΑΥ, ΑΤ, erit, per jam ostensa, triangulum æquicrure per ΑΩ omnium æquicrurum maximum; quodque per ΑΥ ducitur, non




simpliciter minimum erit: sed quod minus sit iis quæ ab utroque latere eidem adjacent, ita ut inter Ω & Υ ipsi Υ propiora remotioribus sint minora. Triangulum vero æquicrure per Τ majus erit quovis triangulo æquicruri inter Υ & Δ basim habente. Aptatis autem in semicirculo ΚΘΝ rectis ipsis ΝΨ, ΝΧ, ΝΦ æqualibus, ut Νψ, Νχ, Νφ: erit rectangulum sub semidiametro basis coni ΓΒ & Κψ æquale triangulo *maximo* æquicruri per ΑΩ; quod sub ΓΒ & Κχ æquale erit *minimo* per ΑΥ ducto; quod vero sub ΓΒ & Κφ æquicruri per ΑΤ ducto, sive alteri *maximorum*, æquabitur.

Restat jam ut ostendamus quomodo de puncto dato cathetus demitti possit in Curvam Parabolæ; & quo limite dignoscatur utrum tres catheti vel una tantum fuerit. Ac primum quidem docet *Apollonius* in V^to. Conicorum prop. 62. ope Hyperbolæ: sed nostro instituto majus conveniet idem per circulum præstare. Sit igitur Parabolæ ΑΒΓ Axis ΒΗ, ac sit punctum Ν à quo cathetos demittere oporteat ad Curvam Parabolicam. Ducatur ΝΗ Axi normalis, ac fiat ΒΖ æqualis dimidio lateris recti Axis, & bisecetur ΖΗ in Θ, & erigatur normalis ΚΘ quartæ parti ipsius ΝΗ æqualis: dein circulus centro Κ radio ΚΒ descriptus occurret Parabolæ ad ea Curvæ puncta in quæ cadunt normales; puta ad Ψ, Χ, Φ, vel ad solum Ψ, uti diximus. Ipsius autem ΝΗ magnitudo, ut tres sint hujusmodi intersectiones, ex 51. V^ti. Conicorum limites habet, idque constructione satis facili. Aliter autem hoc modo determinabitur. Producatur ΗΒ ad Μ, ita ut ΖΜ æqualis sit $\frac{27}{16}$ lateris recti Parabolæ; ac erectâ super Axem normali ΖΛ, bisecetur ΗΜ in Ο, ac circulus centro Ο radio ΟΗ descriptus oc-






currer

curret ipsi Z Λ in puncto Λ. jungatur M Λ, cui parallela ducatur recta Z Π, occurrens ipsi N H in puncto Π. Dico si punctum N Axi propius est quam Π, tres Catheti in Curvam demitti possunt; si remotius, non nisi unum.

Horum omnium demonstrationem, cum in nimiam excresceret molem, totamque fere solidam Geometriam postularet, in præsentia omittendam censeo. Ex iis tamen quæ in quinto Conicorum habentur, & quæ in *Philosoph. Transact. Num.* 188 & 190, tradidimus, non multo opere comprobari poterunt.

## PROP. XL. *Theor.*

**In omni cono scaleno, cum triangula per axem possunt esse infinita: rectæ omnes, quæ à vertice coni ad bases dictorum triangulorum perpendiculares ducuntur, in unius circuli circumferentiam cadunt; qui quidem est in eodem plano in quo basis coni, & circa diametrum æqualem interjectæ inter centrum basis & perpendicularem à vertice coni ad dictum planum demissam.**

SIT conus scalenus, cujus vertex punctum A, basis circulus circa centrum B, & axis A B; à puncto autem A ad basis planum perpendicularis sit A Γ, & jungatur Γ B, cui per punctum B ad rectos angulos ducatur Δ E in eodem plano; & ducantur utcunque rectæ Z H, K Θ: erunt itaque Δ E, Z H, Θ K bases triangulorum per axem transeuntium. itaque à puncto A ad ipsas Δ E, Z H, Θ K perpendiculares ducantur A B, A Λ, A M. axem vero A B perpendicularem esse ad Δ E, & perpendiculares A Λ, A M ad partes B H, B K cadere, deinceps ostendetur. dico puncta B, Λ, M in unius circuli circumferentia esse, cujus diameter est recta B Γ.




Jungantur enim Γ Λ, Γ M. & quoniam A Λ perpendicularis est ad Z H; erit angulus Z Λ A rectus. rursus quoniam A Γ ad basis planum est perpendicularis, anguli A Γ B, A Γ Λ, A Γ M recti erunt: quare cum quadratum ex A B æquale sit quadratis ex B Λ, Λ A, & quadratum ex Λ A quadratis ex Λ Γ, Γ A æquale; erit quadratum ex A B æquale tribus quadratis ex B Λ, Λ Γ, Γ A. idem autem est æquale quadratis ex B Γ, Γ A: quadrata igitur ex B Γ, Γ A quadratis ex B Λ, Λ Γ, Γ A æqualia sunt. commune auferatur quadratum ex Γ A; erit reliquum quadratum ex B Γ æquale quadratis ex B Λ, Λ Γ: est igitur [per 48. 1.] angulus B Λ Γ in basis plano rectus. rursus quoniam quadratum ex A B æquale est quadratis ex B M, M A, & quadratum ex M A æquale quadratis ex M Γ, Γ A; erit quadratum ex A B æquale quadratis ex B M, M Γ, Γ A. sed & æquale est quadratis ex B Γ, Γ A: ergo, sublato communi quadrato ex Γ A, erit quadratum ex B Γ quadratis ex B M, M Γ æquale; rectus igitur angulus

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ μ′.

Πάντος κώνου σκαληνοῦ δυνάμει ἀπείρων ὄντων τῶν διὰ τοῦ ἄξονος τριγώνων· αἱ ἀπὸ τῆς κορυφῆς τοῦ κώνου ἐπὶ τὰς βάσεις τῶν τριγώνων ἀγόμεναι κάθετοι πᾶσαι ἐφ᾽ ἑνὸς κύκλου περιφέρειαν πίπτουσιν, ὄντος τε ἐν τῷ αὐτῷ ἐπιπέδῳ τῷ τῆς βάσεως τοῦ κώνου, καὶ περὶ διάμετρον τὴν ἐν τῷ εἰρημένῳ ἐπιπέδῳ ἀπολαμβανομένην εὐθεῖαν μεταξὺ τοῦ τε κέντρου τῆς βάσεως καὶ τῆς ἀπὸ τῆς κορυφῆς ἐπὶ τὸ ἐπίπεδον καθέτου.

ΕΣΤΩ κῶνος σκαληνὸς, οὗ κορυφὴ μὲν τὸ Α σημεῖον, βάσις δὲ ὁ περὶ τὸ Β κέντρον κύκλος, καὶ ἄξων ὁ Α Β, ἀπὸ δὲ τοῦ Α κάθετος ἐπὶ τὸ τῆς βάσεως ἐπίπεδον ἡ Α Γ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ Γ Β, τῇ δὲ Γ Β ἀπὸ τοῦ Β πρὸς ὀρθὰς ἤχθω ἐν τῷ αὐτῷ ἐπιπέδῳ ἡ Δ Ε, τυχοῦσαι δὲ αἱ Ζ Η, Κ Θ· γίνονται δὴ αἱ Δ Ε, Ζ Η, Θ Κ, βάσεις τριγώνων διὰ τοῦ ἄξονος ἠγμένων. ἤχθωσαν μὲν οὖν κάθετοι ἀπὸ τοῦ Α ἐπὶ τὰς Δ Ε, Ζ Η, Θ Κ εὐθείας αἱ Α Β, Α Λ, Α Μ. ὅτι γὰρ ὁ μὲν Α Β ἄξων πρὸς ὀρθάς ἐστι τῇ Δ Ε, αἱ δὲ Α Λ, Α Μ κάθετοι ἐπὶ τὰ Β Η, Β Κ μέρη πίπτουσιν, ἑξῆς δειχθήσεται. λέγω δὴ ὅτι τὰ Β καὶ Λ καὶ Μ σημεῖα ἐφ᾽ ἑνὸς κύκλου περιφερείας ἐστὶν, οὗ διάμετρός ἐστιν ἡ Β Γ εὐθεῖα.

Ἐπεζεύχθωσαν αἱ Γ Λ, Γ Μ. ἐπεὶ οὖν ἡ Α Λ κάθετός ἐστιν ἐπὶ τὴν Ζ Η, ὀρθὴ ἄρα ἐστὶν ἡ ὑπὸ Ζ Λ Α γωνία. πάλιν ἐπεὶ ἡ Α Γ κάθετός ἐστιν ἐπὶ τὸ τῆς βάσεως ἐπίπεδον, ὀρθαὶ ἄρα αἱ ὑπὸ Α Γ Β, Α Γ Λ, Α Γ Μ γωνίαι· ὥστε ἐπεὶ τὸ μὲν ἀπὸ τῆς Α Β τοῖς ἀπὸ τῶν Β Λ, Λ Α ἴσον, τὸ δὲ ἀπὸ τῆς Λ Α τοῖς ἀπὸ Λ Γ, Γ Α ἴσον· τὸ ἄρα ἀπὸ τῆς Α Β τοῖς ἀπὸ Β Λ, Λ Γ, Γ Α ἴσον ἐστίν. ἔστι δὲ καὶ τοῖς ἀπὸ Β Γ, Γ Α ἴσον τὸ ἀπὸ τῆς Β Α· τὰ ἄρα ἀπὸ τῆς Β Γ, Γ Α τοῖς ἀπὸ Β Λ, Λ Γ, Γ Α ἴσα ἐστί. κοινὸν ἀφῃρήσθω τὸ ἀπὸ Γ Α· λοιπὸν ἄρα τὸ ἀπὸ Β Γ ἴσον ἐστὶ τῷ ἀπὸ Β Λ, Λ Γ· ὀρθὴ ἄρα ἡ ὑπὸ Β Λ Γ ἐν τῷ τῆς βάσεως ἐπιπέδῳ. πάλιν ἐπεὶ τὸ μὲν ἀπὸ τῆς Α Β ἴσον τοῖς ἀπὸ Β Μ, Μ Α, τὸ δὲ ἀπὸ τῆς Μ Α ἴσον τοῖς ἀπὸ Μ Γ, Γ Α· τὸ ἄρα ἀπὸ τῆς Α Β ἴσον ἐστὶ τοῖς ἀπὸ Β Μ, Μ Γ, Γ Α. ἀλλὰ τὸ ἀπὸ τῆς Α Β ἴσον ἐστὶ τοῖς ἀπὸ τῶν Β Γ, Γ Α, κοινὸν ἀφῃρήσθω τὸ ἀπὸ τῆς Γ Α· τὸ ἄρα ἀπὸ Β Γ ἴσον τοῖς ἀπὸ Β Μ, Μ Γ· ὀρθὴ ἄρα καὶ ἡ ὑπὸ

Β Μ Γ

ΒΜΓ γωνία ἐν τῷ τῆς βάσεως ἐπιπέδῳ· τὰ ἄρα Β,Λ,Μ,Γ σημεῖα ἐπὶ περιφερείας ἐστὶ τοῦ αὐτοῦ κύκλου, οὗ διάμετρός ἐστιν ἡ ΒΓ. ὁμοίως οὖν κἂν ὁσασοῦν ἀγάγωμεν, ὃν εἰρήκαμεν τρόπον, ὥσπερ τὴν ΝΟΞ, τὸ αὐτὸ συμβαῖνον δειχθήσεται. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Ὅτι δὲ ὁ μὲν ΑΒ ἄξων πρὸς ὀρθάς ἐστι τῇ ΔΕ, αἱ δὲ ΑΛ, ΑΜ κάθετοι ἐπὶ τὰ ΒΗ, ΒΚ μέρη πίπτουσιν, οὕτω δεικτέον.

Ἐὰν γὰρ ἐπιζεύξωμεν τὰς ΑΔ, ΑΕ, ἔσται τὸ ΔΑΕ τρίγωνον ἰσοσκελές· καὶ διὰ τοῦτο ἡ διὰ τῆς διχοτομίας τῆς βάσεως καὶ τῆς Α κορυφῆς ἀγομένη πρὸς ὀρθὰς ἔσται τῇ ΔΕ. ἐπεζεύχθωσαν δὴ καὶ αἱ ΓΖ, ΓΗ, ΑΖ, ΑΗ. ἐπεὶ οὖν ἀμβλεῖα μὲν ἡ ὑπὸ ΖΒΓ γωνία, ὀξεῖα δὲ ἡ ὑπὸ ΓΒΗ· μείζων ἄρα ἡ ΖΓ τῆς ΓΗ, καὶ τὸ ἀπὸ τῆς ΖΓ τοῦ ἀπὸ τῆς ΓΗ μεῖζον· καὶ κοινοῦ ἄρα προστεθέντος τοῦ ἀπὸ τῆς ΑΓ, τὰ ἀπὸ τῶν ΖΓ, ΓΑ τῶν ἀπὸ τῶν ΗΓ, ΓΑ μείζονά ἐστι, τουτέστι τὸ ἀπὸ ΖΑ τοῦ ἀπὸ ΑΗ μεῖζόν ἐστι· μείζων ἄρα καὶ ἡ ΖΑ τῆς ΑΗ. ἐπεὶ οὖν αἱ μὲν ΖΒ, ΒΗ ἴσαι, κοινὴ δὲ ἡ ΒΑ, μείζων δὲ ἡ ΖΑ τῆς ΑΗ· ἡ μὲν ἄρα ὑπὸ ΖΒΑ γωνία ἀμβλεῖά ἐστιν, ἡ δὲ ὑπὸ ΑΒΗ ὀξεῖα· ἡ ἄρα ἀπὸ τοῦ Α κάθετος ἐπὶ τὴν ΖΗ ἐπὶ τὰ ΒΗ μέρη πίπτει. ὁμοίως δὲ δειχθήσεται καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων.




Πόρισμα.

Ὥστε φανερὸν ὅτι αἱ προειρημέναι κάθετοι, ἀπὸ μετεώρου τοῦ Α σημείου ἐπὶ κύκλου περιφέρειαν πίπτουσαι, κατ' ἐπιφανείας οἰσθήσονται κώνου, οὗ βάσις μὲν ὁ ὑπὸ τῶν πτώσεων τῶν καθέτων γραφόμενος κύκλος, κορυφὴ δὲ ἡ αὐτὴ τῷ ἐξ ἀρχῆς κώνῳ.

est & ΒΜΓ in basis plano; quare puncta Β,Λ,Μ,Γ sunt in circumferentia circuli, cujus diameter est ΒΓ. similiter & ductis aliis quibuscunque rectis, ut ΝΟΞ, idem evenire demonstrabimus. quod erat demonstrandum.

Axem vero ΑΒ perpendicularem esse ad ipsam ΔΕ, & perpendiculares ΑΛ, ΑΜ cadere ad partes ΒΗ, ΒΚ, hoc modo ostendemus.

Junctis enim ΑΔ, ΑΕ, erit ΔΑΕ triangulum æquicrure; & ideo recta, quæ à vertice Α ad punctum quo bisecatur basis ducitur, perpendicularis erit ad ΔΕ. jungantur ΓΖ, ΓΗ, ΑΖ, ΑΗ. & quoniam angulus ΖΒΓ obtusus est, acutus autem ΓΒΗ; erit recta ΖΓ major quam ΓΗ, & quadratum ex ΖΓ majus quadrato ex ΓΗ: ergo, communi apposito quadrato ex ΑΓ, quadrata ex ΖΓ, ΓΑ quadratis ex ΗΓ, ΓΑ majora sunt, hoc est quadratum ex ΖΑ majus quadrato ex ΑΗ: major igitur est ΖΑ quam ΑΗ. sunt autem ΖΒ, ΒΗ inter se æquales, & communis est ΒΑ; ac ΖΑ major quam ΑΗ: ergo angulus ΖΒΑ obtusus est, & ΑΒΗ acutus. ducta igitur à puncto Α ad ΖΗ perpendicularis ad partes ΒΗ cadit. eodem modo & in aliis demonstrabitur.

*Corollarium.*

Quare constat dictas perpendiculares, à puncto sublimi ad circuli circumferentiam cadentes, in coni superficie ferri; cujus quidem basis est circulus à casu perpendicularium descriptus, & vertex idem qui est primi coni vertex.

## SCHOLION.

HINC manifestum est quod, eodem modo quo in Scholio præcedente secuimus in Cono Scaleno triangulum æquicrure triangulo dato æquale, etiam secari possit triangulum Scalenum dato æquale, cujus basis parallela sit datæ cuilibet diametro basis Coni, puta ipsi ΘΚ. Concipiatur enim alius Conus cujus vertex Α, Axis ΑΜ, ac basis circulus, priori æqualis & in eodem plano, circa centrum Μ, in quod cadit normalis à Vertice Α ad ΘΚ demissa, ita ut planum trianguli ΑΜΓ rectum sit super basis planum. In hoc inquam Cono triangula æquicrura ubique æqualia erunt Scalenis, eodem plano per verticem transeunte in priori Cono sectis; modo communis planorum basis & trianguli sectio parallela sit diametro ΘΚ: quemadmodum ad 26am & 27am hujus ostensum est in triangulis bases ipsi ΒΓ parallelas habentibus; easdem enim habent tam bases quam altitudines.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ μα'.

Ἐν κώνῳ σκαληνῷ, δοθέντος τινὸς τῶν διὰ τοῦ ἄξονος τριγώνων, ὃ μήτε μέγιστόν ἐστι μήτε ἐλάχιστον· εὑρεῖν ἕτερον τρίγωνον διὰ τοῦ ἄξονος, ὃ μετὰ τοῦ δοθέντος ἴσον ἔσται συναμφοτέρῳ τῷ μεγίστῳ καὶ τῷ ἐλαχίστῳ τῶν διὰ τοῦ ἄξονος.

ΕΣΤΩ κῶνος σκαληνός, οὗ κορυφὴ μὲν τὸ Α σημεῖον, βάσις δὲ ὁ περὶ τὸ Β κέντρον κύκλος,

## PROP. XLI. *Probl.*

**In cono scaleno, dato aliquo triangulo per axem, quod neque maximum sit neque minimum: invenire aliud triangulum per axem, quod una cum dato utrisque maximo & minimo per axem sit æquale.**

SIT conus scalenus, cujus vertex punctum Α, basis circulus circa centrum Β, axis autem ΑΒ, AB, & AΓ ad basis planum perpendicularis; ducaturque per Γ & centrum B recta ΓΔBE, cui ad rectos angulos sit ZBH: triangulorum igitur per axem transeuntium maximum quidem erit illud, cujus basis ZH & AB altitudo, ut sæpius demonstratum est: minimum vero, cujus basis EΔ & altitudo AΓ. sit datum triangulum per axem quod basim habeat ΘK, altitudinemque AΛ: & oporteat aliud triangulum per axem invenire, quod una cum eo, cujus basis ΘK & altitudo AΛ, utrisque maximo & minimo sit æquale.

Itaque quoniam AΛ perpendicularis est ad basim ΘK, erit punctum Λ in circumferentia circuli, cujus diameter est BΓ, per proxime demonstrata. describatur circulus BΛΓ, & quo rectæ BA, AΓ simul sumptæ superant AΛ, eidem sit æqualis M. quoniam igitur earum quæ à puncto A ad circumferentiam BΛΓ ducuntur maxima quidem est AB, minima vero AΓ; erit AΛ minor quam AB, & major quam AΓ. sed AΛ una cum M est æqualis utrisque BA, AΓ simul, quarum AΛ est minor quam AB: ergo M quam AΓ major erit; & quadratum ex M majus quadrato ex AΓ. sint quadrato ex M æqualia quadrata ex AΓ, ΓN, & rectâ ΓN in circulo aptatâ, ducatur NΞBO, & jungatur NA: erit itaque angulus BNΓ in semicirculo rectus. quadratum autem ex AB æquale est quadratis ex BΓ, ΓA simul; & quadratum ex BΓ æquale quadratis ex BN, NΓ simul: quare quadratum ex AB quadratis ex BN, NΓ, ΓA æquale erit. è quibus, quadratis ex NΓ, ΓA æquale est quadratum ex NA: quadratum igitur ex AB est æquale quadratis ex BN, NA: & idcirco angulus BNA rectus est: quapropter AN est altitudo trianguli per axem, cujus basis OBΞ. & quoniam quadratum ex M est æquale quadratis ex AΓ, ΓN, & quadratum ex AN eisdem quadratis æquale; erit recta M ipsi AN æqualis: quare utræque ΛA, AN æquales sunt utrisque BA, AΓ, & rectangulum contentum sub diametro & utrisque ΛA, AN æquale ei quod sub diametro & utrisque BA, AΓ continetur. sed rectangulum sub diametro & utrisque BA, AΓ duplum est trianguli maximi & minimi, quorum bases ZH, EΔ & altitudines BA, AΓ; rectangulum vero sub diametro & utrisque ΛA, AN duplum est triangulorum, quorum bases ΘK, OΞ, & altitudines ΛA, AN: triangula igitur, quorum bases ΘK, OΞ, & altitudines ΛA, AN, æqualia sunt triangulis maximo & minimo per axem. datum autem est triangulum cujus basis ΘK; ergo triangulum per axem cujus basis OΞ inventum est, quod, una cum dato cujus basis ΘK, utrisque maximo & minimo æquale erit.




ἄξων δὲ ὁ AB, καὶ ἐπὶ τὸ τῆς βάσεως ἐπίπεδον κάθετος ἡ AΓ, καὶ διὰ τοῦ Γ καὶ τοῦ B κέντρου διήχθω ἡ ΓΔBE εὐθεῖα, ἡ πρὸς ὀρθὰς τῇ ZBH· τῶν ἄρα διὰ τοῦ ἄξονος τριγώνων μέγιστον μὲν ἔσται, ὡς ἐδείχθη πολλάκις, οὗ βάσις μὲν ἡ ZH, ὕψος δὲ ἡ AB, ἐλάχιστον δὲ, οὗ βάσις μὲν ἡ EΔ, ὕψος δὲ ἡ AΓ. ἔστω δὴ τὸ δοθὲν τρίγωνον διὰ τοῦ ἄξονος, οὗ βάσις μέν ἐστιν ἡ ΘK, ὕψος δὲ ἡ AΛ· καὶ δέον ἔστω ἕτερον τρίγωνον τῶν διὰ τοῦ ἄξονος εὑρεῖν, ὃ μετὰ τοῦ τριγώνου, οὗ βάσις μὲν ἡ ΘK, ὕψος δὲ ἡ AΛ, ἴσον ἔσται συναμφοτέρῳ τῷ μεγίστῳ καὶ τῷ ἐλαχίστῳ.

Ἐπεὶ ἡ AΛ κάθετός ἐστιν ἐπὶ τὴν ΘK βάσιν, τὸ ἄρα Λ σημεῖον ἐπὶ κύκλου περιφερείας ἐστὶν, οὗ διάμετρός ἐστιν ἡ BΓ, διὰ τὸ προδειχθέν. γεγράφθω δὴ ὁ BΛΓ κύκλος, καὶ ᾧ μείζων ἐστὶ συναμφότερος ἡ BA, AΓ τῆς AΛ, τούτῳ ἴση ἔστω ἡ M. ἐπεὶ οὖν τῶν ἀπὸ τοῦ A ἐπὶ τὴν BΛΓ περιφέρειαν ἀγομένων εὐθειῶν μεγίστη μὲν ἡ AB, ἐλαχίστη δὲ ἡ AΓ· ἡ ἄρα AΛ ἐλάττων μέν ἐστι τῆς AB, μείζων δὲ τῆς AΓ· ἀλλ' ἡ ΛA μετὰ τῆς M ἴση ἐστὶ συναμφοτέρῳ τῇ BA, AΓ, ὧν ἡ AΛ ἐλάττων τῆς AB· ἡ ἄρα M τῆς AΓ μείζων ἐστί· καὶ τὸ ἀπὸ M ἄρα τοῦ ἀπὸ AΓ μεῖζόν ἐστιν. ἔστω τῷ ἀπὸ τῆς M ἴσα τὰ ἀπὸ τῶν AΓ, ΓN, καὶ τῆς ΓN ἐναρμοσθείσης εἰς τὸν κύκλον, διήχθω ἡ NΞBO, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ NA· ἡ ἄρα ὑπὸ BNΓ γωνία ὀρθή ἐστιν, ἐν ἡμικυκλίῳ γάρ. ἐπεὶ οὖν τὸ ἀπὸ τῆς AB ἴσον ἐστὶ τοῖς ἀπὸ BΓ, ΓA, τὸ δὲ ἀπὸ BΓ ἴσον τοῖς ἀπὸ BN, NΓ· τὸ ἄρα ἀπὸ AB ἴσον ἐστὶ τοῖς ἀπὸ BN, NΓ, ΓA, ὧν τοῖς ἀπὸ NΓ, ΓA τὸ ἀπὸ NA ἴσον ἐστί· τὸ ἄρα ἀπὸ AB τοῖς ἀπὸ BN, NA ἴσον ἐστί· ὀρθὴ ἄρα ἡ ὑπὸ BNA γωνία· ἡ AN ἄρα ὕψος ἐστὶ τοῦ διὰ τοῦ ἄξονος τριγώνου, οὗ βάσις ἐστὶν ἡ OBΞ. καὶ ἐπεὶ τὸ ἀπὸ τῆς M ἴσον ἐστὶ τοῖς ἀπὸ AΓ, ΓN, ἔστι δὲ καὶ τὸ ἀπὸ τῆς AN ἴσον τοῖς ἀπὸ AΓ, ΓN· ἴση ἄρα ἡ M τῇ AN· ὥστε καὶ συναμφότερος ἡ ΛA, AN συναμφοτέρῳ τῇ BA, AΓ ἴση ἐστὶ, καὶ τὸ ὑπὸ τῆς διαμέτρου καὶ συναμφοτέρου τῆς ΛA, AN τῷ ὑπὸ τῆς διαμέτρου καὶ συναμφοτέρου τῆς BA, AΓ ἴσον ἐστίν. ἀλλὰ τὸ μὲν ὑπὸ τῆς διαμέτρου καὶ συναμφοτέρου τῆς BA, AΓ διπλάσιόν ἐστι τοῦ μεγίστου καὶ ἐλαχίστου τριγώνου, ὧν αἱ βάσεις μὲν αἱ ZH, EΔ, ὕψη δὲ αἱ BA, AΓ, τὸ δὲ ὑπὸ τῆς διαμέτρου καὶ συναμφοτέρου τῆς ΛA, AN διπλάσιόν ἐστι τῶν τριγώνων, ὧν βάσεις μὲν αἱ ΘK, OΞ, ὕψη δὲ αἱ ΛA, AN· τὰ ἄρα τρίγωνα, ὧν βάσεις μὲν αἱ ΘK, OΞ, ὕψη δὲ αἱ ΛA, AN, ἴσα ἐστὶ τῷ τε ἐλαχίστῳ καὶ τῷ μεγίστῳ τῶν διὰ τοῦ ἄξονος. καὶ ἔστι τὸ δοθὲν τὸ ἐπὶ τῆς ΘK· εὕρηται ἄρα τρίγωνον διὰ τοῦ ἄξονος τὸ ἐπὶ τῆς OΞ, ὃ μετὰ τοῦ δοθέντος τοῦ ἐπὶ τῆς ΘK ἴσον ἐστὶ τῷ τε μεγίστῳ καὶ τῷ ἐλαχίστῳ.

ΠΡΟ-

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ μβ΄.

Ἐὰν δύο τῶν διὰ τοῦ ἄξονος τριγώνων αἱ βάσεις ἴσας περιφερείας ἀπολαμβάνωσι πρὸς τῇ διὰ τῆς καθέτου διαμέτρῳ· τὰ τρίγωνα ἴσα ἀλλήλοις ἔσται. καλείσθω δὲ ὁμοταγῆ.

ΕΣΤΩ κῶνος, οὗ κορυφὴ μὲν τὸ Α, βάσις δὲ ὁ περὶ τὸ Β κέντρον κύκλος, καὶ ἄξων ὁ ΑΒ, κάθετος δὲ ἐπὶ τὴν βάσιν ἡ ΑΓ, ἡ δὲ διὰ τοῦ Γ σημείου τῆς καθέτου διάμετρος ἡ ΓΔΒΕ· διήχθωσαν δὲ αἱ ΖΒΗ, ΘΒΚ ἴσας περιφερείας ἀπολαμβάνουσαι πρὸς τῷ Δ τὰς ΚΔ, ΔΗ· λέγω ὅτι τὰ διὰ τοῦ ἄξονος τρίγωνα, ὧν βάσεις εἰσὶν αἱ ΖΗ, ΘΚ, ἴσα ἀλλήλοις ἐστί.

Γεγράφθω περὶ τὴν ΒΓ διάμετρον κύκλος ὁ ΒΛΓΜ, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΑΛ, ΑΜ· κάθετοι ἄρα εἰσὶν, ἡ μὲν ΑΛ ἐπὶ τὴν ΖΗ, ἡ δὲ ΑΜ ἐπὶ τὴν ΘΚ. καὶ ἐπεὶ ἡ ὑπὸ ΓΒΜ γωνία τῇ ὑπὸ ΓΒΛ ἴση ἐστὶν, ἴση ἄρα καὶ ἡ ΜΒ εὐθεῖα τῇ ΒΛ. ἐπεὶ οὖν τὸ ἀπὸ τῆς ΑΒ ἴσον ἐστὶ τοῖς ἀπὸ τῶν ΑΜ, ΜΒ, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀπὸ ΑΛ, ΛΒ· καὶ τὰ ἀπὸ ΑΜ, ΜΒ ἄρα τοῖς ἀπὸ τῶν ΑΛ, ΛΒ ἴσα ἐστὶν, ὧν τὸ ἀπὸ τῆς ΜΒ τῷ ἀπὸ ΒΛ ἴσον ἐστί· λοιπὸν ἄρα τὸ ἀπὸ ΜΑ τῷ ἀπὸ ΑΛ ἴσον ἐστίν· ἴση ἄρα ἡ ΛΑ τῇ ΑΜ. καί εἰσιν ὕψη τῶν τριγώνων, ὧν βάσεις εἰσὶν αἱ ΖΗ, ΘΚ· ἴσα ἄρα ἐστὶ τὰ ἐπὶ τῶν ΖΗ, ΘΚ βάσεων τρίγωνα διὰ τοῦ ἄξονος. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.




## ΠΡΟΤΑΣΙΣ μγ΄.

Τῶν διὰ τοῦ ἄξονος τριγώνων τὰ ὁμοταγῆ ἴσα τε καὶ ὅμοια ἀλλήλοις ἐστίν.

ΕΣΤΩ γὰρ, ὡς ἐπὶ τῆς προκειμένης καταγραφῆς, τὰ ΖΑΗ, ΘΑΚ τρίγωνα ὁμοταγῆ· λέγω ὅτι ἴσα τε καὶ ὅμοιά ἐστιν ἀλλήλοις. ὅτι μὲν οὖν ἴσα ἐστὶν ἤδη δέδεικται· ὅτι δὲ ὅμοια νῦν δεικτέον.

Ἐπεὶ γὰρ ἡ ΑΒ, ἐν ἑκατέρῳ τῶν τριγώνων, ἀπὸ τῆς κορυφῆς ἐπὶ τὴν διχοτομίαν ἦκται τῆς βάσεως, καὶ ἔστιν ἴσον τὸ ἀπὸ τῆς ΑΒ τοῖς ἀπὸ ΑΜ, ΜΒ, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀπὸ ΑΛ, ΛΒ ἴσα, ὧν τὸ ἀπὸ ΑΜ τῷ ἀπὸ ΑΛ ἴσον· λοιπὸν ἄρα τὸ ἀπὸ ΜΒ τῷ ἀπὸ ΒΛ, καὶ ἡ ΜΒ εὐθεῖα τῇ ΒΛ ἴση· ὥστε καὶ ὅλη ἡ ΜΘ τῇ ΛΖ. ἴση δὲ καὶ ἡ ΜΑ τῇ ΛΑ· καὶ τὰ ἀπ' αὐτῶν ἄρα ἴσα ἐστὶ, τουτέστι τὸ ἀπὸ ΑΖ τῷ ἀπὸ ΑΘ, καὶ ἡ ΑΖ τῇ ΑΘ ἴση. ὁμοίως δὴ καὶ ἡ ΑΚ τῇ ΑΗ δείκνυται ἴση. ἀλλὰ καὶ αἱ ΖΗ, ΘΚ βάσεις ἴσαι· τὰ ἄρα ΖΑΗ, ΘΑΚ τρίγωνα ἴσα τε καὶ ὅμοιά ἐστιν ἀλλήλοις. δῆλον δὲ καὶ τὸ ἀντίστροφον αὐτῷ.

## PROP. XLII. *Theor.*

Si duorum triangulorum per axem bases abscindant æquales circumferentias, apud diametrum quæ per lineam perpendicularem ducitur: triangula inter se æqualia erunt. Vocentur autem *Triangula coordinata.*

SIT conus, cujus vertex punctum Α, basis circulus circa centrum Β, & axis ΑΒ; perpendicularis autem ad basim ΑΓ; & per Γ punctum, quo cadit perpendicularis, diameter sit ΓΔΒΕ; ducanturque ΖΒΗ, ΘΒΚ, quæ utrinque à puncto Δ æquales circumferentias ΚΔ, ΔΗ abscindant: dico triangula per axem, quorum bases sunt ΖΗ, ΘΚ, inter se æqualia esse.

Describatur enim circa ΒΓ diametrum circulus ΒΛΓΜ, & jungantur ΑΛ, ΑΜ, quæ perpendiculares erunt, ΑΛ quidem ipsi ΖΗ; ΑΜ vero ipsi ΘΚ. & quoniam angulus ΓΒΜ æqualis est angulo ΓΒΛ, recta ΜΒ ipsi ΒΛ æqualis erit. sed quadratum ex ΑΒ quadratis ex ΑΜ, ΜΒ est æquale, itemque æquale est quadratis ex ΑΛ, ΛΒ: ergo quadrata ex ΑΜ, ΜΒ æqualia sunt quadratis ex ΑΛ, ΛΒ; quorum quadratum ex ΜΒ est æquale quadrato ex ΒΛ: reliquum igitur quadratum ex ΜΑ æquale est quadrato ex ΑΛ; atque ipsa ΛΑ æqualis ipsi ΑΜ, quæ quidem sunt triangulorum altitudines, quorum bases ΖΗ, ΘΚ: ergo triangula per axem super bases ΖΗ, ΘΚ constituta inter se æqualia erunt. quod erat demonstrandum.

## PROP. XLIII. *Theor.*

E triangulis per axem, quæ coordinata sunt & æqualia & similia erunt inter se.

SINT triangula coordinata, ut in antecedenti figura, ΖΑΗ, ΘΑΚ: dico & æqualia & similia inter se esse. æqualia enim jam ostensa sunt; similia esse nunc demonstrandum.

Quoniam ΑΒ, in utroque triangulorum, ducta est à vertice ad punctum quod basim bifariam dividit, & quadratum ex ΑΒ quadratis ex ΑΜ, ΜΒ est æquale; itemque æquale est quadratis ex ΑΛ, ΛΒ, quorum quadratum ex ΑΜ æquale est quadrato ex ΑΛ: erit reliquum quadratum ex ΜΒ quadrato ex ΒΛ æquale, & recta ΜΒ ipsi ΒΛ æqualis: quare & tota ΜΘ toti ΛΖ. est autem ΜΑ æqualis ipsi ΛΑ: ergo & quæ ex ipsis fiunt quadrata inter se sunt æqualia, hoc est quadratum ex ΑΖ æquale quadrato ex ΑΘ: & propterea erit ΑΖ ipsi ΑΘ æqualis. similiter etiam ΑΚ ipsi ΑΗ æqualis demonstrabitur. sed & bases ΖΗ, ΘΚ sunt æquales: triangula igitur ΖΑΗ, ΘΑΚ & æqualia & similia inter se erunt. manifestum autem est & hujus theorematis conversum.

## Prop. XLIV. *Theor.*

**Si coni scaleni axis æqualis sit basis semidiametro: erit ut maximum triangulorum per axem transeuntium ad minimum, ita minimum ad æquicrure quod est ad rectos angulos basi.**

SIT conus scalenus, cujus vertex punctum A, & axis recta AB semidiametro basis æqualis; basis vero sit circulus circa centrum B; & è triangulis per axem, ad rectos quidem angulos basi sit ΓΑΔ, æquicrure autem ΕΑΖ: erit igitur ΕΑΖ maximum omnium quæ per axem transeunt, & ΓΑΔ minimum ex iis, per prius demonstrata. ducatur à puncto A ad basim perpendicularis AH, quæ in diametrum ΓΔ cadet, & sit ΘΗΚ ad rectos angulos ipsi ΓΔ; ducaturque planum faciens triangulum æquicrure ΘΑΚ, quod ad basim rectum erit: dico ut triangulum ΕΑΖ, maximum scilicet eorum quæ per axem ducuntur, ad ΓΑΔ minimum eorundem, ita ΓΑΔ ad æquicrure triangulum ΘΑΚ.




Quoniam enim triangulorum ΕΑΖ, ΓΑΔ bases sunt æquales, diametri scilicet ΓΔ, ΕΖ; altitudo autem trianguli ΕΑΖ est BA, & ipsius ΓΑΔ altitudo AH: erit ut BA ad AH ita ΕΑΖ triangulum ad triangulum ΓΑΔ. rursus quoniam triangulorum ΓΑΔ, ΘΑΚ eadem est altitudo AH; trianguli autem ΓΑΔ basis est ΓΔ, hoc est ΕΖ; & trianguli ΘΑΚ basis ΘΚ: erit ut ΕΖ ad ΘΚ ita triangulum ΓΑΔ ad triangulum ΘΑΚ. sed ut ΕΖ ad ΘΚ ita earum dimidiæ, hoc est BK ad KH; & ut BK ad KH ita BA ad AH: (similia etenim sunt triangula orthogonia BHK, BHA) triangulum igitur ΓΑΔ est ad triangulum ΘΑΚ ut BA ad AH. erat autem & triangulum ΕΑΖ ad ipsum ΓΑΔ ut BA ad AH; ergo ut ΕΑΖ triangulum ad triangulum ΓΑΔ ita ΓΑΔ ad triangulum ΘΑΚ. quod erat demonstrandum.

## Prop. XLV. *Theor.*

RURSUS sit ut triangulum ΕΑΖ ad ΓΑΔ ita ΓΑΔ ad ΘΑΚ: dico axem BA semidiametro basis æqualem esse.

Quoniam enim ut triangulum ΕΑΖ ad ΓΑΔ ita BA ad AH; & ut ΕΑΖ ad ΓΑΔ ita ΓΑΔ ad ΘΑΚ erit ut ΓΑΔ ad ΘΑΚ ita BA ad AH. ut autem ΓΑΔ ad ΘΑΚ ita ΕΖ ad ΘΚ, hoc est BK ad KH: ergo ut BA ad AH ita BK ad KH: quare triangula BAH, BKH sunt similia, communis autem BH, atque homologæ AB, BK: recta igitur AB ipsi BK, hoc est semidiametro basis, æqualis erit. quod ostendendum proponebatur.

Simul vero & ostensum est, ex utraque demonstratione, triangulum ΕΑΖ simile esse tri-

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ μδʹ.

**Ἐὰν κώνου σκαληνοῦ ὁ ἄξων ἴσος ᾖ τῇ ἐκ τοῦ κέντρου τῆς βάσεως· ἔσται ὡς τὸ μέγιστον τῶν διὰ τοῦ ἄξονος τριγώνων πρὸς τὸ ἐλάχιστον οὕτως τὸ ἐλάχιστον πρὸς τὸ πρὸς ὀρθὰς τῇ βάσει ἰσοσκελές.**

ΕΣΤΩ κώνος σκαληνὸς, οὗ κορυφὴ μὲν τὸ Α, ἄξων δὲ ἡ ΑΒ εὐθεῖα, ἴση οὖσα τῇ ἐκ τοῦ κέντρου τῆς βάσεως, βάσις δὲ ὁ περὶ τὸ Β κέντρον κύκλος, καὶ τῶν διὰ τοῦ ἄξονος τριγώνων τὸ μὲν πρὸς ὀρθὰς τῇ βάσει ἔστω τὸ ΓΑΔ, τὸ δὲ ἰσοσκελὲς τὸ ΕΑΖ· μέγιστον μὲν ἄρα ἐστὶ τῶν διὰ τοῦ ἄξονος τὸ ΕΑΖ, ἐλάχιστον δὲ τὸ ΓΑΔ, διὰ τὰ πρότερον δειχθέντα. ἤχθω οὖν ἀπὸ τοῦ Α ἐπὶ τὴν βάσιν κάθετος, πίπτει δὴ ἐπὶ τὴν ΓΔ διάμετρον. ἔστω οὖν ἡ ΑΗ, καὶ διήχθω ἡ ΘΗΚ πρὸς ὀρθὰς τῇ ΓΔ, καὶ διεκβεβλήσθω τὸ ἐπίπεδον ποιοῦν τὸ ΘΑΚ τρίγωνον, ἰσοσκελὲς ὂν καὶ ὀρθὸν πρὸς τὴν βάσιν· λέγω δὴ ὅτι ὡς τὸ ΕΑΖ μέγιστον τῶν διὰ τοῦ ἄξονος πρὸς τὸ ΓΑΔ ἐλάχιστον, οὕτω τὸ ΓΑΔ πρὸς τὸ ΘΑΚ ἰσοσκελές.

Ἐπεὶ γὰρ τῶν ΕΑΖ, ΓΑΔ τριγώνων αἱ μὲν βάσεις ἴσαι εἰσὶν αἱ ΓΔ, ΕΖ διάμετροι, ὕψος δὲ τοῦ μὲν ΕΑΖ ἡ ΒΑ, τοῦ δὲ ΓΑΔ ἡ ΑΗ· ὡς ἄρα ἡ ΒΑ πρὸς ΑΗ οὕτως τὸ ΕΑΖ τρίγωνον πρὸς τὸ ΓΑΔ. πάλιν ἐπεὶ τῶν ΓΑΔ καὶ ΘΑΚ τριγώνων κοινὸν ὕψος ἐστὶν ἡ ΑΗ, βάσις δὲ τοῦ μὲν ΓΑΔ ἡ ΓΔ, τουτέστι ἡ ΕΖ, τοῦ δὲ ΘΑΚ ἡ ΘΚ· ὡς ἄρα ἡ ΕΖ πρὸς ΘΚ οὕτως τὸ ΓΑΔ τρίγωνον πρὸς τὸ ΘΑΚ. ἀλλ᾽ ὡς ἡ ΕΖ πρὸς ΘΚ οὕτως αἱ ἡμίσειαι πρὸς ἀλλήλας, τουτέστιν ἡ ΒΚ πρὸς ΚΗ, ὡς δὲ ἡ ΒΚ πρὸς ΚΗ οὕτως ἡ ΒΑ πρὸς ΑΗ· (ὅμοια γὰρ τὰ ΒΗΚ, ΒΗΑ τρίγωνα ὀρθογώνια) καὶ τὸ ἄρα ΓΑΔ τρίγωνον πρὸς τὸ ΘΑΚ ἐστὶν ὡς ἡ ΒΑ πρὸς ΑΗ. ἦν δὲ καὶ τὸ ΕΑΖ πρὸς τὸ ΓΑΔ ὡς ἡ ΒΑ πρὸς ΑΗ· ὡς ἄρα τὸ ΕΑΖ τρίγωνον πρὸς τὸ ΓΑΔ, οὕτως τὸ ΓΑΔ πρὸς τὸ ΘΑΚ. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ μεʹ.

ΠΑΛΙΝ ἔστω ὡς τὸ ΕΑΖ πρὸς τὸ ΓΑΔ οὕτως τὸ ΓΑΔ πρὸς τὸ ΘΑΚ· λέγω ὅτι ἡ ΒΑ ἴση ἐστὶ τῇ ἐκ τοῦ κέντρου τῆς βάσεως.

Ἐπεὶ γὰρ ὡς τὸ ΕΑΖ πρὸς τὸ ΓΑΔ οὕτως ἡ ΒΑ πρὸς ΑΗ, ὡς δὲ τὸ ΕΑΖ πρὸς τὸ ΓΑΔ οὕτως τὸ ΓΑΔ πρὸς τὸ ΘΑΚ· καὶ τὸ ἄρα ΓΑΔ πρὸς τὸ ΘΑΚ ἐστὶν ὡς ἡ ΒΑ πρὸς ΑΗ. ὡς δὲ τὸ ΓΑΔ πρὸς τὸ ΘΑΚ οὕτως ἡ ΕΖ πρὸς ΘΚ, τουτέστιν ἡ ΒΚ πρὸς ΚΗ· καὶ ὡς ἄρα ἡ ΒΑ πρὸς ΑΗ οὕτως ἡ ΒΚ πρὸς ΚΗ. ὅμοια ἄρα τὰ ΒΑΗ, ΒΚΗ τρίγωνα, καὶ κοινὴ ἡ ΒΗ, καὶ ὁμόλογοι αἱ ΑΒ, ΒΚ· ἴση ἄρα ἡ ΑΒ τῇ ΒΚ τῇ ἐκ τοῦ κέντρου. ὃ προέκειτο δεῖξαι.

Καὶ συναπεδείχθη, καθ᾽ ἑκατέραν τῶν δείξεων, ὅτι τὸ ΕΑΖ τρίγωνον τῷ ΘΑΚ ὅμοιόν ἐστιν· ὡς

γὰρ

γὰρ ἡ ΕΖ πρὸς ΘΚ, οὕτως ἡ ΒΑ πρὸς ΑΗ. καὶ ἔτι τὸ μὲν ΕΑΖ πρὸς τὸ ΘΑΚ διπλασίονα λόγον ἔχει ἤπερ τὸ ΓΑΔ πρὸς τὸ ΘΑΚ· καὶ ἔστι τὸ ΓΑΔ τρίγωνον πρὸς τὸ ΘΑΚ ὡς ἡ ΓΔ, τουτέστιν ὡς ἡ ΕΖ, πρὸς ΘΚ· ὥστε τὸ ΕΑΖ πρὸς τὸ ΘΑΚ διπλασίονα λόγον ἔχει τῶν ὁμολόγων πλευρῶν τῶν ΕΖ, ΘΚ· ὅμοια ἄρα τὰ ΕΑΖ, ΘΑΚ.

angulo ΘAK: etenim EZ eſt ad ΘK ſicut BA ad AH. habet quoque triangulum EAZ ad triangulum ΘAK duplicatam rationem ejus quam triangulum ΓAΔ ad triangulum ΘAK: eſt autem triangulum ΓAΔ ad triangulum ΘAK ut ΓΔ, hoc eſt, ut EZ ad ΘK: quare triangulum EAZ ad triangulum ΘAK duplicatam rationem habebit laterum homologorum, nempe ipſarum EZ, ΘK; & idcirco [ex converſa 19. 6.] triangula EAZ, ΘAK inter ſe ſimilia erunt.

### Πόρισμα.

Ὥστε φανερὸν ὅτι ἐὰν κώνου σκαληνοῦ ὁ ἄξων ἴσος ᾖ τῇ ἐκ τοῦ κέντρου τῆς βάσεως, τὸ πρὸς ὀρθὰς τῇ βάσει ἰσοσκελὲς ὅμοιον ἔσται τῷ διὰ τοῦ ἄξονος ἰσοσκελεῖ· καὶ ἀντιστρόφως, ὅτι ἐὰν τὸ πρὸς ὀρθὰς τῇ βάσει ἰσοσκελὲς ὅμοιον ᾖ τῷ διὰ τοῦ ἄξονος ἰσοσκελεῖ, ὁ ἄξων τοῦ κώνου ἴσος ἔσται τῇ ἐκ τοῦ κέντρου τῆς βάσεως. καὶ τοῦτο γὰρ εὐκατανόητον ἐκ τῶν ἤδη δειχθέντων.

### *Corollarium.*

Ex quibus perſpicuum eſt, ſi coni ſcaleni axis æqualis ſit baſis ſemidiametro, triangulum æquicrure ad rectos angulos baſi ſimile eſſe triangulo æquicruri per axem: & è contra, ſi triangulum æquicrure ad rectos angulos baſi ſimile ſit triangulo per axem æquicruri, coni axem ſemidiametro baſis æqualem eſſe: id quod ex jam demonſtratis facile intelligi poteſt.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ μϛ΄.

Ἐὰν κύκλος κύκλον τέμνῃ διὰ τοῦ κέντρου αὐτοῦ γραφόμενος, ἀπὸ δὲ τῆς ἑτέρας αὐτῶν τομῆς διαχθῶσιν εὐθεῖαι τέμνουσαι τὴν διὰ τοῦ κέντρου περιφέρειαν, καὶ προσεκβληθῶσιν ἐπὶ τὴν τοῦ ἑτέρου κύκλου περιφέρειαν· ἡ ἀπολαμβανομένη εὐθεῖα, μεταξὺ τῆς τοῦ ἑτέρου κυρτῆς περιφερείας καὶ τῆς κοίλης τοῦ ἑτέρου, ἴση ἔσται τῇ ἀπὸ τῆς κοινῆς τομῆς τῆς διαχθείσης εὐθείας καὶ τῆς διὰ τοῦ κέντρου περιφερείας ἐπὶ τὴν ἑτέραν κοινὴν τομὴν τῶν κύκλων ἐπιζευγνυμένῃ.

## PROP. XLVI. *Theor.*

Si circulus circulum ſecet per centrum ipſius deſcriptus; & ab altera eorum interſectione ducantur rectæ quæ ſecent circumferentiam per centrum tranſeuntem, & deinde ad alterius circuli circumferentiam producantur: recta linea inter convexam alterius circuli circumferentiam & concavam prioris interjecta, æqualis erit ei quæ à communi ſectione rectæ ductæ & circumferentiæ per centrum ad alteram communem circulorum interſectionem perducitur.

ΕΣΤΩ κύκλος ὁ ΑΒΓ περὶ κέντρον τὸ Δ, διὰ δὲ τοῦ Δ κέντρου γεγράφθω τις κύκλος ὁ ΒΔΓ, τέμνων τὸν ἐξ ἀρχῆς κατὰ τὰ Β, Γ σημεῖα, καὶ διήχθωσαν εὐθεῖαι διὰ μὲν τοῦ Δ ἡ ΒΔΕ, τυχοῦσα δὲ ἡ ΒΖΗ, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΔΓ, ΖΓ· λέγω ὅτι ἴση ἐστὶν ἡ ΖΗ τῇ ΖΓ.

Ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΕΓ, ΓΗ. ἐπεὶ οὖν ἴση ἐστὶν ἡ ὑπὸ ΒΔΓ γωνία τῇ ὑπὸ ΒΖΓ. καὶ λοιπὴ ἄρα ἡ ὑπὸ ΕΔΓ λοιπῇ τῇ ὑπὸ ΓΖΗ ἴση ἐστίν. ἀλλὰ καὶ ἡ ὑπὸ ΔΕΓ τῇ ὑπὸ ΖΗΓ ἴση, διὰ τὸ ἐπὶ τῆς αὐτῆς περιφερείας βεβηκέναι· καὶ ἡ λοιπὴ ἄρα τῇ λοιπῇ ἴση, καὶ ὅμοια τὰ τρίγωνα. ἰσοσκελὲς δὲ τὸ ΓΔΕ· ἰσοσκελὲς ἄρα καὶ τὸ ΓΖΗ· ἴση ἄρα ἡ ΗΖ τῇ ΖΓ. ὁμοίως δὲ, κἂν ἄλλαι διαχθῶσι, δειχθήσεται τὰ τῆς προτάσεως.

Πάλιν, ἐπὶ τῆς αὐτῆς καταγραφῆς, ὑποκείσθω τῇ μὲν ΓΔ ἴση ἡ ΔΕ, τῇ δὲ ΓΖ ἡ ΖΗ, τῆς ΒΔΓ περιφερείας κατὰ τὸ Δ δίχα τετμημένης· λέγω ὅτι ὁ κέντρῳ μὲν τῷ Δ, διαστήματι δὲ ὁποτερῳοῦν τῷ ΔΒ, ΔΓ γραφόμενος κύκλος ἥξει καὶ διὰ τῶν Ε καὶ Η σημείων. ἐπεὶ γὰρ ἴση ἡ ὑπὸ ΕΔΓ γωνίᾳ τῇ ὑπὸ




SIT circulus ABΓ circa centrum Δ; & per Δ alius circulus BΔΓ deſcribatur, ſecans priorem circulum in punctis B, Γ; ducanturque rectæ lineæ, per Δ quidem BΔE, alia vero utcunque BZH; & jungantur ΔΓ, ZΓ: dico rectam ZH ipſi ZΓ æqualem eſſe.

Jungantur enim BΓ, ΓH. & quoniam angulus BΔΓ æqualis eſt angulo BZΓ, erit reliquus EΔΓ reliquo ΓZH æqualis. ſed & æqualis eſt ΔEΓ ipſi ZHΓ, quòd in eadem circumferentia conſiſtat: reliquus igitur eſt æqualis reliquo, & triangula inter ſe ſimilia ſunt. æquicrure autem eſt triangulum ΓΔE; ergo & æquicrure eſt ΓZH, & recta HZ ipſi ZΓ æqualis. ſimiliter & in aliis ductis idem demonſtrabitur.

Rurſus in eadem figura ponatur ΔE ipſi ΓΔ æqualis, & ZH æqualis ipſi ΓZ, circumferentiâ BΔΓ bifariam in puncto Δ diviſâ: dico circulum centro Δ & intervallo ΔB vel ΔΓ deſcriptum per puncta E, H tranſire. quoniam enim angulus EΔΓ æqualis eſt angulo HZΓ, &

& sunt triangula ΒΔΓ, ΗΖΓ æquicrura: anguli ΒΕΓ, ΒΗΓ inter se æquales erunt; & propterea in eodem circulo continebuntur anguli ΒΕΓ, ΒΗΓ: circulus igitur, centro Δ & intervallo ΔΒ descriptus, per puncta Ε, Η transibit. quod erat demonstrandum.

## Prop. XLVII. *Theor.*

**Si in portione circuli inflectantur rectæ lineæ: maxima quidem erit quæ ad punctum medium inflectitur; è reliquis vero semper ipsi propinquior remotiore major erit.**

IN portione enim ΑΒΓ inflectantur rectæ lineæ; ΑΒ, ΒΓ quidem ita ut circumferentia ΑΒΓ bifariam in Β secetur; ΑΔ, ΔΓ vero & ΑΗ, ΗΓ utcunque: dico ΑΒ, ΒΓ simul maximas esse omnium quæ in portione ΑΒΓ inflectuntur; & ΑΔ, ΔΓ ipsis ΑΗ, ΗΓ majores esse.




Quoniam enim ΑΒ circumferentia circumferentiæ ΒΓ est æqualis; & recta ΑΒ æqualis erit ipsi ΒΓ. itaque centro Β, & intervallo ΒΑ vel ΒΓ, circulus ΑΕΖΘΓ describatur, & producantur ΑΒΕ, ΑΔΖ, ΑΗΘ: ergo, ex antecedenti theoremate, ΕΒ ipsi ΒΓ est æqualis, & ΖΔ æqualis ipsi ΔΓ, & ΘΗ ipsi ΗΓ. quoniam igitur ΑΕ diameter est circuli ΑΕΖ; erit ΑΕ omnium quæ in circulo ducuntur maxima; & ΑΖ major quam ΑΘ. sed ipsi ΑΕ æquales sunt ΑΒ, ΒΓ, & ipsi ΑΖ æquales ΑΔ, ΔΓ, & ipsi ΑΘ æquales ΑΗ, ΗΓ: ergo ΑΒΓ omnium maxima est, & ΑΔΓ major quam ΑΗΓ. & ita semper ea quæ propinquior est puncto medio circumferentiæ remotiore major erit. quod demonstrandum proponebatur.

*Aliter.*

SIT circulus ΑΒΓ, & in portione ΑΒΓ inflectantur rectæ ΑΒ, ΒΓ, ita ut circumferentia ΑΒΓ bifariam in Β dividatur: dico rectam ex ΑΒ, ΒΓ compositam maximam esse ex iis quæ in eadem portione inflectuntur.




Inflectantur enim ΑΔ, ΔΓ, & producatur ΑΔ ad Ε, ita ut ΔΕ ipsi ΔΓ sit æqualis; junganturque ΒΔ, ΒΕ. quoniam igitur circumferentia ΑΒ æqualis est circumferentiæ ΒΓ; & in circumferentia quidem ΑΒ angulus ΒΔΑ, in circumferentia vero ΒΓ angulus ΒΑΓ consistit: erit angulus ΒΔΑ angulo ΒΑΓ æqualis. communis apponatur ΒΔΕ; ergo utrique anguli ΒΔΕ, ΒΔΑ utrisque ΒΔΕ, ΒΑΓ æquales sunt. & sunt ΒΔΕ, ΒΔΑ duobus rectis æquales: ergo & ΒΔΕ, ΒΑΓ

ΗΖΓ, καὶ ἔστιν ἰσοσκελῆ τὰ ΕΔΓ, ΗΖΓ τρίγωνα· ἴση ἄρα καὶ ἡ ὑπὸ ΒΕΓ γωνία τῇ ὑπὸ ΒΗΓ· ἐν τῷ αὐτῷ ἄρα κύκλῳ αἱ ὑπὸ ΒΕΓ, ΒΗΓ γωνίαι· ὁ ἄρα κέντρῳ τῷ Δ διαστήματι δὲ τῷ ΔΒ γραφόμενος κύκλος ἥξει καὶ διὰ τῶν Ε, Η σημείων. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ μζ.

Ἐὰν ἐν τμήματι κύκλου κλασθῶσιν εὐθεῖαι· μεγίστη μὲν ἔσται ἡ πρὸς τὴν διχοτομίαν τὴν κλάσιν ἔχουσα, τῶν δὲ ἄλλων ἀεὶ ἡ ἔγγιον τῇ πρὸς τῇ διχοτομίᾳ τῆς ἀπώτερόν ἐστι μείζων.

ΕΝ γὰρ τῷ ΑΒΓ τμήματι κεκλάσθωσαν εὐθεῖαι, αἱ μὲν ΑΒ, ΒΓ, ὥστε τὴν ΑΒΓ περιφέρειαν δίχα τετμῆσθαι κατὰ τὸ Β, τυχοῦσαι δὲ αἱ ΑΔ, ΔΓ καὶ ΑΗ, ΗΓ· λέγω ὅτι συναμφότερος ἡ ΑΒ, ΒΓ εὐθεῖα μεγίστη ἐστὶ πασῶν τῶν ἐν τῷ τμήματι κλωμένων εὐθειῶν, μείζων δὲ ἡ ΑΔ, ΔΓ τῆς ΑΗ, ΗΓ.

Ἐπεὶ ἡ ΑΒ περιφέρεια τῇ ΒΓ περιφερείᾳ ἴση ἐστί· ἡ ΑΒ ἄρα εὐθεῖα τῇ ΒΓ ἐστὶν ἴση. κέντρῳ οὖν τῷ Β, διαστήματι δὲ ὁποτέρῳ οὖν τῶν ΒΑ, ΒΓ, γεγράφθω κύκλος ὁ ΑΕΖΓ, καὶ ἐκβεβλήσθωσαν αἱ ΑΒΕ, ΑΔΖ, ΑΗΘ· ἴση ἄρα καὶ (διὰ τὸ πρὸ τούτου θεώρημα) ἡ μὲν ΕΒ τῇ ΒΓ, ἡ δὲ ΖΔ τῇ ΔΓ, καὶ ἡ ΘΗ τῇ ΗΓ. ἐπεὶ οὖν ἡ ΑΕ διάμετρός ἐστι τοῦ ΑΕΖ κύκλου· μεγίστη μὲν ἄρα τῶν ἐν τῷ κύκλῳ εὐθειῶν ἡ ΑΕ, ἡ δὲ ΑΖ μείζων τῆς ΑΘ. ἀλλὰ τῇ μὲν ΑΕ ἴση συναμφότερος ἡ ΑΒ, ΒΓ, τῇ δὲ ΑΖ ἡ ΑΔ, ΔΓ, καὶ τῇ ΑΘ ἡ ΑΗ, ΗΓ· καὶ τούτων ἄρα μεγίστη μὲν ἡ ΑΒΓ, μείζων δὲ ἡ ΑΔΓ τῆς ΑΗΓ. καὶ ὁμοίως ἀεὶ ἡ ἔγγιον τῇ πρὸς τῇ διχοτομίᾳ τῆς ἀπώτερόν ἐστι μείζων. ὃ προέκειτο δεῖξαι.

*Ἄλλως.*

ΕΣΤΩ κύκλος ὁ ΑΒΓ, καὶ ἐν τῷ ΑΒΓ τμήματι κεκλάσθω ἡ ΑΒΓ εὐθεῖα, ὥστε τὴν ΑΒΓ περιφέρειαν δίχα τετμῆσθαι κατὰ τὸ Β· λέγω ὅτι συναμφότερος ἡ ΑΒ, ΒΓ εὐθεῖα μεγίστη ἐστὶ πασῶν τῶν ἐν τῷ αὐτῷ τμήματι κλωμένων εὐθειῶν.

Κεκλάσθω γὰρ ἡ ΑΔΓ, καὶ ἐκβεβλήσθω ἡ ΑΔΕ, καὶ κείσθω ἡ ΔΕ τῇ ΔΓ ἴση, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ ΒΔ, ΒΕ. ἐπεὶ οὖν ἡ ΑΒ περιφέρεια τῇ ΒΓ περιφερείᾳ ἴση ἐστὶ, καὶ ἐπὶ μὲν τῆς ΑΒ ἡ ὑπὸ ΒΔΑ γωνία βέβηκεν, ἐπὶ δὲ τῆς ΒΓ ἡ ὑπὸ ΒΑΓ· ἴση ἄρα ἡ ὑπὸ ΒΔΑ τῇ ὑπὸ ΒΑΓ. κοινὴ προσκείσθω ἡ ΒΔΕ· συναμφότερος ἄρα ἡ ὑπὸ ΒΔΕ, ΒΔΑ συναμφοτέρῳ τῇ ὑπὸ ΒΔΕ, ΒΑΓ ἐστὶν ἴση. καὶ ἔστι συναμφότερος ἡ ὑπὸ ΒΔΕ, ΒΔΑ δυσὶν ὀρθαῖς ἴση· καὶ συναμφότερος ἄρα

ἄρα ἡ ὑπὸ ΒΔΕ, ΒΑΓ δυσὶν ὀρθαῖς ἐστιν ἴση. ἔστι δὲ καὶ συναμφότερος ἡ ὑπὸ ΒΔΓ, ΒΑΓ δυσὶν ὀρθαῖς ἴση· συναμφότερος ἄρα ἡ ὑπὸ ΒΔΕ, ΒΑΓ συναμφοτέρῳ τῇ ὑπὸ ΒΔΓ, ΒΑΓ ἴση ἐστί· κοινῆς ἄρα ἀφαιρεθείσης τῆς ὑπὸ ΒΑΓ, λοιπὴ ἡ ὑπὸ ΒΔΕ τῇ ὑπὸ ΒΔΓ ἴση ἐστί. ἐπεὶ οὖν ἴση μὲν ἡ ΓΔ τῇ ΔΕ, κοινὴ δὲ ἡ ΒΔ, καὶ περὶ ἴσας γωνίας· καὶ βάσις ἄρα ἡ ΓΒ τῇ ΒΕ ἐστὶν ἴση. καὶ ἐπεὶ αἱ ΑΒ, ΒΕ εὐθεῖαι μείζονές εἰσι τῆς ΑΕ, ἀλλὰ τῶν μὲν ΑΒ, ΒΕ συναμφότερος ἡ ΑΒ, ΒΓ ἴση ἐστὶ, τῇ δὲ ΑΕ συναμφότερος ἡ ΑΔ, ΔΓ ἴση ἐστί· καὶ συναμφότερος ἄρα ἡ ΑΒΓ τῆς ΑΔΓ μείζων ἐστίν. ὁμοίως δὲ δείκνυται καὶ τῶν ἄλλων μείζων· συναμφότερος ἄρα ἡ ΑΒ, ΒΓ πασῶν τῶν ἐν τῷ τμήματι κλωμένων μεγίστη ἐστίν.

Ἀλλὰ δὴ ἔστω ἡ διχοτομία πρὸς τῷ Ζ· λέγω ὅτι ἡ τῷ Ζ ἔγγιον ἡ ΑΒΓ συναμφότερος τῆς ἀπώτερον τῆς ΑΔ, ΔΓ μείζων ἐστίν.

Ἐπεὶ γὰρ ἡ ΑΖΒ περιφέρεια τῆς ΒΔΓ περιφερείας μείζων ἐστὶ, καὶ ἡ ὑπὸ ΒΔΑ ἄρα γωνία τῆς ὑπὸ ΒΑΓ μείζων. κοινῆς προστεθείσης τῆς ΒΔΕ, μείζονές εἰσι αἱ ὑπὸ ΒΔΕ, ΒΔΑ τῶν ὑπὸ ΒΔΕ, ΒΑΓ· αἱ ἄρα ὑπὸ ΒΔΕ, ΒΑΓ ἐλάττονές εἰσι δυοῖν ὀρθῶν. εἰσὶ δὲ αἱ ὑπὸ ΒΔΓ, ΒΑΓ δυσὶν ὀρθαῖς ἴσαι· αἱ ἄρα ὑπὸ ΒΔΓ, ΒΑΓ τῶν ὑπὸ ΒΔΕ, ΒΑΓ μείζονές εἰσι, καὶ κοινῆς ἀρθείσης τῆς ὑπὸ ΒΑΓ λοιπὴ ἡ ὑπὸ ΒΔΓ τῆς ὑπὸ ΒΔΕ μείζων ἐστίν. ἐπεὶ οὖν ἴση ἡ ΔΓ τῇ ΔΕ, κοινὴ δὲ ἡ ΔΒ, ἡ δὲ ὑπὸ ΒΔΓ τῆς ὑπὸ ΒΔΕ μείζων· καὶ ἡ ΓΒ ἄρα βάσις μείζων ἐστὶ τῆς ΒΕ βάσεως. καὶ ἐπεὶ αἱ ΑΒ, ΒΕ εὐθεῖαι μείζονές εἰσι τῆς ΑΕ, τῶν δὲ ΑΒ, ΒΕ συναμφότερος ἡ ΑΒ, ΒΓ μείζων ἐστί. συναμφότερος ἄρα ἡ ΑΒ, ΒΓ τῆς ΑΕ, τουτέστι συναμφοτέρου τῆς ΑΔ, ΔΓ, μείζων.




æquales sunt duobus rectis. sunt autem anguli ΒΔΓ, ΒΑΓ simul sumpti æquales duobus rectis: utrique igitur ΒΔΕ, ΒΑΓ utrisque ΒΔΓ, ΒΑΓ æquales sunt; &, dempto communi ΒΑΓ, reliquus ΒΔΕ reliquo ΒΔΓ est æqualis. itaque quoniam ΓΔ est æqualis ipsi ΔΕ, & communis ΒΔ; suntque circa æquales angulos: basis ΓΒ basi ΒΕ æqualis erit. & quoniam ΑΒ, ΒΕ simul majores sunt ipsa ΑΕ; utrisque vero ΑΒ, ΒΕ simul sumptis æquales sunt ΑΒ, ΒΓ, & ipsi ΑΕ æquales sunt utræque ΑΔ, ΔΓ: erunt ΑΒ, ΒΓ simul sumptæ quam ΑΔ, ΔΓ majores. pari modo & aliis majores ostenduntur: ergo ΑΒ, ΒΓ simul sumptæ majores sunt quibuscunque aliis quæ in portione ΑΒΓ inflectuntur.

Sed sit punctum circumferentiæ medium ad Ζ: dico utrasque ΑΒ, ΒΓ, quæ puncto Ζ propinquiores sunt, ipsis ΑΔ, ΔΓ remotioribus majores esse.

Quoniam enim circumferentia ΑΖΒ major est quam circumferentia ΒΔΓ; angulus ΒΔΑ angulo ΒΑΓ est major. &, communi apposito ΒΔΕ, erunt ΒΔΕ, ΒΔΑ anguli majores angulis ΒΔΕ, ΒΑΓ: ergo ΒΔΕ, ΒΑΓ sunt duobus rectis minores. & sunt ΒΔΓ, ΒΑΓ æquales duobus rectis; anguli igitur ΒΔΓ, ΒΑΓ angulis ΒΔΕ, ΒΑΓ simul sumptis majores sunt; & dempto communi ΒΑΓ, reliquus ΒΔΓ major erit reliquo ΒΔΕ. quoniam igitur ΔΓ est æqualis ipsi ΔΕ, & communis ΔΒ, angulus autem ΒΔΓ major est angulo ΒΔΕ; erit basis ΓΒ basi ΒΕ major. & quoniam rectæ ΑΒ, ΒΕ simul sumptæ majores sunt quam ΑΕ, ipsis vero ΑΒ, ΒΕ simul majores sunt ΑΒ, ΒΓ simul sumptæ: igitur ΑΒ, ΒΓ simul majores sunt quam ΑΕ, hoc est quam ipsæ ΑΔ, ΔΓ simul sumptæ.

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ μή.

**Ἐὰν τεσσάρων ἀνίσων εὐθειῶν τὸ ἀπὸ τῆς μεγίστης καὶ τῆς ἐλαχίστης τὸ συναμφότερον τετράγωνον ἴσον ᾖ συναμφοτέρῳ τῷ ἀπὸ τῶν λοιπῶν· ἡ συγκειμένη εὐθεῖα ἐκ τῆς μεγίστης καὶ τῆς ἐλαχίστης ἐλάττων ἔσται τῆς συγκειμένης ἐκ τῶν λοιπῶν.**

Ἐ ΣΤΩΣΑΝ τέσσαρες εὐθεῖαι αἱ ΑΒ, ΒΓ, ΔΕ, ΕΖ, καὶ μεγίστη μὲν πασῶν ἔστω ἡ ΑΒ, ἐλαχίστη δὲ ἡ ΒΓ, ἡ δὲ ΔΕ τῆς ΕΖ μὴ ἐλάττων ἔστω, ἔστω δὲ τὰ ἀπὸ ΑΒ, ΒΓ τοῖς ἀπὸ ΔΕ, ΕΖ ἴσα· λέγω ὅτι ἡ ΑΓ τῆς ΔΖ ἐλάττων ἐστίν.

## PROP. XLVIII. *Theor.*

**Si, quatuor rectis lineis inæqualibus existentibus, quadrata maximæ & minimæ æqualia sint quadratis reliquarum: recta composita ex maxima & minima minor erit ea quæ ex reliquis componitur.**

SINT quatuor rectæ lineæ ΑΒ, ΒΓ, ΔΕ, ΕΖ, quarum maxima sit ΑΒ, & ΒΓ minima; ΔΕ vero non sit minor quam ΕΖ; & sint quadrata ex ΑΒ, ΒΓ quadratis ex ΔΕ, ΕΖ æqualia: dico lineam ΑΓ minorem esse quam ΔΖ.



Ducantur enim ad rectos angulos B H, B Θ, & ponatur B H ipsi B Γ æqualis, & E Θ æqualis E Z; junctisque A H, Δ Θ, describatur semicirculus circa triangulum orthogonium A B H. & quoniam quadrata ex A B, B Γ, hoc est ex A B, B H, quadratis ex Δ E, E Θ sunt æqualia; erit quadratum ex A H æquale quadrato ex Δ Θ, & recta A H ipsi Δ Θ æqualis. est autem E Θ major quam B H: quare aptata in semicirculo recta æqualis ipsi E Θ angulum B H A secabit. itaque aptetur, & sit H K: & juncta A K producatur, ut sit K Λ æqualis ipsi K H. quoniam igitur quadrata ex A K, K H quadratis ex A B, B H æqualia sunt; quadrata autem ex A B, B H æqualia quadratis ex Δ E, E Θ: erunt quadrata ex A K, K H quadratis ex Δ E, E Θ æqualia, quorum quadratum ex K H

Ηχθωσαν πρὸς ὀρθὰς αἱ B H, E Θ, καὶ κείσθω ἴση ἡ μὲν B H τῇ B Γ, ἡ δὲ E Θ τῇ E Z, καὶ ἐπεζεύχθωσαν αἱ A H, Δ Θ, καὶ γεγράφθω περὶ τὸ A B H ὀρθογώνιον ἡμικύκλιον. ἐπεὶ οὖν τὰ ἀπὸ A B, B Γ, τουτέστι τὰ ἀπὸ A B, B H, τοῖς ἀπὸ Δ E, E Θ ἴσα ἐστί· καὶ τὸ ἀπὸ A H ἄρα τῷ ἀπὸ Δ Θ ἐστὶν ἴσον, καὶ ἡ A H τῇ Δ Θ. καὶ ἐπεὶ ἡ E Θ τῆς B H μείζων ἐστίν· ἡ ἄρα τῇ E Θ ἴση, ἐναρμοζομένη τῷ ἡμικυκλίῳ, τεμεῖ τὴν ὑπὸ B H A γωνίαν. ἐνηρμόσθω ἡ H K ἴση οὖσα τῇ Θ E, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ A K, καὶ ἐκβεβλήσθω, καὶ ἔστω ἴση ἡ K Λ τῇ K H. ἐπεὶ οὖν τὰ ἀπὸ A K, K H τοῖς ἀπὸ A B, B H ἴσα ἐστὶ, τὰ δὲ ἀπὸ A B, B H τοῖς ἀπὸ Δ E, E Θ ἴσα ἐστί· τὰ ἄρα ἀπὸ A K, K H τοῖς ἀπὸ Δ E, E Θ ἴσα ἐστὶν, ὧν τὸ ἀπὸ K H τῷ ἀπὸ E Θ ἴσον· λοι-




est æquale quadrato ex E Θ: reliquum igitur quadratum ex A K reliquo ex Δ E æquale erit, & recta A K ipsi Δ E æqualis: ergo triangulum A K H est æquale & simile triangulo Δ E Θ, & recta A Λ æqualis ipsi Δ Z. itaque quoniam recta linea A K non est minor quam K H; neque circumferentia A K minor erit quam circumferentia K H: quare cum in circuli portione inflectantur rectæ A K, K H; A B, B H, sintque A K, K H vel ad punctum circumferentiæ medium, vel ipsi propinquiores: erunt, ex antecedenti theoremate, A K, K H majores quam A B, B H, hoc est A Λ sive Δ Z major erit quam A Γ: minor est igitur A Γ quam Δ Z. quod erat demonstrandum.

πὸν ἄρα τὸ ἀπὸ A K τῷ ἀπὸ Δ E ἴσον ἐστὶ, καὶ ἡ A K τῇ Δ E· τὸ ἄρα A K H τρίγωνον ἴσον καὶ ὅμοιόν ἐστι τῷ Δ E Θ, καὶ ἡ A Λ τῇ Δ Z ἴση ἐστίν. ἐπεὶ οὖν ἡ A K εὐθεῖα τῆς K H οὐκ ἔστιν ἐλάττων, οὐδ' ἡ A K ἄρα περιφέρεια τῆς K H περιφερείας ἐλάττων ἐστί. καὶ, διὰ τὸ πρὸ τούτου θεώρημα, ἐπεὶ ἐν τμήματι κύκλου κεκλασμέναι εἰσὶν αἱ A K H, A B H εὐθεῖαι, καὶ ἔστιν ἡ A K H ἤτοι πρὸς τῇ διχοτομίᾳ, ἢ ἔγγιον τῆς διχοτομίας· μείζων ἄρα συναμφότερος ἡ A K, K H συναμφοτέρου τῆς A B, B H, τουτέστιν ἡ A Λ τῆς A Γ, τουτέστιν ἡ Δ Z τῆς A Γ· ἐλάττων ἄρα ἡ A Γ τῆς Δ Z. ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

## Prop. XLIX. *Theor.*

**Si duæ rectæ lineæ inæquales dividantur, ita ut quadrata partium minoris æqualia sint quadratis partium majoris: earum omnium maxima quidem erit major minoris pars, minor vero minima.**

## ΠΡΟΤΑΣΙΣ μθ'.

**Ἐὰν δύο εὐθεῖαι ἄνισοι διῃρημέναι ὦσι, τὰ δὲ ἀπὸ τῶν τῆς ἐλάττονος τμημάτων τετράγωνα ἴσα ᾖ τοῖς ἀπὸ τῶν τῆς μείζονος τμημάτων τετραγώνοις· τῶν τεσσάρων τμημάτων μέγιστον μὲν ἔσται τὸ τῆς ἐλάττονος μεῖζον τμῆμα, ἐλάχιστον δὲ τὸ ἔλαττον.**

SINT rectæ lineæ A B Γ, Δ E Z in B, E punctis ita divisæ, ut Δ E sit major quam E Z, & A B non minor quam B Γ; sitque A Γ major quam Δ Z; quadrata vero ex A B, B Γ quadratis ex Δ E, E Z sint æqualia: dico harum rectarum A B, B Γ, Δ E, E Z maximam esse Δ E, & E Z minimam.

